# REVERENDI PATRIS Dominici Soto Segouienſis Theologi, ordinis Prædicatorum, In Dialecticam Ariſtotelis Commentarij.

*AEDITIO POSTREMA, NVNC recens ſedulò recognita, ac mendis compluribus, quam maximè fieri potuit, accuratiſsimè repurgata.*




Cum Priuilegio.

SALMANTICAE,
*Excudebat Andreas à Portonariis.*
*M. D. LIIII.*

Eſta taſſado en ocho Reales.

# REVERENDI PATRIS Dominici Soto Segouienſis Theologi, ordinis Prædicatorum, In Dialecticam Ariſtotelis Commentarij.

*AEDITIO POSTREMA, NVNC recẽns ſedulò recognita, ac mendis compluribus, quàm maximè fieri potuit, accuratiſſimè repurgata.*




Cum Priuilegio.

SALMANTICAE,
*Excudebat Andreas à Portonariis.*
*M. D. LIIII.*
Eſta taſſado en ocho Reales.

# EL REY.

POR quanto vos Andrea de Portonaris mercader de libros,vezino de la ciudad de Salamanca, nos heziſtes relacion, diziendo que vos teneys poder en cauſa propria de fray Domingo de Soto, Prior de Sãtiſteuan de la dicha ciudad,para nos ſupplicar os dieſſemos priuilegio para imprimir y vender todas ſus obras, quæ haſta aqui auia fecho, que ſon, vna Epiſtola ad Romanos,de Natura & gratia, con vna Apologia contra Catharino, y vna Conſultacion de los pobres, y vna Repeticion de Tegendis ſecretis,y Summulas,Logica magna,y Phyſica. Como pareſcia por vna eſcriptura ſignada de eſcriuano, de que ante los del nueſtro conſejo hizo preſentacion,y nos ſupplicaſtes acatando ſer obras muy vtiles y prouechoſas,os dieſſemos licencia y facultad,para que vos ſolo,o quien vueſtro poder ouieſſe,pudieſſedes imprimir y vender las dichas obras, o como la nr̃a merced fueſſe: lo qual viſto por los del nr̃o conſejo,fue acordado q̃ deuiamos mandar dar eſta nr̃a carta para vos en la dicha razon,y nos tuuimos lo por bien. Y por la preſente por os hazer biẽ y merced, os doy licẽcia y facultad, para q̃ vos,o las perſonas q̃ vr̃o poder ouierẽ para ello, por tiẽpo y eſpacio de ocho años primeros ſiguientes,que corran y ſe cuẽten dende el dia de la fecha deſta mi cedula en adelante,podays imprimir y vender los dichos libros en eſtos nueſtros Reynos y ſeñorios,ſiendo primeramente taſſados por los del nueſtro conſejo el precio,a como los ouieredes de vender. Y mandamos que por el dicho tiempo ninguna otra perſona los pueda imprimir,ni vender, ſin tener el dicho vueſtro poder,como dicho es,ſo pena que pierda la impreſsion que aſsi hiziere y vendiere,y los moldes,y aparejos con que lo hiziere, y mas incurra en pena de diez mil marauedis para nueſtra camara. Y mandamos a los del nueſtro conſejo,Preſidentes y Oydores de las nueſtras audiencias,Alcaldes,Alguaziles de la nueſtra caſa y corte,y Chancillerias,y a otras qualeſquier nueſtras juſticias de los nueſtros reynos y ſeñorios, a cada vno en ſu juriſdicion que guarden y cumplan y fagan guardar y cumplir eſta nueſtra cedula,por el dicho tiempo de los dichos ocho años, y contra lo en ella contenido, ni conſientan yr,ni paſſar. Fecha en Valladolid a diez dias del mes de Nouiembre. M. D. L. Años.

*Yo la Reyna.*

Por mandado de ſu M. ſu Alteza en ſu nombre. Franciſco de Ledeſma.



# Illuſtriſsimo ac Reuerendiſsimo. D. D. Ioanni à Toleto, Cardinali Burgenſi, ex ordine Prædicatorum aſſumpto, ſuus frater Dominicus Soto. S.

*INTER ALIA QVAE DE CHRYſippo illo Tharſenſi, Stoicorum ſecundùm Zenônem principe commemorant, Præſul ampliſsime, vel id in eius laudibus ponunt, quòd Dialecticarum conſiderationum volumen, anno ætatis quadrageſimo cœptum, non ante octogeſimum abſolutum exhibuerit. Nam cùm ſæculum illud maiores non tuliſſet diſciplinas, quibus ſua mortales ſtudia fœliciùs collocarent, dignam tunc temporis æſtimabant Dialecticam, de qua nemo niſi homo & acutiſsimus, & in omni præterea Philoſophia verſatus ſcriberet. Ego verô nullam mihi acceſsionem aut dignitatis aut laudis factum iri ſpero, quôd poſt duodecim, Theologiam legendo, exactos annos, in tanta bonarum literarum fruge, hoc demum ætatis Dialecticam ſeriò reuiſerim, tractauerim, ædiderim. Verumenim uerô cùm annis ſuperioribus, dum Summularum ludum Dialecticæ tyronibus dabam, hos ſubindè fuerim Ariſtotelis Commentarios pollicitus, non potui promiſsi non habere rationem: atq; adeò dignum duxi de ſtatis mihi ſtudiis horas aliquot tandem ſuccidere, quibus meam aſtrictam fidem liberarem. Nec verò eſt quòd me ſuſcepti conſilij pigeat: ſi id modò præſtitero, quod in animo conſtitui. Etenim cum magna fuerit hiſce retrò annis ſcriptorum frequentia, tamen (quod ſalua eorum exiſtimatione & authoritate dixerim) alium fortè ſcribendi ſtylum pro ſua eruditione tenere potuiſſent, quo Dialecticæ ſtudioſis multò fuiſſet meliùs conſultum. Nihil enim quicquam negotij ſuſcepiſſe videtur, quàm S. Thomæ. Scoti, & Nominalium placita, & id quidem abſq; luce, ſine examine, citraq; delectum recenſere. Vt modò illa ſubticeam, quæ S. Thomæ & Scoto falsò frequentiſsima impingunt. Neq; ad interrogata certi quicquam reſpondent: ſed tunc præceptoris munere perfunctos ſe eſſe iudicant, cùm miſeros diſcipulos in hoc opinionum triuio ambiguos, hærenteſq; relinquunt. Qua nimirum mentis oculis offuſa caligine, nihil aliud quàm veritatis lumen eripiunt. Adde quòd monſtrorum turbam, quæ ſuis cuiuſq; locis agitata mitiora fuiſſent, in ipſum ſtatim veſtibulum proferunt: quibus qui Dialecticam adire cupiunt, ingreſſu arceantur. Abſit hæc dixerim Patrone Reuerendiſsime, vt de cuiuſpiam honore detractum iri velim: ſed quò meum conſilium & inſtitutum exponam. Statui nanque pro ingenio & exiguitate mea Ariſtotelem, cum primis hac tempeſtate iacentem atq; neglectum, ſcholis reſtituere: mox ad quæſita Dialectica certum aliquid, quanto poſſem lucidiùs, reſpondere: quod adoleſcentes, dum non meliora probauerint, tenere interim poſsint. Et quando integrum non fuit à quæſtio-*

*nibus illis, quas de medijs Metaphyſicis depromunt, penitùs abſtinere, quod proximum fuit, quàm licuit rariſsimas, ſubmouimus: atq; adeò, quem rei difficultas ferebat, ſtylo digeſsimus. Præclarè mecum actum ducerem Illuſtriſsime Domine, ſi labor hic noſter, cùm inclytæ, ſuoq; iure & meritò toto iam orbe celebratæ, quæ me à puero inſtituit, Complutenſi Academię, tùm celeberrimæ huic noſtræ, omniq; ſcientiarum genere florentiſsimæ Salmanticenſi, cuius publicum ſtipendium mereo, tum etiam ſacro ordini noſtro probaretur: nam tunc non cenſeretur indignus, qui tuo fuiſſet nomini dedicatus.*

*Vale.*



# Commentarij Fratris Dominici Soto Segouienſis, ordinis Prædicatorum, artium ac ſacræ Theologiæ Profeſſoris, in Dialecticam Ariſtotelis.

## QVAESTIO PRIMA PROOEMIALIS, Vtrùm Logica ſit ſcientia neceſſaria.

Commentarios in Dialecticam Ariſtotelis auſpicantes, nihil aliud, ꝙ operepretium facturi ſumus, ſi queſtiones illas introductorias, quas prooemiales appellant, in ipſo ſtatim aditu premiſerimus. Atqui ex quatuor illis queſtionibus, quas, authore Ariſtotele ſecundo Poſte. de vnaqualibet re percontamur, ea videlicet prima eſt, vt inquit ſuper Porphyrium Boetius, An res ſit. Verumenimuero cum in numero ſcientiarum nihil debeat eſſe aut diminutum aut redundans, idem eſt querere, an talis ſcientia ſit quod querere, an ſit neceſſaria? Atque adeo prima queſtio que in hoc prooemio ſeſe nobis offert, ea nimirum eſt, vtrum Dialectica ſit ſcientia neceſſaria. Nempe vt intelligamus qua neceſsitate aut commoditate fuerit Dialectica a Philoſophis excogitata. Nam ꝙ non fuerit neceſſaria, ſunt argumenta nonnulla. ¶ Primum, aut Dialectica eſt neceſſaria propter ſe: aut propter alias ſcientias. Non propter ſe. Quia Dialectica non eſt cognitio rerum diuinarum, aut humanarũ: naturalium, aut moralium: que ſcientię ſunt neceſſarię propter ſe, aut propter officia vitę. Quare Ariſtoteles. 1. Metaph. text. 15. (vt exponit Commentator) non vocat eam, ſcientiã, ſed modum ſciendi. At ꝙ nõ ſit neceſſaria propter alias ſcientias, arguitur. Nam id prgeſertim eſſet: quia docet definire, diuidere, ⁊ argumentari in aliis ſcientiis, ac denique inter verum ⁊ falſum diſcernere: ſed hęc omnia queuis ſcientia docet in propria materia (tradit enim Theologia. v. g. proprias definitiones ⁊ rationes de diuinis: ⁊ Philoſophia de naturalibꝰ: ⁊ reliquę ſuo modo) ergo in hunc vſum non eſt neceſſaria alia ſpecialis ſcientia. Et confirmatur hęc ratio. Si ad Dialecticam pertineret verum à falſo diſcernere, tunc ad Dialecticos deferendum eſſet, vt de omnibus rebus tum diuinis tum humanis iudicarẽt: ⁊ non ad Theologos, Iuriſconſultos, Philoſophos naturales: quod tamen abſurdũ eſt dictu. ¶ Secundo arguitur. Experientia compertum eſt, illuſtres viros ſcientiis aliis fuiſſe prędítos ſine adminiculo Dialecticę: tum Iuriſconſultos (qui cum nihili faciant Dialecticam, habent nihilominus peritiam iuris) tum maxime nonnullos ex doctoribus ſacris, qui non videntur admodum Dialecticę diligentes, cũ tamen ſcientias omnes alias redoleant: vt ſunt Ambroſius, qui canebat, A Logica Auguſtini libera nos Domine: Gregorius, Bernardus, aliiq; id genus. Imo vero ante Platonem ⁊ Zenonem qui fuiſſe dicuntur inuentores Dialecticę, fuerunt illi ſeptem ſapientes, quos Gręcia iactat, ſine Dialectica: ergo Dialectica non eſt neceſſaria propter alias ſciẽtias. ¶ Confirmatur. Si Logica eſſet neceſſaria ad acquirendas ſcientias, tunc cum ipſa Logica ſit ſcientia, vt queſtione ſequenti conſtabit, fieret vt neq; ipſam poſſemus acquirere ſine alia Logica: atq; adeo procedendum eſſet in infinitum. ¶ Tertio arguitur, vna pars Dialecticę eſt ſophiſtica ⁊ cauillatoria: quam tradit Ariſto. in libris Elencho. Vbi technas permultas docet, modoſq; fallendi in diſputatione: ſed Sophiſtę, ⁊ diuinis literis damnãtur ⁊ humanis. Qui enim ſophiſtice loquit, odibilis eſt. Eccleſiaſt. 37. Et Socrates quem ſapientiſſimũ ipſe pronũtiauit Apollo, Gorgiam cęteroſq; id genus Sophiſtas ludibrio habuit, vt ex Platone colligit Cicero lib. 2. de finibus: ergo Dialectica pernicioſa eſt, tantum abeſt vt ſit neceſſaria. ¶ Quarto ⁊ poſtremo arguitur ꝙ Logica non ſit ante alias ſcientias neceſſaria. Docet Ariſtot. primo Phyſi. tex. 2. Hanc nobis natura inſitam eſſe viam, vt a notioribus nobis ⁊ facilioribus exordiamur. Et. 5. Metaphy. tex. 1. In doctrinis (inquit) inchoandum eſt vnde quis facilius diſcat. Dialectica vero difficilima eſt, vtpote quę circa recõdita opera intellectus verſetur: ergo non eſt ab illa inchoandum: atque adeo neq; eſt ante alias ſcientias neceſſaria. ¶ At vero in contrarium eſt authoritas Ariſt. 1. Topi. cap. 2. vbi docet Dialecticam eſſe vtilẽ ad tria: nempe ad exercitationes, ad colloquia, ⁊ ad eas, que ſecundũ Philoſophiam ſunt, diſciplinas.

Logica.

¶ Circa quæſtionem hanc, nè ignorantia nominum (quod ait Ariſto. 1. Elencho.) faciat nos hallucinari, prgenotandum eſt primum omnium iuxta doctrinam ipſius. 1. Poſte. textu. 2. quid nominis logicę, atq; Dialecticę. Logica nomen eſt Latine receptum (quod meminit Iſidorus lib. 2. Etymol.) a logos Grgęce: quod inter alia multa, ⁊ ſermonem ſignificat, ⁊ rationem: vnde Logica idem pollet quod ſcientia ſermocionalis, ſeu, ſcientia rationalis. Et differunt huiuſmodi ſcientię ratione obiecti ⁊ finis. Nam finis ſcientię ſermocinalis eſt proprietas ſermonis: vt recte, ornate, aut figurate loqui: qualis eſt finis Grammaticę, Rhetoricę ⁊ Poeſis: quę proinde ſunt ſcientię ſermocionales: atq; adeo cõprehenduntur nomine Logicę. Sed finis rationalis ſcientię eſt intelligere: qualis eſt finis Dialecticę: quę licet tractet de vocibus, id tamen tractat, quatenus ſunt ſigna conceptuũ: vt docet Auicenna prima parte Logicę cap. 3. At vero quia finis etiam Rhetoricę ⁊ Poeſis, proter ſermonem, eſt opus rationis, vtpote perſuadere veritatẽ coniecturis ⁊ reprgeſentationibus, fit vt vtraq; itidẽ numeret inter ſcientias rationales. Vñ in illa antiquiſſima diuiſione Philoſophię in Phyſicã. i. naturalẽ: Ethicã. i. moralẽ: Logicã. i. rationalẽ, ſub tertio mẽbro cõprehendunt Rhetorica, Poeſis ⁊ Dialectica: vt

Differt inter ſciẽtias ratio ⁊ ſermo.

ca: vt notat Hiero. Hom. 1. ſuꝑ Cantica. Et ideo S. Tho. in principio ſtatim poſteriorũ diſtinguit Poeticã Rhetoricã ⁊ Logicã tanꝙ tria opera rationis.

Differt inter logicã, rhetoricã, ⁊ Poeſim. ¶ Et quanꝗ poſſet quæſtio præſens tractari de Logica, hoc mõ gñaliter dicta: tñ ad noſtrũ propoſitũ ſolũ pertinet Logica: vt diſtinguit̃ contra Rhetoricã ⁊ Poeſim. Que differũt dupliciter: Primo ratiõe finis ⁊ materię. Finis. n. Logicę, vt docet illic S. Tho. eſt facere vel certũ ſcientiã ex neceſſariis ⁊ vniuerſalibus, vt in lib. Poſte. vel fidẽ ſaltem humanã ſeu opinionẽ, vt in libris Topi. Sed Rhetorica nõ neceſſe habet generare ſemꝑ, vel opinionẽ: ſed ſatis eſt ſi ſuſpicionẽ faciat: ⁊ id de rebus particularibꝰ: vt ſi Milo occidit Clodiũ ⁊c. ꝗ ꝓinde vtit̃ coniecturis in particulari. Poeſis vero generat ⁊ amorẽ virtutis ⁊ odiũ vitiorũ, per modũ repręſentationis: veluti cibus oſtẽſus generat, vel appetitũ ſui vel horrorẽ. ¶ Secũdo differũt ex modo ꝓcedendi. Nã Dialectica, vt docet Ariſ. in ꝑncipio Rhetoricę, eſt cõpendioſior, Rhetorica vero extẽſior. Qđ eñ Dialectica breuiſſimo ſyllogiſmo tribꝰ terminis cõcludit, id Rhetorica pluribꝰ verbis explicat ⁊ amplificat. Ob idq; ⁊ Ariſt. illic ⁊ Zeno, qđ Cicero. 2. libro de Legibus cõmemorat, Dialecticã cõparabant pugno cõſtricto, Rhetoricã vero extẽſę palmę. Atq; adeo Varro, Eſt (inquit) Dialectica ad diſſerendas res acutior, Rhetorica vero ad illa que innititur docenda, facũdior. ¶ Secũdo notandũ eſt ꝙ Dialetica proprie dicta nõ tm̃ extenditur quantũ Logica, imo eſt pars ipſius. Diuidit̃ eñ Logica (vt author eſt Cicero in lib. Topico.) in Dialecticã ⁊ Topicã: vt Dialectica ſit illa pars Logicę ꝗ eſt iudicatiua. Topica vero, ea, que eſt inuẽtiua. Prima pars tradit̃ in libris Priorũ ⁊ Poſteriorũ: vbi docet̃ quemadmodũ de vnaquaq; re iudicandũ ſit per reſolutionẽ in ſua principia neceſſaria: iudiciũ nanq; proprie non ſumitur niſi de neceſſariis: vt docet S. Tho. in principio Poſte. Altera tradit̃ in libr. Topicorũ: vbi docent̃ loci ⁊ ſedes argumẽtorũ: vt vnuſquiſq; abũdet mediis ad perſuadendũ quãcunq; veritatẽ: per locũ a definitione, a diuiſione, a genere ⁊c. Quanꝗ in alia ſignificatione diſtinguat̃ ſyllogiſmus Dialecticus a demonſtratiuo: vt demõſtratiuus ſit qui ꝓcedit ex neceſſariis, Dialecticus qui ꝓcedit ex probabilibꝰ. At vero iã Doctores promiſcue vtunt̃ vtroq; noĩe: vt idẽ ſit Logica ⁊ Dialectica. Et ita nos vtimur in

Dialectica propoſito. ¶ Eſt ergo Dialectica ſeu Logica, vt definit Iſidorus. 2. lib. Etymologiarũ: ſciẽtia definiẽdi, inquirendi, ⁊ diſſerẽdi: que docet diſputãdo quemadmodũ vera ⁊ falſa diiudicent̃. Et de hac quęrimꝰ an ſit neceſſaria? ¶ Poſtremo circa eundẽ titulum

Neceſſariũ queſtionis notandũ ꝙ neceſſariũ (vt author eſt Ariſ. 5. Metaph. tex. 6.) multis modis dicitur ſecundum numerũ cauſarũ. Dicitur eñ aliquid neceſſariũ ab intrinſeco ratione cauſę formalis aut materialis: vt neceſſe eſt hominem eſſe riſibilem ratione formę: ⁊ eſſe mortalem ratione materię. Secundo ab extrinſeco: aut ratione cauſę efficientis, quod alio nomine dicitur violentum: vt neceſſe eſt ſagittam ſurſum proiectã aſcẽdere: eſt itẽ neceſſariũ ratiõe finis: idq; dupliciter, aut ſimpliciter: puta ſine quo non poteſt quis cõſequi finẽ: vt cibus neceſſarius eſt ad vitam: aut ſolũ ad bonũ ⁊ commodũ eſſe finis: quod alias dicitur vtile: vt equus neceſſarius eſt ad iter.

¶ Igitur ad queſtionem reſpon-

Concluſ. 1. detur quatuor cõcluſionibus. Prima cõluſio. Dialectica eſt quodãmodo hoĩbus neceſſaria primo modo: quaſi a propria forma, ⁊ hoĩs natura dimanans. Probatur: Dialectica eſt ars diſſerẽdi ac ratiocinãdi, vt modo dicebamus: ſʒ hõ inter vniuerſas creaturas proprie eſt rationalis: vtpote cui natiuum ſit, progreſſu quodã ac diſcurſu rerũ veritates perueſtigare, ⁊ ex notis ad ignota ꝓcedere: vt viſa. v. g. eclipſi cauſam ꝗrere: ergo Dialectica eſt homini naturalis. Unde Albertus in prologo Prędica. Logica (inquit) a natura incipit, ſed arte perficit̃. Et Victorinus: Potentia facit habilẽ, ars vero facilẽ, vſuſq; potentẽ. Et Ariſt. 1. Rhetorico. ait Dialecticã naturalẽ eſſe, quã oẽs etiã illiterati participant, ſed illa eſt ad artẽ reducẽda. Quocirca angelis qui nõ indigẽt diſcurſu ad cognoſcendũ (ea ſaltem quę naturaliter cognoſcũt) nõ eſt Logica neceſſaria reſpectu illorũ. ¶ Scđa cõcluſio. Dialectica eſt ad alias ſciẽtias

Conclu. 2. conquirẽdas neceſſaria: ⁊ (vt inquit Albertus ſuper Porphyriũ cap. 3.) nõ ſolũ eſt vtilis vt facilꝰ acquirantur: ſed ſimpliciter neceſſaria. Probatur: Modꝰ perquirẽdi ſciẽtias eſt per definitiones rerũ, per diuiſiones ac diſcurſus: ſed Dialectica eſt ars quę docet definire, diuidere ⁊ argumẽtari: ergo Dialectica eſt neceſſaria ad alias ſcientias: rationẽ hãc manifeſtat egregie S. Tho. in principio ſtatim Poſte. Hominũ, inquit, genus arte ⁊ rationibꝰ viuit, vt autor eſt Ariſto. 1. Meta. cap. 1. quo differt homo a cęteris animãtibus, quę cũ ratione nõ vigeãt, nulla ducunt̃ arte, ſed ſolũ naturali inſtinctu aguntur: ob idq; homines ad diuerſa opificia diuerſas artes excogitarunt, vt ſculptoriã, ferrariã ⁊c. At vero intellectꝰ ⁊ ratio nõ ſolũ ordinat exteriora opera, verumetiã diſponit ſuos ꝓprios cõceptꝰ in formã definitionis, ſyllogiſmi ⁊c. ergo ad hoc neceſſaria fuit ars quę dicitur Dialectica. ¶ Secundo probat̃ hęc cõcluſio antiquiſſima authoritate Philoſophorũ qui neceſſitate adducti Dialecticã excogitarunt. Nam, vt notat Ariſ. 1. Poſte. ⁊ refert Cice. 1. li. Academicarũ queſtionũ, fuerũt ante Platonẽ, Democrates, Anaxagoras, Empedocles ⁊ alij, in ea opinione, vt nihil poſſit ab hoĩbus ſciri. Unde illa vox Socratis, vnũ hoc ſcio, me nihil ſcire: Et Archiſilas ⁊ illud quoq; negabat ſe ſcire. In quã certe opinionẽ inciderãt ex incuria ⁊ ignorãtia Dialecticę, quę via eſt inquirendi ſcientias: cuius vis nondũ erat illorũ tẽpore cognita, vt meminit Ariſto. 1. Metaphy. textu. 8. ⁊ lib. 13. cap. 4. Quanꝗ ⁊ rerũ etiam mutabilitatẽ in cauſa eſſe putabant, vt nihil de illis poſſet ſcire. Ob idq; Plato, Ariſtot. ⁊ poſtea Zeno Stoicorum princeps Dialecticã vel inuenerũt, vel ſaltẽ ad perfectũ perduxerũt: qua homines poſſent cęteras ſcientias adire. Unde Diogenes Laertius, quãuis lib. 1. de vitis Philoſophorũ dixerat a quodam alio antiquiſſimo Zenone Eleate nõnullũ Dialecticã ſumpſiſſe exordium, tñ lib. 3. de vita Platonis: Ex tribꝰ illis (inquit) partibus Philoſophię Phyſica antiꝗ fuit: acceſſit Socrates ⁊ adiecit Ethicam, tertiam Plato Dialecticã addidit. Et li. 7. de Vita Zenonis Stoici: Tanti (inquit) faciebãt Stoici Dialecticã, vt ſolos Dialecticos appellarẽt ſapiẽtes. Et Iſidorus libr. 2. Etymol. cap. 24. Phyſicã (inquit) Thales Mileſius vnꝰ ex ſeptem ſapiẽtibus primus apud Grecos perſcrutatus eſt: Ethicã Socrates inſtituit, ſed Logicam Plato ſubiunxit. Ueruntamen (vt ipſe illic teſtatur cap. 22.) quãꝗ primi Philoſophi in ſuis dictionibꝰ Dialecticã habuerint, tamen Ariſto. fuit qui illã in artẽ redegit, ⁊ ad regulas certas produxit, quod. 2. Elencho. cap. 9. inſinuat̃. Nempe ante ſuam ętatem non fuiſſe artẽ Dialecticę eam pręſertim quę verſatur circa ſyllogiſmos, ſed ipſe (inquit) Ariſto. labore multo excogitauit. ⁊ Cicero lib. 1. Acade. queſtionũ dicit tẽpore Socratis oĩa illos Philoſophos dubita-

re, nihil



Ars Logica noua ⁊ vetus. re nihil affirmare: ſed tunc facta eſt ars diſſerẽdi quã minime ꝓbabat Socrates. Atq; hinc abiit in vſum, vt reor, artẽ ſyllogiſmorũ ꝗ in libris Priorũ, Poſte. ⁊ Topic. Elẽchorũ tradit̃, appellari artẽ nouã, ꝙ eã Ariſ. inuenerit. Artẽ vero p̃dicamentorũ ⁊ perihermenias, vocari veterẽ, vt adnotauimus in principio p̃dicamentorũ. Tametſi totiꝰ Dialecticę in vniuerſum princeps fuerit Ariſ. vt teſtat̃ Cice. in li. Topic. qr oẽs eiꝰ partes in lucidã artẽ reuocauit. ¶ Tertio ꝓbatur concluſio. Nã quotquot antiqui philoſophi in errores inciderũt, ex ignorãtia Dialecticę lapſi ſunt. Primo Epicurꝰ: qr nimirũ fuit cõtẽptor Dialecticę, ĩ errores incidit grauiſſimos vt adnotat Cice. 2. li. de finibꝰ, ⁊ Boetiꝰ ſuꝑ Porphyriũ. Enimuero, qr definire neſciebat qđ eſſet ſummũ bonũ: illud in voluptatibꝰ cõſtituebat. Et Ariſ. 1. Phyſi. Phõs illos antiꝗs, tã abſurde errãtes circa principia rerũ naturaliũ, cũctos ſubnotat ignorãtię logicę. Qr. n. (inꝗt) ęquoca diſtinguere neſciebãt, ſępe in ęquocis laborabãt. ¶ Et re vera ſi rẽ ad hęreticos qui fuerũt in eccleſia deducere lubet, cõpertũ erit ex ignorãtia Dialecticę paſſim hallucinatos fuiſſe. Quare Dialectica, vt cęterę artes liberales, admodũ eſt in eccleſia neceſſaria. Uñ. 37. diſt. ca. de ꝗbuſdã. ab Eugenio papa in ſynodo cautũ eſt, vt epĩ curã ⁊ diligentiã habeant vt magr̃i ⁊ doctores conſtituant̃, ꝗ ſtudia literarũ, liberaliũq; artiũ dogmata aſſidue doceãt. ¶ Ultimo tãdẽ ꝓbat̃ cõcluſio. Tũc vnãquãq; rẽ ſcire putamꝰ (vt inꝗt Ariſ. 1. Phyſ.) cũ cauſam ⁊ p̃ncipia rei cognoſcimꝰ: ſʒ cognoſcere rẽ ꝑ cauſam nemo põt ſine Dialectica: ꝗppe ꝗ docet cõcluſiones in ſua principia reſoluere: ergo ſine Dialectica nullus eſt vere ſciẽs, neq; eſt aliꝗ vera ſciẽtia. ¶ Quo fit vt ꝗ hac tẽpeſtate iuri vtriq; ſtudẽt, certe (qđ ſine cuiuſpiã iniuria dixerim) verã ſcientiã nõ habẽt, ſed merã fidẽ, quã adhibẽt dictis doctorũ. Non eñ res ꝑ cauſas ⁊ principia cõprobant, ſed ſola authoritate tenẽt. Uñ in lõgiſſimo tp̃e nihil niſi turbã opinionũ cõparant: cũ tñ antiꝗ Iuriſconſulti nõ authoritatibꝰ ſolũ, ſed rationibꝰ agebãt. Uñ elegãter Cicer. de claris Oratoribus, Seruiũ Sulpitiũ vniuerſis Iuriſconſultis illiꝰ tp̃is anteponit. Qui tñ (inꝗt) nunꝗ ad tãtã iuris ſcientiam perueniſſet, niſi Dialecticã didiciſſet: ꝗ docet rẽ vniuerſam diſtribuere in partes, latentẽ explicare definiẽdo, obſcurã explanare interpretando, ambiguã p̃mũ videre, deinde diſtinguere: poſtremo habere regulã qua vera ⁊ falſa iudicent̃: ⁊ ꝗ, quibus ꝓpoſitis, eſſent: queq; nõ eſſent cõſequẽtia. Et inferiꝰ ⁊ alibi ſępe dicit ſine Dialectica iuſtã eloquẽtiã quę Iuriſcõſultis neceſſaria eſt neminẽ cõſequi poſſe. Et Plato. 7. lib. de repu. dicit ad oẽs ſciẽtias ⁊ artes neceſſariã eſſe Dialecticã: atq; adeo ad ipſam diuinã ſummi boni cõtemplationẽ. Et Auguſt. libr. 2. de ordine, cap. 13. diſciplina (inquit) diſciplinarum quã Dialecticã vocant: hęc docet docere: hęc docet diſcere: in hac ſe ipſa ratio demonſtrat, atq; aperit ꝗ ſit, quid velit, quid valeat: ſcit ſcire: ſola ſciẽtes facere poteſt. Unde ſcientia (inquit) argumẽtandi, diuidendi, definiendi, nõ ab hominibus pro arbitrio inſtituta eſt, ſed in rerum ratione comperta eſt. ¶ Eſt ergo Dialectica, vt dictũ eſt, ſimpliciter neceſſaria. Sed poſtꝗ ſtudiũ literarũ in queſtu eſſe cœpit, Dialectica cõtemnitur que nõ eſt de pane lucrando. Et illa ſtudia ſequunt̃ iuuenes, vt inquit Cato, in quibus maiora pręmia poſita ſunt: nõ tam verã ſcientiã

Cõcluſio. 3 ꝗ vulgi opinionẽ aucupãtes. ¶ Tertia cõcluſio. Ars Sophiſtica eſt etiã vtilis, dummodo ſit ad mediocritatẽ. ¶ Probatur, Non ſolũ opus eſt Philoſophum eſſe inſtructum ad docendum veritatem: ſed neceſſe eſt eſſe armatũ aduerſus eos qui fallaciis ⁊ cauillis veritatẽ adulterant ⁊ impugnant: hoc vero pręſtat ars Sophiſtica: ergo eſt vtilis. Quemadmodũ enim Scorpio non cõmiſcet̃ theriacę ꝓpter ſanos, ſed vt illis ſit medicina qui morſu Scorpionis affligũtur, ita ars Sophiſtica eſt nobis aduerſus Sophiſtas ⁊ hęreticos neceſſaria. Unde Cicero lib. 1. de finibus: bona pars (inquit) Dialecticę eſt quę captiones diſſoluere ambiguaq; diſtinguere oſtendit. Et [illegible] de diuinatione, pars inquit ſapientis eſt fallax argumentũ diſſoluere ⁊ ſoritis reſiſtere. Soritas vocãt Greci captioſum ⁊ multiplex genus argumẽtandi. ¶ Et confir. exemplo Auguſt. qui quanto prius Gẽtilis Dialectica ſua plus nocuit eccleſię, quando cãtabatur, a Logica Auguſtini libera nos Dñe, tantum poſtea Chriſtianus eadem arte plus profuit aduerſus hęreticos. Unde pro crimine obiiciebant illi ꝙ eſſet Dialecticus. A quo ipſe ſe purgat lib. 1. contra Creſconium Grammaticũ, cap. 3. vbi miris modis extollit Dialecticã: aſſerens Apoſtolos etiã fuiſſe Dialecticos, cum ſępe diſputauerint aduerſus Gẽtiles: imo ⁊ Chriſtũ ipſum Seruatorẽ noſtrũ qui ſępe diſputauit aduerſus Iudęos. ¶ Secundo, Utilis eſt ars Sophiſtica ad exercendũ ⁊ exacuendũ ingenia iuuenũ, vt ſciant in omnium materia prõpte diſputare. Sed tamen hoc eſt in perniciẽ hominũ nimiũ immorari in huiuſmodi. Quemadmodũ eñ Reubarbũ certo põdere vtile eſt ad ſanitatẽ, ſed ſi multũ ſumpſeris, enecat: ita Dialectica euſq; vtilis eſt, quantum eſt neceſſaria ad alias ſcientias adeundas. Unde Seneca lib. 13. epiſt. 89. Artes, inquit, liberales eatenus vtiles ſunt, ſi ingeniũ pręparent, non detineant. Tãdiu illis immorandũ eſt, quãdiu nihil animus agere poteſt maius. Unde quantũ proſunt per ipſas tranſeuntibus, nocẽt circa ipſas immorãtibus. ¶ Ultima

Conclu. 4. concluſio. Dialectica eſt primũ diſcenda ante alias ſcientias. De hac cõcluſione fuit cõtrouerſia apud antiquiſſimos Phõs, vt refert Laertius lib. 7. Panetius enim ⁊ alij dicebant a Phyſica inchoandum eſſe: Diogenes vero ab Ethica. Sed Academici, Stoici, Peripatetici conſentiunt a Logica eſſe incipiendum, poſt Grammaticam. ¶ Et probatur concluſio. Modus ſciendi pręrequiritur ad acquiſitionẽ ſcientiarũ, ſicut ars requiritur ad conſtructionẽ domus (abſurdũ enim eſt, vt citatũ eſt apud Ariſt. ſecundo Metaph. Simul quęrere ſcientiã ⁊ modũ ſciendi:) ſed Dialectica tradit modum ſciendi, vt illic dicit Commentator: ergo ipſa pręrequiritur ante alias ſcientias. ¶ Secundo arguitur ꝙ nõ ſit incipiendũ ab Ethica vel Phyſica. Nã prudẽtia quę pręrequiritur ad Philoſophiã moralem: ⁊ pariter principia Philoſophię naturalis, non poſſunt haberi niſi per experientiã, vt author eſt Ariſt. 1. ⁊ 6. Ethi. iuuenes autẽ in breui tẽpore nõ poſſunt experientiã habere rerũ. Ex quo illic colligit Ariſt. iuuenẽ non eſſe idoneũ auditorẽ Philoſophię moralis aut naturalis: ſed poſſunt (inquit) eſſe Mathematici. Dialectica. n. ⁊ Mathematicę ſciẽtię nõ requirũt experientiã: qr abſtrahunt a materia. Et ideo ab his inchoandũ eſt ſtudium ſcientiarũ. ¶ Unde S. Tho. opuſ. 70. ſuper Boetiũ de Trini. q. 5. ar. 1. dicit antiquiſſimũ ordinẽ ſcientiarũ eũ eſſe, vt prius iuuenis diſcat Dialecticã, deinde Mathematicas ſciẽtias: quę ſunt aditus ⁊ via ad philoſophiam moralẽ ⁊ naturalem. Et inde, vt refert Hugo de S. Victo. 3. li. Didaſ. cap. 3. ex ſeptẽ artibus liberalibus, Grãmatica, Logica ⁊ Rhetorica nomẽ habẽt, vt dicantur triuium. Geometria vero Arithmetica, Perſpectiua, ⁊ Muſica dicuntur quadriuiũ, id eſt, trina ⁊ quaterna via ad alias ſciẽtias. ¶ Boni cõſulite, ſi queſtionẽ hanc (ꝗ facies eſt libri) latius forſan deduxerimꝰ quã ꝓ ratione ru-

dium iuuenū fuerat neceſſariū. Libuit nanq; iacentē hac ętate Dialecticā pro ſua dignitate ⁊ antiquitate hiſce rationibus erigere: ⁊ aduerſus contemptores ſuis viribus aſſerere, ſuiſq; dotibus perornare. Quā doquidē antiquitas Philoſophorū Mercurio ſuo, quē deū ſapiētię coluit, vel de Dialectica pręcipuos honores detulit, angues manibus apprehendētem eius effigiem depingebant, eique dracones ſacrificabant: quod implexa per Dialecticam extricaret, ⁊ terrificam argumentorum vim facile diſſolueret.

¶ Ad primū argumentū reſpōdetur ꝙ Dialectica quodāmodo eſt per ſe naturalis: vt diximus. Nā ⁊ ſi nullę eſſent alię ſciētię, poſſet q̄s formare ſyllogiſmos in modo ⁊ figura ex terminis nō ſignificatiuis, vt facit Ariſ. i libris Priorū. Sed tñ neceſſaria nō eſt, niſi ꝓpter alias ſciētias, in quibus tradit̃ cognitio rerū. Et quāq̄ alię ſciētię miniſtrēt peculiarē materiā ⁊ peculiares t̃os circa ſua cuiuſq; obiecta: Dialectica tñ eſt q̄ docet inde conſtituere definitiones ⁊ ſyllogiſmos, atq; adeo ex notis ad ignota ꝓcedere. Sicut ars ſartoria nō facit pannū aut ſericū, ſed ex illis facit veſtē. ¶ Et ꝑ hoc rñdetur ad cōfir.

*Ad confir.* ꝙ nō ꝑtinet ad Dialecticā iudicare de oībus rebus. Sed ad alias ſciētias q̄ verſant̃ circa diuerſas materias rerū. ¶ Ad ſcdm argm̄ negat̃ quenquā acquirere poſſe ſciētiā verā ſine Dialectica.

*Ad.2.* Et ſancti doctores oēs fuerūt Dialectici. Nec Iuriſcōſulti, vt dictū eſt, antiquitus ſine Dialectica adibāt ſtudiū iuris. Nec qui modo ſunt habent ſine illa niſi merā fidē. ¶ Et qd̄ attinet ad antiq̄s Phōs, quanq̄ nō habebāt artē logicę ꝑfectā, habebāt tñ naturaliter imperfectū modū arguēdi ⁊ definiēdi. ¶ Ad confir. aūt rñdet̃ ꝙ cū p̄mo inuēta fuit, per nālem inſtinctū rōcinādi inuenta fuit ipſamet ars rōcinandi: ⁊ maxime: q̄ ſemꝑ in gñe hūano māſit aliqd̄ ſemē Dialecticę ⁊ cęterarū ſcientiarū, quęcūq; infuſę fuerūt primo parēti: ⁊ nō poſtq̄ inuēta eſt, ipſa ſibi ſeruit: non eñ docet ſolū diſputare i aliis ſciētiis, ſed in ſeipſa. Quare nō eſt proceſſus in infinitū. ¶ Ad tertiū

*Ad.3.* rñdet ipſe Auguſt. 2. de doctri. Chriſt. cap. 31. ꝙ ſophiſtice loqui intētione decipiēdi, hoc odibile eſt ⁊ dānatū. Eccl. 37. Sed callere artē Dialecticā ad declarandū ſcripturā ⁊ ad obuiandū cauilloſis hęreticis: id plurimū valet in ſacris literis. Verū eſt tñ ꝙ Socrates vt argutū eſt, poſtq̄ ad Philoſophiā moralē ſeſe cōtulit nō tāti faciebat Dialecticā. Cuius ſubinde ſtudioſiſſim⁹ diſcipul⁹ Seneca, vt ꝑ; li. 6. epiſ. 49. ⁊ 50. nō adeo multū fauet Dialecticę, tametſi negare non poſſit quo minus Phis ꝓſpiciēda ſit ⁊ a limine ſalutāda. ¶ Vltimū argm̄ eſt. S. Th. opuſ.

*Ad poſtremum.* 70. ſuꝑ Boetiū. q. 6. ar. 1. Ad qd̄ rñdet ꝙ a facilioribus ſemper inchoandū eſt, niſi neceſſitas nos aliquādo cōpellat a loco difficili exordium ſumere. At dialectica nō eſt initium ſcientiarū quia facilior, ſed q̄ tradit modum acquirendi alias ſcientias.

## Quæſtio. 2. Procemialis.

## Vtrùm Logica ſit Scientia.

Q Væſtio ſecunda iuxta ordinē citatū Ariſt. ꝑtinet ad qd̄ quid eſt, videlicet an Logica ſit ſciētia. ¶ Et arg᷑ pro parte negatiua. Primo ex parte obiecti, vñ habit⁹ ſortiunt̃ ſuas ſpecies. Logica, vt videbimus. q. 5. eſt de entibus rationis (verſatur enim circa genus ⁊ ſpeciem ⁊ alia huiuſmodi: quę ſolū habēt eſſe per operationē intellectus) at ens rationis non eſt ens ſimplr̃, ſed ſcdm quid: ergo Logica nō eſt ſimpliciter ſciētia, ſed ſcd̄; quid. ¶ Scdo arguitur: Sciētia ſcdm Ariſ. 1. Poſte. tex. 5. ⁊ 6. Ethi. c. 6. Solū eſt de neceſſariis ⁊ perpetuis: Logica eſt de ſyllogiſmo ⁊ de cęteris operibus intellectus factibilibus a nobis: quę ſunt entia contingentia ⁊ tēporalia: ergo nō eſt ſciētia. ¶ Et cōfir. hęc ratio. Scientia, vt illic habet̃ ꝓcedit ex neceſſarius per demonſtrationē: ſed Logica ſępe ꝓcedit ex ꝓbabilibus, vt in libris Topi. multaſq; ſubinde habet opiniones: vt vtrū res prędicentur, an termini: ergo Logica nō eſt ſciētia, ſ; opinio. ¶ Tertio arguit̃ tur. Oīs ſcientia verſat̃ circa aliquod ſpeciale ſubiectū: ſ; Logica eſt ſciētia cōis vt Ariſ. docet. 1. Poſte. tex. 27. ⁊ 4. Meta. tex. 5. vtpote quę verſatur circa omnē materiā oīm ſcientiarū: ergo nō eſt ſcientia. ¶ Quarto Ariſt. 2. Met. tex. 15. diſtinguit inter ſciētiā ⁊ modū ſciēdi: ſed Logica eſt modus ſciēdi, vt illic exponit Cōmentator: ergo Logica nō eſt ſciētia. ¶ Et cōfir. Q2 ſi Logica eſſet ſciētia ſequeret̃ proceſſus in infinitū. Nā tūc vel requirit̃ alia Logica tāq̄ modus ſciēdi ad acquirendū Logicā, vel nō. Si nō: ergo aliq̄ ſcientia pōt haberi ſine pręuio modo ſciendi. Si ſic, quęro de alia logica priori an ſit ſciētia, necne. Si eſt ſcientia: ergo requirit aliā priorē: ⁊ ſic eſt proceſſus in infinitū. Si nō: ergo deueniendū eſt ad aliquā Logicā quę nō eſt ſciētia, ſed modus ſciendi. ¶ Quinto, Logica eſt ars definiēdi ⁊ argumētādi, vt dictū eſt: ſed ars ⁊ ſciētia ſunt habit⁹ ſpecie diuerſi, vt author eſt Ariſ. 6. Ethi. lect. 3. ergo Logica nō eſt ſciētia. ¶ Poſtremo arguitur: Saltem pars Logicę ſophiſtica nullo modo eſt ſcientia: vt Ariſt. tradit. 1. Rheto. ⁊ 4. Met. tex. 5. vbi dicit ꝙ ſophiſta apparet Philoſophus: ſed nō eſt: ergo nō tota Logica eſt ſcientia. ¶ In contrariū eſt ꝙ vt ſupra dicebamus, cum omnes Philoſophi antiqui, tum maxime Peripatetici diſtribuunt Philoſophiā in Phyſicā, Ethicam ⁊ Logicam, velut in tria genera ſcientiarum.

¶ Circa quæſtionē hanc, iuniores Logici ſexcentas fingunt diſtinctiones. Primo dicunt Logicā bifariā accipi: vno modo pro Logica naturali: quę eſt habitus animę, ſeu anima ipſa habilis ſuapte natura ad arguendū ⁊ ratiocinandum: alio modo pro Logica artificiali: quę eſt habitus acquiſitus. Et primo modo nō eſt ſcientia, ſed ſecundo modo. ¶ At vero hoc eſt pro libito abuti terminis. Nam inclinatio naturalis, ſicut ſimpliciter non eſt ſciētia, ita neq; ſimpliciter eſt Logica. Verū eſt ꝙ ſecundū antiquos, vt author eſt S. Tho. 1. 2. q. 51. ar. 1. eſt in intellectu quidam habitus naturalis, quo cognoſcimus principia per ſe nota: ſiue diſtinguatur a potentia, ſiue nō: ſed tñ ille nullo modo habet nomē ſciētię: ⁊ ꝑ cōſequēs, nec nomē Logicę aut Philoſophię: ſed dicit̃ intellectus, qui eſt inchoatio ſciētiarum. Ergo nō accipitur Logica proprienſiſ pro habitu ſuperaddito potētię, acq̄ſito, vel a Deo infuſo. ¶ Scdo, Logicā artificialē dicūt vno modo accipi pro habitu ſimplici vnius cōcluſionis: alio modo ꝓ aggregato ex oībus ſimul. Et p̄mo mō eſt ſcia partialis, ⁊ ſcdo mō ſciētia totalis. Sed tñ hęc alia quęſtio diſticta eſt: an videlicet Logica ſit vnic⁹ habit⁹ oīm cōcluſionū: an collectio pluriū. Mō non q̄rimus niſi an ſit ſcia: poſtea videbim⁹ an ſit vna vel plures. ¶ Tertio diſtinguūt ꝙ Logica vno mō accipit̃ ꝓ habitu ꝓpoſitionū Logicaliū acquiſito ꝑ demōſtrationē, ⁊ iſto modo eſt ſcientia: alio modo pro habitu tali acquiſito ſolū per rationē probabilem: ⁊ ſic nō eſt ſciētia, ſed opinio. ¶ At vero iſti adeo ſunt amatores claritatis, vt quo clare loquātur, nihil reſpōdeant. Tantundē. n. dicūt in hac diſtinctiōe: ac ſi dicerent ꝙ logica



ꝙ logicā quę eſt ſciētia eſt ſcientia: ⁊ illa quę eſt opinio, nō eſt ſciētia. ¶ Alij diſtiguūt ꝙ vno modo accipitur logica pro aſſenſu actuali: alio modo pro habituali. ¶ Sed hoc eſt nomina confundere. Nā logica, ſicut ſciētia proprie non accipit̃, niſi pro habitu. Aſſenſus eñ nō dicit̃ ſciētia: ſed actus, vel conſideratio ſciētię, vt loquitur Ariſt. 1. Poſt. ¶ Sed quid? Gualterus quidam accipit logicā pro iſto conceptu, logica: qui vniuerſaliter prędicat̃ de omnibus habitib⁹ logicalibus. At quis dixerit illum cōceptum eſſe logicam, magis quam hoc nomē, homo, eſſe hominem. ¶ Libuit has omnes diſtinctiones iſtorū in medium proferre, vt admonerem acceptiones non eſſe pro libito multiplicandas. Sed ex propria ſignificantia terminorum, vel ex vſu philoſophorum accipiēdas.

¶ Vnde in titulo quæſtionis accipitur logica, vt ſuperiori quęſtione declarauimus, pro habitu definiendi, diuidendi ⁊ argumētādi, qui verſatur circa opera intellectus: q̄ ſunt propoſitio, ſyllogiſmus ⁊c. Et de hoc quęrimus an ſimpliciter ſit ſcientia ſicut philoſophia naturalis aut aſtrologia, aut alia id genus ſciētiarū. ¶ Vbi notandum eſt

*Scire ⁊ ſcientia.* ſecūdo ꝙ ſcire eſt rē perfecte cognoſcere: qd̄ authore Ariſto. 1. poſte. text. 5. eſt rem per demonſtrationē intelligere. Atq; adeo ſcientia eſt habitus generans aſſenſum neceſſariū ⁊ euidentē per demōſtrationē, vt illic amplius explicabimus: nam hic non eſſet locus exacte tractādi quid ſit ſcientia. ¶ Tertio notandū ꝙ pręſens hęc quęſtio, An logica ſit ſciētia, antiqua fuit inter philoſophos: quam tractat Auicenna in p̄ncipio Dialecticę ⁊ Boeti⁹ ſuꝑ Porphyriū ſub his terminis, ſit ne logica vere pars philoſophię, an ſolū inſtrumentum ſcientiarum. ¶ Et inter iuniores Aegidius Roman⁹. q. 1. ſuꝑ librū Poſte. negat logicā eſſe ſcientiā, adductus argumēto noſtro quarto ⁊ eius cōfirmatione. Cui poſt ſubſcripſit Petrus Niger. 11. quęſtio. ſui clypei, motus argumento noſtro primo. Sed tamen cōmunis opinio Auicennę, Boetij ⁊ omnium, vt ipſe Petrus niger confitetur, eſt ꝙ

*Logica docēs ⁊ vtēs.* logica eſt ſcientia. ¶ At vero diſtinguitur duplex logica. Nam alia eſt docens ⁊ alia vtens. Logica docens eſt habitus, q̄ docet naturā. v. g. definitionis, demonſtrationis, ſyllogiſmi probabilis atq; ſophiſtici, cęteraſq; id genus veritates. Logica vtens eſt habitus quo vtitur quicunq; in alijs ſciētijs ad definiēdum, demonſtrandū, ad arguendum ꝓbabiliter atq; ſophiſtice. Diſtinctio eſt antiquorum qua vtitur S. Tho. 4. meta. lect. 4. ⁊ Scotus. q. 1. ſuper librū Poſte. ⁊ q. 1. Elench. vbi tractat hanc quęſtionem. ¶ Et quātum ego conijcio non ſunt diſtincti habitus, ſed idē habitus ſub diuerſis cōſiderationib⁹ eſt docēs ⁊ vtens: ſicut idem eſt malleus quem docet facere faber ferrarius, ⁊ quo vtitur faber lignarius. Accipitur. n. hic logica vtēs, paſſiue. i. qua vtūtur tractatores aliarum ſcientiarū: vnde ſignificātius forſan dicerem⁹ logicā poſſe dupliciter cōſiderari. ſ. in quantum eſt docēs: ⁊ in quātum eſt vtēs. v. g. ille habitus ſ. Barbara, eſt euidēs cōſequētia: in quārum demonſtratur in logica per illa principia dici de omī, eſt logica docens: ſed in quantū illo vtitur Geometra vt formet conſequentiā in Barbara, eſt logica vtens.

¶ His præhabitis, Reſpondetur

*1. Concluſ.* ad quęſtionē duabus concluſionibus. Prima. Logica in quantū docet eſt vere ⁊ proprie ſcientia: ⁊ vt egregie dicit Scotus. 1. q. Elēch. nō ſolū pars illa demōſtratiua, verū etiā pars topica ⁊ ſophiſtica. ¶ Et

*2. Cōcluſio* quo ambę ſimul perſpicacius probētur, Secūda concluſio eſt. Logica in quātū vtens non eſt ſcientia, ſed modus ſciēdi ⁊ inſtrumētum ſcientiarū. Ambę concluſiones ſunt S. Thom. 4. met. lec. 4. ¶ Probatur prima concluſio: logica eſt habitus generans aſſenſum neceſſarium ⁊ euidentē per demōſtrationē: ergo (ꝑ definitionē) eſt ſcia. Probat̃ añs: Logica (. v. g.) demōſtrat euidēter ꝙ ſyllogiſmus demōſtratiu⁹ generat ſcientiā: hoc modo: oīs ſyllogiſmus ꝓcedēs ex neceſſarijs generat ſciētiā: ſed ſyllogiſm⁹ demonſtratiuus eſt huiuſmodi: ergo. Eadem ratione demonſtrat ꝙ ſyllogiſmus dialecticus ꝓcedēs ex ꝓbabilibus generat opinionem, ⁊ ꝙ ſyllogiſmus ſophiſticus procedēs ex apparētib⁹ fallit apparenter. Tam neceſſaria enim ⁊ euidēs concluſio logicalis eſt ꝙ ſyllogiſmus dialecticus facit opinionē, ⁊ ꝙ ſophiſticus facit apparentiā, q̄ ꝙ demōſtratiu⁹ generat ſcientiā, ⁊ hoc eſt pręcipue hic adnotandū, vt intelligas quomodo logica quo ad oēs ſuas partes eſt vere ſcientia. Pari arte demōſtrat in libris Topi. q̄n valeat argumentatio a genere, a diuiſione, ⁊ per alios itidem locos: ⁊ in libris Periher. demōſtrat cōtradictiōis alteram partē eſſe verā, alterā vero falſam, ⁊ quemadmodum valeat argumentatio ꝑ cōuerſionē ⁊c. Itē in prędicamētis quēadmodū ſubſtātia non poſſit ineſſe ſubiecto: ⁊ in alijs itē operibus demōſtrat, quēadmodū teneat aut fallat argumētatio in ampliationib⁹, appellationibus ⁊c. quo fit vt dialectica docens ſit ſciētia. ¶ Mox probatur Secūda cōcluſio: vſus dialecticę in alijs ſciētijs nō ſemꝑ generat ſciētiā: ergo vſus non eſt ſciētia. ꝓbat̃ añs: Si philoſophus naturalis aut moralis faciat ſyllogiſmū dialecticū ex ꝓbabilibus, aut ſi ex ſingularibus ſolis q̄ experimur inducat vniuerſalē, nō gñabit ſciētiā, ſed opinionē: ⁊ ſi faciat ſophiſma, nō gñabit opinionē, ſed apparētiā. Qualem facit ſophiſma illd̄ qd̄ quidā obiecit Diogeni: qd̄ ego ſum tu nō es, ſed ego ſum hō: ergo tu non es hō. Cui argute Diogenes, recte (inquit) colligis: ſed a me incipe. Sēſus ergo illius ꝙ logica docēs eſt ſciētia, logica vero vtēs nō eſt ſciētia, eſt hic: Habitus dialecticę demōſtrat naturas argumētationū aliorūq; operum rationis tñ vſus oīm argumētationū quarū naturā demōſtratiue tradit logica, nō ſemper generat ſcientiā. ¶ Has cōcluſiones ꝑtendit Auicēna in principio Dialecticę, dicens vanā eſſe q̄ſtionē, An logica ſit pars philoſophię. Nā quatenus cōſiderat de natura conceptuū quę eſt quędā natura rerū, eſt vere philoſophia: ſicut philoſophia naturalis aut moralis. Sed quatenus vſus eius accōmodat̃ ad oēs ſcientias, eſt inſtrumētū ſciētiarū. Idē dicit Boetius ſuꝑ Porphyriū editione ſcda: nempe ꝙ logica eſt ſimul, ⁊ pars philoſophię ⁊ inſtrumentū eius: ſicut mēbra ſunt ⁊ partes corporis ⁊ inſtrumēta eius. Et Cicero lib. 5. Tuſc. q. ſequit̃ (inquit) tertia pars philoſophię, q̄ per oēs partes ſapientię manat ⁊ fundit: q̄ rē definit, gña diſpertit, ſequētia adiūgit, ꝑfecta cōcludit, vera ⁊ falſa diiudicat: diſſerendi ratio ⁊ ſcientia: ex qua, cū ſumma vtilitas exiſtit ad res pōderandas, tū maxime ingenua delectatio, ⁊ digna ſapientia.

*Ad primū argumētū.* ¶ Ad primū argumētum quod eſt Petri nigri negatur cōſequētia. Nā ad hoc ꝙ aliqua ſit ſimpliciter ſciētia nō requiritur ꝙ obiectum eius ſit ſimpliciter ens: ſed ſatis eſt ꝙ ſit de re neceſſaria, ⁊ ſub ratione vniuerſali, vt. 1. Poſte. videbimus: modo tā neceſſaria eſt quęcūq; ꝓpoſitio logicalis. v. g. ꝙ demōſtratio gñat ſciētiā, q̄ hoīem eſſe riſibilem: ⁊ adeo vniuerſalis. Vñ quāq̄ ens rōnis nō ſit ſimpliciter ens, de illo eſt ſimpliciter ſcientia (licet cognitio eius ⁊ definitio non ſit ex parte obiecti tā perfecta quā cognitio entis realis). Nam alias eodē argumento probaretur, ſciētias mathematicas non

eſſe ſimpliciter ſcientias: quę tractant de accidente, puta de quātitate: quia accidēs ſm Ariſt. nō eſt ens, ſed entis ens: cū tñ illas appellet Ariſt. 1. Poſt. certiſſimas ſciētias: ꝙ ſi arguas, ꝙ cū ens rationis non habeat verū eſſe, oīno non pōt mouere intellectū: q̄r mouere eſt vere agere ⁊ ideo de illo non poteſt eſſe ſciētia. Reſpondetur ꝙ cum ens rationis ſola ratione differat ab indiuiduis realibus, habet in ipſis verū eſſe, ⁊ ideo indiuiduā mouēt intellectū ad faciendū intētiones rationis: vt viſo Petro ⁊ Paulo cognoſco aliquā rationē eſſe illis cōmunē: ⁊ inde conſequitur intētio ſpeciei. ¶ Ad ſecundū argumentum reſpondet ꝙ ſciētia eſt de aliquo dupliciter: vno mō ſimpliciter, tanq̄ de obiecto formali: alio modo ſecūdario de illis rebus in quibus reperitur obiectum formale. v. g. philoſophia naturalis tractat principaliter de homine in communi, demonſtrando ꝙ eſt riſibilis, ꝙ eſt mortalis: ⁊ cęteras veritates, quę ſunt perpetuę, etiam ſi homines ſint corruptibiles. Sed ſecundario tractat de Petro ⁊ de Joanne qui ſunt corruptibiles. Eodem modo logica tractat de rationibus cōmunibus: puta ꝙ demōſtratio generat ſciētiam, ꝙ definitio conſtat ex genere ⁊ differētia: quę ſunt perpetuę veritates. Sed ſecundario tractat de hac vel de illa materiali definitione, quę eſt res corruptibilis: ⁊ hoc nō obſtat rationi ſciētię. ¶ Ad confir. non negamus eſſe multas veritates dialecticas, de quibus ſolū habet opinio. Nā hoc habet quęcūqꝫ ſcientia naturalis q̄ tractat de rebꝰ mutabilibus, vt habeat admixtas multas opiniones. At non propterea eſt diſtinguēda alia logica quę ſit opinio: ⁊ alia q̄ ſit ſcientia: ſicut nō diſtinguimus aliā philoſophiā naturalē quę ſit opinio: ⁊ aliam quę ſit ſcientia. Sed ſatis eſt, vt logica ſit ſciētia, ꝙ quātū ad partes principales generet aſſenſum euidentē: eo pręſertim ꝙ non eſt neceſſariū omnes ſciētias eſſe in eodem gradu certitudinis ⁊ euidētię. Ariſtote. enim Philoſophiam moralem vocat ſciētiam: ⁊ tamen. 1. Ethic. dicit non exigendam eſſe rationem in illa, ſicut in mathematicis. Et. 1. Poſte. vocat Mathematicas, ſcientias certiſſimas: inſinuās alias eſſe proprie ſciētias, quāuis non ſint adeo certę. Sed de hoc alias. ¶ Ad tertiū iam reſponſum eſt ꝙ logica docens verſatur circa aliquod ſpeciale obiectū, vt videbimꝰ. q. 5. tractat. n. de entibus ratiōis: ſed vſus eius diffunditur per omnes ſciētias. ¶ Ad quartū quod eſt argumētū Aegidij itidē reſpōſum eſt, ꝙ nihil vetat logicam ſimul eſſe ſciētiam in quantū docet, modū aūt ſciendi, quantum ad vſum. ¶ Ad formam confirmationis, quā Aegidiꝰ magnifacit negatur ille ꝓceſſus in infinitū. Nam logica, vt ſuperiori quęſtione dicebamus, ſimul eſt ſciētia ⁊ modus ſciendi reſpectu ſui. Docet enim definire, diuidere ⁊ argumētari, nō ſolum in alijs ſcientijs, ſed in logica. ¶ Sed ſi quęras de prima concluſione logicali quō probatur, vtrum per aliam logicā, reſpondetur ꝙ deueniendum eſt ad aliquod principiū per ſe notū in terminis lumine naturali: ⁊ ad aliquā cōſequētiā per ſe euidentē, quę non indiget priori ſciētia: vt ſunt forſan quatuor modi euidentes primę figurę, quos Ariſt. non probat per cōſequētias euidētiores, ſed declarat per illos terminos dici de oī ⁊ dici de nullo, vt expoſuimꝰ lib. 5. Sūmularū, cap. 1. V. g. ſi quęratur quare cōſequētia in Darij bona eſt. ſ. oīs homo diſputat, Petrus eſt homo ⁊c. probat Ariſt. per dici de oī hoc modo: Si aliquid p̄dicatur de ſubiecto vniuerſaliter ſumpto, illd̄ prędicatur de quocunqꝫ ſubſumpto ſub illo: ſed hoc cōtingit in conſequētia de Darij: ergo Darij eſt bona cōſequētia. Sed ſi proteruus negaret conſequentiā Ariſt. q̄ etiā eſt in Darij, certe Ariſt. nō adduxiſſet aliam probationem: ſed ſicut maior ſupponitur tanq̄ definitio propoſitionis vniuerſalis, ita ⁊ cōſequentia ſupponitur tanquam euidens ex terminis. ¶ Ad quintū reſpōdetur ꝙ quāq̄ logica ſit ars: quia docet conſtruere definitiones, ſyllogiſmos ⁊c. nihilominus eſt ſciētia. Nam Ariſt. 6. Ethi. non ſeparat artem a ratione ſcientię, niſi illā quę eſt de re factibili: quales ſunt mechanicę: quia nō ſolum ſunt de rebus corruptibilibus, ſed nec procedunt rationibus neceſſarijs. Variatur enim ratio domificandi pro loco ⁊ tempore: ſicut variātur formę veſtium ⁊ aliorū artificiorum. Sed logica eſt de rationibus perpetuis ⁊ inuariabilibus: ⁊ ideo ſimul eſt ars artium ⁊ ſcientia ſcientiarū. Nam cum omnes ſcientię ⁊ artes ratione procedant, ⁊ logica tractet de operibus rationis, fit vt viam aperiat ad omnes ſcientias ⁊ artes: ſicut ſcientię Mathematicę verę ſcientię ſunt: vt Geometria ⁊ Arithmetica: ſed numerātur inter ſeptē artes: quia docent metiri ⁊ numerare, vt refert S. Thomas opuſc. 70. q. 5. arti. 1. ⁊. 12. q. 57. art. 3. ad tertiū. ¶ Ad vltimū argumentum reſpōdetur ꝙ nomen ſophiſtę ſm vnam acceptionem honorificū eſt. Tantū enim valet, ſicut ſapiens vel pręceptor: ſed ſecundū aliam ſcientia ſophiſtica eſt quę apparet ſciētia ⁊ nou eſt ſcientia. Et de hac iam diximus ꝙ vſus eius non generat ſcientiā, ſed fallit: ſed tñ logica quę tradit artem ſophiſticam, eſt vere ſcientia: quia demōſtrat neceſſario ꝙ per illā artē quis poſſit facere argumēta apparētia: ſicut ars Alchymię ſi eſſet, eſſet vers ars faciendi aurū apparens, licet non verū.

## Tertia quæſtio Proœmialis.

## Vtrùm Logica ſit vna ſcientia.

QVæſtioni præcedenti de quidditate logicę appēdet tertia de eius vnitate. Et arguitur ꝙ nō ſit vna ſciētia. Primo logica habet multas partes: vt puta, aliā de prędicamentis, aliam de propoſitione: ⁊ aliā de demonſtratione, quę omnes ſpecie differūt: ergo ſunt multę logicę. ¶ Secūdo arguitur. Nō eſt vnicus ſimplex habitus omnium cōcluſionum logicaliū: ergo nō eſt vna logica. Cōſequētia eſt nota: quia vt ſupra dictum eſt, ſciētia eſt habitus. Et probatur añs. Primo: Actus aſſentiendi ſunt in logica ſpecie diuerſi: vt. v. g. ꝙ demōſtratio generat ſciētiam, ꝙ prędicamēta ſunt decem: ergo generant diuerſos habitus. Secūdo: Experientia cōſtat ſucceſſu tēporis ⁊ longo ſtudio multarum concluſionum logicā acquiri: ergo acquiſito primo habitu circa primā cōcluſionem reſtat acquirēdus alter circa ſecūdā ⁊ alius circa tertiā, vt ſic ꝑ accumulationem habituum creſcat ſcientia. ¶ Tertio. Ad principale arguitur: Si idem eſſet habitus omnium concluſionum, ſequeretur ꝙ acquiſito primo habitu circa primam concluſionem, non acquirerētur alij circa alias, ſed illa poſtea extenderet ad omnes: hoc tamen eſt falſum, ergo opinio illa eſt falſa. Sequelā authores opinionis concedunt. Et probatur minor. Tunc ſequeretur q̄ quā primum Petrus. v. g. diſceret primam concluſionem, acquireret totam logicam: quod eſt contra experientiā. Et probatur conſequentia: Sit Petrus. v. g. qui didicit ſolam primam concluſionem logicę, ⁊ Paulus qui



didicit omnes. Et arguitur ſic: Habitus Petri ⁊ habitus Pauli ſunt eiuſdem ſpeciei ſecundum hanc opinionem: ⁊ habitus Pauli inclinat ad omnes cōcluſiones, ⁊ eſt vera logica: ergo ⁊ habitus Petri. ¶ Quarto arguitur. Stat Paulum logicum obliuiſci multarum cōcluſionum, manente habitu circa alias: ergo nō eſt idem habitus oīm. ¶ Quinto arguitur. Stat Petrum habere verum habitum logicę circa aliquas concluſiones, ⁊ ſimul habere errorem circa alias: ergo non eſt idem habitus ſcientię circa omnes: alias ſcientia ⁊ error eſſent ſimul circa eandem concluſionem: quod eſt impoſſibile. ¶ Et vltimo arguitur. In logica ſunt aliquę propoſitiones ſcitę per demonſtrationem, ⁊ alię quarū ſolum eſt opinio per rationes probabiles: ergo ſaltē circa hęc duo genera propoſitionum nō eſt idē habitus. ¶ In contrarium eſt ꝙ Ariſto. 1. Poſte. text. 43. dicit eam eſſe vnā ſcientiam quę eſt vnius generis: ⁊ logica, vt videbimus quęſtione quęſtione vltima, verſatur circa vnicum obiectum: puta ens rationis, ergo.

¶ Quæſtio hæc duplicē habet ſenſum. Primus (qui pertinet ad Dialecticā ⁊ tangitur in primo argumento) eſt, vtrū logica quę plures cōtinet libros diuerſarum materiarum, ſit vna ſcientia ſpecie, ſicut Geometria: an ſint potius plures logicę, ſicut plures mathematicę. Secūdus ſenſus (qui pertinet ad Metaphyſicam ⁊ tāgitur in reliquis argumentis) eſt, vtrum habitus omnium cōcluſionum logicalium ſit vna ſimplex qualitas, inclinans cōmuniter ad aſſenſum omniū: an potius ſingularum cōcluſionum ſint ſinguli habitus, ita vt logica ſit collectio multorum habituū. ¶ Et quantum ad primum articulum de primo ſenſu nulla certe deberet eſſe inter doctores cōtrouerſia. Omnes enim fateri tenentur eſſe vnam ſcientiam. ¶ Vbi non fuerit ab re partitionem ſcientiarum obiter ⁊ perfunctorie adnotare. Habitus intellectuales, quantum ego ex Ariſt. colligere poſſum (pręter alias diuiſiones) quadrupliciter ſecari poſſunt. Primo differūt genere, ratione medij quo procedunt. Queādmodū 1. Poſte. text. 44. diſtinguit Ariſt. inter ſcientiam ⁊ opinionem, ꝙ illa ſit habitus certus ⁊ clarus procedens per demonſtrationem: ⁊ hęc ſit habitus formidoloſus ⁊ obſcurus, procedens per rationem probabilem. Et medio modo ſe habet fides: quę generat aſſenſum certum, ſed obſcurum. ¶ Secundo diſtinguuntur habitus ex parte ſubiecti in quantum ſunt virtutes intellectus: perficientes ipſum ſecundum diuerſos gradus. Quemadmodū diſtinguuntur. 6. Ethi. cap. 3. quinqꝫ virtutes intellectus: ſ. ars, ſcientia, Prudentia, ſapientia, ⁊ intellectus. ¶ Tertio diſtinguūtur ſciētię etiā genere ex parte finis. Quemadmodum. 2. metaph. text. 3. diſtinguit Ariſto. inter ſcientiam practicam, cuius finis eſt opus: ⁊ ſpeculatiuā, cuius finis eſt veritas. ¶ Quarto quod ad rem pertinet diſtinguūtur ſcientię tam ſpeculatiuę quā practicę ex parte obiecti (ſecantur. n. ſcientię ſicut res: vt habetur. 3 de anima, text. 38.) ⁊ inde ſortiūtur ſpecies. Vnde generali diuiſione antiq̄ philoſophi ⁊ Stoici, vt ſupra diximus, partiebātur Philoſophiā in Phyſicā, Ethicam, ⁊ Logicam. At, ſingula membra, vt notat Albertus ſuper Porphyriū, ſubſecantur in plures ſpecies. Et ideo Ariſto. 6. metaph. tex. 2. ſubſecat Phyſicam generaliter dictam in Phyſicam ſpecialiter dictam, ⁊ Mathematicam, ⁊ Theologiam, ſeu Metaphyſicam. Quam diuiſionem ſequitur Boetius. 2. cap. de Trinitate. ¶ Sed eſt notandum in pręſentiarum (vt docet S. Tho. opuſculo 70. quęſtione de diuiſione ſciētię. ar. 1.) ꝙ hęc diſtinctio ſcientiarū ſumitur ſicut diſtinctio potentiarū. Enimuero nō quęuis diſtinctio obiectorū requirit diſtinctas potentias. Omnes enim ſpecies coloris eadem potentia viſiua percipiuntur: ſicut oēs ſpecies ſoni eodem auditu. Sed diſtinguūtur potentię ſenſitiuę penes diuerſas rationes formales ſenſibilis, in quātum eſt ſenſibile. Vt color qui multiplicat ſpecies per lumen requirit vnam potentiam: ⁊ ſonus qui multiplicat ſpecies per motum, aliam potentiā: ⁊ ſic de ſingulis obiectis. Eodē modo in ſcientijs: quia ratio ſcibilis eſt vt ſciat in vniuerſali per abſtractionē a materia ſenſibili, diſtinguuntur ſcientię penes maiorem aut minorē abſtractionē a materia. Nā Phyſica tractat de his quę dependēt a materiā ſcdm eſſe ⁊ ſcdm conſiderationē. Tractat enim de animalibꝰ ⁊ de plantis, quatenus ſunt in tali materia. ſ. in carnibus ⁊ ligno. Mathematicę vero tractant de his quę dependent a materia ſcdm eſſe, ſed ſm conſiderationem abſtrahuntur a materia ſenſibili. Tractāt enim de angulis ⁊ figuris, non in quantum ſunt in ligno vel in ęre, ſed abſolute. Metaphyſica demū tractat de his q̄ non dependent a materia nec ſm eſſe, nec ſm conſiderationem: puta de ente, cuius ratio ſaluatur extra materiam in Deo ⁊ in angelis. ¶ Atqui, ſunt quatuor ſcientię Mathematicę: Geometria de quantitate continua: Arithmetica de quantitate diſcreta (quę ſunt ſpecies menſurę diuerſę:) Aſtrologia, quę eſt mixta ex Geometria ⁊ Phyſica: Muſica, quę eſt mixta ex Arithmetica ⁊ Phyſica. ¶ Item Ethica generaliter dicta diuiditur in Monaſticam, quę eſt de moribus vnius hominis: œconomicam, de regimine vnius domus: ⁊ Politicam, de regimine ciuitatis aut regni: ⁊ ad hanc reducitur ius ciuile: nam leges per Philoſophiam moralem ſtatutę ſunt. ¶ Ac demū logica generaliter dicta diuiditur in Grammaticam, Logicam ⁊ Rhetoricam: quarum diuerſitatem explicuimus quęſt. 1. Et hęc eſt diuiſio ſcientiarum ſpeculatiuarum. ¶ Eodem modo ſciētię practicę, quę dicuntur artes mechanicę, diuiduntur in ſeptem: Quę ſunt, lanificium, armatura, nauigatio (quę pertinent extrinſecus ad corpus) Agricultura, Venatio, Medicina, Theatrica (quę pertinēt intrinſecus ad nutritionē ⁊ valetudinē corporis.) Vnde verſus, Lana, nemus, miles, nauigatio, rus, medicina: His theatrum ſocia: ſunt hęc mechanica dicta. ¶ Atqꝫ adeo, quatuor mathematicę cum tribus rationalibus, vocātur artes liberales: quia verſantur circa opera animę ⁊ rationis. (Septē artes liberales.) Quales ſunt numerare, metiri, ratiocinari. Sed ſeptē mechanicę dicunt̄ ſeruiles: quia pertinēt ad corpꝰ quod reſpectu animę eſt ſeruus: anima vero reſpectu corporis eſt dña ⁊ libera, vt meminit S. Thomas. 12. q. 57. arti. 3. ad tertiū. Et hęc eſt partitio ſcientiarū naturalium. Supra iſtas eſt Theologia noſtra Chriſtianorū: ſcientia ſupnaturalis ⁊ reuelata. Vnde deductum eſt ius Canonicum: quemadmodum ex philoſophia morali ius ciuile.

¶ Ad rem igitur huius primi articuli vt redeamus: Nominales ad primum ſenſum quęſtionis reſpondent eſſe plures Logicas, plures Philoſophias naturales, plures ſcientias Geometrię. In ſumma quot ſunt obiecta materialia ⁊ particularia in Logica, tot multiplicant actus, totqꝫ aſſerunt eſſe Logicas. Et eadem ratione in virtutibus moralibus, aliam dicunt eſſe abſtinentiam circa carnes, ⁊ aliam circa piſces, ⁊ aliam circa vinū: ſed iſti ſermones profecto indigni ſunt q̄ in ſcholis doceantur, vtpote quos extra ſcholas non auderemus proferre: ⁊ maxime ꝙ Ariſtote. docet quomo

do

do euitentur, etiā ſi cōcedamus ꝙ circa quālibet cōcluſionem generetur habitus diſtinctus ab habitu alterius. ¶Et ideo reſpondetur ad primum ſenſum queſtionis hac concluſione. Quātumcunqꝫ admittātur in eadem ſciētia plures eſſe habitus partiales, nihilo minus ſimpliciter abſolute eſt vna logica, patet apud Ariſt. 5. Meta. text. 7. vbi docet ꝙ vnum dicitur multipliciter, atqꝫ adeo poteſt aliqua res eſſe vna ſimpliciter in vno genere ⁊ plures in alio. Quēadmodū exercitus eſt plura in prędicamento ſubſtātię: puta plures homines: ⁊ tamen in prędicamento quātitatis eſt ſimpliciter vnus numerus. Et domus eſt plura in p̄dicamēto ſubſtantię, puta plura ligna, plures lapides: ⁊ tamen eſt vna domus in prędicamento qualitatis, ⁊ ita viſus quāuis cōſtaret ex partibus differētibus, nihilo minus eſſet vna potentia. Eadē ratione quāuis logica eſſet plures entitates, eſt nihilo minus ſimpliciter vna ſciētia propter vnicā rationem obiecti, imo profecto eadem ratione dicendus eſt vnus habitus: nam habitus eſt genus ad ſcientiam. ¶Et ſecundo probatur: quia quemadmodū domus ex genere ſuo nō habet ꝙ cōſtet ex pluribus rebus: ſed licet eſſet vnum ens ſimplex, eſſet domus: ita logica nō habet ex ſe ꝙ cōſtet ex pluribꝰ rebus, ⁊ ideo eſt vna ſcientia. Et hoc modo ſatis eſt dialectico ſcire ꝙ logica eſt vna ſcientia. ¶Unde ad primū argumentum queſtionis reſpondetur, ꝙ quanq̄ logica habeat diuerſas partes, nihilo minus tractat de illis ſub eadem ratione formali obiecti: quemadmodum ſcientia vnica de homine, tractat de capite ⁊ cęteris eius mēbris ac ꝓprietatibꝰ ſub eadē rōne.

¶In ſecundo articulo, Circa ſecundum ſenſum Metaphyſicum queſtionis, an videlicet dialectica ſit vna ſimplex qualitas, non ſolū inter S. Thomam ⁊ alios: verum ⁊ inter Thomiſtas ipſos eſt diſſenſio opinionū. Sed vt manifeſtum ſit in quo ſtat differentia, notandum eſt primo ꝙ ad ſcientiam duo requiruntur: vnum ex parte obiecti: vt puta ſpecies intelligibiles in memoria: quę ſunt ſimilitudines obiectorum: atqꝫ adeo ſunt cauſa notitiarū apprehenſiuarum. Alterum requiritur ex parte potentię: quod eſt virtus ⁊ habilitas illius, inclinans ad aſſenſus iudicatiuos. Et inter Thomiſtas aliqui putāt ſcientiā eſſe collectionem illarum ſpecierum: alij vero ſciētiam eſſe habitum qui ſe tenet ex parte potentię: propterea ꝙ S. Thomas varie videtur loqui de hoc in diuerſis locis. Adeo vt Capreolus in prologo ſententiarū. q. 3. ſub dubio reliquerit quid ſenſerit S. Thom. Nam in queſtionibus de veritate. q. 10. ar. 2. ⁊ in alijs locis, quos poteris illic videre apud Capre. dicit ꝙ ordinatio ſpecierum in intellectu poſſibili eſt habitꝰ ſcientię. Sed. 12. q. 54. ar. 4. ad tertium argumentum, dicit ꝙ qui primo acquiſiuit habitū imperfectū circa primā cōcluſionē vnius ſcientię, poſtea per demonſtrationes aliarum cōcluſionum nō acquirit nouum habitum, ſed primus efficitur perfectior. Ubi intēdit, habitum ſcientię eſſe ſimplicem qualitatem. Unde Capre. ad queſtionem p̄ſentem reſpōdet ſub diſtinctione, ꝙ ſi habitus ſciētię accipiatur pro ſpeciebus, tūc nō eſt ſimplex qualitas, ſed collectio plurium: nam ſingulorum obiectorū ſunt ſingulę ſpecies. Si vero accipiatur ꝓ habilitate potentię ⁊ virtute ad iudicādum, tunc logica ⁊ queuis alia ſcientia eſt vna ſimplex qualitas.

¶Sed tamen, vt exiſtimo, ſententia S. Thomę clara eſt. Et ideo ad queſtionem reſpondetur tribus cōcluſionibus.

1. Cōcluſio

¶Prima ad intelligendum opinionē S. Thomę ⁊ aliorum. Scientia proprie ſolum accipitur pro habitu qui ſe tenet ex parte potentię ad iudicandum. Et ita loquuntur omnes doctores cuiuſcunqꝫ vię: Nec S. Thomas potuit ſentire oppoſitum. Nam ſcire idem eſt quod iudicare, ⁊ per ſpecies non iudicamus: ſed per aſſenſum vel diſſenſum. Unde S. Thomas nuſquam collectionem ſpecierum vocat ſcientiam, ſed vocat eas, habitum ſcientię: hoc eſt habitum qui eſt inchoatio ſcientię: in quantum notitię apprehenſiuę prerequirūtur ante ꝓductionē aſſenſus. Et ita exponit Caie. 12. loco citato. Et hoc videt̄ mihi ſentire S. Tho. 3. ſen. diſt. 14. q. 1. art. 1. q. 2. Ubi dicit ꝙ habitus intellectiuę partis perficitur ex lumine ⁊ ſpecie intelligibili illorum quę per ſpeciem cognoſcuntur. Ubi lumen vocat habitū illum ⁊ virtutem intellectus. Ita vt nomē, ſciētia, ſupponat ꝓ habitu ⁊ habilitate potentię, cōnotādo collectionem ſpecierū obiectorum.

¶Secunda concluſio. Logica & quęcunqꝫ ſcientia ſpecialis eſt in via S. Thomę vnica ſimplex qualitas. 2. Cōcluſio

Nec hoc poteſt cadere in dubiū conſideranti dicta S. Tho. 12. loco citato, ⁊. q. 54. ar. 4. vbi expreſſe dicit qđ habitus ſcientię eſt ſimplex qualitas, ⁊ alia multa quę illic citat Caie. Et hęc cōcluſio fuit Henrici, quol. 9. ⁊ omnium antiquorū ante templus Scoti. Et in hoc eſt differentia inter antiquos ⁊ modernos. Nam quātum ad ſpecies intelligibiles, omnes conueniūt ꝙ ſingularum concluſionum ⁊ obiectorum ſunt ſingulę ſpecies. Et ſunt quā plurima argumenta pro hac ſententia antiquorum. ¶Primum. Ex cōmuni modo loquendi: Logica eſt vna ſciētia: ergo eſt vnus habitꝰ (ab ſpecie ad genus) ⁊ per conſequens eſt vna qualitas: quia ſicut ſcientia eſt ſpecies habitus: ita habitus eſt ſpecies qualitatis. ¶Et confir. Quia alias concedendum eſſet ꝙ ego habeo plures logicas: puta vnam de prędicamētis, aliā de ſyllogiſmis: ⁊ eadem ratione plures phyſicas: vnam de homine, ⁊ aliam de equo: quod abſurdum eſt dictu. ¶Secundo eſt argumentum S. Thomę loco citato. Habitus eſt perfectio potētię ⁊ eius virtus: ergo eſt proportionabilis potētię: ſed eſt vna potentia reſpectu omniū obiectorum, q̄ conueniunt in vna ratione: vt vnus viſus reſpectu oīm ſpecierū coloris: ergo eſt vnicus ſimplex habitus reſpectu omnium cōcluſionum, quę conueniunt in vna ratione ſcibilis. Et hęc eſt ſententia Ariſtot. 2. de anima, tex. 33. diſtinguentis eodem modo potentias ⁊ habitus per obiecta. ¶Tertio arguitur. Poſtq̄ ignis productum habet vnum gradum caloris, non producit alium diſtinctum in eodem ſubiecto: quia omnes ſunt eiuſdem ſpeciei, ſed intendit priorem: at omnes concluſiones eiuſdem ſcientię, ſunt eiuſdem ſpeciei: quia conueniunt in eadē ratione ſcibilis: ergo acquiſito habitu circa primam concluſionem, non acquiruntur alij circa alias. Sed ille poſtea intendit̄: atqꝫ adeo extenditur ad omnes. ¶Quarto, habitus infuſi ſunt ſimplices qualitates reſpectu omnium obiectorum eiuſdem rationis: vt vnica fides, vnica iuſtitia: quod authores etiam alterius opinionis concedunt: ergo ⁊ habitus acquiſiti. Nam differentia quā illi conantur aſſignare: vt puta ꝙ aliud eſt de habitu infuſo a Deo, ⁊ alius de illo qui acquirit̄ a nobis, certe mere gratis aſſignatur. Nā Deus cōfert perfectionem ſupernaturaliter, ſecundum modum naturalem. Unde ſi non acquireremus vnicum habitum omnium articulorum, re vera nec Deus infunderet vnicum habitum, ſed plures. Quemadmodum Adę tales ſciētias infudit Deus, quales ipſe acquiſiuiſſet. ¶Et confir. Quia virtutes acquiſitę morales, ſunt ſimplices habitus. Quis enim dixerit plu-

res



res eſſe habitus iuſtitię commutatiuę in me, alium ad emendum frumentum, ⁊ alium ad vendendum oleum: ⁊ aliam eſſe temperantiam ad comedendum lenticulā, ⁊ aliam ad bibendum aquam? Certe eſt ridiculum. Ergo eadem ratione, eſt vnicus habitus ſciētię.

3. cōcluſio.

¶Tertia cōcluſio, Quanq̄ hęc opinitio antiquorū ſit veriſimilior, vt argumenta probant, nihilo minus opinio Scoti ⁊ Nominalium eſt vtcunqꝫ probabilis. Scotus enim ⁊ Gregorius. q. 3. prolo. ſen. ⁊ fere moderni tenent ꝙ ſingularum concluſionum, ſunt ſinguli habitus, ⁊ collectio omnium quę cōueniunt in vna ratione ſcibilis eſt vna ſcientia. Et poteſt hoc cōcedi, ſicut nos cōcedimꝰ ꝙ collectio plurium ſpecierum eſt vnicus habitus qui eſt inchoatio ſcientię, dummodo concedatur ꝙ licet ſint plures qualitates eſt ſimpliciter vna ſcientia, ⁊ vnus habitus. Itaqꝫ ſicut ſcientia eſt nomen collectiuū, ita ⁊ habitus poſtquā eſt genus ſciētię, ſicut vnus, licet conſtet ex pluribus qualitatibus. Argumenta huius opinionis ſunt illa quę ſupra fecimꝰ. Ad quę tamen antiqui probe reſpondent.

¶Ad primum argumentum reſpōſum eſt in priori articulo. ¶Ad ſecundū negatur añs. Et ad primam probationē negatur conſequentia. Non enim ſequit̄ ſi ſunt diuerſi aſſenſus actuales, ꝙ generēt diuerſos habitus. Eodē modo probares ꝙ diuerſi aſſenſus numero eiuſdē cōcluſionis generarēt diuerſos habitus. Hęc eſt enim natura habitus ⁊ potētię, ꝙ vnicus habitus producat multos actus circa idem obiectū formale: ſicut vnus viſus producit plures viſiones colorū. ¶Et ad ſcđam probationē negatur ꝙ ſucceſſu tēporis generentur noui habitꝰ. Sed eſt notandū pro hoc ⁊ ſequētibus argumentis ꝙ acquiſito primo habitu circa primam concluſionē, nō acquirūtur noui per ſtudiū aliarum concluſionū eiuſdē ſcientię: ſed tñ acquirūtur nouę ſpecies circa obiecta aliarū concluſionū. Et primus habitus perficitur, nō ſolum qꝛ intenditur, ſed quia extēdit̄ ad alias cōcluſiones. Per hoc em̄ ꝙ exit in actus circa nouas concluſiones, acquirit nouos reſpectus. Non dico nouas entitates diſtinctas. Sed per hoc ꝙ actuat̄ per ſpecies nouarū concluſionū, perficitur vt inclinet in potētia propinqua ad aſſenſus illarum: quos nō poterat antea producere, in potentia propinqua. Et hoc ſentit S. Tho. 12. q. 52. ar. 2. qñ dicit ꝙ ſcientia augetur per additionē. Intelligitur. n. per additionem ſpecierum, ⁊ per extenſionem ⁊ perfectionem habitus. ¶Unde ad tertium argumentū, Conceditur ꝙ poſtq̄ Petrus acquiſiuit habitum circa primā cōcluſionē, nō acquirit poſtea alios circa alias. Sed negatur inde ſequi, eſſe iam tunc Logicum. Et cum arguitur: Habitus Pauli q̄ ſcit omnes cōcluſiones, eſt eiuſdem ſpeciei cum habitu Petri. Sed habitꝰ Pauli inclinat ad omnes: ergo ⁊ habitus Petri. negatur conſequentia: ſi loquaris de inclinatione in potentia ꝓpinqua. Nam licet ſint eiuſdem ſpeciei, non tamen ſunt ęque perfecti, nec Petrus habet tot ſpecies quot Paulus. Quēadmodū Petrus puer eiuſdem ſpeciei eſt cum Petro viro, tamē non poteſt in potētia propinqua generare quouſqꝫ ſit perfectus vir. Solū em̄ ſequit̄ ꝙ ſi habitꝰ Petri eſt eiuſdē ſpeciei cū habitu Pauli, pōt in aſſenſum eiuſdē ſpeciei. Nam aſſenſus primę cōcluſionis eſt eiuſdē rationis ſcibilis cum aſſenſibus omnium aliarum: ⁊ poterit in omnes, qñ fuerit perfectus. ¶Et per hoc ſoluunt̄ quartū ⁊ quintum argumentū. Nam licet idem habitus Pauli inclinet ad omnes concluſiones, poſſunt tamen perdi ſpecies aliquarū, manētibus ſpeciebꝰ reſpectu aliarum. Et iam ille habitus non inclinabit in potentia propinqua ad illas concluſiones: ⁊ per ꝯñs erit obliuio illarū. Et eadē rōne pōt eſſe error circa aliquas cōcluſiones, manēte ſciētia circa alias. ¶Ad ſextum argumentum concedimus ꝙ non eſt idem habitus qui inclinat ad aſſenſum ſcientificū ⁊ ad aſſenſum opinatiuum: ſed ſunt diſtincti habitus. ¶Sunt qui multiplicant hic omnes difficultates de habitibus: puta quomodo generentur ⁊ corrumpantur, quomodo inclinent. Sed nunc non erat his locus.

## Quæſtio quarta proœmialis.

## Vtrū Logica ſit ſcientia ſpeculatiua.

POſtquā circa ſubſtātiā Dialecticę ꝯſtituimꝰ eſſe ſciētiā, atqꝫ adeo vnā ſcientiā, videre ſequit̄ q̄lis ſit, practicane aut ſpeculatiua. Et arguit̄, ꝙ nō ſit ſpeculatiua: ſed practica. Dialectica eſt ars q̄ refert̄ inter artes liberales: imo dicitur ars artium: vt meminit Petrus Hiſpanus. Sed ars oīs eſt practica: nam practica ſcientia eſt quę habet opus pro fine, ⁊ ars idem eſt q̄ ſcientia operatiua, vt definit Ariſto. 6. Ethic. c. 4. ergo Dialectica eſt ſcientia practica. ¶Secundo arguitur. Finis Dialectice, vt ſupra diximus, eſt cōſtituere ſyllogiſmos, ⁊ alias argumētationes: ⁊ ideo dicitur Dialectica. i. diſputatiua ſcientia: ⁊ ab Ariſtote. vocatur modus ſciendi. Sed argumentationes ſunt opera quędam perinde ac cętera artificialia (ars. n. eſt conſtruere ſyllogiſmū in Barbara ſicuti conſtruere domum) ergo Logica eſt ſciētia practica. ¶Et cōfir. ex S. Tho. in prologo Poſte. Quēadmodū (inquit) neceſſaria fuit ars ędificatoria aut fabrilis circa ea quę ratio de operibus manuū ratiocinat̄, ita neceſſaria fuit ars q̄ ſit directiua actuum rōnis: vt in illis hō facile ⁊ ſine errore procedat, qualis eſt ars Logica: vbi inſinuat Logicā eſſe artē pari ratione, qua ars ędificatoria ⁊ fabrilis. ¶Tertio arguitur: Medicina dicit̄ practica quatenus moderat̄ humores ⁊ actiones corporis: ⁊ ſciētię morales dicūtur practicę ⁊ actiuę, qꝛ ordināt opera noſtra quę procedunt a volūtate, vt videlicet ſtudioſe fiāt: ergo eadē ratione Logica erit practica, quādoquidē ordinat opera intellectus. ¶In contrariū eſt ſentētia Ariſ. 3. de anima, tex. 49. Ubi ait, intellectus practicus differt ab ſpeculatiuo fine: nā practicus eſt qui propter aliquid ratiocinat̄. i. ꝓpter opus: Logica vero nō ratiocinat̄ propter aliquod opus diſtinctum a ratiocinatione. Sed propter ipſum ratiocinari: ergo eſt ſpeculatiua. Quod teſtatur etiam Augu. 8. de Ciui. Dei. c. 4.

¶Diſtinctio inter ſcientiā practicā ⁊ ſpeculatiuā a fine ſumenda eſt, ꝙ ſpeculatiua ſit ſolū ꝓpter veritatē cognoſcēdam, practica vero ſit ꝓpter opus: vt mō citauimus ex Ariſt. qđ expreſſius repetit. 2. Met. tex. 3. vbi ait, ꝙ finis contēplatiuę ſcientię eſt veritas: actiuę aūt opus: idē. n. ſonat ſcia practica qđ ſcientia actiua: a practto verbo Gręco qđ eſt facio. ¶Sed varie loquuntur doctores in hac parte, de ſcientiis practicis ⁊ ſpeculatiuis: cū tamē veritas facile conſtet, ſi res oculatius inſpiciat̄. Unde cum ſciētia ab obiecto ⁊ fine habeat vt ſit practica: duo ſunt neceſſaria vt ſcia ſit practica. Primū, ꝙ ſit de obiecto operabili a nobis: nam cū ſcientia pra-

ctica

etica ſit operatiua ſui obiecti, fit vt de reb⁹ naturalibus nō poſſumus nos habere ſciam practicā. Ut ſciētia de cœlis, de plātis, animalibus ⁊c. nō poteſt eſſe practica, ſcia Xo Dei eminēter cōtinet ſpeculatiuā, ⁊ practicā, vnica.n. ſimpliciſſima ſcia infinita res naturales ⁊ cognoſcit ⁊ facit. ¶ Scdo requirit ꝙ finis eius ſit opari.i.ꝙ ſit prima regula ipſius operis, ⁊ tractet de re opabili, mō operabili: vt docet S. Tho. de veritate.q.14.ar.4. ¶ Ubi notādū ꝙ in ſcientijs

Duplex finis in ſciētijs. duplex eſt finis, alius eſt finis ſcientis: ⁊ alius eſt finis ſciē. Finis ſcientis eſt quē homo conſtituit ſibi, qn̄ addiſcit ſcientiam: ⁊ iſte non ſufficit, vt ſcientia dicatur practica aut ſpeculatiua: quia extrinſec⁹ ſe habet ad ſciētiam. Sed finis ſcientię eſt ille quē habet ſciētia ex ſua rōne intrinſeca, à quo ſubinde ſciētia hꝫ, vt ſit practica vel ſpeculatiua. Exempli gratio: pōt quis ſtudere ſcientiā de anima: vt intelligat quō eſt perpetua ⁊ capax beatitudinis ⁊c. vt inde alliciatur ad bene viuendū. Scientia illa certe eſt mere ſpeculatiua, tametſi finis ſciētis ſit opus: quia ſciētia hęc nō docet operari, ſed eſt mera ſpeculatio. Itē pōt quis de domo ſtudere ſcientiam ſpeculatiuā, puta quę procedit per demonſtrationem ⁊ reſolutionē in prima pricipia: vt puta quid ſit domus, quib⁹ partibus conſtet, quis finis eius ⁊c. ⁊ illa certe eſt ſpeculatiua: quāuis ſit de re operabili a nobis, qꝛ non tractat de illa re mō operabili, ſꝫ ſpeculatiuo. Attn̄ ſciētia quę tractat de domo, qn̄o fiat domus.i. quomodo ſint dolanda ligna, parandi lapides, conſtruendi parietes eſt practica, qꝛ tractat de re operabili, modo operabili: vnde licet quis diſcat hanc ſcientiam non intētione operādi, eſt practica: quia finis ſcientię eſt conſiderandus ⁊ non finis ſcientis. ¶ At cōtra hanc doctrinam videtur eſſe S. Thomas prima.p.q.14. ar.16. vbi ponit tripliciter cōtingere ſciētiā eſſe ſpeculatiuam. Primo ex parte rei ſcitę: puta qn̄ eſt de re nō operabili, ⁊ hanc dicit ſimpliciter eſſe ſpeculatiuā. Secūdo ex parte modi: vt puta ſi ędificator cōſideret domū, definiendo, ⁊ diuidendo, quia illa licet ſit de re operabili, non procedit modo operabili. Et tertio ex parte finis, vt ſi ędificator conſideret domū modo operabili: puta qualiter ſit domus cōſtruēda, non tn̄ intentione operandi. Et ſubiungit ꝙ ſcientia ſpeculatiua ex parte modi, eſt partim practica.ſ. ex parte obiecti: ⁊ illa q̄ eſt ſpeculatiua ex parte finis, eſt practica ex parte obiecti, ⁊ ex pte modi, vbi expſſe S. Tho. in tertio mō dicit, ꝙ finis ſciētis facit q̄dā modo ſcientiā ſpeculatiuam. Et in ſcdo modo dicit, ꝙ obiectū operabile facit ſcientiam quodam modo practicā, quāꝗ ex parte modi ſit ſpeculatiua. ¶ Quā ſentētiā Gregori⁹ in prologo.q.4. multis redarguit, nempe ꝙ finis ſcientis variet qualitatem ſciētię. Et quāuis multi ex noſtris verba hęc S. Tho. vt iacent tueantur, ſunt tn̄ cum grano ſalis intelligenda. Primum. S. Thom̄. non intendit ſciētiam ex fine ſcientis eſſe per ſe aut practicā, aut ſpeculatiuā, ſed quodam modo per accidēs. Et propterea id ſolū concedit peculiariter ſcientię Dei: hac ratiōe, quia Deus nō hꝫ duas ſciētias de rebus, aliam practicam aliam ſpeculatiuā, ſicut nos habemus: ſed per ſciētiā infinitā ⁊ ſpeculatiuā eminenter cognoſcit res ⁊ creat. Atqꝫ adeo ibi nō poteſt diſtingui inter ſciētiam practicā, ⁊ ſpeculatiuā ex natura intrinſeca ipſius ſcientię, ſed per diuerſos reſpectus Dei ad res. Ita vt in quātū ſeipſum cognoſcit ſcia ſua eſt ſpeculatiua: qꝛ ipſe nō eſt factibilis: in quantum vero cognoſcit res extra, quas nunꝗ eſt factur⁹, eſt practica ſcia ex parte obiecti cum ſit factibile, ⁊ ſpeculatiua ex parte finis. Sed reſpectu illaꝝ quas factur⁹ eſt, eſt practica ex parte finis: quāuis etiā eminēter ſit ſpeculatiua.

At vero in ſciētijs creatis nr̄is vbi ex intrinſeca ratione ſcia ſuapte natura eſt practica aut ſpeculatiua, nunꝗ reor S. Tho. hanc diſtinctionē admitteret, ſꝫ vt citatū eſt de veritate.q.14. ſcia ex intrinſeca ei⁹ rōne habet qđ ſit aut practica aut ſpeculatiua. ¶ Et primo: ꝙ ſcia quāuis habeat obiectum operabile, ſi modo procedit ſpeculatiuo, ſit ſimpliciter ſpeculatiua, ſic ego probo: Illa ſcia eſt ſolū ſpeculationis gratia, nec docet opari, ergo nullo modo eſt opatiua, ⁊ per cōſequēs nec practica, quod idē eſt. ¶ Secūdo arguitur. Per accidens eſt illi ꝙ obiectum ſit operabile aut naturale: ergo inde nō hꝫ ꝙ ſit practica. v.g. ſi ſcia roſę qua cognoſcimus naturam roſę eſt modo ſpeculatiua, eadē ratione quanuis roſa eſſet factibilis nobis, eſſet ſpeculatiua. Et ſi Deus impartiretur nobis facultatē faciendi roſam aut res alias naturales, alias ſcias deberet nobis infundere quibus ſciremus facere: nā q̄s mō habemus nō ſufficerent: ergo eadē rōne ſcia ſimilis de domo qua ſolū cognoſcimus naturā domus, eſt prorſus ſpeculatiua. Accidit em̄ hmōi ſcientijs obiectū eſſe operabile, necne. ¶ Et confir. Geometria quam ego habeo de triangulis ⁊ alijs figuris eſt ſpeculatiua: vt ab oībus eſt receptiſſimū: tn̄ eſt de re operabili a nobis, pōt em̄ hō figuras lineare: ergo eadē rōne ſcia de domo poteſt eſſe ſpeculatiua. ¶ Mox probat ꝙ a ſolo fine ſcientis ſcientia nō dicitur abſolute ſpeculatiua aut practica. Hmōi em̄ conditiones cōueniunt ſcientię ſuapte natura: ſed tn̄ fines iſti ſcientis de per accidēs cōtingūt illis ex cōditione ſubiecti: ⁊ dato oppoſito cōcedendum eſſet ꝙ ſciētia in diuite, qui nō intēdit opari, eſſet ſpeculatiua: ⁊ in paupere, qui intēderet operari, eſſet practica: imo in eodē, modo eſſet ſpeculatiua mō practica, inde ſolum ꝙ mutaret propoſitum. ¶ Colligamus ergo differentiam inter ſpeculatiuā ⁊ practicā quam conſtituit S. Thomas.1. Ethi.q.3.ſ. ꝙ ſpeculatiua procedit modo reſolutiuo: tractat.n. de naturis rerū, reſoluēdo vſqꝫ ad prima principia, practica vero pcedit modo cōpoſitiuo, docet enim inducere formā in materiā. Ut ędificatoria docet dolare ligna, quadrare lapides, conſtruere parietes ⁊c. Quare practica operando potiſſimū acquirit. ¶ Ex quo tandē ſequitur contra Scotum.4.q. prologi, ꝙ Theologia non eſt practica, nam ſpeculatiue conſiderat naturam Dei, licet eiuſmodi cognitio alliciat ad operandum.

¶ Secundò (quia lubet omnes practicas ſciētias in ſumma attingere) notandū eſt, ꝙ cū actio alia ſit immanēs: q̄ proprie ſortit nomē actionis, vt intelligere, amare, loqui, comedere ⁊c. alia vero ſit tranſiens in exterā materiā, vt ſcribere, ędificare, q̄ proprie dicit factio (diuiſio eſt Ariſto. 6. meta.tex.16.) fit ſubinde, vt ſcia practica diuidat in actiuam, q̄ actiones nr̄as dirigit, vt ſtudioſe fiant, ⁊ meritorie, vt dicunt: ⁊ in factiuā, quę verſatur circa extera opificia, vt habetur apud Ariſt.6.meta.text. 1. Et eadē prorſus diuiſio eſt qua.6. Ethi. diſtinguit habitum practicū in artem ⁊ prudētiam: dicens, ꝙ ars eſt habitus verus cū ratione factiuus: prudētia vero habitus verus cū ratione actiuus. ¶ Ubi adnotandum eſt, ꝙ ſcia aliqua vel virtus practica: bifariā pōt opus dirigere, videlicet, aut quantum ad facultatē operis, aut quātū ad vſum. Ut docet S. Thomas.1.2.q.56.ar.1. Ars eſt q̄ facit facultatē operis: prudentia vero q̄ facit bonum vſum. Exēpli gratia. Ars pictoris facit facultatē: vt quādo pictor voluerit, imaginē exhibeat perfectā: an vero ſtudenda ſit illa ars, ⁊ pingendum modo ſit, necne, hoc facit prudentia. Eadē ratione virtus moralis, vt docet Ariſt. 6. Ethi.

Facultas operis ⁊ vſus eius.



6. Ethi. cap.12. facit rectam intentionem finis vt abſtinendum eſſe, pugnandum eſſe ⁊c. Sed quando ⁊ quomodo, hoc facit prudētia. Quare prudētia proxime verſatur circa electionem volūtatis. ¶ Hinc patet ſcientias morales, vt Ethica, ⁊ Politica, non eſſe adeo practicas, vt ſunt ars ⁊ prudentia: quia obiectum philoſophię moralis, quod eſt ſtudioſe agere, non fit potiſſimum ab ipſa ſcientia: ſed a virtutibus moralibus: vt temperantia facit temperate comedere, ⁊ fortitudo ſtrenue pugnare: ⁊ ideo poteſt Philoſophus eſſe malus homo. Sed ſunt ſcientię quodam modo practicę: quia oſtendentes naturam virtutū, quodam modo nos docent operari, ⁊ habent idem obiectum quod eſt obiectum virtutis. Obidqꝫ eiuſmodi ſcientias morales, authore Ariſto. 2. Ethico. conſideramus, non contemplationis tātum gratia, ſed vt boni efficiamur.

¶ Tertiò tandem notandū eſt: vt nihil huius queſtionis pręteteamus, ꝙ actio illa quę per ſcientiam quanuis practicam dirigitur, Gręca voce appellatur a doctorib⁹ praxis. Eſt enim praxis idem qđ actus, ⁊ proprius conuenit actioni manenti: ſed accipitur iam pro quocūqꝫ obiecto ſciētię practicę, ſiue actio fuerit immanēs, ſiue factio tranſiens. Atqui iudicio meo plus operę conſumunt doctores in inquiſitione praxis quā opus eſſet. Scot⁹ in prolog. ſen.q. vlti. Praxis, inquit, eſt actus alterius potentię quā intellectus, naturaliter poſterior intellectione, natus elici conformiter rationi rectę, vt ſit rectus: vbi anſam dedit huic diſputationi. Nā Occhā ⁊ Grego. ⁊ reliqui in vltima queſtione prologi arguunt primo ꝙ operatio etiam intellectus poteſt eſſe praxis: nā praxis eſt operatio q̄ eſt obiectū ſcientię practicę: ſed ⁊ poteſt homo per prudentiam dirigere vſum cōtemplationis, puta qn̄ ſtudendum eſt, ⁊ quas ſcientias expedit diſcere: ergo non eſt neceſſe, vt praxis ſemper ſit operatio alterius potētię quā intellect⁹. ¶ Itē arguūt ꝙ non requiratur, talē operationem eſſe conformem rationi rectę. Nā praxis ęque dicitur de operatione mala atqꝫ bona. Sed miſſa diſputatione Theologorū, hoc ſatis eſt in pſentiarū adnotare primū ꝙ quātū elicitur ex Ariſt. praxis, quāuis generali noīe poſſet dici de quacūqꝫ operatiōe, tamē proprie ſolum dicitur operatio libera, quā, in noſtra poteſtate eſt, bene aut male fieri, ſiue quantum ad vſum, ſiue quantū ad facultatē operis: ꝙ autē ſola operatio alterius potētię q̄ intellectus, puta voluntatis, aut potenię executiuę debeat dici praxis, hoc Scotus ſolum probat illo cōmuni dicto, intellect⁹ extenſione fit practicus. Sed intellectus, inquit Scotus, non extēditur niſi in ordine ad alias potentias: ergo praxis primo eſt operatio voluntatis, quā dirigit intellectus, ⁊ inde operatio exterior q̄ procedit a voluntate. Sed cōtra Scotū eſt in primis ꝙ illa authoritas non eſt Ariſt. quare male citatur in margine.3. de anima, tex.49. qꝛ ibi non habetur, niſi ꝙ intellectus practicus differt ab ſpeculatiuo fine, ſed (vt ait Gregorius) eſt dictum cōmune. Et S. Tho.2.q. de veri.ar.8. nō citat illo modo illud verbum, ſed dicit ꝙ ſcientia ſpeculatiua, per extenſionē ad opus fit practica: ponit exemplum, ſicut ſi quis ſtuderet medicinā non vteretur illa, eſſet ſpeculatiua de per accidēs ex parte finis ſciētis: ſed ſi poſtea mutaret intentionem ⁊ practicaret illam, fieret practica. Sed tn̄ alia ratione, magis certe apparēti, poteſt probari ꝙ operatio intellectus proprie non eſt praxis. Nam praxis diſtinguitur contra ſpeculationē, ⁊ quęcūqꝫ operatio intellect⁹ eſt ſpeculatio: quare licet reguletur a prudentia, ⁊ propterea dicatur quodam modo praxis, tn̄ propriſſime non eſt praxis ſed ſpeculatio: ⁊ ſi hac ratione vſus eſſet Scotus, feciſſet forte credibilē ſuam opinionē. ¶ Et quātum ad ſecundum, vt aliqua operatio ſit praxis, non requiritur ꝙ ſit bona operatio ⁊ conformis rationi rectę: nam etiam mala operatio eſt praxis mala. Sed ad hoc ꝙ ſit praxis recta requiritur, ꝙ ſit conformis rationi rectę. Et hęc eſt doctrina Ariſto. 6. Ethic. c.2. Unde operatio quę non poteſt eſſe recta, vt odium Dei, eſt nihilo minus praxis. Ob idqꝫ in definitione praxis non debet poni rectum, nec vitioſum.

¶ Ad quæſtionē ergo ferè Nominales moderni reſpondent, ꝙ Logica eſt ſcia practica: qꝛ docet cōſtruere ſyllogiſmos ⁊ alias ratiocinationes. Quā putāt eſſe opinionem cōmentatoris 2. Meta. qꝛ vocat illam modum ſciendi. Nihilo min⁹ reſpondetur tribus cōcluſionibus. Primo. Logica 1. Cōcluſiō ſimpliciter ⁊ abſolute eſt ſcientia ſpeculatiua. Probatur primo, quia licet tractet de ſyllogiſmis ⁊ alijs ratiocinationibus, quę ſunt res operabiles a nobis: tamen non tractat de illis modo operabili, quod vt dictum eſt, requiritur ad ſcientiam practicā, ſed tractat de illis ſpeculatiuo ⁊ reſolutorio modo, puta cōtemplādo naturam prędicamētorū, propoſitionum, ſyllogiſmorum, ⁊ cuiuſuis ali⁹ entis rationis, ⁊ hoc cōtemplatur per reſolutionem in ſua prima principia. Itaqꝫ proprie tractat de illis ac ſi eſſent quędā res naturales, nec a nobis factibiles: ergo eſt ſcientia ſpeculatiua. Sed quia illa ſunt opera facilima, fit, vt cognita eius natura facile fabricētur a nobis. ¶ Secundo probatur concluſio. Eſto, Dialectica tractaret de iſtis operibus modo operabili, ita ꝙ finis eius eſſet operari, nihilo minus eſſet ſpeculatiua: qꝛ ipſamet opera quę dirigit ſunt ſpeculationes. Sciētia enim dicitur ſpeculatiua vel practica ab obiecto: ſed obiectum Dialecticę eſt ſpeculari, ergo ipſa eſt ſpeculatiua. Itaqꝫ latet fallacia, ſi quis inferat aliquam ſcientiam eſſe practicam, propterea ꝙ dirigit ad op⁹, qn̄ opus ipſum eſt ſpeculatiuo. Enimuero licet ars ędificandi ſit practica: tn̄ ars ⁊ modus ſciendi ⁊ ſpeculādi certe nō eſt niſi ſpeculatiua. Quā rationem exiſtimo cōmēdandā. ¶ Quod ſi quis arguat contra hanc concluſionē, Poteſt quis ratiocinationes ⁊ alia opera intellectus mala conſtruere: primo quātum ad vſum poteſt illa fabricari tēpore indebito, ⁊ deficientibus alijs circunſtātijs, vt opus ſit malū moraliter: ⁊ ſcdo quantū ad facultatē operis, quia neſcit illa fabricari: ergo aliqua ars requiritur ad hoc. ¶ Ad primū reſpōdetur, ꝙ prudentia eſt q̄ facit rectū vſum moraliter Dialecticę, ⁊ oīm ſciētiarum, ⁊ omniū artiū, vt ſupra diximus. ¶ Sed pro ſecunda 2. Cōcluſio parte argumenti, eſt ſecunda concluſio. Dialectica ⁊ oēs artes liberales dicūtur quodam modo artes, per quādam ſimilititudinem ad artes mechanicas. Concluſio eſt S. Tho.1.2.q.57.art.3. Habent enim ſimilitudinem artium in hoc, ꝙ ordinant ad recte intelligendum, aut recte operandum. Sed deficiūt a vera ratione artis: quia verſant̄ circa opera ipſius animę: ideo dicuntur artes liberales, ad differentiā artium mechanicarum, quę dicuntur ſeruiles: nam mechanicę ſunt propter neceſſitatem corporis, liberales vero propter delectationem animę, ⁊ corpus ſubditur animę vt ſeruus domino: ſed deficere à vera ratione artis, nō eſt ſimpliciter defectus, ſed potius perfectio: quia artes liberales ſunt quodam modo medię inter ſcientias pure ſpeculatiuas ⁊ artes: nam ſcientia ſpeculatiua eſt, quę eſt ſpeculationis gratia, ars cuius finis eſt exterius operari: ars vero liberalis, quę eſt propter opus animę. ¶ At vero

vero nõ oẽs artes liberales ſunt in eodem gradu,
3. Cõcluſio q̃re ſit tertia cõcluſio. Dialectica inter artes liberales vicinius accedit ad ſciam ſpeculatiuã: quia finis eiꝰ eſt ſpeculatio, puta ratiocinari: mox Rhetorica, cuius finis eſt perſuadere ⁊ ornate proferre argumẽta: deinde Grãmatica. Alię vero quatuor Mathematicę proprius inclinant ad artes mechanicas: nã verſant̃ circa opera exteriora: ſed nihilo minꝰ ſunt opera q̃ pertinent ad delectationem animę, ⁊ non ad neceſſitatem corporis: quare intra lineã ſunt artiũ liberalium. Verũ eſt tamen ꝙ ſolent diſtingui in ſpeculatiuas ⁊ practicas, qualiter nõ diſtinguũtur artes rationales. Vt ſit Arithmetica ſpeculatiua, q̃ conſiderat naturas numerorum. Practica vero q̃ docet numeros multiplicare, partiri ⁊c. Et eadẽ ratiõe muſica ⁊ perſpectiua ⁊ Geometria. Tametſi hęc quatenꝰ docet in materia exteriori formã inducere, mechanica eſt. Ars.n. ędiũ ſtruendarũ Geometria quędã eſt.

¶ Ad primũ ergo argumẽtum principale ſatis reſpõſum eſt: ſolũ enim ꝓbat Dialecticã eſſe quodã modo artẽ, nõ tñ proinde cadit a ratione ſpeculatiuę ſcientię. Et pari modo reſpõdetur ad ſecundũ, nẽpe non ſubſequi ſi ars conſtruẽdi domos ſit practica: Dialecticã ſubinde eſſe practicam. Ars.n. quę tradit modũ ſciẽdi, ſpeculatiua eſt ſicut ſcia ipſa. ¶ Quod ſi quis arguat, tunc conſequi habitum practicum itidem eſſe ſpeculatiuum: nam aſſenſus ⁊ iudiciũ, quod elicitur ab habitu practico, eſt vere actus ⁊ cõſideratio ſcientię. Reſpondetur, ꝙ ratio ſciẽtię practicę non ſumitur ex actu intellectus, quẽ ꝓxime elicit, ſed ex opificio exteriori quod dirigit. Et hoc in Dialectica nõ eſt niſi ſcire: ⁊ ideo dicit̃ modus ſciẽdi, ⁊ non modus pingendi aut ędificandi ⁊c. ¶ Et ad cõfirmationẽ reſpondetur, ꝙ S. Tho. vocat Dialecticã artẽ, eo modo quẽ ipſe docuit. 1. 2. vt dictũ eſt in ſcda concluſione. ¶ Ad tertiũ. Quantũ ad medicinã reſpõdetur: ꝙ aliqua eſt Theorica, quę tractat naturas herbarũ, ⁊ cõplexionis humanę: Alia vero practica, quę applicat medicinas. Et merito dicitur practica, ſiquidem verſatur circa vtilitatẽ corporis. Sed quod ad morales ſciẽtias attinet, iam dictũ eſt eſſe quodã modo practicas, nõ quidẽ adeo vt artes: quia nõ verſantur circa extera opificia, ſed circa actiones morales, nec hac ratione ſunt practicę ſicut prudentia, vt expoſitum eſt ſecundo notabili.

## Quæſtio quinta Proœmialis.

## Vtrùm ſubiectum Dialecticæ ſit ens rationis.

POſt quatuor ſuperiores queſtiones de neceſſitate, quidditate, vnitate, ⁊ qualitate Dialecticę, ſupereſt poſtremo ſubiectũ eius inueſtigare. Et arguitur, ꝙ ſubiectum Dialecticę non ſit ens ratiõis. Primo. Dialectica vt author eſt Ariſ. 1. Poſte. tex. 27. nõ eſt circa determinatũ ſubiectũ, ſed circa oẽs ſcias diffundit̃: ergo queſtio ſupponit falſum. ¶ Scdo. Nulla ſcia q̃rit de ſuo ſubiecto an ſit, ⁊ quid ſit, ſed id ſupponit vt docet Ariſt. 1. poſte. tex. 2. Sed in logica diſputatur an ſit ⁊ quid ſit ens rõnis: ergo illud non eſt ſubiectum logicę. ¶ Tertio. Subiectum ſcientię perinde atq; obiectum potẽtię debet eſſe illi adęquatũ, ita vt nec obiectũ excedat ſcientiam, neq; excedatur ab ea: vt color a ſolo viſu percipitur, ⁊ viſus ad ſolum colorẽ terminatur, ſed ens rationis nõ eſt hoc modo adęquatũ logicę: ergo nec eſt eius ſubiectum. Probatur minor. Grammatica ⁊ Rhetorica tractant de ente rationis, puta de gñe ⁊ ſpecie, ⁊ per ꝯñs ens rationis extra limites logicę diffunditur. Et rurſus logica tractat de conceptibus formalibꝰ, puta de propoſitione, de ſyllogiſmo: quę quãuis ſint opera fabricata a ratiõe, nihilo minus ſunt realia entia de prędicamẽto qualitatis, perinde vt domus ⁊ reliqua opificia: ergo ⁊ Logica non ſolum tractat de ente rationis, ⁊ per cõſequens nõ eſt eius ſubiectũ. ¶ Quarto arguitur. Subiectũ ſcientię cõtinet eminenter oẽs veritates illius ſcientię, vt pote cũ ſit illarũ cauſa, ſicuti homo, quod eſt ſubiectum ſcientię hoĩs, continet riſibilitatem, cęteraſq; paſſiones quę de illo demonſtrantur: ſed ens rõis, cum non ſit verũ ens, nullius poteſt eſſe cauſa, ⁊ per ꝯñs nec continere veritates ſcientię: ergo nullius ſcientię poteſt eſſe ſubiectũ. ¶ Quinto ⁊ poſtremo arguitur. Logica ⁊ Dialectica, vt dictũ eſt, pro eodem accipiuntur: ſed obiectũ Dialecticę eſt argumẽtatio: vnde Dialectica idem ſonat, qđ diſputatoria ſcientia, ⁊ propter argumentationem tractat de prędicamentis ⁊ enũtiatione, quibus conſtat argumentatio: ergo argumentatio eſt ſubiectum logicę, ⁊ non ens rationis. ¶ In cõtrariũ eſt Ariſt. 4. Meta. tex. 5. vbi dicit, logicam tractare de omni re in vniuerſum, quemadmodum metaphyſica, quod verum non eſſet, vt illic S. Tho. adnotauit, niſi quia tractat de ente rationis, quod rebus vniuerſis poteſt conuenire.

¶ Subiectũ ſcientiæ duplex eſt, puta, ſubiectũ inhęſionis, qđ eſt intellectus, de quo nihil ad rem preſentem: Et ſubiectũ attributionis, quod modo veſtigare pergimus. Vbi primo notãdũ hos tres terminos, ſubiectũ, obiectũ, ⁊ materiã ſciẽtię eandẽ rẽ ſignificare diuerſis rationibꝰ. Vt quantitas cõtinua eſt ſubiectũ, obiectum, ⁊ materia geometrię. Atqui, vt cõmenta quę hic finguntur miſſa faciamus, ſubiectũ dicitur reſpectu paſſionũ quę demonſtrantur in ſcientia: demõſtrat enim Geometria de quãtitate cõtinua ſuas proprias paſſiones. Atq; adeo quãtitas continua cuius proprię paſſiones inſunt, ſubijcitur oĩbus in prędicatione. Obiectũ vero dicitur per ordinẽ ad habitum ſciẽtię: qr id quod ſcimus per geometriam, eſt quãtitas cõtinua, eiuſq; paſſiones atq; figurę. Sicut eñ per viſum videmus colorẽ: ita per hoc iudiciũ, triãgulus habet tres angulos ęquales duobus rectis, intelligimus naturã trianguli. Quare ſignificãtius dicitur obiectũ, quã ſubiectũ. Sed materia appellatur, vt nõnulli volũt, quia eſt primum fundamentũ qđ ſupponitur in ſciẽtia: quippe cũ oĩs ſcientia ſupponat ſuum ſubiectũ eſſe. Aut forte materia nuncupatur eadem ratione qua eſt obiectum: nam obiectum ⁊ materia virtutis idẽ ſunt, vt author eſt S. Tho. 1. 2. q. 55. art. 4. Delectabilia eñ tactus ⁊ obiectũ ſunt ⁊ materia tẽperantię. Verũ eſt tñ diuerſas eſſe opiniones in hac parte Noĩalium atq; Realium, ⁊ quãtum ad ſubiectum ⁊ quãtũ ad obiectum. Nominales.n. opinantur ſubiectũ ſcientię eſſe terminum ipſum, qui eſt ſubiectũ propoſitionis, vt ſubiectũ Geometrię eſſe illũ terminum, quãtitas cõtinua: Reales vero aſſerunt eſſe rẽ ſignificatam. Enimuero quãuis cõſentiant oẽs cum Ariſt. 1. Elen. ꝙ terminis vtimur vice rerũ. Diſſentiũt tñ quidnã ꝑcipue ſubijciatur aut prędicet̃, res ne, an terminus. De quo ſtatim ſuper prologũ Porphyrij diſputabimus. ¶ Scda inter eos controuerſia eſt de obiecto. Noĩales enim pręter Gregorium, affirmãt obiectũ ſciẽtię eſſe propoſitionẽ ipſam. Reales vero dicunt potiſſimum eſſe rem ſignificatam. Nam

Subiectũ, obiectum, materia.

iudicium



iudicium huius, homo eſt riſibilis, nõ ſiſtit in propoſitione, ſed per ipſam fertur in rem, quę eſt, hominẽ eſſe riſibilẽ: quibus cõſentit Gregorius: differt tamẽ ꝙ puta ſignificatũ propoſitionis, puta hominẽ eſſe riſibilem, diſtingui a ſignificatis extremorum, ⁊ eſſe prope nihil, cũ tñ in rei veritate ſola ratione diſtinguatur. Sed qr diſputatio hęc proprium locum habet in. 1. Poſt. vbi Ariſ. meminit de obiecto ſciẽtię, ſuperſedendũ nobis eſt vſq; ad illũ locum. ¶ Atqui in pręſentia ſatis eſt ſi ſupponamus, rem extra ſignificatã, eſſe obiectũ principale ſciẽtię: nam finis principaliter intentus in ſciẽtia eſt notitia rei, ⁊ propoſitio accipitur loco rei, ⁊ eſt medium ad cognoſcendũ rem. Nec obſtat propoſitionem eſſe obiectũ ꝓximũ ⁊ immediatũ, rem vero remotũ, ſicut obiectum proximũ infirmi eſt medicina, ꝑncipale vero eſt ſanitas. Quęrimꝰ ergo hic ſubiectũ, puta rem cuius cognitio principaliter intẽdit̃ in Logica. ¶ Pro cuius notitia ſecũdo notandũ eſt tres eſſe cõditiones requiſitas vt quippiam ſit obiectũ ſcientię, quarum meminit S. Tho. in prologo ſentẽ. ar. 4. quę inſinuatę ſunt inter arguendum. ¶ Prima. Quęcunq; ſunt in ſcientia cõtinẽtur ſub eius ſubiecto, atq; adeo ſubiectum debet omnia cõprehendere, tanq̃ȝ prędicatũ vniuerſale reſpectu oĩm. Quicquid.n. tractatur in Geometria, aut eſt quantitas cõtinua, aut pertinẽs ad quãtitatem. Et inde dicitur ſubiectum attributionis, quippe cui oĩa attribuuntur. ¶ Secũda conditio. Cognitio ſubiecti principaliter intenditur in ſciẽtia: vniuerſa eñ quę tractãtur in Geometria eo tendunt, vt habeatur perfecta cognitio quãtitatis continuę ⁊ ſpecierum eius. ¶ Tertia conditio. Per ſubiectum diſtinguitur ſcientia ab aliis ſcientiis, ⁊ inde ſumit ſpeciem. Per hoc enim Geometria differt ab Arithmetica, quia prima tractat de quantitate continua, ſecunda v ro de diſcręta. Addit Scotus quartam in prologo. q. 3. videlicet ꝙ ſubiectum debet continere omnes veritates ſcientię. Quam nos in calce quęſtionis explicabimus.

Ens rationis. ¶ Quantum ad ſecundũ terminum quęſtiõis attinet, qr ſtatim ſuper prologũ Porphyrij preſſius explicaturi ſumus hmõi entia rationis, ſupponat̃ modo, ꝙ non loquimur nunc de ente rõnis vt genitiuus accipiat̃ effectiue ⁊ ſubiectiue, quales ſunt cõceptꝰ formales quos intellectꝰ in ſeipſo efficit ⁊ producit. Illa.n. ſimpliciter nõ dicũtur entia rõnis: qr ſunt verę qualitates realiter inhęrentes ſubiecto. Sed accipit̃ ens rationis, vt eſt cõditio in rebus, q̃ conuenit illis ſolũ ex operatione intellectus. Enimuero quãuis oẽs res ſint ſingulares, tamen ex hoc ꝙ intellectus cognoſcit hoĩem cõceptu cõmuni, abſtrahendo a cõditionibus ſingularibus, res ipſa ſic cõcepta fit ſpẽs, ⁊ ſi concipiat̃ conceptu magis vniuerſali, aĩal, fit genus, ⁊ illa natura ſic abſtracta, vel reſpectus potius quẽ habet ad cõceptũ abſtrahentẽ, dicit̃ conceptus obiectiualis, ⁊ ens rationis: qr nõ habet eſſe diſtinctũ a ſingularibus niſi per operationẽ intellectus, ⁊ ſi concipiatur ea rõne qua eſt cõe pluribus differentibus numero, eſt ſpecies: ⁊ ſi vt cõe pluribꝰ differẽtibus ſpecie, eſt genꝰ. Quãuis ſunt alia entia rõnis in ipſis vocibꝰ, in quãtum ſunt ſigna ad placitũ ſignificãtia: nã ly hõ ex natura rei nõ hȝ vt ſit nomẽ, ſȝ ex operatione intellectꝰ imponẽtis, ⁊ ſic reſultant intentiones, propoſitiões ſyllogiſmi ⁊c. q̃ ſunt entia rationis. Et in hoc ſenſu q̃rimus vtrũ ens rationis. i. aliquid cõe ⁊ vniuerſale ad omnia entia rationis, ſit ſubiectum in Logica.

¶ His præiactis de hac queſtione, tot ſunt opiniones quot capita. Noĩales partim opinant̃ ſubiectũ Logicę eſſe trũm, partim eẽ ly terminus, partim illũ trũm argumẽtatio. Albertus dicit eſſe argumentationẽ, puta rẽ ipſam quę eſt argumẽtatio: quẽ multi ſequuntur. Alij vero eſſe ſyllogiſmũ. ¶ Sed vt hęc ꝑſpicua fiãt, adhuc notato cũ S. Tho. 5. Meta. lection. 6. ꝙ ſubiectũ ſcientię vno modo accipitur pro illo, quod adęquate cõtinet vniuerſitatem oĩm quę tractantur in ſcientia, qđ ab aliquibus dicit̃ ſubiectũ adęquationis: ſicut ens eſt ſubiectum Metaphyſicę. Alio modo accipitur pro illo de quo eſt ꝑncipalis intentio, qđ poteſt vocari obiectũ pręcipuũ ⁊ quodãmodo finale, veluti, ſubſtantia, eſt ꝑncipale obiectum Metaphyſicę. ¶ Vnde ſcdm hoc rñdetur ad queſtionẽ duabus cõcluſionibus. Prima. Subiectũ attributiõis adęquatũ logicę eſt ens rõnis. Cõcluſio eſt S. Tho. 4. Met. lec. 4. ⁊ opuſ. 42. qđ eſt de natura gñis, cap. 4. ⁊ alibi ſępe. Imo ꝯcluſio eſt Ariſt. ibidẽ tex. 5. Vbi ait, ꝙ Metaphyſicus ⁊ Dialecticus tractãt de oĩ ente. ſ. Metaphyſicus de ente reali, ⁊ Dialecticꝰ de ente rõnis, qđ põt ꝯuenire oĩ enti reali. Oẽ.n. ẽs cognoſci põt, ſub rõne gñis, ſpẽi ⁊c. Et hoc eſt qđ dicit Auicẽna. 1. Met. ꝙ logica eſt de ſecũdis intẽtionibꝰ, adiũctis primis. Sed probat̃ rõne ſumpta ex prima cõditione. Illud eſt ſubiectum logicę, ſub quo continent̃ omnia quę tractant̃ in logica, ⁊ ſub cuius rõne conſiderãtur: ſed ens rationis eſt hmõi: ergo ⁊c. maior ab omnibus eſt receptiſſima: nam ſubiectũ ſe habet ad ſciẽtiã, ſicut obiectũ ad potentiã, vt autor eſt S. Tho. in. 1. p. q. 1. art. 7. v. g. quemadmodum quicquid videmus, vt puta Roſa, Nix, Coruus ⁊c. eſt coloratum, nec videtur, niſi ſub rõne colorati, ⁊ ideo color eſt obiectum viſus: ita in ſcientia. v. g. Theologię, Deus eſt ſubiectũ: qr quicquid ibi tractat̃, cõſideratur vt Deus aut in ordine ad Deũ, ſed ꝙ ens rationis ſit hmõi in logica, probatur: qr dialecticus nihil tractat niſi de gñe ⁊ ſpecie, de propõne, ſyllogiſmo ⁊c. q̃ oĩa ſunt entia rationis, vt expoſitum eſt. Quo fit vt Noĩales, quãuis daremus illis, vt terminus eſſet ſubiectũ, ⁊ non res ſignificata, nullo mõ debẽt dicere, ꝙ terminꝰ ſit ſubiectũ logicę: ſed terminus ſecundę intẽtionis. Tractat.n. dialecticus, de illis terminis genꝰ ⁊ ſpẽs ⁊c. ea ratione qua ſunt termini ſcdę intẽtionis. Sed revera dicere ꝙ terminus eſt ſubiectũ, ⁊ nõ res ſignificata per terminũ, eſt contra Ariſ. dicentem, ꝙ Dialecticus tractat de oĩ ente, ſicut Metaphyſicus. Secũdo probat̃ rõne ſumpta ex tertia cõditione. Subiectum ſcientię eſt illud a quo ſcientia ſortit̃ ſpeciẽ, ⁊ per qđ diſtinguitur ab aliis: ſed ens rationis in logica eſt hmõi, ergo. minor probatur. Per hoc.n. logica differt ab aliis ſciẽtiis: qr tractat de ente rationis de quo nulla alia tractat, ⁊ inde ſortit̃ ſpeciẽ: inde.n. dicit̃ ⁊ eſt ſciẽtia rationalis. Actus eñ ſortiuntur ſpeciem ⁊ ab obiecto ⁊ a fine. Et hic ſumunt aliq̃ ex noſtris argumentũ cõtra Nominales, ꝙ ſm̃ illos non diceretur hęc ſcientia rationalis: nam terminꝰ qui ſm̃ illos eſt ſubiectũ, aut ly argumentatio non eſt ens rationis. Sed certe ens reale. Rñdere tamẽ poſſunt ꝙ eſt rationalis a fine. ſ. ab opibꝰ intellectꝰ, qui dirigit ⁊ docet definire, diuidere, ⁊ argumentari: ⁊ hic eſt ſenſus verborũ S. Thom. in prologo primi Poſte. vbi dicit, ꝙ logica nõ eſt ſciẽtia rõnalis, eo ſolũ ꝙ ſit ſm̃ rationem: nam iſto modo ars fabrilis, ⁊ domificatoria eſſent rationales. Sed quia dirigit opera quę ratio in ſeipſa fabricatur. ¶ Tertio arguitur aduerſus Noĩales ex cõmuni animi conceptione. Nã certe nullus liberę mẽtis concepit ſubiectũ. v. g. Theologię eſſe illum trũm Deus, aut ſubiectũ Phyſicę illũ terminũ ens naturale aut ens mobile:

Subiectũ Logicę duplex.

1. Cõcluſio

ſed certe ſubiectũ eſt Deꝰ, ⁊ ipſum ens naturale, cuius cognitio in tali ſciẽtia intendit. Et ita loquũtur hoĩes: Hęc ſciẽtia eſt de coelo, hęc de plantis, hęc de quãtitate ⁊c. Et eadẽ ratiõe logica nõ eſt de illo termino argumẽtatio, aut ſyllogiſmus, aut trũs ſecundę intẽtionis, ſed de ſpecie, ſyllogiſmo ⁊c. atq; adeo de ente rõnis in communi, vt ſit ſuppoſitio ſimplex.

2. Cõcluſio ¶ Secunda cõcluſio. Subiectũ principale logicę. i. qđ inter entia rationis principaliter intendit in logica, eſt argumẽtatio, ſeu ratiocinatio, vt inquit Alfraganus: ⁊ forſan in hoc ſenſu Albertus dicit in ꝓlogo Prędicabiliũ argumentationẽ eſſe ſubiectũ in logica. probat ex ſecunda conditione ſubiecti. Nam ꝙ̃ꝙ intẽtio dialectici ſit cognoſcere entia rõnis, puta, genus ⁊ ſpẽs ⁊c. non tamẽ cõſiſtit illic, ſed illa tractat, vt inde cõficiat argumẽtationẽ. Eſt enim Dialectica modus procedendi ex notis ad ignota, qđ fit per argumentationẽ. De aliis vero, vt de noĩe, propoſitione ⁊c. tractat tanꝙ̃ de partibꝰ argumẽtationis, ⁊ de gñe ⁊ differẽtia, vt ſunt partes definitiõis, q̃ eſt mediũ in demonſtratione: quemadmodũ ſcientia de hoĩe tractat de eiꝰ partibꝰ. ¶ Sed hinc multi argumẽtũ ſumũt, ꝙ nõ argumẽtatio, ſed ſyllogiſmꝰ, q̃ eſt in gñe argumẽtationis ꝑcipuus, ſit ſubiectũ logicę. ¶ His tñ rñdemus ꝙ intentio per ſe logicę non eſt niſi verũ inquirere, ſiue id ſit per ſyllogiſmũ, ſiue per quodcũq; aliud genus argumẽtationis: nam tam proprium eſt logici ex ꝓbabilibus probabilẽ facere concluſionẽ, ꝙ̃ ex neceſſariis oſtendere neceſſariã. Sed accidit ꝙ inter argumẽtationẽ ꝑemineat ſyllogiſmus, ⁊ inter ſyllogiſmos potiſſima ſit demonſtratio. Et ſi rõ illoꝝ valeret, nõ ſyllogiſmus, ſed certe demõſtratio deberet eſſe ſubiectum logicę. Eſt ergo ſubiectũ logicę pręcipuum argumentatio. Sed in libris Priorum, ſubiectum eſt ſyllogiſmus, ⁊ in libris Poſteriorum, ſcire, aut demonſtratio.

¶ Supereſt paucis expedire, An ſubiectũ ſcientię debeat cõtinere veritates illiꝰ ſciẽtię, vt opinio fert Scoti loco citato, quã Occhã ⁊ nominales multis impugnãt in prologo ſententiarũ. Primo. Veritates, quę demonſtrãtur in ſcientia de ſubiecto, ſunt paſſiones eius, vt riſibile de homine: at hmõi paſſiones, inquiunt, nõ diſtinguunt a ſubiecto, nihil enim aliud eſt hoĩem eſſe riſibilẽ, q̃ȝ hõ: qđ ſi nõ diſtinguunt ab illo nõ cõtinent in illo: nam inter cõtinens ⁊ contentũ, debet eſſe diſtinctio. Alia hmõi faciunt argumenta, ⁊ certe nullius momenti.

Sententia Scoti. Sententiã ergo Scoti ſic intelligito, ſicut res ſe habet ad eſſe, ita ad cognoſci: ex natura autẽ ſpeciei dimanãt propria accidẽtia ipſius. Conſequit enim ad naturã hoĩs, ꝙ ſit riſibilis, admiratiuus ⁊c. ſiue ſit diſtinctio realis, ſiue non, ſicut in Deo, vbi nulla eſt diſtinctio, niſi rõnis, eſſentiã diuinam cõſequitur, ꝙ ſit miſericors, oĩpotẽs ⁊c. quo fit, vt qui haberet notitiam hominis perfectã, qualis exprimit per defiñitionẽ, inde facile cognoſceret propria accidentia ipſius. Nã in notitia ſubiecti virtualiter cõtinetur notitia paſſionum eius, ſicut effectus virtualiter cõtinet in cauſa, nec opus eſt preſſius iſta emungere. ¶ Eſt tñ vnũ argumentũ ad rem cõtra Scotũ. Nã ex eius opinione ſequeret, ꝙ nulla poſſet eſſe ſcĩa de ſubiecto generico, ſed quotquot ſunt ſpecies ſpecialiſſimę, tot deberent eſſe ſcĩę. Probat ſequela. Sciẽtia. v. g. de animali debet tractare de oĩbus ſpeciebꝰ ⁊ de paſſionibus earũ, alias ſcĩa imperfecte tractaret de illo genere, ſed tñ veritates ſpecierũ, non continentur actu in genere, ſed potẽtia, vt videbimus apud Porphyriũ. Non eñ ad naturã animalis ↄſequit riſibilitas, cũ genꝰ ſit indifferẽs ad plures ſpecies, alias natura animalis cõtineret actu rationale ⁊ irrationale, q̃ ſunt oppoſita. Qđ ſi concedatur hoc corollarium, tunc non eſſet vna Geometria de quãtitate, ſed alia de linea, ⁊ alia de ſupꝰficie, ⁊ alia de triãgulo, ⁊ alia de hexagono, quod dictu eſſet abſurdũ. Dicendum ergo vt adnotat Caie. in prima par. q. 1. ar. 7. ꝙ ſatis eſt ſubiecto alicuius ſcientię qđ ipſum vel eius ſpecies contineãt actu veritates illius ſciẽtię, dummodo ſcientia omnia tractet ſub vna ratione, ſiue illa ſit ſpecifica, ſiue ſit generica.

¶ Ad primum argumentũ reſpondetur, ex ipſis verbis Ariſ. citatis. 4. Met. Ait eñ ꝙ Dialectica nõ eſt de aliquo determiato ſubiecto. i. particulari, ſicut Geometria, ita eſt de quãtitate ꝙ non tractat de ſubſtantia, q2 Dialectica tractat de entibus, quę oĩbus rebus in vniuerſum contingunt. Et idem repetit. 1. Elenc. cap. 11. non tamẽ negat, quin oĩa entia rationis conueniant in vnica ratione formali obiecti, quod ſit ſubiectũ Dialecticę, quẽadmodũ ens eſt obiectũ Metaphyſicę. ¶ Ad ſcdm rñdetur, ꝙ dialectica, in quantũ Dialectica, nõ quęrit an ſit ens rõnis, ⁊ an diſtinguatur a rebus. Imo queſtiones iſtę ſunt Metaphyſicę, licet inſerãtur in logicam. Sed logica recipit a Meta. ens rationis eſſe ⁊ tractat quomodo hmõi entia rationis ſubiiciantur ⁊ prędicentur. Et hoc eſt demõſtrare paſſiones de ſuo proprio ſubiecto, qđ eſt munꝰ cuiuſq; ſciẽtię. ¶ Ad tertium reſpondetur, ꝙ ſi logica acciperet ſm totam latitudinem, vt nomen ſonat, tunc cõprehenderet etiam Grammaticam, ⁊ Rhetoricã, vt diximus queſtione. 1. ⁊ ſic non plus ſe extenderet ens rationis in ſua vniuerſitate ꝙ̃ logica: ſi tamẽ logica accipiatur vt diſtinguitur cõtra Grammaticã ⁊ Rhetoricam, tunc diſtinguendũ eſt ens rationis. Aliud eñ eſt, qđ habet fundamentũ in re, puta quãdo ex natura ſua conuenit rebus id vnde intellectus abſtrahit tales intẽtiones. ſ. eſſe hominis, eſſe animalis ⁊c. vnde abſtrahit ratio generis ⁊ ſpeciei. Et de iſtis tractat logica, tanꝙ̃ de ſubiecto adęquato illius. Aliud eſt ens rõnis qđ cõuenit vocibus, nõ ex natura rei, ſed ex impoſitione, vt nomẽ, participiũ ⁊c. ⁊ de iſtis tractat Grãmatica. Qđ ſi Dialectica tractat de conceptibus formalibus, puta de propoſitione ⁊ ſyllogiſmo, id tractat in quantũ ſunt ſigna rerum, in quibus ſunt fundamentaliter ſimiles proprietates. Nã in rebus ipſis eſt, animal rationale eſſe riſibile, ⁊ hominem eſſe animal rationale, ⁊ inde ſubſequitur hominem eſſe riſibilẽ, ⁊ ſic quodãmodo ꝓpoſitiones ⁊ ſyllogiſmi ſunt in rebus. ſ. obiectiue: quare oĩa tractat logica in ordine ad ens rationis. Et per hoc differt a Philoſophia naturali, q̃ tractat de cõceptibꝰ ⁊ vocibus, quatenus ſunt entia naturalia, puta, an ſint ſubſtãtię, vel qualitates: an ſint ſpirituales, an vero corporales: permanẽtes, an ſucceſſiue ⁊c. ¶ Ad quartum reſpondetur, quod quanuis entia rationis non habeant eſſe reale (quatenus ſunt rationis) nihilo minus habent ſuas proprietates, quę ſuo modo conſequuntur naturas illorum. Vt ex hoc quod animal eſt genus, conſequitur, vt ſit prędicabile de pluribus differẽtibus ſpecie, atq; adeo vt cum differentia conſtituat ſpeciem. ¶ Ad poſtremum argumentum reſponſum eſt per ſecundam concluſionem. Et hęc de prooemialibus quęſtionibus, quas diſputauimus, non ſolum pro tyrunculis, ſed reſpectũ etiam prouectiorum nonnullum habuimus.





# ¶ Commentarij Fratris Dominici Soto Segouienſis, ordinis Prædicatorum, artium ac ſacræ Theologiæ Profeſſoris, in librum Prædicabilium Porphyrij.

TItulus libelli huius in codice Greco duo hęc tantũ habet verba, Porphyriou eiſagoge. i. Porphyrij ĩtroductio. Nõnulli vero Latini addunt, Introductio ad categorias. i. ad prędicamenta Ariſto. Sed nihil fortaſſe eſt addendũ titulo Greco: nã vt patet in ꝓlogo ipſiꝰ Porphy. opuſculum iſtud nõ ſolũ ad prędicamẽta, ſed ad totã Logicã, imo ad omnem Philoſophiam eſt introductoriũ, cõducit enim ⁊ ad definitiones, ⁊ ad diuiſiones, ⁊ ad demõſtrationes, qui ſunt in oĩ ſcientia modi ſciendi. Vnde vt Ammonius adnotauit, antonomatice, ⁊ ſine aliqua additione introductio inſcribitur, vel (quod ex verbis Porphyrij colligitur) Introductio ad Dialecticam. ¶ Porphyrius

Porphyrius. (vt refert Suidas) philoſophus fuit Platonicus, natione Tyrius (vnde dictus eſt ſenex Tyrius) temporibus Aureliani ⁊ Diocletiani Imperatorum, nẽpe ſub anno Dñi. 280. Hic cum eſſet Chriſtianꝰ, iram aduerſus quoſdã Chriſtianos nõ ferẽs, a quibus in Ceſarea Paleſtinę cęſus fuerat, Chriſtianiſmũ deſeruit per furorẽ, vt habetur libr. 7. Hiſtorię Tripertitę. Vnde inter alia plurima opera, quindecim libros aduerſus Chriſtianam religionem euomuit. Atqui, cum ſtipẽdia faceret Philoſophię in Sicilia, libellũ hunc de quinq; vocibus Chryſaorio nuncupauit, quem nobilem tunc temporis (inter alios) diſcipulum inſtituebat. ¶ Chryſaorius, ſi Grę-

Chryſaorius. cum nomen eſt, idẽ pollet qđ Latine auratũ gerens enſem. Attamen vt coniicio, non eſt id nomẽ Grecũ, ſed certe Latinũ cognomem, a Chryſa fluuio apud Syracuſas: fuit enim Chryſaoriꝰ iuuenis Siculꝰ. Qđ ſi Phryx forte fuerit, dictꝰ eſt a Chryſa ciuitate Phrygię. ¶ Inter Latinos interpretes Ioannẽ Argyropylum dignum ęſtimauimus quem eligeremus: nam quãuis Boetius auctor re vera ſit nõ cõtemnendus, tñ traductio eiꝰ vulgata ſubobſcurior eſt ⁊ forſan q̃ phraſim Grecã nõ tam ad verbũ Latine reddat, ꝙ̃ Argyropyli. Qui vt natione Grecus, ⁊ Latine egregie doctus, Grecam proprietatem Latiniſſime exhibuit. Adnotauimus vero vbicũq; inter ambas tranſlationes differre comperimus.

## Tranſlatio Ioannis Argyropyli.

## PROLOGVS

CVM neceſſarium ſit, Chryſaori, & ad Ariſtotelis præcamẽtorum doctrinã, quid nam genus, quid differẽtia, quid ſpecies, quid propriũ, & quid accidens ſit cognoſcere: cunq; & ad definitiones etiam aſsignandas ac omninò ad diuiſiones demonſtrationesq́ue conficiendas, vtilis horum ſit cõtemplatio: breuiùs enitar tibi ea, quæ apud maiores noſtros de his ipſis ſunt, tradere, quaſi ingreſſum quendam tibi ad hæc omnia demonſtrando. Atque altioribus quidẽ quæſtionibus abſtinebo: faciliores autem ſic afferam, qualiter nunc quidem tibi accommodatas eſſe coniecto. Protinùs igitur genera quidem & ſpecies in rerum natura ſint nécne, an in ſolis nudisq́ue conceptibus collocentur: & ſi corporea ſint an expertia corporis: & vtrùm ſeparabilia ſint, an in ipſis ſenſibilibus rebus & circa eas ſubſiſtant, dicere nunc omittam: quippe cùm altiſsima ſit talis tractatio, & alia maiore indigeat perſcrutatione. Vt de ipſis verò cæterisq́ue propoſitis magis diſſerendi modò veteres, horũq; maximè Peripatetici tractauêre, recenſêre nunc atque oſtendere tibi conabor.

CApitulum hoc primũ ꝓoemiũ eſt libri, quo Porphyriꝰ idoneum pręparat auditorem, dum attẽtũ eũ reddit ⁊ docilẽ atq; beneuolũ. Atqui in duos textus ſecatur. Hunc enim in modũ in animo nobis eſt capitula ſingularia, ⁊ Porphyrij ⁊ Ariſt. partiri. In priori auctor captat attẽtionem, ⁊ in altero docilitatẽ: atq; adeo in vtroq; bene- Attentio.
uolentiam. ¶ Attentum facit Porphyrius diſcipulum proponendo intentionẽ ⁊ vtilitatẽ operis: ait enim ſe dicturũ de quinq; vniuerſalibus, quorũ cognitio apprime eſt ad Philoſophiã neceſſaria. Vbi notato ꝙ quẽadmodũ illi non poſſunt recta ire, qui q̃ neſciũt proficiſcunt, ita nec põt diſcipulus attẽte audire, niſi ĩtẽtionẽ dicẽtis ꝑcognouerit: nec rurſus animũ ad audiẽdũ adhibebit, niſi aliqđ emolumẽti ĩde ſpauerit: alias eñ pigreſcit, medioq; ĩ curſu ſuccũbit. Quocirca Ariſto. lib. 3. ⁊ Cicero libr. 1. Rhetoricę, inde (aiunt) maxime attentionem captari audiẽtis, ſi quis de rebus magnis, aut nouis, aut inuſitatis ſe dicturum pollicetur. Et ideo Porphyrius ad quatuor inquit neceſſaria eſt vniuerſalium cognitio. Videlicet ad notitiam prędicamentorum, ad definitionum aſſignationem, ad vſum deniq; diuidendi ⁊ demonſtrandi. In quibus ſumma Dialecticę conſiſtit. ¶ Ad prędicamenta quidem neceſſaria eſt iſta cognitio: q2 prędicamentum nil aliud eſt ꝙ̃ prędicabilium ordinatio, vbi ſuperiora genera per ſuas cuiuſq; differentias diſtribuuntur ad diuerſas ſpecies, ⁊ cuicunq; ſpeciei inſunt propria accidentia, ⁊ pręterea alia accidentia communia. ¶ Sed ad aſſignationem definitionum neceſſaria eſt eadem cognitio: nam definitio ſpeciei quidditatiua cõſtat ex genere ⁊ differentia, in definitione vero deſcriptiua ponitur propria paſſio, accidentia vero cõia nõ intrãt definitionẽ. ¶ Ad vſum itẽ diuidẽdi cõdu-

cit hmõi cognitio: nam refert quõ genus diuidas: ſane qđ nõ eſt diuidẽdũ niſi per dr̃ias q̃ finitę ſunt, vt animaliũ aliud rationale, aliud irrationale. At per ſpecies, vtpote q̃ certo numero nõ cõprehẽdanť, nõ põt genꝰ diuidi, vt inquit Plato: nunq̃. n. abſolueret diuiſio. ¶ Ac deniq; vtilis eſt dicta cognitio ad demõſtrationẽ, vbi mediũ eſt definitio ɔſtãs ex gñe

Neceſſariũ

⁊ dr̃ia, ⁊ ꝓpria paſſio de ſpẽ demõſtrať. ¶ At vero in dubiũ reuocãt expoſitores, quõ accipiať hic neceſſariũ: nã q̃druplicitér accipi põt, vt docet Ariſ. 5. me. t. 6. iuxta q̃tuor gña cauſarũ. Et hic nõ accipiť neceſſariũ niſi in ordine ad finẽ, vt ſermo ipſe Porphyrij manifeſtat: ait. n. Cũ ſit neceſſariũ ad p̃dicamentoꝝ doctrinã ⁊c. Sed dubiũ eſt an ſit ſimplr̃ neceſſaria cognitio vniuerſaliũ, ita vt ſine illa haberi nõ poſſit notitia p̃dicamẽtoꝝ. Nã Albertus dicit eſſe ſimpliciter neceſſariã: Boetius vr̃ negare, ſed ſolũ ait eſſe vtilẽ: qꝛ ante editionẽ p̃dicabiliũ erant hoĩes philoſophi ⁊ dialectici. ¶ Eſt tñ facilis reſpõſio duabꝰ cõcluſionibꝰ. Aut eñ eſt q̃ſtio de neceſſitate cognitionis vniuerſaliũ, ⁊ hmõi cognitio eſt ſimplr̃ neceſſaria. Impoſſibile. n. eſſet ordinare p̃dicamẽtũ, niſi cognoſceremꝰ, q̃d cui ſubijciatur, ⁊ de quo p̃dicetur, ⁊ quõ genus deſcẽdat ꝑ dr̃ias in ſuas ſpẽs. Aut eſt qđ de neceſſitate huius opuſculi Porphyrij, ⁊ in hoc ſenſu rñdeť nõ eſſe ſimplr̃ neceſſariũ hoc opuſculũ, ꝙuis ſit vtile, vt facilior ſit aditꝰ ad p̃dicamẽta, ⁊ ad totã logicam. Qđ probať: qꝛ poſſet q̃s facile ſine iſto opuſculo in ipſo libro p̃dicamẽtoꝝ intelligere naturã gñis ⁊ alioꝝ vniuerſaliũ, vt erat vſus logicoꝝ añ Porphyriũ. Et re vera ſi fuiſſet ſimplr̃ neceſſarius hic liber, nõ fuiſſet ab Ari. ſub ſilẽtio neglectꝰ. Imo vero potuiſſemꝰ ſine opa ꝑfidi iſtius hoſtis Chriſti Philoſophiã adire. ¶ Hinc colligitur ly, neceſſariũ, in textu accipi pro neceſſario ſimpliciter, vt docte notauit Ammonius. Non enim ait, Cum ſit neceſſarius hic liber, ſed Cum ſit neceſſarium noſſe ⁊c.

¶ Mox de generibus &c. Hic

Docilitas.

eſt textus ſecũdꝰ, vbi Porphyrius reddit diſcipulũ docilẽ, dũ explicat queãdmodũ de vniuerſalibꝰ ſit in logica diſputãdum. Ait eñ abſtinẽdũ eſſe a q̃õnibꝰ metaphyſicis ⁊ diſputandas eſſe q̃ſtiones logicas. ¶ Vbi notato p̃mo, tria eſſe q̃ diſcipulos deterrẽt et pigros efficiũt. Quę ſunt ꝓlixitas, aduerſus quã dixerat Porphyrius cõpendioſam ⁊ breuẽ facturũ eſſe traditionẽ. Itẽ obſcuritas, cõtra quã promiſerat ꝓcedẽdũ eſſe velut introductionis mõ, vcꝫ ſimplr̃ p̃cipiẽdo ⁊ nõ diſputando. Itẽ ꝓfunditas ſñiarũ: et ideo dixerat ab altioribꝰ q̃õnibꝰ ſeſe abſtinere, ſimpliciora vero mediocriter cõiectare. Explicat ergo mõ q̃ ſunt illę altiores q̃õnes. ¶ Vbi ſc̃do notato ꝙ diſputatio de natura vniuerſaliũ, vbi nã ſint, ⁊ q̃ res ſint, an vcꝫ ſint a ſingularibꝰ ſeparata, eſt diſputatio phyſica ⁊ metaphyſica, cuius eſt abditiſſimas rerũ cauſas ꝑſcrutari, ob idq; dicunť q̃õnes altiſſimę, qꝛ ſunt ꝓfundiſſimę. Sꝫ ɔſideratio vniuerſaliũ q̃tenus ſunt ſibi inuicẽ p̃dicabilia ⁊ ſubijcibilia, ea ꝑtinet ad logicũ. Vñ Aui. in ꝓlogo logicę: Queãdmodũ, inq̃t, artifex domꝰ nõ hꝫ cõſiderare naturã partiũ, nẽpe an calida ſint ligna, an vero frigida: fructifera, an ſterilia (qđ ꝑtinet ad philoſophũ) ſꝫ tm̃, ſint ne mollia an dura, recta an curua, qđ ad artẽ ſuã refert: ita logicus de vniuerſalibus tãtũmõ habet tractare q̃tenus p̃dicanť aut ſubijciunť, ⁊ hoc eſt quod ait Porphyriꝰ: Queãdmodũ antiq̃ magis differẽdi modo tractauere. Vbi animaduertẽdũ eſt in Græco haberi, logicoteron, quod ſonat ⁊ magis ꝓbabiliter (vt vertit Boetius) ⁊ magis logice: qđ Argyropylꝰ vertit, magis differendi modo. Qđ ſignificantius explicat intentionẽ Porphyrij, cuiꝰ ſenſus eſt, ꝙ nõ vult tractare de vniuerſalibꝰ metaphyſicę, ſed logicę. ¶ At dũ pollicetur imitaturũ ſe Peripateticos, dubiũ eſt, an intelligat Ariſtotelicos, an vero Platonicos. Videť enim intelligere Ariſtotelicos. Primo, qꝛ vulgus ſolos Ariſtotelicos vocat iam Peripateticos, a peripatein, qđ eſt ambulare. Itẽ qꝛ hũc libellũ potiſſimũ ad introductionẽ prędicamentoꝝ Ariſt. cõpoſuit. Sed ex alia parte cẽſet Ammonius ꝙ intelligat Platonicos: nã Plato fuit primus q̃ deãbulãs cœpit docere. Vnde oẽs Platonici dicebanť primo Peripatetici. Sed defuncto Platone Xenocrati cõtigit Academia, q̃ erat gymnaſiũ Platonis. Ariſto. vero docebat in Lycęo: quare illi dicebãtur Peripatetici ex Academia, hi vero Peripatetici ex Lycęo. Sed poſtea diſcipuli Xenocratis ꝓpter nobilitatem Academię Platonis tenuerunt nomen a loco: ⁊ dicti ſunt Academici: diſcipuli vero Ariſ. ꝓpter ignobilitatem loci ſolũ nomẽ actionis ſeruauerũt, ⁊ dicti ſunt Peripatetici. Et ꝙ Porphyrius ſequatur Platonicos, patet: nam fuit ipſe Platonicus, atq; adeo in hoc opuſculo in multis ſequitur verba Platonis. ¶ In vtroq; textu Prooemij captat beneuolentiam auditoris, in priori quidem cum pollicetur vtile fore opuſculum hoc: in ſecundo vero, cum pollicetur non fore difficile. Ex vtroq; enim diſcipuli efficiuntur beneuoli magiſtro.

Peripatetici.

Beneuolẽtia.

## Quæſtio prima ſuper Prologum Porphyrij.

### Vtrùm vniuerſalia in ſolo ſint intellectu, an verò ſint in rebus.

SI integrum nobis fuiſſet (queãdmodum nos admonet Porphyrius) de vniuerſalibus in dialectica q̃ſtiones tm̃ dialecticas diſputare, nihil hic de vniuerſaliũ exiſtentia meminiſſe fuiſſet opus. At vero, qꝛ res Dialectica eo hac tempeſtate ꝓceſſit, vt dialecticis ſatis iam nequaq̃ facere poſſimus, niſi metaphyſicarũ quęſtionũ a quibꝰ Porphyrius abſtinet, nõnihil attingamus, operępretiũ duximus inde rem exordiri. Eſt autẽ biuium materia hęc, vnde Nominales atq; Reales in diuerſas ſectas abierũt. Cuius diſſidij id in cauſa fuit, ꝙ cũ vniuerſalia vt. 1. meta. c. 2. auctor eſt Ariſto. eo ꝙ remotiſſima ſint a ſenſibus, cognitu ſint difficilima, Reales naturas eorum plus nimio perſcrutantes, rem fecerunt obſcuram: Nominales vero, quo realium anfractus fugerẽt omnia ad nomina reuocarũt. Vnde cum duę ſint partes ſcientię, altera, vt rem intelligas, altera vt credas, rem vtriq; fecerunt difficilẽ: illi quidẽ ad intelligendum, hi vero ad credendum. Quocirca qui inter Nominales nati ſumꝰ, interq; Reales nutriti, tentabimus pro captu noſtro materiam tractare, vt neq; in re difficilli adeo multa cõmoueamus, quę caliginem augeãt: nec rurſus, quo perſpicatius loquamur, veritatẽ deſeramus. Veritas enim quocunq; fuerit abſcondita, perſequenda eſt, nec propter difficultatem abnegãda. Neq; adeo neceſſariũ exiſtimo tres vias hic diſtinguere quod quidam ex Nominalibus, ciuis noſter, his temporibus introduxit, cum inter S. Thomã ⁊ Scot. vt videbimus

Diſſidium Nomina. ⁊ Real.



videbimus vno ⁊ forte altero loco, ⁊ quidem parum admodum differat. ¶ Tres q̃õnes Metaphyſicas inſinuat Porphy. quas Ariſt. 7. Meta. tex. 45. ⁊ infra diſputat aduerſus Platonem, videlicet an vniuerſalia ſint in rebus extra intellectũ, an ſint incorporea, an ſint a ſingularibus ſeparata? Quãuis in verſione Boetij videantur eſſe quatuor, vt ſecũda ſit, an ſubſiſtant. i. an ſint ſubſtantię. Quarum ſenſum primo vt exponamus, notandum eſt, ꝙ quadruplex eſt vniuer

Vniuerſale quadrupliciter accipitur.

ſale, puta in eſſendo, in cauſando, in p̃dicãdo, ⁊ in repræſentando. Vniuerſale in eſſendo, eſt quod per ſe realiter ſubſiſtit ſeparatum a ſingularibus: vniuerſale in cauſando, eſt id quod eſt cauſa vniuerſalis a materia ſeparatum, vt ſunt intelligẽtię, de quibus Ariſto. 1. ⁊. 12. Met. tractat: vniuerſale in prędicando, eſt id quod formaliter prędicať de indiuiduis: vniuerſale in repręſentando, eſt ſpecies intelligibilis aut cõceptus intellectus. Vnde quęſtio pręſens nec eſt de vniuerſali in cauſando, nec de vniuerſali in repręſentando: quia certiſſimum eſt, ⁊ illud eſſe in rebus, ⁊ hoc formaliter in intellectu: ſed eſt quęſtio, vtrum vniuerſale in prędicando, ſit vniuerſale ſeparatum in eſſendo, vt dicebat Plato, vel ſolum ſit obiectiue in intellectu. Et qꝛ in intellectu obiectiue ſunt, tam entia realia, vt Deus ⁊ creatura, quã fictitia, vt chimęra, quęritur an vniuerſalia ſint entia primi generis: puta exiſtentia in rerum natura, an vero ſint ſolum obiectiue in intellectu exiſtentia, vt chimęra. ¶ Sed ſciendum eſt hic ꝙ in Græco proponitur quęſtio ſub his verbis: An vniuerſalia ſint in rerum natura, an vero in ſolis nudis intellectibus, aut conceptibus (vt vertit Argyropylus.) Sed Boetius addit in ſolis, nudis, puriſq;. Sub quibus verbis Albertus, quem fere commentatores neoterici ſequuntur, putat latere myſterium: vt Solus, dicatur intellectus noſter, qui in principio ſuę creationis eſt tanquam tabula raſa: nudus vero appellatur intellectus angelicus, qui eſt ſeparatus a materia: ſed purus, ſit intellectus diuinus, qui eſt purus actus, vbi nihil eſt admixtum potentię. Et forſan hoc addidit Boetius alludendo ad opinionem Platonis, qui dicebat vniuerſalia ſeparata eſſe obiectiue in intellectu diuino. Tametſi ego nullum ſuſpicor hic latere myſterium: quia puris, non eſt Græce: ⁊ nudis, ſolum eſt exaggeratio prioris particulę, ſolis, vt ſenſus ſit huiuſmodi, An vniuerſalia nullo modo ſint in rerũ natura, ſed ſint in ſolo meroq; intellectu, nec aliud eſſe habeant ꝙ cognoſci. ¶ Hinc lucide conſtat ſenſum huius quęſtionis apud Noĩales longe eſſe ab intentione Porphyrij. Putant enim hãc quęſtionẽ eſſe, vtrum vniuerſalia ſint in rebus, an potius ſint conceptus illi formales, homo, animal, quę ſunt ſubiectiue in intellectu: cum tamen Porphyrius nihil meminerit conceptuum, ſed quęrit an habeant eſſe reale, an vero eſſe cognitũ: nam apud antiquos eſſe in intellectu, idem eſt, quod eſſe obiectum intellectus.

¶ Quæſtio ergo eſt: Vtrùm his conceptibus, homo, animal, reſpondeat in rebus aliquod obiectum vniuerſale. Et arguitur ꝙ non. Primo Ariſto. 1. Poſte. text. 35. valeant, inquit, ſpecies, quia cantilenę ſunt. Et text. 35. vniuerſale (ait) nihil eſt pręter ſingularia, quod ex profeſſo probat. 6. Meta. tex. 57. aduerſus Platonem: ergo vniuerſale nullum eſſe habet extra intellectum. ¶ Secundo arguitur ratione. Quicquid eſt in mundo eſt ſingulare: ergo nihil eſt vniuerſale. Probatur antecedens primo inductione. Deus, angeli, ⁊ hęc omnia ſenſibilia aut ſunt ſingulares ſubſtantię, aut accidentia ſingularia. Item ratione, quia quicquid eſt pręter Deum, aut a Deo creatum eſt, aut a cauſis naturalibus genitum: ſed generatio (⁊ pari ratione creatio) ſunt circa ſingularia, vt. 1. Meta. c. 1. ⁊ lib. 7. text. 27. ⁊ alibi ſępe docet Ariſto. ergo nihil eſt in rebus pręter ſingularia. ¶ Tertio ⁊ principaliter arguitur, Argumento Ariſto. contra Platonem. 7. Meta. text. 45. Vniuerſale eſt illud quod natum eſt eſſe in multis: ſed vna res non poteſt eſſe in multis, vt idem color non poteſt ineſſe pluribꝰ ſubiectis diſtinctis, ⁊ multo minus vna ſubſtantialis natura pluribus ſuppoſitis: ergo vniuerſale non eſt in rebus. ¶ Poſtremo arguitur ſi vniuerſalia ſolum ponãtur ſubiectiue in intellectu, vt ſint ipſi conceptus vniuerſales, queãdmodum opinio fert Nominalium, tunc Logica lucide ⁊ perſpicue procedit: ſi vero ponatur in rebus admodum Realiũ, tunc caliginẽ multã offundũt miſeris Dialecticis: ergo nõ ſunt portenta illa (vt aiunt) vllo modo admittenda. ¶ In contrarium eſt, ꝙ ſcientię reales ſunt de rebus, ⁊ ideo dicuntur Reales: vt Phyſica, de rebus naturalibus: Mathematicę, de quantitate ⁊c. Sed ſcientia non eſt niſi de vniuerſalibus vt docet Ariſt. 1. Poſte. tex. 11. ⁊ ſecũdo de anima, tex. 60. ergo vniuerſalia ſunt in rebus.

¶ Quæſtio hæc ab antiquiſsimis Philoſophis originem trahit. Tres fuerunt de vniuerſalibus antiquę opiniones, duę per extremũ oppoſitę, ⁊ media Ariſtot. Quibus quarta addenda eſt nunc Nominalium, tametſi parum differat a prima. Heraclitus ⁊ Cratellus (vt refert Ariſtote. 4. Metap. text. 22.) nil putabant eſſe in rerum natura, pręter ſenſibilia quę videbant, quę cum experirent eſſe in cõtinuo motu ⁊ fluxu, nullamq; ſubinde habere certitudinem, colligebant nullam poſſe haberi ſcientiam de rebus: nam ſcientia debet eſſe certiſſima, atque adeo de rebus perpetuis. In qua opinione fertur ⁊ Epicurus fuiſſe. Hęc opinio manifeſte falſa eſt. Primo quia ſenſualium eſt hominum, nihil percipere, niſi quod eſt ante oculos, nec quicquam intellectu ſupra ſenſibilia perſcrutari. Secũdo quia negare ſcientias eſſe rerum, eſt hominum prorſus irrationabilium: nam cum appetitus hominis naturalis, vt habetur in prologo Metaphyſic. ſit ad ſcientias propenſiſſimus, non eſt dicendum illum eſſe fruſtra: Deus enim et natura nihil agunt fruſtra. ¶ Horum occaſione Plato (vt. 1. Metaphyſico. text. 5. refert Ariſtote.) in aliud extremum inclinauit: aſſerens enim ſcientias eſſe rerum aduerſus Heraclitum, concedenſq; ſcientiam eſſe non poſſe de indiuiduis, quę corruptibilia ſunt, cœpit inueſtigare vniuerſalia, quę eſſent perpetua. Qua ratione ductus, poſuit Ideas ſpecierum realiter ſeparatas a ſingularibus, vt Ariſtote. frequentiſſime ipſum impugnat. ¶ At opinio Platonis, ſi ita cenſebat, vt Ariſtoteles refert, multo minus habebat probabilitatis, ꝙ opinio Heracliti. Ponebat enim hominem vniuerſalem realiter ſeparatum a ſingularibus hominibus, quem dicebat non dependere a loco, nec a tempore, nec a materia, per cuius participationem homines fiebant particulares: ſicuti per impreſſionem vnius ſigilli in multis ceris efficiuntur ſigillationes multę. Itaque putabat Plato quod quemadmodum intellectus concipit, ita ſe habent ⁊ res ipſę. At ſicuti conceptus ſingularis Petri alius eſt a cõceptu communi hominis, ita humanitas eſſet res ſeparata a Petro. Sed re vera hoc intellectus capere non poteſt, vt. 7. Metaphyſico. id late probat Ariſtoteles. Primo non eſt intelligibile quin homo ille eſſet vna res ſingularis in eſſendo quemadmodum alię creaturę, ⁊ per conſequens homo ille communis debe-

Quatuor opiniones de vniuerſalibus.

ret eſſe materialis, in loco, ⁊ tempore ⁊c. ¶ Item in-
telligibile non eſt quomodo ille vnus hō eſſet in plu
ribus ſimul, ita vt ſinguli eſſent ille vniuerſalis: e-
rat enim ſententia Platonis quod in his prędicatio
nibus, Petrus eſt homo, Paulus eſt homo, ille idē
homo prędicaꝛ eſſentialiter de ſuis indiuiduis. Sed
arguitur ſic: Nihil prędicatur eſſentialiter de ali-
quo, niſi ei realiter inſit, vt ſi Petrus eſt homo, res
ſignificata per prędicatum ineſt realiter rei ſignifi-
catę per ſubiectum: ſi ergo illa humanitas ſeparata
eſt a Petro ⁊ Paulo, eſſe non poteſt, vt realiter prę
dicetur de illis. Argumentum eſt Ariſtote. 10. Me-
taphyſi. text. 46. ⁊ Aui. 5. Metap. Adeo opinio Pla
tonis apparet impoſſibilis, vt fuerint nonnulli ſu-
ſpicati Ariſto. id impoſuiſſe Platoni. Et certe Au-
guſtin. qui fuit Platonicus, lib. 83. queſtio. q. 46. di
cit, quaſi interpretans Platonem, Ideas non eſſe
niſi rationes in mente Creatoris, nec eſſe diſtinctas
ab eſſentia diuina, ſed eſſentiam Dei eſſe Ideam o-
mnium rerum: quia eſt quodam modo omnia, atque
adeo Deus ſe intuens vt exemplar, res extra produ
cit. Quę eſt concors ſententia Theologorum. Nec
ſolus Chriſtianus Auguſt. ſed Seneca vbiqꝫ Plato
nicus libro. 8. epiſtola. 66. dicit ꝙ Deus exemplaria
rerũ intra ſe habet quas Plato Ideas vocat. Atqui
S. Thomas lib. 4. de reg. princi. c. 4. ait Ariſto. mul
ta impoſuiſſe philoſophis. At vero credito eſt diffi-
cilimum, Ariſto. tempore ipſo Platonis eiuſqꝫ diſci
pulis viuētibus rem tam abſurdam impoſuiſſe Pla
toni, niſi Plato dixiſſet. ¶ Tertia eſt opinio Nomi-
minalium. Occham in ſua logica. c. 14. ⁊ infra, quem
inceptorē huius vię Nominales venerant, negat vni
uerſale ⁊ in rebus. Cuius ſententia explicat hoc mo
do, ſingulare dupliciter accipit. Uno mō pro ſingula
ri in eſſendo, ⁊ eſt illud quod in ſe eſt indiuiſum, ab
aliiſqꝫ diſtinctũ, vt Petrus ⁊ q̃cũqꝫ res mũdi, alio mō
pro ſingulari in ſignificādo, ⁊ eſt terminus vnũ ſigni-
ficās, vt nomē Petrus. Et cōtrario mō vniuerſale,
accipit vno mō pro vniuerſali in re, ⁊ eſt natura quā
Reales autumāt cōmunē eſſe pluribus: ⁊ alio mō ꝓ
vniuerſali in ſignificando, ⁊ eſt nomē ſignificans plu
ra diuiſim. Tūc ad q̃ōnē r̃ndet duabus cōclu. Prima,
nullũ eſt vniuerſale a parte rei, imo oīs res mũdi eſt
ſingularis. Secũda, Multa ſunt vniuerſalia in reprę
ſentādo, vt iſti cōceptus, homo, animal, ſubſtātia. Un
de Buridanus in principio prędicabilium: vniuerſa
le (inquit) eſt terminus q ex modo ſuę ſignificationis
natus eſt ſupponere pro pluribus vniuoce ⁊ diuiſim.

## ¶ Sententia Ariſto. (vt ex locis

doctrinę ſuę q̃ plurimis manifeſte colligitur) in me-
dio poſita eſt inter opinionē Heracliti, ⁊ Epicuri, ⁊
opinionē Platonis. Cuius ſentētia cōſiſtit in tribꝰ
concluſionibus, ex quibus elicitur. 4. qua reſponde-
1. Cōcluſio bimus ad queſtionem prę ſentem. ¶ Prima cōcluſio.
Quicquid eſt in mundo eſt realiter indiuiduũ ⁊ ſin-
gulare. Concluſio hęc probata eſt ſecundo argumen
to principali, ⁊ iis q̃ adiecta ſunt aduerſus Platonē,
quā idētidem Ariſt. 7. Meta. ⁊ aliis multis locis ad
uerſus eum ſtabiliuit. ¶ Scđa, vniuerſalia nihilo mi-
2. Cōcluſio nus ſunt in rebus de quibus prędicantur. Atqui cũ
Conceptus hic ſit introitus ad vniuerſalia, notandum eſt dupli-
for. ⁊ obie- cem eſſe conceptum: alius eſt formalis, qui eſt quali-
ctiuus. tas potentię cognoſcitiuę, qua res formaliter cogno
ſcimus: ⁊ alius eſt conceptus obiectiuus, qui eſt for-
male obiectum immediate ſignificatũ per cōceptum
formalem, puta per notitiam. Punctus ergo contro
uerſię inter Nominales ⁊ Reales eſt, ꝙ ſecundum
Nominales huic cōceptui mentali, homo, nullus cō
ceptus obiectiuus reſpondet in rebus prę ter ſingu-
lares homines quos (vt aiunt) immediate ſignificat.
Reales vero dicunt illam notitiam non ſignificare
homines ſingulares, ſed rationē communem homi-
nis, ⁊ illa eſt cōceptus obiectiuus, quem conceptus
formalis immediate ſignificat. At ſingulares homi-
nes ſunt ſignificata mediata ⁊ materialia: quia con-
ueniunt in illa ratione quę eſt formale ſignificatum.
Et in fine queſtionis videbimus, q̃ ſit inter eos mini
ma differentia. ¶ Probatur iam concluſionē eſſe ve-
ram, ⁊ ex mente Ariſtote. Primo, Satis deberet eſſe
communis animus concipiendi hominum, qui ma-
ximum pondus habet in Dialectica. Quando enim
enuntiamus aut audimus, omnes homines eſſe eiuſ
dem ſpeciei, cunctaqꝫ animalia eſſe eiuſdem generis,
quid aliud ſignificamus, aut concipimus, quam q̃ o-
mnes homines conueniunt in vna ratione ſpecifica
hominis, ⁊ omnia animalia in vna ratione generica
animalis? quam re vera intelligimus eſſe in rebus.
Atqui quando dicimus, hoc animal eſſe in inſula fre
quentiſſimum (indicato elephante) hęc herba naſci-
tur in horto meo, certe nō loquimur de ſingulari in-
diuiduo, ſed de ſpecie in cōi. Et cadē ratione concedi
mus naturam non intendere conſeruare ſingularia,
ſed ſpeciē. ¶ At arguitur ſecũdo. In his prędicatio-
nibus, Petrus eſt homo, Paulus eſt homo, termi-
ni accipiuntur pro rebus, ⁊ vt author eſt Ariſtote. 1.
Elench. cap. 1. vbi ait, ꝙ termini accipiuntur pro re-
bus, ⁊ quod accidit in nominibus, id in rebus quoqꝫ
arbitramur accidere: ergo ſicut ſubiectum ſingula-
re accipitur pro re ſingulari, ita prędicatum vniuer
ſale accipitur pro ratione aliqua vniuerſali, quę cōis
eſt Petro ⁊ Paulo. Reſpondent negando ꝯñam: ſed
dicunt terminum qui eſt prędicatũ, prędicari de ter
mino qui eſt ſubiectum, tamen in rebus nullam ra-
tionem communem prędicari de Petro. Sed profe-
cto hoc probat argumentum, ꝙ ſicut ſubiectum acci
pitur pro Petro, ita prędicatũ quod eſt nomen vni
uerſale accipitur pro aliqua ratione vniuerſali quę
eſt in Petro ⁊ Paulo. At vero de hoc in ꝓlogo prę-
dicamentorum. 4. cap. Ubi manifeſtabimus nomina
prędicari inſtrumētaliter tanquam ſigna, ⁊ res prin
cipaliter. ¶ Tertio arguitur. Definitio, puta animal
rationale, explicat quidditatem hominis, non Pe-
tri ſolius aut Pauli, ſed rationis ⁊ naturę commu-
nis hominis: ergo in rebus eſt vniuerſale. Reſpon-
dent Nominales definitum illius definitionis eſſe il
lum terminum homo, qui accipitur immediate pro
rebus ſingularibus. Hoc tamen nullatenus ſatiſfa-
cit, nam non negamus definitum propinquum eſſe
illud nomen: ſed quęrimus definitum principale.
Puta rem pro qua definitur illud nomen. Et ar-
guitur ſic: Definitio non eſt indiuidui, ſed ſpeciei, ⁊
vniuerſalis, vt expreſſe ait Ariſtoteles. 7. Metaphy
ſicorum, text. 37. et. 53. ergo animal rationale non
definit homines ſingulares, ſed hominem in com-
muni, pro quo accipitur illud nomen, homo. ¶ Et
confirmatur. Quando audimus reubarbum eſſe
purgatiuum cholerę, certe non concipimus illud
nomen eſſe purgatiuum, ſed herbam, non hanc aut
illam, ſed genus quoddam herbę: et cum enuntia-
mus, hominem eſſe ſpeciem prę ſtantiſſimam anima
lium, profecto non ſignificamus hominem ſingu-
larem, ſed naturam hominis in communi.
¶ Quarto arguitur, Scientia eſt de rebus, ⁊ non eſt
de ſingularibus: ergo eſt de vniuerſalibus, quę ſunt
a parte rei. Maior eſt de ſe manifeſta, nec Nomi-
nales ipſi negare poſſunt, habemus enim ſcientiam
de coelis, de plantis, de elementis ⁊c. Unde fides
⁊ ſcientia diuina eſt de Deo: nam de eo habemus
nunc ſcientiam obſcuram, cuius viſionem habebi-
mus



mus in patria: ⁊ breuiter ſcientię ideo dicuntur na
turales, quia ſunt de rebus naturalibus. Sed negāt
Nominales minorem, imo dicunt, ꝙ obiectum pro-
ximum ſcientiarum eſt ꝓpoſitio, obiectum vero re-
motum ſunt res ſingulares. In contrarium tamen
eſt. 1. Porphyrius. c. de ſpecie, vbi ait, ꝙ de ſingula-
ribus non eſt ſcientia: ⁊ Ariſt. 1. Poſte. tex. 11. ⁊. 2. de
anima, tex. 60. vbi ait ꝙ non eſt ſcientia niſi de vni-
uerſalibus. Nec valet gloſſa ꝙ ſit de ꝓpoſitionibus
vniuerſalibus: nam prępoſitio de, non deſignat pro-
poſitiones quibus mediantibus cognoſcimus res,
ſed potius deſignat res de quibus habemus ſcien-
tiam. Querenti nanque de quo eſt geometria, non
reſpondebis de propoſitionibus, ſed de aſtris, neqꝫ
reſpondebis ꝙ eſt de hoc aut illo aſtro, ſed de aſtris
in vniuerſali. ¶ Et confir. 1. Obiectum potentię eſt
vniuerſale in re vt obiectum viſus eſt color, non hic
aut ille, ſed in vniuerſali: ergo vniuerſale eſt in rebꝰ:
nam hic non poſſunt dicere quod vniuerſalis propo
ſitio eſt obiectum viſus. ¶ Et cōfirmatur. 2. quia hac
ratione, vt inquit Paulus Uenetus, opinio Nomi-
nalium incidit in opinionē Heracliti ⁊ Epicuri: nā
eo quod illi negabant vniuerſalia in rebus, negabāt
ſubinde aliquam eſſe ſcientiam, quia videbant quod
ſcientia deberet eſſe de rebus incorruptibilibus.
¶ Quinto comprobatur concluſio authoritatibus
Ariſtote. quamplurimis, quę niſi de vniuerſalibus
quę ſunt in rebus, gloſſari non poſſunt. Ait enim. 1.
Poſte. titu. 5. vniuerſalia eſſe a ſenſu remotiſſima ⁊
notiora eſſe q̃z particularia: quod explicās. t. 39. ait
vniuerſale ratione cognoſci, ſicut ſingulare cogno-
ſcitur ſenſu. Ubi manifeſte loquit de rebus vniuer-
ſalibus ⁊ non de propoſitionibus: cōparat enim vni
uerſalia, ad ſingularia, quod illa ſint abſtracta a ma-
teria, atque a Deo ſolo intellectu cognita: hęc vero
cognoſcuntur ſenſibus, ⁊ tex. 11. ait vniuerſalia eſſe
neceſſaria. Quod non poteſt tantum intelligi ſecun
de intentionaliter de propoſitionibus, quippe cum
ait eſſe neceſſaria, quia ex neceſſitate inſunt rebus.
Et tex. 35. ait vniuerſalia eſſe magis entia, quā par-
ticularia: ⁊ tex. 43. vniuerſalia non ſunt (inquit) hic
⁊ nunc, ſed ſemper ⁊ vbiqꝫ. Ubi manifeſte comparat
res vniuerſales ad res ſingulares: q̄ homo aut ani-
mal in vniuerſali abſtrahit ab hic ⁊ nũc. Et. 2. de ani
ma. tex. 68. eadem inquit natura diaphaneitatis eſt
in aere ⁊ aqua. Et. 7. Meta. t. 51. expreſſe ait, ꝙ ratio
cōis aīalis eadē eſt in omnibus ſpeciebus: (Et quo
in ſumma dicā). t. 57. cōcludit aduerſus Platonem
ꝙ vniuerſalia nō ſunt a rebus ſeparata, ſꝫ ſunt ī ſin-
gularibꝰ: ⁊. 10. met. t. 6. ꝓpterea dicit hoīem vniuer
ſalē non eſſe ſeparatũ, vt dicebat Plato, q̄ vniuerſa
le debet eſſe in ipſis ſingularibus de q̄bus prędicat.
Egregie facit ad rē illud. 10. meta. t. 2. ꝙ ꝑma ſpēs in
vnoquoqꝫ gñe eſt aliarũ mēſura, vt homo in gñe ani
maliũ. qđ nō pōt intelligi de indiuiduis q̃ ſunt ęqua
liter ꝑfecta. Et illud. 1. Met. c. 1. medicꝰ nō curat ho
minē in vniuerſali, ſꝫ Calliā, ⁊ Socr. Re vera nemo
qui fuerit in Ariſ. verſatꝰ, negare pōt vniuerſalia in
rebꝰ. Uñ Burlęꝰ q in Sũmulis fuit Noīalis, ⁊ Pau
lus Uenetꝰ, egregiꝰ Gregorij Ariminēſis diſcipulꝰ,
poſtq̃z Ariſ. legerũt nō potuerũt nō aſſerere vniuer
ſalia ad modũ realiũ. Et Paulꝰ ꝯtrā opinionē nō vo
cat noīalium, ſed Occhā iſtarũ quam dicit eſſe Hera
cliti ⁊ Epicuri. ¶ Poſtremũ tandē argm̄ eſt aduer-
ſus nominales, ꝙ nihil ad mentē Porphyrij reſpon
dēt in hac queſtione: nō em̄ Porphyrius reuocauit
in dubiũ an vniuerſalia in ſignificando eſſent in in-
tellectu ſubiectiue (quod nemo negare potuit) ſed
an vniuerſalia in prędicando eſſent obiectiue ſolum
in intellectu, an vero aliquo modo haberent eſſe in
rebus. Et ideo ſubiunxit an ſubſiſtant eſſentqꝫ cor-
porea, an vero incorporea.

## ¶ Tertia concluſio, vniuerſalia

nō diſtinguunt a ſuis ſingularibꝰ realit, ſed ſolũ ra- 3. Cōcluſio
tione. Hęc concluſio ⁊ ex ſuperioribꝰ palā ſequit. Et
adhuc confirmat rōne, q̃ ex Ariſ. aduerſus Platonē
colligit. Uniuerſale eſt vnum in multis ⁊ de multis
1. Poſt. t. 25. ⁊ lib. 2. t. 27. ⁊. 7. met. t. 45. puta in mul
tis ſingularibꝰ. Sꝫ ſi vniuerſale eſſet realr ſepatũ a
ſingularibꝰ (vt dicebat Plato) non poſſet ꝑdicari de
illis, vt inq̃t illic Ariſt. ſicut em̄ Petrꝰ nō eſt albus
niſi ꝑ albedinē q̃ eſt ī illo, ita nō eſt hō, niſi ꝑ naturā
hoīs q̃ eſt in illo: ergo vniuerſale eſt in ſingularibꝰ.
Rurſus rō hoīs ſcđm eſſe materiale quod habet ī Pe
tro non pōt eſſe in Paulo: q̄ in Petro eſt facta hęc
ꝑ conditiones ſingulares, q̃ repugnāt Paulo: ergo
non hꝫ ꝙ ſit vniuerſalis vel cōis niſi ꝑ abſtractionē
intellectꝰ a cōditionibꝰ ſingularibꝰ cuiuſcũqꝫ indi-
uidui: abſtrahi vero per intellectum, nihil aliud eſt,
pro nunc, q̃ cōcipi cōceptu cōi. Itaqꝫ homo ipſe ſin-
gularis quatenus eſt obiectũ huius conceptus vni-
uerſalis, hō, dr̄ vniuerſale. Et dicit rō cōis, ⁊ natura
hoīs, ⁊ hoc eſt, vniuerſale diſtingui rōne a ſingulari
bus. Hoc ſignificat Ariſ. 1. de aīa. t. 8. vbi ait vniuer-
ſale aīal aut nihil eſt, aut poſteriꝰ eſt. Enimuero cũ
Plato dixiſſet vniuerſalia eſſe perpetua ante produ
ctionē ſingulariũ, Ariſ. ꝯdicēs, ait vniuerſalia in a-
ctu eſſe poſteriora ſingularibꝰ a quibꝰ abſtrahit in-
tentio vniuerſalis. Qđ exponēs Cōmētator, intelle
ctꝰ (inquit) eſt q facit vniuerſalitatē ī rebꝰ: Dixit ꝙ
intellectꝰ facit vniuerſalitatē, nō in ſe, ſed in rebus.
Atqui ſnīa hęc eſt quā Ariſ. plurimis in locis cōclu
dit aduerſus Platonē vt. 1. Poſt. tex. 35. ⁊ tex. 38. ⁊
3. met. tex. 10. ⁊ lib. 7. tex. 51. ⁊ tex. 57. vbi ait, vniuer
ſale nihil eſt ꝑter ſingularia. Qđ eſt dicere: Nō rea-
liter, ſꝫ ſola rōne diſtinguitur a ſingularibꝰ. ¶ Ani-
maduertite q̃ ſit minima dr̄ia inter Reales ⁊ Nomi Dr̄ia Nomi. ⁊ Rea.
nales. Enimuero qđ Noīales dicunt conceptũ illũ,
hō, ⁊ quęcũqꝫ vniuerſalē abſtrahi a cōueniētia eſſen
tiali repta in rebꝰ, Reales dicunt, cōceptũ illum for
malem ſignificare rationē illam cōmunē a qua for-
mat talis conceptꝰ, neqꝫ aliā cōfingũt naturā cōmu
nē. Illi inq̃ q Ariſto. ⁊ veritatē penetrant. Quā ob
rem nō deberent negare ⁊ Ariſt. ⁊ vniuerſalē modũ
loquēdi philoſophoꝝ. ¶ Eſt ergo. 4. cōcluſio q̃ r̃ndet 4. Conclu.
ad queſtionē. Uniuerſalia ſunt in rebus, ſed vniuer-
ſalitas eſt obiectiue ī intellectu. Cōcluſio eſt S. Th.
p. p. q. 85. arti. 2. ⁊ alibi frequenter, vbi diſtinguit ꝙ
vniuerſale duo dicit. ſ. naturā ipſam ſeu rōnē cōem,
⁊ prętere a intētionē intellectus, a qua denoīat vni-
uerſale. Primũ vocatur ſubſtratũ ſeu materiale ſi-
gnificatũ, ⁊ ſcđm vocatur formale ſeu per ſe ſignifica
tum. Primũ eſt in rebus, ſcđꝫ eſt obiectiue in intel
lectu. Qđ eſt dicere, res ipſę ſingulares in eſſendo,
quatenus ſunt obiecta horũ conceptuũ, homo, ani-
mal, ⁊ ſimilium, ſunt vniuerſalia. Quare vniuerſale
nũq̃ eſt a rebꝰ ſeparatũ, ſꝫ ſolũ ꝑ intellectũ. Exēplũ
eſt illic accōmodatiſſimũ S. Tho. de viſu q videt co
lorem pomi ſine eius odore. Et ſi quęratur, vbi ſit
color qui videtur ſine odore, manifeſtum eſt (inquit)
ꝙ color qui videtur non eſt niſi in pomo, ſed tñ ꝙ ſit
ſine odore perceptus, hoc accidit ei ex parte viſus,
in quātũ in viſu eſt ſimilitudo coloris ⁊ non odoris.

## ¶ Per hæc quæ dicta ſunt faci-

lis eſt reſponſio ad alias queſtiones Porphyrij. Eſt
nāqꝫ ſcđa q̃ſtio in verſiōe Boetij: an vniuerſalia ſint
ſubſtātię? Quā Ariſt. 7. Meta. tex. 45. negatiue de-
terminat aduerſus Platonē: vnde Occhā ī ſua Lo

gica.c.17.ſuā mūnit opinionē, vbi ex eo ꝙ vniuerſalia nō ſunt ſubſtātię ſm̄ Ariſt. infert ꝙ ſunt accidentia, ⁊ ꝑ ꝯñs ꝙ ſoli t̃ri ſunt vniuerſalia. ¶ Nihilo minus rñdet̃ ꝙ ſenſus q̃onis eſt vtrū vniuerſalia, ca rōne q̃ vniuerſalia.i. in quātū a ſingularibꝰ ſeꝑata, ſint ſubſtātię. In quo ſenſu determinat Ariſ. partē negatiuā. Enimuero, ſi hō vniuerſalis eſſet realr̃ ſeparatus, vt dicebat Plato, tunc neq; eſſet p̄ma ſubſtātia (alias non eſſet vniuerſale) neq; eſſet ſcd̃a ſubſtantia: q2 cū non eſſet realr̃ in indiuiduis, nō p̄dicaret̃ de illis q̃dditatiue. Si vero vniuerſalia ſola rōne ſeparētur a ſingularibꝰ (vt eſt rei veritas) tūc fundamētaliter vniuerſalia p̄mi p̄dicamēti ſunt ſubſtātię: ſ3 vniuerſalia accidentiū non ſunt ſubſtātię. At vero rō vniuerſalitatis in oībꝰ p̄dicamētis eſt ens rōnis, qd̓ accidit rebꝰ ꝑ opationē intellectꝰ, vt cōcluſione. 4. expoſitū eſt. Qua de cauſa vniuerſalia primi p̄dicamēti non dicunt̃ ſimpliciter ſubſtātię: ſed ſcd̓m qd, ſcd̓z ſubſtātię, vt aſſerit illic ſtatim Ariſto. tex. 4.6. ⁊ in prędicamētis. c.5. perſpicacius monſtrabitur.

¶ Tertia quæſtio apud Porphyrium eſt, an vniuerſalia ſint corporea? Ad quā Noīales rñdēt, ꝙ ſicuti aliqua vniuerſalia ſunt accidētia, vt t̃ri mentales, alia vero ſubſtātię, vt t̃ri vocales ⁊ ſcripti (q̃ ſunt aer vel atramentū) ita illi ſunt vniuerſalia incorporea, iſti vero ſunt corporea. At ꝓfecto nihil rñſio hęc ad mentē attinet Porphyrij: q̃ppe qui nunq̃ de t̃ris dubitaſſet an eſſent corporei, necne. Sed neq; Reales vident̃ mihi rem oēs punctim attingere. Multiplicat em̄ Albertus ⁊ qui eum ſequūtur diſtinctiones plurimas corporum nihil ad rem conducentes. ¶ Tripliciter ergo apud Ariſto. accipitur corpus, vno modo, tanq̃ genus ſubalternum p̄dicamēti ſubſtātię, ⁊ alio mō, tanq̃3 genꝰ p̄dicamēti quātitatis. S3 tertio mō accipit̃ a philoſophis ꝓ eo quod pendet a materia ſenſibili ⁊ tēpore ⁊ loco. At ſunt indiuidua corruptibilia. Vnde ſi vniuerſalia accipiantur materialr̃ ꝓ ſubſtrato, ſeu ſignificato materiali, tunc aliq̃ vniuerſalia ſunt corporea, vt hō, ⁊ reliq̃ corruptibiles ſubſtātię: alia vero ſunt incorporea vt intelligētię: atq; alia ſunt accidētia corporea, vt color, ſapor ⁊c. aliaq; incorporea vt ſciētia, habitus, ⁊ ſimilia. Si vero vniuerſalia accipiantur formaliter, puta ſm̄ rationē qua ſunt a ſingularibꝰ abſtracta, oīa in vniuerſum ſunt incorporea. Probatur, q2 hac rōne abſtrahunt a materia ⁊ cōditionibꝰ ſingularibus. Hō nāq;, nō dicit niſi animal rationale abſtrahēdo, ab hoc ⁊ ab illo corpore. ¶ Hanc ob rē enuntiat Ariſt. 1. poſt. text. 25. ꝙ vniuerſalia nō ſunt corruptibilia de per ſe, ſed incorruptibilia, ⁊ tex. 43. dicit quod vniuerſale non eſt hic aut nunc ſed ſemꝑ. Qua de cauſa ſcīa ſolū eſt de vniuerſalibus, tanq̃ de rebꝰ ꝑpetuis: qd̓ repetit. 2. de aīa. tex. 60. Sūt verū tñ corruptibilia de per accidēs ratione indiuiduorū in quibꝰ ſunt. Etenim aliq̃d ꝓduci, eſt incipere eſſe, ⁊ corrūpi, eſt deſinere eſſe. Idcirco ſpecies humana quāuis ſit perpetua quantū ad connexionē p̄dicatorū eſſentialiū (qd̓ eſt dicere ab ęterno eſt neceſſariū hoīem eſſe aīal rōnale) nihilo minꝰ natura humana non habuit eſſe actuale, niſi in creatione rerum, puta in Adā: ⁊ eodē mō, nunc corruptis hibus, corrūperent̃ ſpecies: q2 ꝑderēt eſſe, licet ſemper maneret verū, hoīem eſſe aīal. Nā vt. 2. lib. Sūmularū expoſitū eſt, illa ꝓpoſitio nō dicit exiſtētiā rerū, ſ3 neceſſariā cōnexionem extremorū. Atq; adeo hęc eſt doctrina Ariſt. 1. met. c. 1. vbi ait ꝙ vniuerſalia per ſe nō generant̃, ſed indiuidua: hō em̄ nō generat hoīem ſ3 Calliā, ⁊ Socratē. Quę doctrina maxime eſt memorię cōmendanda ad intelligentiā, cum aliorū plurium

Corpus triplicitér.

Vniuerſalia icorru.

apud Ariſtot. tum pręſertim doctrinę poſteriorum. ¶ Vltima quęſtio Porphyrij ordine optimo ſubſequitur hanc tertiā. Dato enim vniuerſalia eſſe incorporea, merito dubitatur, ſintne adeo incorporea vt intelligentię, vel tanquā Ideę Platonis. ad quod ex dictis facile reſpondetur non eſſe eo modo incorporea, tanquam ſubſiſtentia extra corpora, ſed ſunt ſola ratione abſtracta ab indiuididuis. ¶ Ex his tandem colligitur ſenſus illius diſtinctionis vniuerſalis, in vniuerſale ante rē, in re, ⁊ poſt rē. Vniuerſale ante rē eſt vniuerſale exiſtēs ante ſingularia, qd̓ nullum eſt tale niſi ſm̄ Platonē aduerſus quē Ariſtot. ꝓtulit illa verba. 1. de aīa. tex. 8. vniuerſale aut nihil eſt, aut poſteriꝰ eſt (inde enim ſumpta eſt hęc diſtinctio.) Vnde S. Thomas. 2. ſenten. q. 2. arti. 2. alia ratione appellauit ſpecies angelorum vniuerſale ante rē: ve3 q2 nō ſumunt̃ a rebꝰ. Vniuerſale in re eſt natura fundamētaliter exiſtēs in rebus: ſ3 vniuerſale poſt rem ſunt ſpēs intelligibiles a ſingularibus abſtractę, aut (qd̓ cōformius eſt Ariſtoteli) natura vt actu abſtracta. Poſſunt vniuerſalia vt abſtrahibilia ſūt, quodāmodo appellari vniuerſalia ante rem: non ꝙ exiſtant ante ſingularia, ſed quia ſunt perpetuę veritatis, ad modum iam nunc expoſitum.

Vniuerſale triplex.

¶ Ad primū igitur argumentū principale ante oppoſitū q̃onis rñdet̃, ꝙ Ariſt. illic loquitur de Ideis Platonis. Vbi obiter adnotauerim, nō eſſe legendū, gaudeāt ſpēs (qd̓ multos alias graues expoſitores fefellit) exiſtimātes verbū eſſe dictū propter excellentiā idearū, ꝙ debent gaudere cum ſint ſeparatę: non em̄ laudat illic Ariſt. ſed condēnat Ideas. Et cauſa deceptiōis fuit, ꝙ verbū Grecū, chęreto, vtrūq; ſignificat. ſ. gaudeāt, ⁊ valeāt: ſed tñ illic legendū eſt valeāt, vt eſt illud Comici, valeāt qui inter nos diſſidiū curant: q2 mōſtra (inquit) aut cātilenę. i. figmenta ſunt, ⁊ ſi ſunt nō ꝑtinēt ad ꝓpoſitū vniuerſaliū: q2 cū non ſint in rebus, nō prędicant̃ de illis. Idcirco nō negat Ariſto. vniuerſalia q̃ ſola rōne diſtinguunt̃ ab indiuiduis, ſed illa Platonis. ¶ Ad ſcd̓m. Rñdetur ꝙ quāuis oēs res mundi ſint ſingulares, nihilo minus per operationē intellectus fiunt vniuerſales. ¶ Ad tertiū. Reſpondet̃ ꝙ quāq̃ res q̃ ſit realr̃ vna, nō ſit in pluribꝰ, tñ rō hominis q̃ ſit vna ꝑ abſtractionē intellectꝰ eſt realiter in pluribus. Militat tñ argm̄ cōtra Scotū ponentē vnitatem ſpecificam realem ſine operatione intellectus, vt. q. 2. ſtatim videbimus. ¶ Ad poſtremum reſpondetur, ꝙ quanuis opinio Noīalium eſſet lucida ⁊ clara, ipſi iudicent an ſit tam conformis ⁊ Ariſt. ⁊ mō loquēdi philoſophorū, ⁊ cōi animo concipiendi. Quāq̃3 ſi vera nō eſt, ꝓfecto nec clara cēſeri debet.

χαιρέτω

## Quæſtio ſecunda.

## Vtrùm in rebus ante operationem intellectus ſit vniuerſale, vnum in pluribus.

ARguitur à parte affirmatiua. Vniuerſale eſt id qd̓ natū eſt eſſe in pluribus. 7. Meta. text. 45. ⁊. 1. Periherm̄. c. 5. ſed circūſcripto omni actu intellectus, res de ſe eſt apta nata eſſe in pluribus, ergo vniuerſale abſq; operatione intellectꝰ habet vnitatē in rebus. Probatur minor, q2 naturā habere aptitudinem ad plura, nihil aliud eſt, q̃3 ꝙ ſibi non repugnet ſuapte natura eſſe in pluribus: ſed talis eſt natura humana ⁊ quęcunque alia ſpecifica:





ante operationē intellectus, quia natura eſt id quod exprimit definitio, definitioni vero non repugnat eſſe in pluribꝰ, cū nō determinetur magis ad hoc quā ad illud indiuiduum: ergo. ¶ Secundo vniuerſale ſecūdum eſſe qd̓ habet reale ante operationē intellectus prędicatur de pluribus: nā ſecluſa operatione intellectꝰ, Petrꝰ eſt hō, ⁊ Paulus eſt hō: vnde Porphyrius. c. de ſpē, participatiōe (inq̃t) ſpeciei, plures hoīes ſunt vnus hō: ergo in rebꝰ eſt vnitas ſpecifica rerū, añ operationē intellectꝰ. ¶ Tertio arguit̃: vniuerſale ſub ratione vniuerſalis eſt obm̄ intellectus: 3. de aīa, tex. 10. ⁊. 11. ſed obiectū pręcedit actū potentię, cū intellectꝰ ab obiecto moueatur ad intelligendū: ergo ante omnē actū intellectus eſt vniuerſale.

¶ In ſuperiori quæſtione diſputauimus controuerſiā inter Nominales atq; Reales, in hac examinabimus, ſi qua eſt differētia inter ſcholā Scoti ⁊ S. Tho. Et ſolet differentia conſtitui in duobus punctis. Alterū videbimus quęſtione ſequēti: primū interim eſt ꝙ Sco. 7. meta. lect. 16. ⁊. 2. ſentē. diſt. 3. q. 1. cenſet eſſet vnitatē ſpecificā minorē vnitate numerali ex natura rerum pręter operationem intellectꝰ. Sed S. Tho. de ente ⁊ eſſentia. c. 4. opuſ. 55. ⁊. 1. par. q. 85. ⁊ vbiq; negat eſſe aliquā vnitatē ſpecificā niſi ſolū per operationē intellectus. Ad cuius intelligentiā memento vniuerſale idē eſſe qd̓ vnū in pluribus. ¶ Eſt ergo cōcluſio Scoti: Natura humana ex natura ſua abſq; operatione intellectus habet ꝙ ſit vna in pluribꝰ: quia eſſe vnā eſt eſſe de ſe indifferentē ad plura, ⁊ hoc habet ex ſe. Quod probat argumētis quę ſupra propoſuimus, alijſq; pluribus eodē pede currētibus. ¶ Cōcluſio vero S. Tho. eſt hęc: Naturę ⁊ eſſentię ſpeciei (⁊ a fortiori naturę generis) ſecundū ſuā propriā rationē abſolute conſideratę, neq; cōuenit eſſe vniuerſalē, nec eſſe particularē, ſed vtrūq; cōuenit ei de ꝑ accidēs. ſ. primū ꝑ abſtractionē intellectꝰ, ⁊ ſcd̓m ꝑ indiuiduationē in ſingulari. Probatur. 1. Si naturę per ſe cōueniret eſſe vniuerſalē, tūc vbicūq; eſſet, eſſet vniuerſalis: nā authore Ariſt. 1. Poſte. qd̓ ꝑ ſe cuipiā cōuenit, ſemꝑ cōuenit: ⁊ ꝑ ꝯñs cuicūq; cōueniret ꝑ ſe natura, cōueniret pariter eſſe vniuerſale, atq; adeo Petrꝰ, cui per ſe conuenit natura humana, eſſet vniuerſalis, ⁊ eſſet ſpēs (ſicut rōnale eo ꝙ ꝑ ſe cōuenit hūanitati, ꝑ ſe cōuenit Petro) ꝯñs tñ eſt falſum vt ſtatim q̃ōne ꝓxima mōſtrabimꝰ: ergo. ⁊c. ¶ Et. 2. arg. Si ꝑ ſe hūanitati ⁊ ſcd̓m ꝓpriā rōem cōueniret vniuerſalitas, tūc repugnaret illi eſſe ſingulare, ſiue ꝑ ſe ſiue ꝑ accidens: ſicut repugnat ei eſſe irratiōale, eo ꝙ per ſe cōuenit ei rōnalitas. ꝯñs eſt falſum: q2 ī Petro cōtracta, eſt ſingularis: ergo intētū. Similibꝰ rōnibꝰ ꝓbat̃ ꝙ naturę ſcd̓m ꝓpriā rōem nō cōuenit eſſe indiuiduā: q2 tūc vbicūq; eſſet, eſſet indiuidua, qd̓ eſt falſum, q2 abſtracta ꝑ intellectū nō eſt indiuidua. Itē, q2 tūc repugnaret illi eſſe vniuerſalē etiā de per accidēs, qd̓ eſt falſum: q2 q̃ñ abſtrahit̃, eſt vniuerſalis. Hoc ergo eſt animaduertendū ad intelligētiā prędicabiliū ⁊ prędicamentorū, ꝙ naturę, ſiue ſpecifica ſit, ſiue gñrica, de ꝑ ſe ſolū cōueniūt ſua p̄dicata eſſentialia aut propria, vt hoī eſſe aīal, eſſe ſubſtantiā, eſſe riſibilem. ⁊c. At reſpectꝰ ad plura (qd̓ eſt eſſe vniuerſale) cōuenit de ꝑ accidēs ꝑ abſtractionē intellectus, ⁊ eſſe indiuidua, de ꝑ accidēs, rōne materię ſignatę, aut ſi aliud eſt principiū indiuiduatiōis. Atq; adeo rōe vtriuſq; cōueniūt ei accidētalia prędicata, vt puta, rōne prioris, eſſe ſpeciem aut genus: ⁊ ratione poſterioris eſſe calidū, eſſe coloratū. ⁊c. quę accidētia nō cōueniunt homini, niſi ratione indiuidui, cui primo inſunt: obidq; dicitur prima ſubſtantia. i. primum ſubiectum.

Scotus.

S. Thom̄.

¶ Hæc ampliùs corroborantur rñſionibus argumentorū Scoti. Vñ ad primū rñdetur, Qd̓ natura añ ordinē ad intellectū ſcd̓m ꝓpriā rationē eſt indifferens negatiue ad plura, i. de ſe nō eſt determinata ad aliqd̓ indiuiduū: hoc tñ nō ſufficit ad rationē vniuerſalis, ſed req̃ritur ꝙ poſitiue ſit indifferēs. i. ꝙ habeat reſpectū ⁊ ordinē ad ſua indiuidua, ⁊ hoc nō cōuenit naturę ſm̄ ſuā ꝓpriā rōnem, ſed ꝑ abſtractionē, vt mō ꝓbatū eſt. Eſt ergo fallacia in argu. a negatiua ad affirmatiuā cū argr̃, de ſe eſt indifferēs. i. de ſe nō eſt determinata ad vnū: ergo de ſe eſt indifferēs. i. de ſe habet ordinē ad plura. Ac ſi argueret̃, hō ꝑ ſe nō eſt albꝰ: ergo ꝑ ſe eſt nō albꝰ: eſt em̄ natura de ſe negatiue indifferēs ⁊ ad eſſe vniuerſale ⁊ ad eſſe indiuiduū. ¶ Et hęc eſt ſentētia expreſſa Auic. 5. Met. c. 5. dicētis, eq̃nitas eſt tm̄ eq̃nitas nec ex ſe vna, nec plures, nec vniuerſalis, nec ꝑticularis. Rñdet Scotus, ꝙ ex ſe nō eſt vna vnitate numerali, nec plures numero, ſed nihilo minꝰ eſt vna vnitate ſpecifica. At ꝓfecto apd̓ rē cōſiderantē, cōceſſo ꝙ de ſe nō eſt in pluribꝰ, manifeſte ſequit̃, ꝙ de ſe non eſt ſpecis cōis: nā ſpecies eſt q̃ prędicat̃ de pluribus differentibus numero. ¶ Ad ſcd̓m rñdetur, ꝙ quanuis vniuerſalia ſcd̓m propriā ⁊ abſolutā rationē prędicētur de indiuiduis, nihilo minꝰ rō vniuerſalitatis cōuenit eis per abſtractionē intellectꝰ. Sed ad tertiū ſtatim rñdebimus. ¶ Colligit̃ ergo ꝙ humanitas ſecundū eſſe reale qd̓ habet nō eſt vna, ſed eius vnitas eſt vnitas rōnis, nec eſt vnitas realis in rebus, niſi numeralis. Atq; hāc differentiā conſtituit Damaſcenus lib. 1. cap. 11. inter eſſentiā diuinā ⁊ creatā, ꝙ illa vna ⁊ eadē numero eſt realiter in tribus perſonis: ſed eſſentia creata non eſt vna niſi vnitate rationis.

Ratio vniuerſalis.

Auicenna.

Vnitas ſpecifica.

¶ At verò aliter arguitur: ꝙ vniuerſalia ſint in rebus abſq; operatione intellectus, ex cōmuni modo cōcipiendi qui plurimū habet pōderis in Dialectica. Circūſcripta quacunq; intellectus operatione concedimus ſpecies eſſe multas animaliū, multaq; ſubſtantiarū ⁊ accidentiū genera: ꝙ primū enim Deus creauit mundū, nullo intellectu abſtrahente vniuerſalia, verū fuit, creatas eſſe rerū ſpecies ⁊ genera, verūq; ſemper fuit dicere, oēs homines eſſe eiuſdē ſpeciei, oīaq; animalia eſſe eiuſdem generis: ergo abſq; intellectus negotio vniuerſalia ſunt in rebus. Mirum nanq; eſſet profecto, ꝙ dormiētibus hoībus nō eſſent ſpecies rerū. Nec iuuat recurſus ad intellectū diuinū, qui ſemper abſtrahit vniuerſalia: nam etſi per impoſſibile cōſeruaret res non cognoſcendo eas, eſſent nihilo minus ſpecies ⁊ genera. ¶ Et cōfirmatur: q2 hoīes eſſe eiuſdem ſpeciei, nihil aliud eſt, quā ꝙ Petrus ſit homo ⁊ Paulus ſit homo: ⁊ aīalia eſſe eiuſdē generis, nihil aliud eſt, quā ꝙ homo ſit animal, ⁊ equus ſit aīal. ¶ Reſpōdebit quis forte, ꝙ vniuerſale pro ſubſtrato eſt quidē in rebus ante operationē intellectus: ſed tamen intentio vniuerſalitatis eſt ſolū per operationem intellectus. Reſponſio tamen non ſatiſfacit: contendit em̄ argumentū ꝙ abſq; operatione intellectus res, ⁊ ſint ⁊ ſimpliciter dicātur ſpecies ⁊ genera. ¶ Propter argumentū hoc Paulus Venetus nobilis author affirmat, vniuerſalia eſſe in rebus pręter operationem intellectus. At vero exiſtimo, ni fallor, reſpondendum eſſe duabus concluſionibus. Quę licet nouitatem pręſe ferant, haud tamen ſcio an inter illa recipientur, quę noua placere ſolent.

¶ Prima concluſio. Res non eſt vniuerſale in actu, niſi quando actu abſtrahitur ſpecies intelligibilis a phantaſmatibus. Probatur: Eſſe vniuerſale in

Vniuerſale in actu.

actu,eſt eſſe intelligibile in actu(quia vniuerſale eſt obiectum intellectus)ſed res non eſt intelligibile in actu,niſi qñ actu abſtrahitur eius ſpecies, vt patet tertio de aïa.t.8.vbi docet Ariſt.ꝙ per ſpeciẽ intelligibilem abſtractã per intellectũ agẽtem, ⁊ receptã in intellectu poſſibil',intellectus poſſibilis fit intellectus in actu,⁊ obiectum fit intelligibile in actu.i. in actu primo ad producendum intellectionẽ, ergo res nõ eſt vniuerſale in actu,niſi per actualẽ abſtractionẽ. ¶Unde ad tertiũ argumẽtum Scoti principale cõceditur,ꝙ vniuerſale eſt obiectũ intellectus, ſed qñ infertur,ergo vniuerſale pręcedit operationem intellectus,diſtinguitur cõſequẽs:ſi eñi intelligitur de vniuerſali in actu, ⁊ de operatione intellectus poſſibilis,puta de intellectione,conceditur cõſequẽtia:nam antequã vniuerſale intelligatur,eſt factum vniuerſale in actu ab intellectu agẽte per abſtractionẽ ſpeciei intelligibilis: ſi vero intelligatur ꝙ vniuerſale in actu debet pręcedere abſtractionem intellectus agẽtis,negatur cõſequentia,imo hoc eſt vnũ officium intellectus agẽtis facere vniuerſale in actu, ꝙ ſit obm̃ intellectꝰ poſſibilis. ¶Quapropter licet hactenus dicebamꝰ rem eſſe vniuerſalẽ in quãtũ obijcitur cõceptui vniuerſali, proprius tñ dicitur ꝙ ſit vniuerſalis in actu quatenus relucet in ſpeciebus intelligibilibus abſtractis a phãtaſmatibus ante intellectionem. ¶Secunda concluſio. Res nihilominus ante quancunq; operationẽ intellectus ſunt ſimpliciter ſpecies ⁊ genera, ⁊ ita ſine addito ſunt appellanda. Exiſtimo concluſionem ſatis eſſe ex cõi modo cõcipiendi demonſtratam. Itaq; licet ſine operatione intellectus nõ ſint vniuerſalia in actu, tamẽ ſufficit vt ſint ſpecies ⁊ gña,ꝙ Petrus.v.g.ſit hõ, ⁊ Paulus ſit homo,⁊ homo ſit aïal, ⁊ equꝰ ſit animal. Hoc eñi ſufficit vt res dicãtur eſſe eiuſdẽ ſpeciei aut eiuſdẽ gñis,quod profecto eſt verũ oī negotio intellectus ceſſante. Et manifeſtatur adhuc concluſio. Uniuerſale eñi eſt obm̃ intellectus,vt dictũ eſt,nihilo minus nõ tm̃ eſt obm̃ qñ actu mouet,ſed qꝛ eſt motiuũ intellectus,ſicuti color nõ ſolũ dicitur obm̃ viſus qñ actu mouet viſum:ergo eadẽ ratione non ſolũ dicũtur eſſe ſpecies aut gña,qñ actu abſtrahuntur, ſed qꝛ ſunt abſtrahibiles. ¶Et.2. probatur. Cęcitas ſecũdum Ariſt.5.meta tex.14. eſt ens rationis: ⁊ tñ homo(quod Caie.in principio de ente ⁊ eſſentia docte cõcedit)ſimpliciter eſt cęcus ſine operatione intellectus,licet cęcitas nõ actu ſit ens, niſi per operationem intellectus:itẽ nomẽ propõ,ſyllogiſmus.⁊c. ſunt noīa ſecundę intentionis. Et tamen manifeſtũ eſt ꝙ voces ſunt noīa etiã qñ non actualiter cognoſcuntur nec immutãt potentiã. ¶Forſan non tã proprie cõceditur ſub his verbis. Abſq; operatione intellectus ſunt vniuerſalia, ꝙ ſi dicas ſunt ſpecies ⁊ gña,nã vniuerſale videt̃ deſignare ꝙ ſpecies ⁊ gña actu habeant intẽtiones vniuerſalitatis: ſed ad hoc ꝙ ſit ſpẽs ſufficit ꝙ ſit fundamentũ vniuerſalitatis. ¶Ex hoc ſequit̃ ꝙ hęc prędicatio,homo eſt vniuerſale in actu,non ſolũ eſt accidẽtalis,ſed contingẽs:iſtę vero,homo eſt ſpecies,aïal eſt genus,forte ſunt prędicationes proprię: veluti iſtę,color eſt obiectum viſus,ens eſt obiectum intellectus, quę pariter dicũt ordinẽ ad potentiã cognoſcitiuã. ¶Quod ſi quis arguat hoc incidere in opinionẽ Scoti, reſp.1. ꝙ tãto melius:⁊ pręterea ſemꝑ reſtat differentia ꝙ Scotus exiſtimat in rebus ex natura ſua ſine ordine ad intellectũ eſſe vniuerſalia,quia ſunt de ſe indifferẽtia: ſed tñ nos contra opinamur rebus nõ cõuenire eſſe vniuerſalia niſi per ordinẽ ad intellectũ: nã cũ ſpecies aut genus dicãt vnitatem in pluribus,natura humana non eſt actu vna niſi actu abſtrahatur, nec eſt ſimpliciter ſpecies,niſi qꝛ in potẽtia eſt abſtrahibilis per intellectũ a ſingularibꝰ. Quocirca in ſubſequentibus ſemper loquemur de vniuerſalibus in actu,dicentes ꝙ ſpecies ⁊ genera fiunt per abſtractionem intellectus:nam fieri eſt fieri in actu.

## Quæſtio tertia.

### Vtrùm nomina ſecundarum intentionum vniuerſalium ſupponãt perſonaliter pro ſingularibus indiuiduis.

QVæſtiones duæ antecedentes fuerũt meta. de vniuerſalibus: hęc vero eſt Dialectica, quã lib.1.⁊.2. Summularũ, quantum Summuliſtis neceſſariũ erat,tetigimus: ſed nũc prouectioribus diſcipulis preſſius examinabimus. Et arguitur ꝙ huiuſmodi noīa ſupponant perſonaliter pro ſingularibus,vt ſit verũ dicere,Petrus eſt ſpecies,Petrus eſt genus.⁊c. Primo vniuerſalia vt dictum eſt ſecundũ Ariſt.nihil ſunt pręter ſingularia, ſed ſunt prorſus idem realiter cũ illis:ergo noīa vniuerſaliũ ſupponunt pro ſingularibus: vt bene ſequatur,homo eſt ſpecies,Petrus eſt homo, ergo Petrus eſt ſpecies. ¶Secundo arguitur. Uniuerſale nihil aliud eſt,ꝙ res ipſa ſingularis in quantũ eſt obm̃ ſpeciei vniuerſalis,aut vniuerſalis cõceptus:ſed hoc nihil aliud videtur eſſe quam ꝙ Petrus in quãtum homo eſt ſpecies,⁊ in quantũ aïal eſt genꝰ: ergo Petrus ſimpliciter eſt ſpecies ⁊ genus, a reduplicatiua ad ſuã pręiacẽtem. ¶Et.3.arguit. ſpecies (inquit Porphyrius)eſt quod prędicatur de pluribus differẽtibus numero:ſed prędicationes rerũ fiunt mediãtibus noībus:ergo nomẽ ſpeciei prędicatur de indiuiduis,vt verũ ſit dicere, Petrus eſt ſpecies. ¶In contrariũ eſt hęc eadẽ authoritas Porphyrij. Nam ſpecies eſt,quod prędicatur de pluribus differentibus numero:⁊ genus,quod prędicatur de pluribus differentibus ſpecie. Sed Petrus nec prędicatur de pluribus differentibus numero,nec de pluribus differentibus ſpecie: ergo Petrus nec eſt ſpecies nec genus.

¶Quæſtio hæc præcedẽtes intelligenti facilis eſt. Quę duos habebit articulos: primus verſabitur in expoſitione terminorũ, alter vero modũ explicabit loquẽdi de vniuerſalibꝰ. Primo pro intellectione terminorũ notandũ eſt,ꝙ intẽtio aliter accipitur apud philoſophos morales.ſ. ꝑ actu volũtatis reſpectu finis,⁊ aliter hic apud Dialecticos:nã hic intẽtio ſeu attentio ſignificat quemcunq; cõceptũ intellectus,quo tẽdit res. Uñ prima intentio,eſt primus cõceptus q̃ habetur de re,puta quo in rebus cognoſcimus ea quę ex natura ſua eis cõueniunt,aut accidũt:vt hi cõceptus,Petrus,homo,albũ,⁊ ſimiles. Et.2. intẽtio eſt ſecũdus cõceptꝰ q̃ habet̃ de re. Et dicit̃ ſecundus,qꝛ ſupponit priorẽ. v.g.poſtꝙ intellectus cõcipit hominẽ,reflectitur ſupra rẽ cognitã. Et videns,ꝙ talis natura, ſic abſtracta, cõuenit pluribus numero, format illũ cõceptũ ſpecies,quo ſignificatur illa proprietas in re quę eſt conuenire pluribus. Atq; ille dicitur ſecunda intentio. Itaq; hęc notitia cõparatiua ſecunda non facit vniuerſale,imo ſupponit eſſe vniuerſale iam abſtractum,



ctum, in quantum cognitum conceptu vniuerſali, ſed intellectus per talem notitiam comparatiuam cognoſcens illam proprietatem rei,attribuit illi nomen ſpeciei,ſicut cognoſcens Petrum habere albedinem,imponit illi nomen album. Doctrina eſt S. Tho.opuſ.48.ar.1.⁊ in hoc decipiuntur qui putant per notitiam cõparatiuam fieri vniuerſale,vt ſtatim videbimus. ¶Eadem arte,poſtꝙ intellectus format hanc propoſitionem,homo eſt animal,reflectitur ſuper res ſignificatas, ⁊ cognoſcens animal prędicari de homine, ⁊ hominem ſubijci, imponit alteri nomen prędicati,⁊ alteri nomen ſubiecti:⁊ pari ratione imponit alia nomina ſecundarũ intentionũ quę cõueniunt rebus. ¶At quia res ſępe nominamus nominibus cõceptuum(ſicut ſtatuã appellamus artem) fit vt res ipſas nuncupemus,intentiones. Ita vt intentio accipiatur dupliciter. Uno modo formaliter pro conceptu,⁊ alio modo obiectiue, ⁊ hoc modo accipitur in pręſentiarum. ¶Eſt igitur prima intentio id quod primo concipitur de re.i.quod conuenit rei de ſe ſine reſpectu ad operationem intellectus. Et ſecunda intentio eſt id quod ſecundo concipitur de re.i.proprietas quę conſequitur in re per operationẽ intellectus. ¶Atqui nomẽ primę intentionis,eſt id quod ſignificat primam intentionem.i. proprietatem primi generis, vt homo,animal: et nomen ſecundę intentionis eſt, id quod ſignificat ſeu connotat ſecundã intentionẽ.i. proprietatẽ ſecundi generis,vt,ſpecies,genus: ſicut ly albũ dicitur nomen albedinis. ¶Ex quo ſequitur primo,ꝙ ſi intentio accipiatur formaliter,vtraq; eſt ens reale:vt puta ſubiectiue ⁊ realiter exiſtẽs in intellectu: ſi vero accipiatur obiectiue, prima intentio eſt ens reale, ſed ſecũda intẽtio eſt ens rationis. ¶Sequitur Secundo,ꝙ prima intentio non eſt relatio. Nam natura hominis,natura animalis,⁊ quęcunq; res mundi,eſt prima intentio,quanquã denominatur ſic per reſpectũ ad intellectũ,quia eſt primũ cognitum:ſed ſecunda intentio eſt relatio rationis. ¶Sequitur tertio,ꝙ ſecunda intentio nõ eſt relatio qua vniuerſale refertur ad intellectũ,ſed qua refertur ad ſua inferiora,reſpectu quorũ dicitur ſpecies ⁊ genus, ⁊ ad quę cõparatur per intellectum, cuius fundamẽtũ remotũ eſt res ipſa,⁊ fundamentum propinquũ, eſt cognitio qua res abſtrahitur a ſingularibus.

*Prima ⁊ ſecunda intentio.*

¶Sequitur quarto,ꝙ ens rationis non eſt effectus directe intentus ab intellectu in genere cauſę efficientis:ſicut conceptus formalis qui eſt ſubiectiue in intellectu, aut ſicut opificiũ exterius quod arte producitur ab illo:ſed eſt illud quod producitur aut cõſequitur ad operationẽ intellectus. Ex hoc eñi ꝙ intellectus abſtrahit ſpeciẽ intelligibilẽ aut format conceptum vniuerſalẽ,qui ſunt effectus directe intenti,cõſequitur in re illa denominatio vniuerſalis. Et ideo dicit̃ ens diminutũ,nõ tamen eſt vera fictio ſicut chimęra,propterea ꝙ habet fundamentum in re, quod eſt ratio hominis, aut ratio animalis. ⁊c. Unde cum tria ſint entia ratiõis vt colligitur ex S. Tho.de veritate.q.21.arti.5.pura negatio, ⁊ priuatio,⁊ relatio. Negationi nullũ prorſus fundamẽtum correſpõdet in re,ſed eſt ens fictum ab intellectu vt chimęra:priuatio vero,vt cęcitas, eſt quidẽ ens rationis:quia priuatio entis realis,puta viſus:ſed tamen habet vtrũq; fundamentũ in re.ſ.remotũ,quod eſt animal,⁊ propinquum, quod eſt aptitudo ad videndũ. Sed vniuerſalitas,quę eſt relatio rationis, medio modo ſe habet:nam habet in re fundamentum remotum, puta naturam denominatã: ſed fundamentum proximum eſt cognitio,quia abſtrahitur per intellectum.

*Ens rationis triplex*

¶Duo reſtãt hîc dubia. Vnum de illo quod hactenus frequenter diximus, nempe vniuerſale fieri per abſtractionẽ. Sunt eñi hoc tempore qui putãt intentionẽ vniuerſalitatis non reſultare in re,niſi per notitiam cõparatiuã qua intellectus.v.g.cõparat hominẽ,aut animal ad ſua inferiora,quod putãt eſſe opinionẽ S.Tho. At vero profecto nec apud Ariſt.nec apud S.Tho. poteſt eſſe dubium,quo minus vniuerſale fiat per abſtractionem. ¶Primũ,fieri aliquid vniuerſale eſt,id fieri cõmune,⁊ indifferens.i. habens ſe ęqualiter ad plura,ſed eſſe ſic cõmune nil aliud eſt quã eſſe denudatũ a cõditionibus ſingularibus, per quas cõtractum erat ⁊ ſingulare: denudatur autẽ per abſtractionẽ:ergo. ¶Et confir.quia ſicut natura per contractionem in hac materia ⁊ ſub his conditionibus ſingularibus determinatur ⁊ indiuiduatur: ita per oppoſitam abſtractionem fit actu indeterminata, ⁊ per cõſequẽs vniuerſalis. ¶Et ſecundo arguitur,Authoritate Ariſt.2.phyſi.tex.18.dicentis ꝙ abſtrahentiũ nõ eſt mendacium. Ubi S.Tho.⁊ gloſſatores dicunt, ꝙ intellectus per abſtractionem ſeparat vniuerſale a ſingularibus. Atqui re vera abſtrahere vniuerſale a particularibus idẽ prorſus eſt quod facere vniuerſale:etenim quemadmodũ Plato aſſerẽbat vniuerſale eſſe ſeparatũ realiter ab indiuiduis, ita ratione illud ſeparare,eſt facere vniuerſale. ¶Sed tamen multo minus dubiũ eſt hãc eſſe ſentẽtiam S.Tho. etiã in locis ipſis quos iſti citant in contrariũ: nam 1.p.q.85.ar.1.ad.1.argumentum dicit ꝙ abſtrahere cõtingit dupliciter, vno modo per modũ cõpoſitionis aut diuiſionis: ⁊ iſto modo abſtrahere rem ab alio,a quo nõ eſt ſeparata,eſſet falſum,vt ſi quis diceret colorem non eſſe in pomo. Alio modo cõtingit abſtrahere per modũ ſimplicitatis, ſicut cũ intelligimus vnũ nihil cõſiderando de alio(quã abſtractionẽ Scot.alio nomine vocat pręciſiuã)vt cũ quis cõſiderat colorẽ, nihil cõſiderando de pomo,⁊ hęc abſtractio poteſt fieri ſine mẽdacio. Et hoc modo (inquit)abſtrahit intellectus vniuerſale a particulari. Et ſtatim articulo ſcdo ad ſcdm: Qd humanitas(inquit)apprehendatur ſine indiuidualibus cõditionibus,qd eſt ipſum abſtrahi,ad qd ſequit̃ intẽtio vniuerſalitatis,accidit humanitati ſecundũ ꝙ percipit̃ ab intellectu in quo eſt ſimilitudo naturę ſpeciei,⁊ nõ indiuidualiũ principiorũ. Ecce nihil dicit de comparatione,ſed ꝙ per hoc ꝙ res abſtrahit eſt vniuerſalis. Et opuſ.55.expreſſe dicit,ꝙ natura quę ſingularis erat efficit̃ vniuerſalis,per actionẽ intellectus depurãtis ipſam a cõditionibus q̃ ſunt hic, ⁊ nunc. ¶Fallũtur tñ iſti,bona venia bonorũ alias auctorũ dixerim(vel ego fallor)qꝛ ſtatim infra dicit S.Tho. ꝙ ſpẽs non eſt vniuerſalis ex hoc ꝙ eſt in aïa,ſed ex hoc ꝙ cõparat̃ ad multa ſingularia. Inde inferunt ꝙ requirit̃ notitia cõparatiua. Qd tñ minime ſequit̃, qꝛ illic loquit̃ de ſpẽ q̃ eſt ſubiectiue in intellectu,⁊ illã dicit eſſe vniuerſalẽ:qꝛ cõparat̃. Nõ tñ ꝑ hoc intelligit actualẽ cõparationẽ intellectꝰ:nã certe ſpẽs illa abſtracta ſine eo ꝙ cognoſcatur ab intellectu eſt vniuerſalis,ſed ꝑ cõparationẽ intelligit(vt ipſe ſtatĩ ſubiũgit)vniformẽ rõnẽ quã de ſe hꝫ ad oīa q̃ repręſentat. Et eodẽ mõ,res ipſa relucẽs in illa ſpẽ hꝫ vniformẽ rõnẽ ad oīa indiuidua,⁊ ꝑ ꝯñs eſt vniuerſalis. Expreſſe hoc dicit S.Th.opuſ.42.c.5. Natura(inq̃t) vniuerſalis propter vniformitatẽ rõnis,q̃ fit per remotionẽ a materialibus cõditionibꝰ, eſt vnũ in multis. Nõ ergo habet vniformẽ rationẽ per notitiã cõparatiuã ſed per abſtractionẽ. Et idem dicit.1.p.q. 85.arti.3.ad primum ⁊ ad quartum.

*Abſtractio duplex.*

¶Dubium

## ¶Dubium ergo ſecundum eſt:

Vtrū per abſtractionē ſpeciei vniuerſalis, aut quādo res cognoſcitur cōceptu vniuerſali, aliquid pulluler in re, a quo denominetur genus aut ſpecies. Scot. enī ita videtur docere, ſaltē Scotiſtę ita interpretantur auctorē. Ait enim in. 1. diſt. 23. ꝙ ens rationis cauſatur per operationē intellect⁹. Et quia dicit, cauſatur: putant neſcio quid pullulare in re, quod vocāt genereitatē aut ſpecieitatē. Et. q. 13. idē videtur docere, nēpe ꝙ per cognitionē producitur res in eſſe cognito. Et in prędicabilib⁹. q. 9. expreſſe dicit, ꝙ vniuerſalitas eſt obiectiue in intellectu ⁊ ſubiectiue in re. ¶At vero quicquid ſit de auctoribus, ſtatuitur hic concluſio negatiua. Ens rationis quod eſt vniuerſalitas, nullū eſſe ſubiectiuum habet in rebus, ſed ſolū eſt obiectiue in intellectu. Hoc eſt dicere vniuerſalitas (quā vocāt genereitatē aut ſpecieitatē) eſt ſola denominatio ab extrinſeco, nec aliquid pullulat in re a qua res denominatur vniuerſalis: ſed dicit genus quia eſt obiectū ſpeciei intelligibilis, aut huius cōceptus vniuerſalis, animal: ⁊ ſpecies quatenus eſt obiectū illius conceptus, homo. Quemadmodum ego dicor ſubditus ab extrinſeco, quia habeo prelatum: neqꝫ relatio qua ego referor ad prelatum eſt aliquid diſtinctum a me. Et forſan Scotus non vult aliud quando dicit vniuerſalitatē eſſe in re, niſi ꝙ res denominatur vniuerſalis. Nam 4. ſenten. diſtin. 1. q. 2. dicit vniuerſale eſſe ens diminutum, quod habet ſolum eſſe obiectiuū in anima. ¶Hęc concluſio non aliter probatur, niſi quia ſicut eſt ſenſualis hoīs nihil credere, niſi quod eſt ante pedes, vt Heraclitus: ita ⁊ vani eſt hominis credere in ſcientiis, niſi quod ratio aut fides catholica perſuadet, maxime in multiplicatione rerū: ⁊ profecto nulla ratio perſuadet, vt intellectus per cognitionē aliquid producat in rebus (ait enim Ariſt. 3. de Anima. t. 2. intelligere eſſe quoddam pati) ſed ſicut res dicitur cognita quia obiicitur cognitioni, ita denominatur genus aut ſpecies in actu: quia obiicitur huic aut illi cognitioni. ¶Hęc eſt ſententia. S. Tho. opuſ. 48. tracta. 2. cap. 1. vbi ait rem eſſe in anima tripliciter. Vno modo ſicut effectus in cauſa: vt domus eſt in mente artificis. Alio modo ſubiectiue, vt ſcientia. Et tertio modo obiectiue, vt ens rationis. Et infra. Ens rationis quod eſt ens in anima, non eſt res, ſed intentio cui nihil extra animam correſpondet, niſi pro fundamento remoto. Quod ſi quęratur (inquit) vbi eſt ſubiectiue, reſpondetur, ꝙ nuſquam, ſed eſt in intellectu ſolum obiectiue, alias eſſet ens reale. Hęc ille idem repetit opuſcu. 56. ⁊ 1. ſenten. diſt. 2. articulo. 3.

## ¶Articulus ſecūdus huius quæſtionis

eſt de modo loquendi per noīa vniuerſalium, cuius cognitio quā plurimū eſt neceſſaria, nō ſolum Dialecticis, ſed in vniuerſum cuiuſcunqꝫ ſcientię profeſſoribus: quippe ex cuius ignorātia ⁊ in philoſophia ⁊ in theologia multi paralogizantur. Eſt ergo animaduertendū, ꝙ de vniuerſalibus contingit ſermo, aut per noīa primę intentionis, aut per nomina ſecundę intentionis. Per noīa quidem primę intentionis tribus modis: nēpe enuntiando, aut concretum de concreto, aut abſtractum de abſtracto, aut abſtractum de concreto. Quorum omnium exempla in his quatuor nominibus ſatis patebūt, videlicet, Socrates, homo, animal, ⁊ rationale. ¶Primum mēbrum facilimum eſt, manifeſtū enim eſt has prędicationes, homo eſt animal, homo eſt rationalis, ⁊ ſimiles eſſe formaliter veras. Nam ſuperiora formaliter ⁊ quidditatiue prędicātur de ſuis inferioribus, ⁊ oīa de ſuo ſubiecto. ¶Secundū ergo mēbrorum eſt, vtrū iſtę ſint cōcedēdę, humanitas eſt animalitas, humanitas eſt rationalitas, rationalitas eſt animalitas. Neqꝫ debēt barbara hęc nomina cēſeri: quia nō poſſunt a Philoſophis rerū naturę, quatenus ſunt formę ſuppoſitorū, aliis nominibus ſignificātius nuncupari, quibus proinde vſus fuit Boetius, ⁊ alii graues Latini. Atqui in his abſtractis eſt alterū punctū, quo Scotus differt ab oībus aliis realibus: negat enim illas prędicationes in abſtracto. 1. ſent. diſt. 2. q. 7. ⁊ d. 5. q. 1. Cuius ratio eſt: quia animalitas (inquit) ⁊ rationalitas, ⁊ humanitas differūt formaliter. ¶Ad cuius intelligentiā breuiter notato, apud S. Tho. imo apud omnes philoſophos ante Scotū, tantū eſſe duas diſtinctiones, puta ratiōis ⁊ realē. Diſtinctio rōis eſt inter ea quę ſola operatione intellectus diſtinguūtur, vt quādo dicimus Petrū eſſe eundem ſibi, aut amicū ſibi, diſtinguimus Petrum a ſeipſo ſola ratione: quia loquimur de illo tanquam de duobus: diſtinctio vero realis eſt inter ea quę circumſcripta operatione intellectus re ipſa diſtinguuntur: vt Petrus, ⁊ Paulus, quāuis hęc habeat multas ſpecies: nam alia diſtinguuntur eſſentialiter ⁊ ſpecifice, vt homo, vt equus: alia ſolo numero, vt Petrus ⁊ Paulus: alia genere, vt ſubſtantia ⁊ qualitas, vt latius explicabimus in prędicamentis, cap. 4. Scotus vero ſcrutatus eſt diſtinctionē mediam, quę nec eſt rationis nec omnino realis, quā vocat formalem. Et primo diſtinguit inter diſtinctionem ratiōis, ⁊ diſtinctionē ex natura rei. Et diſtinctionum ex natura rei apud ipſum, alia eſt realis, aliaqꝫ formalis. Diſtinctio realis eſt inter illa quę diſtinguūtur tanquam duę res, vt, homo ⁊ lapis, ſed diſtinctio formalis eſt, inter ea quę ſunt vna res, nihilo minus aliquid eſt de eſſentia ⁊ diffinitione quidditatiua vnius, quod nō eſt de eſſentia alterius. Ad propoſitū deſcēdendo dicit, ꝙ humanitas ⁊ animalitas non diſtinguūtur ſicut duę res, imo humanitas eſt res, quę eſt animalitas: ſed tamen quia in definitione humanitatis includitur rationalitas, quę non includitur in definitione animalitatis, propterea diſtinguūtur formaliter, ⁊ nō ſolū ratiōe per operationē intellectus. Itaqꝫ hęc eſt falſa, humanitas eſt animalitas, quę facit ſenſum formalē, ſed hęc eſt vera, humanitas eſt res quę eſt animalitas, quę facit ſenſum identicū. Et eadē ratione, hęc eſt falſa, rationalitas eſt ſenſualitas: ⁊ a fortiori hęc, rationalitas eſt animalitas. Similia dicit diſt. 8. q. 4. de attributis diuinis, quod ad pręſentē non pertinet diſputationem. ¶At vero S. Tho. vt colligitur ex de ente ⁊ eſſentia, cap. 3. ⁊ ex aliis locis cenſet, ꝙ ſola ratione diſtinguuntur, humanitas, animalitas, ⁊ rationalitas. Ait enim ꝙ compoſitio humanitatis ex animalitate ⁊ rationalitate, licet quodā modo (vt infra videbimus) ſit ſimilis cōpoſitioni materię ⁊ formę, nō tamē eſt omnino ſicut cōpoſitio phyſica Petri ex materia ⁊ forma, alias (inquit) animal non prędicaretur de hoīe, ſicut materia non prędicatur de Petro: ſed eſt cōpoſitio ex re confuſe intellecta, ⁊ ex eadē re determinate intellecta, quod eſt dicere, animalitas dicit naturā ſenſitiuā in cōfuſo. i. non determinando ꝙ ſit hęc aut illa, rationalitas vero dicit naturā ſenſitiuā determinatā per formā rationalē, ⁊ hęc eadem eſt humanitas, ⁊ ideo in Petro nullo modo reperitur animalitas niſi eadē illa quę eſt humanitas, quare humanitas ⁊ rationalitas ſolo intellectu differunt. Et quia diſtinctio ſolius rationis nō ſufficit falſificare propoſitionē, iſtę omnes prędicationes ſunt formaliter verę, humanitas eſt animalitas,

Diſtinctio realis ⁊ formalis.



humanitas eſt rationalitas, rationalitas eſt animalitas. ¶In cuius perſuaſionem arguitur, Primo: Tot ſunt ⁊ non plura diſtinctionū genera, quot ſunt diſtinctiones rerū: ſed Ariſt. 5. Meta. tex. 14. ⁊ lib. 6. tex. 6. nō ponit niſi duo genera entiū, puta entia rationis ⁊ entia realia, ergo neqꝫ ſunt plures diſtinctiones q̃ rationis ⁊ realis. Et cōfir. quia re vera vt nomē ſonat, diſtinctio ex natura rei, idē eſt ꝙ diſtinctio realis: ⁊ ideo ſi qua eſt diſtinctio pręter operationem intellectus, ea eſt appellanda realis. Cum ergo humanitas ⁊ animalitas nō diſtinguantur realiter, fit vt ſola diſtinguātur ratione. ¶Sed arguit ad rem, ꝙ humanitas ⁊ animalitas nō diſtinguātur ex natura rei, abſqꝫ operatione intellectus: nā id maxime eſſet ꝓpter rationē Scoti, quia aliquid includitur in definitione hoīs quod nō includitur in definitione animalis, ſed tunc eadē ratione, homo, in cōcreto diſtingueretur formaliter ab animali, quod aſſerere nemo poteſt, cū homo formaliter ⁊ quidditatiue ſit animal. Diſcipuli Scoti hoc victi argumēto cōcedunt, ꝙ quāuis homo diſtinguat formaliter ab animali, ⁊ humanitas ab animalitate, nihilo minus aīal nō diſtinguitur formaliter ab hoīe neqꝫ animalitas ab humanitate: quia ſuperius nihil includit quod nō includatur in inferiori. ¶Sed profecto hoc eſt teſtimonium, ꝙ definitio ſua eſt mere gratis cōficta: nā diſtinctio formalis debet eſſe mutua: quare ſi animalitas nō diſtinguit ab humanitate, profecto neqꝫ humanitas ab animalitate. ¶Eſt pręterea argumētū ꝙ cū hmōi Metaphyſicę diſtinctiones ſint ⁊ obſcurę ⁊ creditu difficiles, non ſunt plures in ſcholas admittēdę q̃ illę quas ratio cōuicerit. ¶Concludimus ergo, ꝙ illa prędicata in abſtracto formaliter prędicantur de ſe inuicē ſicut in cōcreto. Vnde ad argu. Scoti reſpōdetur, ꝙ quāuis humanitas diſtincte ⁊ determinate aliquid includat, quod determinate nō includit animalitas, tñ animalitas cōfuſe ⁊ indeterminate includit totum qđ humanitas: dicit enī naturā ſenſitiuā quācunqꝫ, ⁊ nulla eſt talis in re niſi illa animalitas quę eſt in hoīe, ⁊ ipſa eſt humanitas: ⁊ animalitas quę eſt in equo, ⁊ ipſa eſt equinitas: nā eadē eſt aīa, a qua homo eſt ſenſibilis, ⁊ a qua eſt rationalis. ¶Adducit Scot. illud Auicēnę. 5. Metaphyſicę, equinitas eſt tñ equinitas. Sed reſpōdetur ꝙ quāuis Auicēna nō habeat tantā auctoritatē in vniuerſalibus quantā in ſingularibus: quia medicus nō curat hominē in vniuerſali ſed Socratē: nihilo minus nō vult negare ꝙ equinitas ſit animalitas, ſed id ſolū intēdit ꝙ equinitas de ſe nec eſt vniuerſalis nec indiuidua, ſed ſolum conueniunt illi prędicata eſſentialia, puta ꝙ ſit, equinitas ⁊ animalitas. ⁊c.

## ¶Tertium membrū in nominibus

primę intentionis eſt, qñ abſtractū prędicat de cōcreto, vt homo eſt humanitas, ⁊ de hac Reales oēs cōueniunt eſſe falſam. Et fateor nō eſſe hoc facile creditu, his vel maxime, qui nō ſunt in Ariſt. priſciſqꝫ philoſophis verſati: quia manifeſtū eſt humanitatē nō diſtingui ab hoīe, ſicut a corpore diſtinguit color: quia humanitas eſt eſſentia hoīs. Sed negant illā ſolū propter diuerſum modū ſignificandi terminorū: quia abſtractū ſignificat humanitatē per modū formę, ⁊ cōcretum ſignificat hominē per modū habentis formā, ⁊ per cōſequens humanitas ſignificat humanitatē quodā modo ad modū partis, ⁊ homo ad modū totius. Atqui inter ſapientes potius conceditur, ꝙ hō habet humanitatē, q̃ ꝙ homo ſit humanitas: ⁊ Ariſt. 2. de Anima. tex. 64. dicit, ꝙ humanitas non net aut ambulat ſed homo. Propter hos modos loquendi antiqui negabāt illas propoſitiones. Et quia illa eſt falſa ſecluſa operatione intellectus, dicebāt ꝙ humanitas diſtinguitur ab hoīe. Et S. Tho. ⁊ oēs quotquot illū pręceſſerūt, vocant illā diſtinctionē realē, vt patet prima. p. q. 3. ar. 3. ⁊ alibi frequenter. Scotus vero vocat ſuo noīe diſtinctionē formalē. Et forſan in hoc puncto particulariter diſputatio eſt noīe. Non enim concedendum eſt diſtingui tanq̃ rem ⁊ rem: quia homo ⁊ humanitas non ſunt duę res: imo in ſenſu identico prędicatio eſt vera, vt ſi dicas, homo eſt res quę eſt humanitas. Sed diſtinguuntur (dicunt) tanq̃ includens ⁊ incluſum: quia homo videlicet dicit ſuppoſitū, ⁊ ſuppoſitū dicit id quod habet humanitatē, in hac materia cū his accidentibus quę quidē in humanitatis ratione nō includuntur. Qui quidē modus loquendi potiſſimū neceſſarius eſt in materia incarnationis, a qua vix nos poſſumus extricare, quomodo Chriſtus aſſumpſit humanitatē ⁊ nō ſuppoſitū, niſi negando ſuppoſitum eſſe naturam. Sed de hoc in prędicamento quantitatis ⁊ reliquis ſequentibus ampliorem faciemus ſermonem: quomodo videlicet abſtracta prędicentur de concreto.

## ¶Supereſt ſecunda pars de terminis

ſecundę intentionis. Et quidem de prędicatione abſtractorū ⁊ de ſe mutuo, ⁊ de cōcretis, nulla eſt difficultas, iſta enim eſt diſparata, ſpecieitas eſt generitas, ſeu intentio ſpeciei eſt intentio generis: quia ſunt diuerſę intētiones: ⁊ pariter iſtę, genus eſt generitas, ⁊ ſpecies eſt ſpecieitas, ad modū iſtarū, albedo eſt ſapor, albū eſt albedo. ¶Reſtat ergo vt dicamus de nominibus ſecundę intentionis in concreto, quemadmodū prędicentur de nominibus primę intentionis, vt dicēdo, homo eſt ſpecies, animal eſt genus. ⁊c. quod eſt principaliter intentū in hac quęſtione. Et quidē ſecundū Nominales nulla eſt quęſtio, ſane qui dicūt in his prędicationibus, homo eſt ſpecies, aīal eſt genus, ſubiecta materialiter ſupponere. Atqꝫ adeo in ſyllogiſmis, homo eſt ſpecies, Petrus eſt homo, ergo Petrus eſt ſpecies: item animal eſt genus, homo eſt animal: ergo homo eſt genus, medium teneri ęquiuoce. ¶Sed tamen quia hoc iam impugnatū eſt, nec modus concipiendi eſt illa nomina, homo, animal eſſe ſpeciem ⁊ genus, ſed res ipſas: ad quęſtionem reſpondetur duabus concluſionibus. Prima. Nomen ſecundę intentionis vniuerſalis non ſupponit pro indiuiduo, ſed pro ſola natura cui cōuenit illa intentio, vt hoc nomen, ſpecies nō ſupponit pro Petro ſed pro homine in vniuerſali. ¶Ad probationē huius concluſionis notanda eſt hęc regula. Nomen ſecundę intentionis quodcunqꝫ, poſitū in vno extremo appellat proprium conceptum alterius extremi ſuper ſuum proprium ſignificatū: vt in hac propoſitione, homo eſt ſpecies, prędicatū appellat conceptū vniuerſalem, homo, ad ſuū ſignificatū, quod eſt dicere, facit vt ſubiectū ſupponat pro homine, in quantū concipitur illo conceptu vniuerſali, homo. Ratio regulę manifeſte colligitur ex his quę ſupra adnotauim⁹: nam nomen ſecundę intentionis non conuenit rei, niſi in quantū ſubſtat illi intentioni, ⁊ res non ſubſtat intentioni, niſi in quantū eſt obiectū cōceptus: vt res quę eſt homo eſt ſpecies, in quantū obiicitur iſti cōceptui, homo, per quem abſtrahitur a ſingularibus. Quo fit vt prędicatum faciat ſubiectum ſupponere ſimpliciter. Suppoſitio enim ſimplex, vt dictum eſt ſecundo libro Summu. eſt ſuppoſitio termini pro ſuo primario ſignificato: primarium autem ſignificatum de ly, homo, eſt homo in quantum abſtra-

abſtrahitur a cõditionibus ſingularibus, quod nihil aliud eſt ꝙ homo in quantũ cõcipitur illo cõceptu vniuerſali: ergo de primo ad vltimũ, nomẽ ſupponere ſimpliciter eſt ſupponere pro ſuo ſignificato, cũ appellatione proprij cõceptus. Dixerim, ſubiectũ ſupponere ſimpliciter: nã prędicatũ, ſpecies, perſonaliter ſupponit, cũ ſupponat ꝓ ſuis ſuppoſitis, in his, hõ eſt ſpecies, equus eſt ſpecies. ¶ Probatur ergo concluſio. Senſus huius propoſitionis Petrus eſt ſpecies, eſt, ꝙ Petrus quatenus cõcipitur illo conceptu ſingulari, Petrus eſt ſpecies, ſed hic eſt falſus: ergo nomẽ ſpecies nõ ſupponit ꝓ Petro. Eadẽ ratione nec illud nomẽ ſupponit pro genere, neq; nomẽ generis pro ſpecie nec pro indiuiduo: qꝛ propter appellationẽ ſubiecti omnes iſtę ſunt falſę, aĩal eſt ſpecies, homo eſt genus, Petrus eſt genus. ¶ Secunda cõcluſio. Nomẽ ſecundę intẽtionis indiuidui nec ſupponit pro ſpecie nec pro genere. Exẽpli gratia: Hęc nomina indiuiduũ, ſingulare, prima ſubſtãtia, ſunt noĩa ſecundę intẽtionis: qꝛ ſignificant indiuiduũ ea ratione qua eſt ſubiectũ omniũ prędicatorũ, tam eſſentialiũ ꝙ accidentaliũ: ⁊ ideo appellat propriũ conceptũ alterius extremi, ſicut noĩa vniuerſaliũ. Nullum ergo iſtorũ ſupponit pro ſpecie aut genere. Senſus enĩ huius, homo eſt indiuiduũ, aut ſingulare, eſt ꝙ homo in quantũ cõcipitur illo cõceptu, homo, eſt indiuiduũ. Et eadẽ ratione, hęc eſt falſa, animal eſt ſubſtantia. Eadẽ arte loquendũ in alijs nominibus ſecundę intentionis, quę faciunt eandẽ appellationẽ. Ut quãdo dicitur, color eſt obiectũ adęquatũ viſus, ens eſt ſubiectum Metaphyſicę, ſenſus eſt de colore aut ente in vniuerſali. Quare ſubiectum in his locutionibus ſupponit ſimpliciter.

¶ Ad primum argumentum in contrariũ reſpõdetur, ꝙ cauſa ob quã negamus nomen ſpeciei ſupponere pro indiuiduo, non eſt, quia ſpecies ex natura rei diſtinguatur ab indiuiduo: ſed

Appellatio.

qꝛ ex defectu appellationis nõ ſequiť, homo eſt ſpecies, Petrus eſt homo, ergo Petrus eſt ſpecies. Nec ſequitur negatiue: Petrus nõ eſt ſpecies, Petrus eſt homo: ergo homo nõ eſt ſpecies: nam vtrobiq; variatur appellatio ſubiecti. Nomina enĩ hęc ſecundę intentionis eodẽ modo appellãt in negatiuis ſicut in affirmatiuis. ¶ Sed arguiť contra hoc. Primo. Sequeretur cõſequentiã hanc, eadẽ ratione non valere, homo eſt aĩal rationale, Petrus eſt homo: ergo Petrus eſt animal rationale: qꝛ cũ definitio explicet naturã ſpeciei, videtur ꝙ appellet ſicut nomen ſpeciei. Reſpondetur negando ſequelam. Imo ſyllogiſmus eſt bonus: quia illa definitio, animal rationale, cõſtat ex noĩbus primę intentionis, ⁊ ideo nõ appellat, ſed ſubiectũ ſupponit perſonaliter. ¶ Secundo arguitur. Homo eſt ſpecies: ergo oĩs homo eſt ſpecies: rurſus, Omnis homo eſt ſpecies: ergo Petrus eſt ſpecies. Prima cõſequentia tenet: quia in materia naturali indefinita ęquipollet vniuerſali, ⁊ ſecunda per deſcenſum. ¶ Reſpõdetur conſequentiã primã nõ valere: ſubiectũ enim in antecedenti ſupponit ſimpliciter, ⁊ in cõſequenti perſonaliter: nã ſignũ vniuerſale diſtribuens ſubiectum pro ſuis indiuiduis impedit appellationẽ prędicati: at vero ſignũ cõfuſionis impedit appellationẽ: imo ſubiectũ huius: tñ homo ⁊ ſpecies aĩalis rationalis, ſupponit ſimpliciter. Et exponenda eſt hoc modo, homo eſt ſpecies animalis rationalis, ⁊ nulla alia ab hac eſt ſpecies rationalis. ¶ Tertio arguitur. Sequereť illã propoſitionẽ, homo eſt ſpecies, non poſſe cõuerti: quia maxime cõuerteretur in hanc, ſpecies eſt homo: ſed hic prędicatũ videtur ſupponere perſonaliter, nã ſubiectũ nõ videtur appellare ſupra prędicatũ. ¶ Hic poſſet quis forſan dicere, conuerſionẽ hãc nõ valere. Et ratio poſſet adduci: qꝛ prędicatũ eſt ſicut forma ſubiecti, ⁊ ideo poteſt ipſum qualificare. Non tamẽ vice verſa, ſubiectũ quod eſt vt materia, poteſt qualificare prędicatũ. Unde cõcedimus, ꝙ homo eſt pictus, quia prędicatũ alienat ſubiectũ, ſed negamus ꝙ homo pictus ſit homo, ⁊ cõcedimus ꝙ homo eſt nomen vocale, qꝛ prędicatũ facit ſubiectũ ſtare materialiter: ſed tamẽ negamus ꝙ nomẽ vocale eſt homo. ¶ Nihilo minus tñ cenſeo has regulas nõ eſſe tam exacte intelligendas, ſed cõſulendę ſunt potius aures. Et tamẽ ita verũ ſonat: ſpecies eſt homo, ſicut homo eſt ſpecies. Concedimus enim hanc, pulchra ſpecies animalis eſt equus. Infimũ genus viuentiũ eſt planta, ⁊ ſimiles. Et ideo cõſulto diximus in regula, ꝙ nomen ſecundę intentionis appellat ſupra alterũ extremum, ſiue ſubiectũ ſit, ſiue prędicatũ. ¶ Quarto tandẽ arguitur. Sequereť ꝙ ſub ſubiecto illius, homo eſt ſpecies, nullus poſſet fieri deſcenſus, quin variaretur appellatio. Reſpõdetur ꝙ poteſt fieri per ſingularia vaga ſupponẽtia itidẽ ſimpliciter, vt hic homo eſt ſpecies. Cuius ſenſus ſit: Hic homo quatenus cõcipitur illo cõceptu vniuerſali, homo, eſt ſpecies, nã frequẽter ſingulare vagũ ſupponit ſimpliciter pro ſpecie: vt quãdo dicim⁹, hoc animal gignitur in India, demõſtrato Camelo, hęc herba creſcit in horto meo. Senſus eſt de ſpecie huius animalis aut herbę. ¶ Ad ſecundũ principale negať illa ꝯña. Homo eſt ſpecies, ergo Petrus in quantũ homo, eſt ſpecies, ſi ly in quantũ facit ſenſum reduplicatiuũ: qꝛ pręiacens eſt falſa, vt ibi probatũ eſt. Si vero accipiatur ſpecificatiue, forte cõſequẽtia valet ⁊ cõſequens eſt verũ, vt pote cuius ſenſus ſit: Petrus in quantũ cõcipitur conceptu vniuerſali, homo, eſt ſpecies. Tametſi poteſt ꝯñia negari. ¶ Ad tertiũ demũ principale reſpõdetur, ꝙ vniuerſalia ſcilicet, genus, ſpecies, prędicãtur de ſuis indiuiduis: nõn tamẽ in quantũ ſubſtant ſecundis intentionibus, ſed ſecundũ ſuas proprias rationes quas habent in rebus. Quare non prędicantur per nomina ſecundę intentionis, ſed per nomina primę intentionis: vt Petrus eſt homo, Paulus eſt homo, equus eſt animal. ⁊c. non tamen Petrus eſt ſpecies. ⁊c. vt. q. proxima ſtatim videbitur.

## Quæſtio quarta.

## Vtrùm ſubiectum huius libri ſit vniuerſale.

POST queſtiones tres pręambulas ad materiã prędicabiliũ ⁊ prędicamentorũ, ad librũ ſpecialiter prędicabiliũ deſcendentes quęrimus ſubiectũ eius. Et arguitur ꝙ non ſit vniuerſale. Logica, vt oſtendimus queſtione vltima Proœmiali, diſtinguitur ab alijs ſcientijs, q Logica eſt rationalis ſcientia tractans de entibus rationis: alię vero ſunt reales, quę tractãt de rebus exiſtentibus abſq; operatione intellectus: ſed ſcientię reales tractãt de vniuerſali, nam ſcientię vt viſum eſt, nõ ſunt niſi de vniuerſalibus: ergo Logica non tractat de vniuerſalibus, ⁊ per ꝯñs, nec eius ſubiectũ eſt vniuerſale. ¶ Secũdo arguitur. Subm̃ ſcientię eſt illud cuius proprię paſſiones demõſtrantur in tali



ſcientia: ſed vniuerſale nullam poteſt habere propriã paſſionem: ergo nõ eſt ſubiectũ ſciẽtię. Probatur minor: qꝛ propriũ cõuertitur cũ ſuo ſubiecto, vt riſibile cum hoĩe, ſed propriũ non cõuertitur cum vniuerſali: nam vniuerſale eſt genus ad quinq; prędicabilia, ⁊ per conſequens eſt ſuperius ad propriũ, quod eſt vnũ prędicabile. ¶ Et tertio arguitur. Porphyrius proponit hic ſe dicturũ de quinq; prędicabilibus: ſed vniuerſale nõ cõplectitur oĩa prędicabilia: ergo non eſt ſubiectum huius libri. Probatur. Deus eſt prędicabile, nã prędicatur de tribus perſonis: ⁊ tamen nõ eſt vniuerſale cũ ſit ſingulare ſicut Petrus: ergo. ¶ Sed in contrarium eſt q vna ſcientia (qualis eſt hęc) verſatur circa vnũ formale obiectum, vt ſupra diximus: ſed Porphyrius proponit agere de quinq; vniuerſalibus: ergo ſubiectum huius libri eſt vniuerſale, quod habet vnicam rationẽ formalem ad illa quinq;.

¶ Quæſtio hæc mota eſt, vt cũ tam Logica, quam ſcientia realis, circa vniuerſalia verſentur, intelligamus, qua ratione Logica differt ab alijs. Ubi notant Dialectici ꝙ vniuerſale accipitur tripliciter: vno modo pro ſubſtracto. Alio modo pro per ſe ſignificato. i. pro vniuerſalitate. Et tertio modo pro aggregato ex vtroq;. Sed re vera improprijſſime accipiť tertio modo. Sicuti enim albũ non accipitur pro aggregato ex Petro ⁊ albedine, quod eſt ens per accidẽs: ita nec vniuerſale accipitur pro aggregato ex natura ⁊ vniuerſalitate. Imo nec ſecũdo modo accipitur proprie vniuerſale: enim uero ſicut albedo non eſt albũ, ſed forma albi: ita ſecunda intentio obiectiua de qua loquimur non eſt vniuerſale, ſed eſt vniuerſalitas, quę improprietas multos neotericorũ in errorem coniecit. Et ideo ſi proprie loquendũ eſt, vniuerſale accipiť dupliciter.

Uniuerſale duplicitẽ.

Uno modo pro ſubſtrato. i. pro natura ſecundum ſe abſolute conſiderata. Et ſecũdo modo accipitur pro eadẽ natura in quantum eſt ſub ſecunda intẽtione, ⁊ denominatur ab illa. Ita diſtinguit S. Tho. vbiq;, ⁊ expreſſe ſecundo de aĩa lecti. 12. Sicut albũ (inquit) vno modo accipiť pro eo cui accidit albedo ſcđm ſe, alio modo pro eo vt ſubeſt albedini, ita vniuerſale. Natura dicitur ſubſtratũ: qꝛ ſubſternitur ſecundę intẽtioni ⁊ denominať ab illa: ſed intẽtio dicitur per ſe ſignificatũ: qꝛ quod nomẽ concretũ per ſe ſignificat eſt forma, ſicut albũ de formali ſignificat albedinẽ: ſed apud Nominales illud appellatur ſignificatũ materiale, ⁊ hoc ſignificatũ formale. Atqui ſubſtratũ ſignificamus multis noĩbus. Dicitur enĩ humanitas, aĩalitas, equinitas. ⁊c. quę Dialectici abſtrahunt a cõcretis, homo, aĩal. ⁊c. Appellatur etiã quidditas ⁊ natura, vt dicit S. Thom. de ente ⁊ eſſentia, cap. 1. Et magis Latine appellatur ratio hoĩs, ratio animalis, ratio equi. ⁊c. Id enim quod ſignificat definitio, appellatur ratio ſpeciei ſeu definiti.

Subſtratum, ⁊ per ſe ſig.

¶ His ſuppoſitis reſpondetur ad queſtionẽ tribus concluſionibus.

1. Cõcluſio

Prima: Scientię reales tractãt de vniuerſalibus ſcđm ſe conſideratis nõ vt ſubſtãt ſecundis intẽtionibus: id eſt, Tractant de proprietatibus ⁊ conditionibus rerũ quę conueniunt illis abſq; operatione intellectus, atque adeo tractãt de illis quatenus ſignificantur noĩbus primę intentionis.

2. Cõcluſio

¶ Secunda cõcluſio. Logica tractat de vniuerſalibus quatenus ſubſtant ſecundis intentionibus: Id eſt, Tractat de cõditionibus vniuerſaliũ quę cõueniunt eis per abſtractionẽ intellectus, puta quatenus ſignificantur noĩbus ſecundę intentionis, aut ſaltem in ordine ad intellectus operationẽ, vt in Prolo. prędicamentorũ videbimus. Exempli gratia, de hoĩe conſiderat philoſophus naturalis principia quibus conſtat, ⁊ proprias eius paſſiones, vtpote quatenus ſit riſibilis, quatenus mortalis. ⁊c. Et philoſophus moralis tractat de hoĩe quatenus deliberate tendit in finem: ſed Dialecticus id ſolum ſpeculatur quatenus prędicatur de pluribus differentibus numero, qualiter in prędicamẽto ordinatur. ⁊c. ¶ Quod ſi adhuc inſtes, Scientia realis tractat de vniuerſali in quãtum vniuerſale: qꝛ ſcientia eſt de vniuerſalibus (vt ſępe repetimus) ⁊ Logica tractat de vniuerſali in quantũ vniuerſale: ergo nulla põt cõſtitui differentia inter Logicã ⁊ alias ſcientias. Hoc argumẽtum multos male torquet, non attendentes ęquiuocationẽ reduplicationis harũ propoſitionũ. Nam in priori intelligitur, q ſcientię oẽs tractãt de rebus in quantũ abſtrahunt a ſingularibus. In quo nec Logica differt ab alijs. Quia ſicut philoſophus non tractat de hoc, aut illo mobili, ſed in cõmuni de ente mobili: ita neque Logica tractat de hac aut illa ſpecie, aut de hoc aut de illo genere, ſed de ſpecie ⁊ de genere in cõi. Sed qñ dicimus ꝙ Logica tractat de vniuerſali in quantũ vniuerſale, intelligitur in quantũ ſubſtat ſecũdę intẽtioni, puta generis vel ſpeciei. ¶ Unde cõſtat quomodo Logica diffunditur per oĩa entia ſicut Metaphyſica. Quem admodũ enĩ ſubiectũ Metaphyſicę eſt ens, atq; adeo munus eius eſt cõſtituere definitiones oĩm rerũ: ita ſubm̃ Logicę eſt ens rationis, quod oĩ enti conuenire poteſt: in vniuerſis enĩ rebus eſt inuenire genus ⁊ ſpeciẽ ⁊ prędicatũ. ⁊c. ¶ Ex his colligitur tertia cõcluſio.

Cõcluſio. 3 Subiectũ prędicabili

Subiectũ huius libri eſt vniuerſale, quod habet rationẽ cõmunẽ ⁊ genericã ad quinq; vniuerſalia. Unde ſubm̃ huius libri eſt inferius ad ſubm̃ Logicę. Nã ſubiectũ Logicę eſt ens rationis, quod eſt cõe ad ſyllogiſmũ, propoſitionẽ, prędicatũ, ſubiectũ, vniuerſale. ⁊c. Et ſubm̃ hui⁹ libri eſt vna ſpecies entis ratiõis. ¶ Sed eſt argumentũ aduerſus hanc concluſionẽ. Alia eſt ratio vniuerſalis, ⁊ alia prędicabilis, vt docet S. Tho. opuſc. 48. cap. 1. Nã vniuerſale eſt qꝛ ineſt pluribus, prędicabile autẽ qꝛ prędicatur ⁊ enuntiatur de pluribus. Unde eſſe prędicabile eſt paſſio vniuerſalis, vt riſibile eſt paſſio hoĩs. Eo enim q ratio hoĩs ineſt plurib⁹ hoĩbus, cõuenit humanitati prędicari in cõcreto de pluribus. Sed Porphyrius tractat hic de vniuerſalib⁹ ſcđm rationẽ prędicabilis, vt patet in definitionibus gñis ⁊ aliorũ prędicabiliũ: ergo nõ vniuerſale, ſed prędicabile, eſt hic ſubm̃. ¶ Rñdetur q conuenientius dr̃ ſubm̃ eſſe vniuerſale ꝙ prędicabile: ſicut ſubm̃ ſciẽtię de hoĩe non eſt riſibile, ſed homo, de quo demõſtratur paſſio riſibilitatis. Tradit. n. hic liber notitiã vniuerſalis, demonſtrãdo propriã paſſionem eius quę eſt prędicari, tametſi Porphyrius definiat vniuerſalia per proprias paſſiones quę ſunt nobis notiores. Nec eſt ſolicitus an proprie ſint definitiones quidditatiuę. ¶ At vero Nominales in ſuis noĩbus perſiſtentes dicunt ſubm̃ huius libri eſſe hoc nomẽ vniuerſale, aut nomen Prędicabile, quod eſt genus ad illa quinque noĩa, genus, ſpecies, differẽtia, propriũ, accidẽs, quę ſola ſunt apud illos vniuerſalia, ſed hoc nõ eſt iã mõ qđ nouis rationibus impugnemus. ¶ Ad primum argumentũ ſatis reſpõſum eſt, qđ ſcientię oẽs tractãt de vniuerſali in quantũ vniuerſale. i. in quantum abſtratum a ſingularibus: Logica vero tractat de vniuerſali in quantum vniuerſale. i. in quantũ ſubſterniť ⁊ ſubſtat ſecundę intentioni vniuerſalitatis. ¶ Ad ſecundum reſpondetur quod vniuerſalia habent ſuas proprias paſſiones: vt ſpecies, prędicari de pluribus differentibus numero: ⁊ genus de pluribus

ribus differentibus ſpecie in eo quod quid, ⁊ quęlibet earū cōuertitur cū ſuo ſubiecto. Et ad cōſequentiam ſophiſticā, vniuerſale, eſt genus ad proprium: ergo eſt ſuperius ad illud, ⁊ per ꝯñs non cōuertitur cū ſua propria paſſione. Reſpōdetur nihil valere, qꝛ propriū capitur ęquiuoce. In antecedenti nāq; propriū ſupponit ſimpliciter pro eo quod eſt quartum prędicabile: in conſequenti vero ſupponit perſonaliter ꝓ propria paſſione vniuerſalis, ac ſi argueretur, ſpecies ⁊ propriū non cōuertuntur, puta ſecūdum ⁊ quartū prędicabile: ergo ſpecies ⁊ ſua propria paſſio nō cōuertuntur. ¶ Ad tertiū reſpōdetur, ꝙ Deus non eſt vniuerſale, imo eſt ſingulare, atq; adeo neq; eſt prędicabile proprie de pluribus: nā perſonę diuinę non ſunt proprie plura, quia nec ſunt differentia ſpecie, nec proprie diſtincta numero, ſed ſunt vnus Deus numero, quanuis ſint tres perſonę: quod altioris eſt negotij diſputare. Quare non ponitur in prędicamento (vt videbimus in prędicamentis) ſed eſt illic hoc ſingulare myſterium, quod vna eſſentia numero ſit in tribus perſonis.

## Quæſtio quinta.

## Vtrùm tantùm ſunt quinque Prædicabilia.

QVæſtio eſt de ratione numeri prędicabilium. Et arguitur ꝙ ſint pauciora ꝙ quinq;. Prędicabile ⁊ prędicatum, vt noīa prę ſe ferunt, idē pollēt: ſed tantū ſunt quatuor prędicata ſecundū Ariſto. 1. topi. cap. 4. ergo tantū ſunt quatuor prędicabilia. ¶ Secundo aliqua iſtorū vniuerſalium in idē recidūt: ergo nō ſunt quinq;. Probatur añs: nam hęc eſt vera, genus eſt ſpecies. Sunt enim oīa prędicabilia ſpecies reſpectu illius generis, vniuerſale, vt quęſtione proxima dicebamus. Item quia multa accidentia ſunt genera ⁊ ſpecies, vt albedo eſt ſpecies ⁊ color genus. ¶ Tertio arguitur, ꝙ ſint plura quā quinq;. Prędicabile ⁊ prędicamentū idē videntur ſignificare: ſed ſunt decē prędicamenta, ergo decē prędicabilia. ¶ Et confir. Definitio eſt vnū prędicatū: apud Ariſt. 1. Topi. prędicatur enim quidditatiue de definito: ⁊ tamen nō cōprehenditur ſub aliquo illorum quę aſſignantur a Porphyrio. Item ens eſt vniuerſale, vtpote quod prędicatur in quid de rebus vniuerſis, ⁊ tamen nō cōtinetur ſub aliquo eorū quinq;: qꝛ maxime eſſet genus, quod in prędicamētis apparebit eſſe falſum: ergo ſunt plura quam quinq;. ¶ In contrarium eſt authoritas Porphyrij.

Prędicatio triplex.

¶ Ad numerum venandū prædicabiliū neceſſaria eſt prędicationū notitia. Atqui prędicatio apud Dialecticos idem gneraliter ſignificat quod enuntiatio, vt idem ſit prędicatio, quod oratio verū vel falſum ſignificans. Et eſt triplex prędicatio, puta identica, diſparata, ⁊ medio modo ſe habens. ſ. nec identica nec diſparata, ſed extremorū differentiū, quę ſibi tamen mutuo cōuenire poſſunt. ¶ Prędicatio idētica eſt prędicatio in qua prędicatur idē de eodē, vt homo eſt homo. Idē inquā aut ſynonymū: nam, vt in. 1. lib. Summu. dictū eſt, Synonyma ſunt noīa diuerſę vocis ⁊ eiuſdem ſignificationis, vt gladius, enſis. Sed in pręſentiarū idē eſt iudiciū de prędicatiōe vbi prędicatur ſynonymum de ſynonymo ⁊ de prędicatione identica. ¶ Prędicatio diſparata eſt illa in qua prędicatur diſparatū de diſparato, vt homo eſt lapis. Exemplū affirmatiuarū intellige in negatiuis. Eſt enim identica, homo non eſt homo: ⁊ diſparata, ſubſtātia nō eſt qualitas, quanuis illa ſit falſa ⁊ hęc vera. ¶ Prędicatio nec identica nec diſparata, alia eſt directa alia indirecta. Prędicatio directa (aiunt Dialectici huius temporis) eſt illa in qua prędicatur ſuperiꝰ de inferiori, vt, homo eſt animal: vel connotatiuū de abſoluto, vt homo eſt albus: vel ęque connotatiuū de ęque cōnotatiuo, vt albū eſt muſculū, niſi ſubiectū ſit ſuperius prędicato: nam coloratum eſt album, eſt indirecta. Et neſcio quas alias particulas pro libito accumulant, certe pręter artem definiēdi. Nam profecto oratio hęc potius eſt diuiſio ſpecierū directę prędicationis quam definitio explicās eius naturā. Non enī docet ꝓpter quid, homo eſt aīal, eſt directa: ⁊, animal eſt homo, eſt indirecta. ¶ Notandū eſt ergo, ꝙ prędicatū eſt illud quod ſe habet vt forma, ⁊ ſubiectū id quod ſe habet vt materia. Et hoc ſonāt illā noīa, ſubiectū, prędicatū, vt albū eſt prędicatū Petri, quia albedo eſt forma Petri: Petrus autem non eſt prędicatū albi, ſed potius ſubiectū quod recipit illā formā. Etenim ex modo eſſendi rerū, ſequitur modus prędicandi. 5. Meta. t. 14. Eadē ratione quia ſuperius eſt forma inferioris. 2. Phy. t. 28. ⁊ 5. Meta. t. 2. fit vt, homo, ſit prędicatū Petri, quia dicit rationem hoīs quę eſt in Petro, Petrus vero eſt ſubiectū reſpectu hoīs: ⁊ quāuis Petrus ⁊ homo, vt ſupra dictum eſt, ſola ratione diſtinguātur, nihilo minus ita nos docet Ariſto. 2. Phy. loqui. ¶ Eſt ergo prędicatio directa illa, in qua id quod ſe habet vt forma enuntiatur de ſuo ſubiecto, ⁊ indirecta eſt illa, in qua illud qđ ſuapte natura ſe habet, vt ſubiectū enūtiatur de ſua forma. Quod eſt dicere: Id quod ſua natura eſt prędicatum ſeruat ſitū prędicati, ⁊ id quod eſt ſubiectum ſeruat ſitum ſubiecti: ſitus enim prędicati eſt poſt copulā, ⁊ ſitus ſubiecti, ante copulā. Exēpli gratia, Petrus eſt albus, eſt prędicatio directa: quia albū, cū ſignificet formā Petri, ⁊ per ꝯñs ſuapte natura ſit prędicatum eius, enuntiatur de illo: ſed albū eſt Petrus, eſt indirecta: qꝛ id quod ex natura ſua eſt ſubiectū, enuntiatur de prędicato. Eadē ratione vbi prędicatur ſuperius de inferiori eſt directa prędicatio: vt, Petrus eſt homo, homo eſt animal, ⁊ cōuertētes earū ſunt indirectę: quia ſuperius ſemper eſt vt forma quę recipitur in inferiori tāquam in ſubiecto. Recipitur inquā, Metaphyſice: quia ſuperius contrahit ad eſſe inferioris, vt dicemus in ſubſequentibus.

Prędicatio directa.

¶ Sed nunquid hæc eſt prædicatio directa, hoc animal eſt homo? videtur enim ꝙ nō: nam cū hęc indefinita, puta, animal eſt homo, ſit indirecta, videtur ꝙ etiam ſingularis eius ſit indirecta. Ex alia vero parte videtur ꝙ ſit directa: quia quāuis homo non ſe habet vt forma reſpectu animalis, tamen habet ſe vt forma reſpectu huius indiuidui demōſtrati. Reſpondetur ꝙ propoſitiones ſubiectorum ſingulariū debent regulari eſſe directas, aut indirectas ex parte ſuppoſiti, ⁊ non ex parte ſignificati formalis nominis modificati ſigno ſingulari. Et ideo illa eſt directa ſi demōſtretur homo, ſiue dicas, hoc animal, ſiue, hęc ſubſtātia: ſi vero demonſtretur equus, eſt diſparata. Quare eadem indefinita, cū ſit indirecta, habet alias ſingulares directas, ⁊ alias diſparatas. ¶ At vero propoſitionum eorundē extremorū cōmuniū ſi affirmatiua eſt directa, ⁊ negatiua erit directa: ⁊ ſi indefinita eſt directa vniuerſalis ⁊ exponibilis erit directa. At oēs iſtę ſunt directę, homo eſt animal, nullus homo eſt animal, tātum homo eſt animal. Atq; adeo conuertentes earū indirectę ſunt. Si vero ſit prędicatio directa vbi vnū accidēs prędicatur de alio, tūc conuertēs eius eſt pariter directa. Vtraq; enī eſt directa, albū eſt dulce, dulce eſt albū. Nec poſſumus certā dare regulā ad cognoſcēdum quę ꝓpoſitio ſit directa pręter definitionē datam: puta ſi res ſignificata per prędicatū ſe habeat vt forma ſubſtātialis vel accidētalis, reſpectu ſubiecti. Quare hęc, aīal eſt rationale eſt indirecta: qꝛ prędicatū eſt inferius ſubiecto: ſed ſi dicas animal eſt rationale vel irrationale, eſt directa. ¶ Ex dictis ſequitur ꝙ ſola prędicatio directa eſt ſimpliciter ⁊ abſolute prędicatio. Alię vero ſunt ſcđm quid prędicationes: nam idē reſpectu ſui, ſicut nō eſt forma, ita nec prędicatum. Et multo minus nominū diſparatorum vnum eſt prędicatū alterius. Nec prędicatio indirecta, vt aīal eſt hō, eſt ſimpliciter prędicatio, ſed indirecta prędicatio. Unde Porphyr. cap. de Specie: Aequa inquit de ęquis prędicari oportet, aut maiora de minoribus, vt hinnibile de equo, aut animal de hoīe: minora vero de maioribus minime. Nec enim dices aīal eſſe hominē. ¶ Prędicatio directa diuiditur in eſſentialē (quę in quidditatiuā rurſus, ⁊ non quidditatiuā ſubſecat̃) ⁊ accidentalem quę in prędicationē proprij ſubdiuiditur, ⁊ prędicationem accidentis. De quibus ſuo cuiuſq; loco dicturi ſumus.

¶ His annotatis, reſpōdetur ad quęſtionē vnica cōcluſione. Tantū ſunt quinq; prędicabilia, puta genus, ſpecies, differentia, propriū, ⁊ accidēs. Sufficientiā hanc duabus rationibus venamur. Primo, ꝓportione ſumpta a cōpoſito naturali. Quinq; enī ſunt in cōpoſito naturali. ſ. cōpoſitū, materia, forma, propriū quod cōpetit ratiōe formę, ⁊ accidētia, quę accidūt ratione materię indiuidui: hoī ratione formę competit eſſe riſibilē: ſed ratione materialiū cōditionū accidit eſſe albū aut nigrū ⁊c. Ad hunc modū in cōpoſitione metaphyſica eſt compoſitū, puta ſpēs, materia. ſ. genus, ⁊ forma, q̃ eſt differētia ⁊ propriū ⁊ accidēs: cōſtat enī ſpēs ex genere ⁊ differētia, tanꝙ ex materia ⁊ forma. In qua intētione fundatur verſaturq; ars tota prędicabilium. ¶ Scđo ſumitur hic numerus prędicabilium per diuerſos modos prędicādi, qui nō poſſunt eſſe, niſi tm̄ quinq;. Prędicatū enī quodcūq; aut prędicat̃ de aliquo eſſentialiter, aut accidētaliter. Si eſſentialiter, aut quidditatiue, aut nō quidditatiue. Si quidditatiue, aut de pluribus differentibus numero, ⁊ illud eſt ſpecies: aut de pluribus differētibus ſpecie, ⁊ illud eſt genus: ſi nō quidditatiue, illud eſt differētia. Si vero accidentaliter, aut eſt accidēs propriū, aut eſt accidēs cōe. Ex his tandē ſequitur ꝙ prędicatio directa pluribus modis contingit, ꝙ his quinq;: numerus enī prędicabiliū nō eſt ſcđm numerū directarum ꝓdicationū, ſed ſcđm reſpectū prędicatorū ſimplicium ad primā ſubſtantiā. Quare iſtę ſunt prędicationes directę, homo eſt aīal rationale, ſubſtātia eſt ens, Chriſtꝰ eſt Deus: ⁊ multę alię quę non ſunt prędicationes alicuiꝰ prędicabilis, vt infra videbimus.

¶ Ad primū argumentū reſpōdetur, ꝙ alia eſt prędicatorū ratio primo Topico. ⁊ alia prędicabiliū: nam prędicata ſumuntur reſpectu ſpeciei cuiuſcunq; prędicamēti, eo ꝙ prędicata ſunt quę conſtituunt ꝓpoſitiones terminabiles per artē Dialecticā, quę ꝓpterea debēt eſſe de ſubiecto cōi. Quare non ponit̃ ſpecies inter prędicata, ſed definitio quāuis non ſit ſimplex, ſed cōplexū prędicatū: qꝛ definitio eſt prędicatū ſpeciei, nō tamen ipſa ſpecies eſt prędicatū ſui. Et ideo ponit quatuor prędicata, quę ſunt definitio (quā vocat terminum) genus, proprium ⁊ accidens: hęc enī ſunt quę directe prędicantur de ſpecie. Non cōnumerat illic differentiam: vel quia intelligit noīe proprij: vel qꝛ eadē eſt fere prędicatio differētię ⁊ definitionis. Prędicamēta vero diſtinguunt̃ penes diuerſas habitudines accidentiū ad ſubſtantiā, quę ſunt nouē habitudines quę cum ſubſtātia faciūt decē prędicamēta. Sed tamē prędicabilia ſumuntur per diuerſos modos prędicatorū ſimpliciū reſpectu indiuidui, qui ſunt quinq;: ⁊ ideo inter prędicabilia computatur ſpecies, ⁊ excluditur definitio, ⁊ differētia diſtinguitur a proprio. Et per hoc reſpōdetur ad tertiū principale ⁊ ad primā confirmationem. ¶ Ad ſecundū reſpōdetur ꝙ nunꝙ idē eſt genus ⁊ ſpecies reſpectu eiuſdē: nihil tñ obſtat ꝙ idem ſit genus reſpectu vnius, ⁊ ſpecies reſpectu alterius. Vt aīal eſt genus reſpectu hoīs ⁊ ſpecies reſpectu corporis. Et ideo nihil vetat quod genus ſit ſpecies illius generis, vniuerſale. ¶ Ad ſecundā confir. tertij argumenti cōceditur ꝙ ens non eſt aliquod horum quinq; prędicabilium: quia non eſt genus, vt videbimus in prędicamentis: ſed diſputatio eſt de nomine, an ſit dicendum vniuerſale; ⁊ forſan melius appellabitur prędicatum tranſcēdens: ſed de hoc in prędicamentis cap. 4.



# DE GENERE.

## Caput Primum.

Genus trifariam accipi.

VIDENTVR itaq; neq; genus, neq; ſpecies dici ſimpliciter. Dicitur enim genus, & aliquorū hominum aggregatio, qui quidem ad vnum quippiā & inter ſe habēt reſpectum, qua ſignificatione Heraclidarū dicitur genus: quod quidem ex reſpectu, qui eſt ab vno, id eſt, Hercule, & multitudine eorū qui inter ſe eam habent coniunctionē, quæ ab illo profluxit, ſic eſt nuncupatum, vt ab aliis generibus ſit ſeiunctū. ¶ Dicitur & alio modo genus vniuſcuiuſq; principium ortus, tam ab eo qui genuit, quàm à loco in quo eſt quiſpiā ortus. Sic enim Oreſtem quidem à Tantalo, Hylum autem ab Hercule dicimus genus habere: & rurſus Pindarum quidem Thebanum genere, Platonē autem Athenienſem dicimus eſſe: patria nāq; principiū eſt generationis cuiuſq;, perinde ac pater. Hoc autem ſignificatum vſurpatius eſſe videtur: Heraclidæ nanq; dicūtur, qui genere deſcendunt ab Hercule: & Cecropidæ, qui à Cecrope, & horum quoq; propinqui. Atq; priùs ſanè genus, generis cuiuſq; principium dicitur: poſteà verò multitudo eorum qui ab vno principio, ceu Hercule, profluxerunt: quod quidem à cæteris ſeiungentes ac ſeparantes, totum aggregatum Heraclidarum diximus genus. ¶ Alio modo dicitur genus, id ſub quo ſpecies collocantur: accepta fortaſſe ſimilitudine à prioribus vocabuli eius ſignificatis. Nam & principiū quoddam eorum, quæ ſub ſe habet genus, tale eſt: & præterea videtur multitudinem omnem ample-

ẽti, quam, ſcilicet, infra ſeſe continet.

Genus de quo hic. Text. ij. ❡His igitur tribus modis dicitur genus. De tertio verò genere philoſophorum eſt ſermo, quod & deſcribentes ſic aſsignârunt: Genus id eſſe dicentes, quod de pluribus ſpẽ differentibus hoc ipſo quid eſt prædicatur, vt animal. Eorum enim quæ de pluribus prædicantur, alia de vno ſolo dicuntur, vt indiuidua, veluti Socrates, & iſte, & iſtud: alia de pluribus prædicantur, vt genera, ſpecies, differentiæ, propria, & accidentia cõmuniter, ſed non cuiquam propriè. Atq; genus eſt (exempli cauſa) animal: ſpecies, homo: differentia, rationale: proprium, riſibile: accidens, album, nigrum, ſedere.

Genus a ceteris quo differat. Genus igitur ab hiſce quidem, quæ de vno ſolo dicuntur hoc ſanè differt, quòd ipſum de pluribus prædicatur. Ab his autem quæ de pluribus prædicantur, hiſce differre videtur. A ſpecie quidẽ, quod ſpecies etſi de pluribus prædicatur, non tamen de pluribus ſpecie, ſed pluribus differentibus numero prædicatur: homo nanq; qui quidem eſt ſpecies, de Socrate & Platone dicitur, qui non ſpecie ſed numero differunt. At animal quod eſt genus, de boue, equo, atque homine prædicatur, quæ & ſpecie, non autem numero ſolo differunt. A proprio verò, quod proprium quidem de vna ſpecie cuius eſt proprium, & de indiuiduis hiſce quæ ſunt ſub illa ſpecie prædicatur: vt riſibile, de homine ſolo, & de ſingulis hominibus dicitur. Genus autem non de vna ſpecie, ſed de pluribus differentibusq́ue prædicatur. A differentia quoq; communibusque accidentibus genus differt: etenim differentiæ communiaq́; accidentia, quanquàm de pluribus ac differentibus ſpecie dicuntur: non tamen ità vt quid ſit quidq́;: ſed vt quale quidq́; ſit innuant, dicuntur. Rogitantibus enim quidnam illud ſit, de quo hæc dicuntur, genus reſpondemus: differentias & accidentia non reſpondemus: non enim de ſubiectis illa in quid, ſed magis in quale quid dicũtur. Interroganti nanq;, quale quid eſt homo, rationale dicimus: & quale quid eſt coruus, nigrum dicimus. Quorum rationale quidem eſt differentia, nigrum autem accidens. Sed cũ quid eſt homo interrogamus, animal reſpondemus, quod quidem hominis genus eſt.

In ſumma qđ genus ab aliis differat. Genus igitur, quod de pluribus quidem prædicatur, ab indiuiduis, quæ de vno ſolo dicuntur, differt: quod verò de pluribus prædicatur ſpecie differentibus, ab iis quæ vt ſpecies propriáue dicuntur differt. Denique quod quid quidq́ue ſit dicit, à differentiis, vulgoq́ue accidentibus differt: quorum vnumquodq; non quid ſit, ſed quale ſit, quomodóue id de quo dicitur habeat, dicũt. Nihil igitur verò generis intellectu plus minúſve memorata generis deſcriptio habet.

PRemiſſo Prologo, ſubſequitur iam nunc tractatus, qui varie doctoribus diuiditur. Alij enim partiuntur tractatũ hunc in libros duos, vt vnus ſit de ſingulis pꝛedicabilibus: alter vero de cõparatione qua oĩa inuicem cõferuntur. Alij ex genere ⁊ ſpecie, que correlatiue dicuntur, conſtituunt vnũ capitulũ. Nos vero, quibus tranſlatio Joannis Argyropyli ſemel placuit, eius ſubinde partitionem ſequimur: apud quẽ liber hic vnicus eſt, per ſex capitula diſtributꝰ. In quinq; prioribus explorantur ſingula vniuerſalia, ⁊ in poſtremo conferuntur ad ſe inuicem oĩa. ¶Ordo procedendi, is eſt, vt pꝛedicata eſſentialia pꝛecedant, ⁊ inter eſſentialia, pꝛeferãtur quidditatiua, ⁊ inter quidditatiua anteponatur genus: ſicut inter accidentalia antecedit pꝛopꝛium. ¶Quod ſi quis exiſtimet exordium potius ſumendum fuiſſe ab ſpecie, vt poſte que eſt perfectior: tum qꝛ addit ſupꝛa genus perfectionẽ differẽtie, tum qꝛ pꝛincipaliter intenditur a natura, reſpondetur ꝙ melius inchoatũ eſt a genere: cũ qꝛ eſt pars ſpeciei, tunc qꝛ eſt vniuerſalius ac proinde notius nobis, quos ordines docuit Ariſt. 1. Phyſi. tex. 1. in pꝛogreſſu ſcientiarũ obſeruari. ¶Et capitulũ hoc cõtinet duas partes, in pꝛiori explicatur quid noĩs: puta quid nomen, genus, in pꝛeſentia ſignificat. Et in poſteriori definitur quid rei: puta quid ſit res ipſa ſignificata, neque partes ſingulas pꝛopter facilitatem in plures ſecuimus textus. Et Porphyrius in hoc cap. fere imitatur Ariſt. 5. Meta. tex. 33. vbi tractat de genere: ⁊ ideo explicat quid noĩs, veluti Ariſto. per analogiã inter genus Dialecticũ ⁊ genus in genealogiis ſcđm vſum vulgatum inter hoĩes. ¶Ait ergo neq; genus neq; ſpecies ſimpliciter dici. Coniũgit genus cũ ſpecie, qꝛ ſunt correlatiua. Sed genus tripliciter dicitur. Pꝛimo, genus accipitur pꝛo collectione multorũ habitudinẽ habentiũ ⁊ inter ſe ⁊ ad vnũ pꝛimũ: vt Heraclidarũ collectio dicitur genus, ꝓpter politiã ⁊ leges eaſdẽ quibus oẽs tenẽtur: ⁊ qꝛ ab vno Hercule deſcẽdunt. Boetius tamẽ exemplũ qđ in Gꝛeco eſt, Heraclidarũ, trãſtulit Romanorũ, ⁊ qꝛ ille Romanꝰ erat, ⁊ qꝛ exemplũ notiꝰ eſt nobis. Hac ſignificatione, Aeneas apđ Uirgiliũ in. 1. Italos vocauit genꝰ Iouis: Italiã quero patriã, ⁊ genꝰ ab Ioue ſummo. Quo ſit vt ſi qua eſſet multitudo ſine ordine cõfuſa, nõ diceretᷣ hoc mõ genus. Quin imo addit Porphyrius nõ eſſe genus niſi collectionẽ que ab aliis generationibus diſtinguitur, vt ſi quis hoĩm collectionẽ appellaret genus Adamitarũ. i. ab Adam deſcendentiũ, non loqueretur ad mentẽ Porphyrij: qꝛ genus hoc oĩbus eſt generaliſſimũ. Quo verbo inſinuauit decẽ genera pꝛedicamẽtalia eſſe diſtincta, ⁊ pꝛimo diuerſa: atq; adeo ens qđ eſt gñale oĩbus ꝑdicamẽtis, non eſſe genus ad illa, vt videbimꝰ in ꝑdicamẽtis. c. 4. Tametſi Ariſt. poſuit exemplũ de gñe humano, qđ eo ſolũ vocauit genꝰ, qꝛ cõtinua gñatione ſuccedit in eadẽ ſpẽ.

Ordo.

¶ Dicitur & alio modo genus

pꝛincipium generationis cuiuſq; quod habet a patre vel a patria, vt Oreſtes habet genus. i. generationem a Tantalo, qui fuit Atauus eius: ⁊ Hylus ab Hercule, qui fuit eius pater: ⁊ Plato ab Athenis, ⁊ Pindarus a Thebis. Et Uirgiliana Dido in 4. Aeneam inquit genus eſſe deorum. Ubi animaduertendum quod non accipitur hic pꝛincipium pꝛo parte aut patria: ſed pꝛo initio natiuitatis, ſeu pꝛima generatione, quam quis trahit a patre vel patria: non enim inquit Porphyrius quod

Tantalus



Tantalus ſit genus Oreſtis: ſed qꝛ genus eſt initiũ qđ Oreſtes trahit a Tantalo. Ariſt. 5. Met. vnde hec deſumpſit Porphyrius, dicit ꝙ ⁊ a matre nonnunꝙ dr̃ genus, vt Pleiades que (vt eſt in fabulis) Atlantis fuere filie, dicũtur Pleiades a Pleione matre. ¶Nec fuit mẽs Porphy. oẽs hic cõgerere acceptiones generis: nã genus aliter pꝛeterea accipiᷣ apud Grammaticos, vt accidit noĩ ⁊ verbo, ⁊ aliter apud Rhetores quibus ſunt tria genera cauſarũ. ſ. demonſtratiuũ, deliberatiuũ ⁊ iudiciale: ſed de illis tantũ acceptionibus meminit, cũ quibus genꝰ Dialecticũ habet ſimilitudinẽ.

Nota. Eſt enĩ obſeruandũ in hmõi acceptionibus ne plures multiplicentᷣ, quã q̃ ad rem pertinẽt. Comparat tñ has duas inuicẽ acceptiões: nã dicit hanc ſecundã eſſe ⁊ magis vſitatã, ⁊ ordinẽ priorẽ, quã ſit pꝛima. Magis, inquã, eſt vſitata, quia pꝛopius accedit ad ſignificationẽ noĩs: genus enim idẽ ſonat qđ generatio: quare vſitatius accipiᷣ pꝛo initio ipſo natiuitatis multorũ, quã pꝛo eorũ collectione. Collectio enim ſignificãtius appellaᷣ cognatio. Et inde ſequiᷣ ſcđm, puta ꝙ nomen generis a ſignificatione, qua ſignificat initiũ natiuitatis, deriuatum eſt ad ſignificandũ collectionẽ ⁊ cognationẽ inde deſcendentiũ. Et ideo tam Ariſt. q̃ Porphy. illã ponũt in pꝛimo loco, nõ ꝙ ſit in rei veritate pꝛima: ſed qꝛ minus pꝛopꝛia debet pꝛiori loco collocari, vt inde deſcendaᷣ ad ꝓpꝛiã, que intendiᷣ, acceptionẽ. ¶Subiũgit tandẽ Porphy. tertiã acceptionẽ. ſ. ꝙ genus eſt cui ſupponiᷣ ſpẽs, vt aĩal cui ſupponiᷣ hõ. Ad ſimilitudinẽ duarũ pꝛimarũ acceptionũ: nam ſicut genus ſcđo mõ eſt initiũ multorũ: ita genus hoc modo, puta, aĩal, eſt initiũ multarũ ſpecierũ: cõtinet enĩ in potẽtia dr̃ias plurimas per quarum ſingulas cõtrahitur ad conſtitutionẽ ſingularũ ſpecierũ. Et inde ſequiᷣ ꝙ contineat ſub ſe collectionẽ multarũ ſpecierũ ad ſimilitudinẽ pꝛime acceptionis: in cõfuſo enĩ aĩal ſignificat hominẽ, leonẽ ⁊c. Et ideo annotauit Porphy. ꝙ pꝛima acceptio deriuatur a ſecunda, vt oſtẽderet quomodo genus ex hoc ꝙ eſt initiũ conſtitutiuum ſpecierum, habet vt complectatur in ſua ſignificatione ſpecies plures.

T. ij. ¶ His igitur tribus modis.

Hec eſt ſcđa pars pꝛincipalis tex. in q̃ Porphy. explicat definitionẽ q̃d rei, puta q̃d eſt genus. Ait enĩ: ꝙ ſola tertia acceptio eſt qua Phi. vtuntur: nam alie acceptiones ad hiſtoricos potius pertinẽt: Unũ genꝰ (inq̃t) eſt qđ de pluribꝰ ſpecie differẽtibus hoc ipſo quid eſt pꝛedicaᷣ, vt aĩal. Exponit rationẽ huius definitionis cõferendo genꝰ ad reliqua pꝛedicabilia. In quo plura verba forte pꝛodigit, quam pꝛo re clariſſima fuiſſent neceſſaria. Sũma eſt hec. Eorũ que pꝛedicãtur, alia de vno ſolo pꝛedantur: vt indiuidua, veluti, Socrates: ⁊ alia pꝛedicanᷣ de pluribus. Differt ergo genus ab indiuiduis, in hoc quod pꝛedicatur de pluribus, in quo tñ cõuenit cũ ceteris oĩbus pꝛedicabilibus. Sed tñ eorũ que de pluribus pꝛedicãtur, alia pꝛedicãtur ſolũ de pluribus differẽtibus numero, alia de pluribus differẽtibus ſpecie. Idcirco in hoc qđ eſt pꝛedicari de pluribus differentibus ſpecie, differt genꝰ ab ſpecie ⁊ pꝛopꝛio, que ſolũ pꝛedicãtur de pluribus differẽtibus numero, vt tam homo, q̃ riſibile: cõuenit tñ in hoc cũ dr̃ia ⁊ accidenti. Horũ autẽ que pꝛedicantur de pluribus differentibus ſpecie, genus ſolũ pꝛedicatur in eo qđ quid, reliqua vero in eo qđ quale: puta differẽtia in eo qđ quale eſſentiale, ⁊ accidẽs in eo qđ quale accidẽtale. Unde in finẽ colligit, ꝙ cũ illa ſit bona definitio que explicat naturã definiti, illudq; ſeparat ⁊ diſtinguit a quocunq; alio, definitio illa ſignata ſit bona. Habet enim tres particulas. ſ. ꝑdicari de pluribus, per qđ differt a ſingularibus: differẽtibus ſpecie, per quod differt ab ſpecie ⁊ pꝛopꝛio: in eo qđ quid, per qđ differt a dr̃ia ⁊ accidẽti. Quare nihil cõtinet ſuperfluũ aut diminutũ. ¶Circa literam hanc ſolũ põt quis dubitare, quomõ indiuiduũ cõnumeretur inter pꝛedicabilia ſeu pꝛedicamẽta: qꝛ non pꝛedicatur niſi de ſe ſolo: ⁊ tamen idem reſpectu ſui (vt ſupꝛa adnotauimus) non eſt pꝛopꝛie pꝛedicamentũ: quia nihil ſe habet vt formã reſpectu ſui: hoc tamen in cap. de Specie, vbi conſtituiᷣ definitio indiuidui explicabitur.

## Quæſtio Vnica.

## Vtrũ definitio generis ſit bona.

A Parte negatiua arguitur pꝛimo: Definitio illa non conuenit definito: ergo nõ eſt bona. Pꝛobatur añs. Definitũ eſt ſecũda intẽtio generis: nam libellus iſte, vt dictum eſt. q. 4. pꝛologi, eſt de ſecundis intẽtionibus vniuerſaliũ: ⁊ tñ definitio Porphyrij non cõuenit ſecunde intẽtioni, ſed nature ſubtracte tali intentioni: non enĩ generalitas aut ly genus pꝛedicaᷣ de ſpeciebus, vt dicamus, hõ eſt genereitas, aut equus eſt genus, ſed aĩal pꝛedicaᷣ de illis hiſce pꝛedicationibꝰ, homo eſt aĩal, equus eſt aĩal: ergo definitio nõ cõuenit definito. ¶Scđo arguiᷣ: Genus non pꝛedicatur quidditatiue de ſpeciebus: ergo definitio nõ eſt bona. Pꝛobatur añs: pꝛimo, qꝛ genus eſt pars definitionis ſpeciei: pars vero nõ pꝛedicaᷣ de toto, nõ enĩ hõ eſt ſua materia. Pꝛeterea quia ſi pꝛedicaretur quidditatiue, id maxime eſſet, qꝛ eſt pars quidditatiue definitionis: ſed hoc non ſufficit, quia ⁊ differẽtia eſt itidẽ pars eius, ⁊ pꝛincipalior, qꝛ ſe habet vt forma, ⁊ tñ nõ pꝛedicaᷣ quidditatiue. ¶Et cõfir. Ens pꝛedicaᷣ in quid de oĩ re: ⁊ tñ non eſt genus, vt ait Porphy. cap. 2. ¶Tertio arguiᷣ: Non omne genus pꝛedicaᷣ de pluribꝰ differẽtibus ſpecie: ergo definitio nõ cõuertitur cum definito. Pꝛobatur añs: Senſibile, eſt genus ad rationale ⁊ irrationale: apparet nanq; inter dr̃ias poſſe etiã cõſtitui pꝛedicationes gñis: puta rationãle eſt ſenſibile, hinnibile eſt ſenſibile ⁊c. tñ differentie vltime nõ differũt ſpecie: qꝛ differre ſpecie ſcđm Ariſ. 5. Met. tex. 12. eſt differre definitione: ⁊ tñ vltime differẽtie non habẽt definitionẽ: qꝛ ſunt cõceptꝰ ſimplices, ⁊ nõ cõpoſiti Metaphyſice: ergo. ¶Quarto ⁊ poſtremo arguiᷣ: Si definitio eſſet bona, ſequeretur ꝙ vniuerſale eſſet genus ad quinq; pꝛedicabilia: qꝛ eſt ſuperius quidditatiue ad oĩa, cõſequens tñ eſt falſum: qꝛ alias ſequereᷣ confuſio horum vniuerſaliũ, puta ꝙ genus, ⁊ pariter dr̃ia ⁊ pꝛopꝛiũ eſſent ſpecies, nã ſunt oĩa ſpecies vniuerſalis.

¶ Duo ſunt huius queſtionis articuli. Pꝛimus circa pꝛimũ argumentũ eſt, de definito huius definitionis: alter, circa alia tria de definitionis expoſitione. A pꝛimo Nominales facile ſe expediunt dicẽtes, definitũ pꝛopinquũ illius definitionis eſſe illud nomen genus quod eſt cõmune ad hec noĩa, puta aĩal, color, figura ⁊c. que apud ipſos ſunt genera atq; adeo ſunt definita remota. Horum quidẽ pꝛimũ nos etiã cõcedimus, puta definitũ pꝛopinquũ eſſe illud nomen genus, qꝛ eſt nomẽ ⁊ ſignũ quo mediante res definitur: ſecundũ tamẽ negatur apud Reales, qꝛ vt ſupꝛa viſum eſt, illi termini non ſunt genera ſed noĩa generica. Querimus ergo hic



defini-

definitū principale pro quo ſupponat illud nomen, genus, quod ſupra diximus eſſe in rebus. Et manifeſtū eſt illud eſſe conceptū obiectiualē, puta ſignificatum formale illius noīs, genus: ſicuti definitum principale huius definitionis, animal rationale, eſt ſignificatū formale huius noīs, homo, puta homo in cõmuni. ¶ Sed ſecundo meminiſſe opus eſt ex ſuperioribus ꝙ hoc nomē, genus, de materiali ⁊ de ſubtracto ſignificat naturã illã ſeu rationē cõmunem animalis aut coloris ⁊c. de formali vero connotat ſecundã intentionē, qua res illa denominatur genus, quę habet eſſe per operationē intellectus. ¶ Eſt ergo dubium, nũquid definiat natura pro ſubtracto, an vero ſecũda intentio: nã de aggregato ex vtroq; dubitari nõ poteſt, cũ non ſit vnum ens, magis quã aggregatũ ex corpore ⁊ albedine. ¶ Atqui doctores quidã huius tēporis, qui negotiũ ſuſceperunt recitãdi potius, q̃ aut exponēdi aut examinandi opiniones, putant diuerſas eſſe hic opiniones Realiũ. Unde dicunt ſcdm Scot. hiſce definitionibus vniuerſalium definiri ſecundas intētiones: ſed ſcdm S. Tho. definiri conceptũ obiectiuũ pro ſubtracto. Ex quo inferunt ꝙ ſcdm Scotũ genus ⁊ eius definitio accipiuntur ⁊ ſupponunt pro ſecũda intētione, vt ſit ſenſus, ſecũda intentio eſt genus ⁊ prędicatur de pluribus ⁊c. ¶ Nihilo minus reſpõdetur duabus concluſionibus.

Definitur ſecunda intentio.

Prima, definitũ formale ⁊ principale huius definitionis eſt ſecunda intentio, nec de hoc inter Reales eſt aliqua differentia. Probatur, Definitio, ſicuti ſcientia, nõ eſt de particularibus: ergo nõ definitur hic, hoc aut illud genus, puta animal, aut color, ſed genus in cõmuni: ſed nihil eſt cõe omnibꝰ generibus diuerſorũ prędicamentorũ, niſi ſecunda intētio generis: ergo illa definitur. ¶ Et cõfirmatur ex ipſa forma definitionis quę datur per noīa ſecundę intētionis: Puta prędicari de pluribus, qua oſtēditur ꝙ ſicut definitũ propinquũ eſt illud nomē genus, ita definitũ principale ⁊ formale eſt ſecunda intentio quę eſt ſignificatũ formale huius nominis, ⁊ definita remotiſſima ⁊ materialia ſunt, aīal, color ⁊c. quę ſubſtant illi ſecundę intentioni. ¶ Secundo, Declaratur ⁊ manifeſte probatur concluſio: Quãdo nomen accidētis in cõcreto definit, ſignificatũ formale eſt quod illic definitur, ratione cuius definitio cõuenit ſignificato materiali. v. g. qñ enuntiamꝰ, albũ eſſe diſgregatiuũ viſus, definitur illic albedo ratione cuius conuenit niui diſgregare viſum: ſed genus eſt nomen connotatiuũ: ergo illa definitione definit ſcđa intētio quę eſt eius ſignificatũ formale, ratione cuius conuenit naturis prędicari de pluribus: aīal enĩ prędicatur de pluribus in quantum abſtrahitur per intellectũ a rationibus ſpecierũ, quę eſt intētio generis. ¶ Secunda cõcluſio: Neq; genus neq; eius definitio vllo modo accipiunt aut ſupponunt pro ſecunda intentione.

Definitio non ſupponit pro ſecunda intētione.

Probatur manifeſte. Nam qñ definit, albũ eſſe diſgregatiuũ viſus, licet definiat illic albedo, nõ tñ definit tanq̃ id qđ diſgregat, ſed tanq̃ ratio diſgregandi: ⁊ ideo neq; albũ neq; eius definitio in cõcreto ſupponit pro albedine, ſed vtrunq; denominatiue ſupponit pro niue, quę ratione albedinis diſgregat viſum: ergo eadē ratione quãuis definitione generis definitur ſcđa intentio, non tñ tanq̃ id quod prędicatur, ſed tanq̃ ratio qua genera prędicãtur: ⁊ ideo nõ ſupponit pro illa, ſed denominatiue ſupponit pro re ipſa pro qua ſupponit genus, puta, pro animali, pro colore ⁊c. Atqui hoc profecto (vt bona venia dixerim) opinionē Realiũ fecit odioſam ⁊ inintelligibilē, cum iſti coeperunt dicere ꝙ genus ſupponit pro ſecunda intentione: ⁊ q̃ ſecunda intentio prędicatur de pluribus differentibus ſpecie, qđ luce clarius falſum eſt. Nec Scotus vnquam hoc ſomniauit, vt patet in ſuis vniuerſalibus. q. 14. Sed qꝛ Scotus illic dicit definitione generis definiri ſecundam intentionē, male intulerunt iſti ꝙ genus ⁊ eius definitio ſupponit pro ſecunda intentione. ¶ Unde ad primum argumentũ principale conceditur definitum formale definitionis eſſe ſecũdam intentionē: ⁊ quando aſſumitur ꝙ definitio non cõuenit ſecundę intentioni, diſtinguitur, aut per conuenire intelligitur explicare eius naturam, negatur: ſed ſi per conuenire intelligatur ꝙ definitio prędicetur de ſecunda intentione, conceditur: volo dicere, ꝙ id quod prędicatur de pluribus differentibus ſpecie, eſt animal, aut color ⁊c. ſcilicet hoc habent in quantum ſubſtant ſecundę intentioni generis cuius natura explicatur in illa definitione. Itaque vt in ſumma dicam: definiri ſecundam intentionē, eſt definiri res in quantum ſubſtant ſecundę intentioni. Et hęc eſt doctrina Scoti loco citato, ⁊ S. Tho. de ente ⁊ eſſentia, cap. 4. ⁊ quicunque aliud dixerit non eſt audiendus in ſchola Ariſtote. Hoc autem in definitionibus cęterorum vniuerſalium eodem modo eſt intelligendum.

## ¶ Articulus ſecundus verſabitur

in expoſitione definitionis, quę duas continet particulas. 2. ⁊ 3. argumento impugnatas. Prima eſt, Prędicari in quid: ſecunda eſt, de differentibus ſpecie. Ad primi articuli euidentiam exponendũ eſt hic quid ſit prędicatio quidditatiua. Ubi Buridanus (cui Nominales ſubſcribunt vniuerſi) ait, ꝙ prędicatio directa eſſentialis eſt prędicatio duorum terminorũ, quorũ neuter cõnotat extrinſece ſuper reliquum, niſi cõnotatio prędicati fuerit ſuperior ad cõnotationem ſubiecti. Prędicatio vero quidditatiua eſt prędicatio directa duorum terminorũ de ſe inuicem, quorũ neuter cõnotat extrinſece vel intrinſece, niſi connotatio prędicati fuerit ſuperior ad cõnotationē ſubiecti. Prędicatio autē accidentalis eſt prędicatio directa duorum terminorũ, quorũ vnus connotat extrinſece ſupra reliquũ, ⁊ cõnotatio prędicati non eſt ſuperior ad connotationē ſubiecti. Exempli gratia, homo eſt rationalis, eſt eſſentialis, quia prędicatũ non cõnotat extrinſece: ſed tamen nõ eſt quidditatiua, qꝛ prędicatũ connotat intrinſece: hęc vero, hõ eſt aīal, eſt quidditatiua: qꝛ nullũ extremorũ cõnotat neq; intrinſece neq; extrinſece: ſed iſta, hõ eſt albus, eſt accidentalis: quia prędicatũ cõnotat extrinſece. Additur ſecũda particula in oībus definitionibus: qꝛ hęc prędicatio, albũ eſt coloratũ, non eſt accidentalis quãuis extrema cõnotent accidens extrinſecum ſubiecto, puta ſorti, ſed eſt eſſentialis ⁊ quidditatiua: quia connotatio prędicati eſt ſuperior ad connotationē ſubiecti, nam color eſt genus albedinis. ¶ At vero definitiones iſtę profecto manifeſtant, quam ſit cõtra naturã rerũ negare vniuerſale in rebus: nam re vera prędicari eſſentialiter ⁊ prędicari q[ui]dditatiue, vt nomē palã clamat, nihil aliud eſt quã prędicatũ, ſignificare eſſentiã ⁊ quidditatē ſubiecti: quare non poteſt conuenire terminis, niſi in ordine ad res. ¶ Igitur ex illa ſuperiori diuiſione prędicationis, in directam ⁊ indirectã, prętermiſſa prędicatione indirecta quam diximus non eſſe prędicationē niſi ſecundũ quid, prędicatio directa diuiditur in prędicationem eſſentialem ⁊ accidentalem. ¶ Prędicatio eſſentialis eſt prędicatio cuius prędicatum eſt de eſſentia ſubiecti: vt Petrus eſt homo, Petrus eſt rationalis: accidentalis vero eſt prędicatio cuius prędicatum eſt accidens ſubiecti: vt Petrus eſt albus, Petrus eſt niger.

Prędicatio eſſentialis.





¶ Prędicatio vero eſſentialis, alia eſt quidditatiua alia non quidditatiua. Prędicatio quidditatiua eſt prędicatio cuius prędicatũ dicit quid eſt ſubiectũ: ⁊ aliqđ prędicatum prędicari in quid, eſt prędicari in prędicatione quę dicit quid eſt ſubiectũ: ⁊ ita intelligũtur illa verba ſcdm tranſlationē Boetij. Genus prędicat in eo qđ quid. i. in ea oratione ſeu ratione, quę dicit quid eſt ſubm̃: qđ Argyropylus vertit, hoc ipſo quid eſt prędicat. i. genꝰ prędicat hac ipſa ratione, qua ſubm̃ eſt quid. Explicat hoc Porphy. ab effectu: id enĩ prędicat in quid, per qđ cõgrue reſpondetur ad quęſtionē, quid eſt ſubm̃: vt quęrenti quid eſt hõ, reſpõdetur ꝙ eſt aīal, nõ autē ꝙ eſt albus. Eadem ſunt verba Ariſt. 1. Topic. cap. 4. vnde ⁊ definitionē, ⁊ exemplũ ad literã deſumpſit Porphyr. ⁊. 1. Poſt. tex. 9. dicit ꝙ ea prędicata inſunt ꝑ ſe q̃ inſunt eo ipſo quid eſt ſubiectũ, vt aīal ineſt hoī. Penſato quemadmodũ apud Ariſt. qualitas prędicatiõis nõ debet explicari ꝑ cõnotationes terminorũ, ſed ꝑ res ſignificatas: illud enĩ nomē, aīal, nec eſt de quidditate neq; de eſſentia huiꝰ noīs, hõ, ſed ratio ſignificata per ly, aīal, eſt de eſſentia hõis: vnde (vt in prologo prędicamentorũ videbimus) in hac oratione, hõ eſt aīal, nõ ſolũ nomen, de noīe, ſed illa ratio ſignificata per prędicatum, prędicat principaliter de hoīe: ⁊ de illo prędicato loquimur, qñ dicimus prędicatũ eſſe de eſſentia ſubiecti: imo ꝓpterea termini prędicant eſſentialiter tanq̃ ſigna, quę ſignificant illa prędicata eſſentialia. Eadē ratione, albũ eſt coloratũ, eſt prędicatio eſſentialis ⁊ quidditatiua: qꝛ prędicatũ eſt de quidditate ſubiecti perinde atque in hac, albedo eſt color, nam prędicatio concretorũ ęſtimãda eſt penes ſignificata formalia. Quare non opꝰ eſt alia particula pro prędicatione quidditatiua prędicamenti ſubſtãtię, ⁊ alia pro prędicatione quidditatiua prędicamenti accidētis. ¶ Prędicatio accidentalis eſt cuius prędicatũ eſt accidens ſubiecti, vt corpus eſt coloratum: nam quãuis coloratũ ſit de quidditate albi, tamen vtrunq; eſt accidens corporis.

## ¶ At ſecundò notandũ eſt pro

Abſtractio duplex.

materia eiuſdē ſecũdi argumēti, ꝙ abſtractio eſt duplex, alia qua vniuerſale abſtrahit a ſuis inferioribꝰ, vt ratio hoīs abſtrahitur a conditionibꝰ ſingulariũ, ⁊ ratio aīalis a rationibus ſpecierũ. Alia eſt abſtractio qua forma abſtrahitur a ſubiecto, vt albedo abſtrahit ab albo, ⁊ humanitas ab hoīe. Prima poteſt vocari abſtractio vniuerſalis, ⁊ ſecunda formalis. Et ideo natura gñis aut ſpēi põt accipi vt ſignificatur in abſtracto, vel vt ſignificatur in cõcreto. Et primo mõ nec eſt genꝰ nec ſpēs: illa ratione quã quęſtione tertia ꝓlogi adduximꝰ, vz, qꝛ nõ prędicatur de ſuppoſito: iſtę enim ſunt falſę, hõ eſt humanitas, hõ eſt aīalitas. Doctrina eſt S. Thom. de ente ⁊ eſſentia, cap. 4. ⁊ Aui. 5. Met. c. 6. dicētis, ꝙ rõnalitas nõ eſt differentia ſed differētię principiũ. Et eadē ratione humanitas nõ eſt ſpecies nec aīalitas eſt genus, ſed eſt principium. i. forma, qua aīal eſt aīal. Nec intelligas aliud myſteriũ niſi ꝙ propter modũ ſignificandi, animal non eſt animalitas. Quocirca naturę in abſtracto dicuntur quidē natura generis, ⁊ natura ſpeciei, non tñ ſunt genera nec ſpecies. ¶ Atqui tertio notandũ, ꝙ aīal vt intelligat in cõcreto accipit vno modo cum pręciſione oīm aliorũ. Id eſt, vt ſignificat naturã ſenſitiuã quatenus abſtractã a rationalitate, ſicut abſtraheres albedinem a dulcedine lactis: ⁊ tũc nõ eſt de eſſentia rationalitatis, ſed rationalitas addit ſupra illam nouũ gradũ. Et iſto modo accipitur, qñ dicimꝰ quod genus nec eſt de eſſentia differētię, nec differētia de eſſentia generis: ⁊ Ariſt. 4. Topi. c. 2. dicit ꝙ differētia nõ participat genus. Sed hoc modo nõ prędicat de hoīe, qꝛ habet ſe quodammõ ſicut pars illius. Alio modo accipit (vt eadē quęſtione diximꝰ) vt ſignificat formaliter naturã ſenſitiuã nihil pręſcindendo ſed in confuſo ſignificãdo, abſtrahendo abſtractione vniuerſalis omnē naturã ſenſitiuã, quę in hoīe eſt humanitas, ⁊ in equo equinitas ⁊c. ⁊ iſto mõ eſt genus. ¶ Per hęc palã fit ſenſus verborũ Ariſt. 8. Met. tex. 9. ⁊ tex. 15. quę cap. de differētia refert Porphy. ſ. genus ſumit a materia, differētia vero a forma: non enĩ eſt ſenſus ꝙ genꝰ ſignificet ſolã materiã cõpoſiti ⁊ differentia ſolã formã, vt loco citato ⁊ alibi ſępe exponit S. Tho. Sed intelligit ꝙ id a quo ſumitur ratio generis habet ſe vt mã reſpectu illius a quo ſumit ratio differentię, vt natura ſenſitiua habet ſe vt materia reſpectu naturę rationalis: determinat enĩ eſſe ſenſitiuũ per rationale ad eſſe hoīs. Et eodem modo natura viuētis per ſenſitiuã determinat ad eſſe aīalis, ⁊ natura corporis determinatur per animatum ad eſſe viuētis: ad modũ quo in cõpoſito naturali materia determinat per formã, ad eſſe huius aut illius ſpeciei.

Genus ſumitur a materia.

¶ Ex his patet ſolutio ſecundi argumēti. Negat enĩ ꝙ genus ſit pars ſpeciei oīno ſicut materia eſt pars compoſiti: ſed dicit pars, qꝛ natura quã ſignificat cõtrahitur per differentiã: nihilo minus in cõfuſo genus ſignificat totũ qđ eſt in ſpecie ⁊ indiuiduo: ⁊ ideo formaliter prędicat de oībus inferioribus vſq; ad indiuiduũ. Et pariter dĩa, puta rõnale, in cõfuſo ſignificat ⁊ genꝰ ⁊ totũ cõpoſitũ ex genere ⁊ dĩa: ⁊ ideo rationale itidē prędicat de aīali ⁊ de hoīe. ¶ Sz reſtat tũc ſcđa pars argumēti, cur dĩa nõ prędicat quidditatiue poſtq̃ eſt pars eſſentialis definitionis quidditatię. Arguit enĩ ſic, Definitio prędicat quidditatiue de ſpecie, vt hõ eſt aīal rationale: ergo vtraq; pars prędicat quidditatiue de eadē ſpecie. ¶ Reſpõdetur ꝙ ꝓpter hoc argumentũ Ariſt. cõcedit. 7. Topico. cap. 4. ꝙ dĩa prędicat etiã quidditatiue. Nihilo minus. 4. Topic. cap. 6. ⁊. 5. met. text. 19. dicit ꝙ dĩa ſignificat qualitatem ⁊ prędicat in eo qđ quale. Et ratio eſt, qꝛ dĩa eſt actꝰ ⁊ forma generis, ⁊ quicquid ſe habet vt forma, quodãmodo dicit qualitas, ⁊ id qđ ſe habet vt materia, habet ſe vt quid reſpectu ſubiecti: ſed dĩa eſt qualitas ſubſtantialis. Et ſumit hoc ex ſimilitudine ex artificialibus: ſi enĩ quęratur quid eſt ſcamnũ, reſpõdetur ꝙ eſt lignũ: ſed ſi quęratur quale lignũ, reſpondet ꝙ eſt lignũ ſic figuratũ. Eadem ꝓportione ſi quęrat quid eſt hõ, reſpõdetur ꝙ eſt aīal: ſi quęratur quale aīal, reſpõdetur ꝙ eſt rationale. ¶ Ad cõfirmationē ampla eſt reſpõſio in prędicamentis, cap. 4. vbi demõſtratur quibus rationibus ens non eſt genus nec proprie prędicat in quid de creaturis. ¶ Circa materiã tertij argumēti notãdum eſt ex Ariſt. 5. met. tex. 12. ꝙ aliqua differre ſpecie nihil aliud eſt q̃ differre definitiõe. Cuius ratio eſt (vt ait illic S. Tho. lectione. 6.) qꝛ nihil definitur niſi ſpecies: indiuiduũ enĩ, vt. c. ſequēti videbit, non habet propriã definitionē quidditatiuã. Nec genus generaliſſimũ definitur tali definitione vt in prędicamētis. c. 4. videbimus. Et genera ſubalterna non definiunt in quãtum genera, ſed in quantũ ſunt ſpecies: nã viuēs ſenſibile, nõ eſt definitio animalis in quantũ eſt genus hoīs, ſed in quantũ eſt ſpecies viuentis, qđ per ſenſibile contrahit ad eſſe animalis. ¶ Ex quo ſequitur, Quod in definitione generis nõ accipitur ſpecies pro ſpecie ſpecialiſſima, ſed indifferēter pro ſpecialiſſima ⁊ ꝑ ſubalterna: corpus enĩ eſt genus, qꝛ prędicatur de corpore animato ⁊ inanimato in quantũ differũt ſpecie: nã quãuis prędicet etiam de hoīe ⁊ equo, illud eſt mediate. ¶ Sequitur

ſcđo (in quo multi decipiūtur) ꝙ nullū genus prędicatur de pluribꝰ differētibus genere: qꝛ illa genera quę continētur ſub eodē prędicamēto non differunt gñe, ſed ſpecie. i. definitione. Unde illa ſolū differūt genere (vt illic inquit Ariſt.) quę differunt prędicamenti figura. i. quibus nullū genus eſt cõe, vt ſunt decē generaliſſima. ¶Secundo notandū eſt, ꝙ ſcđm Nominales definiētes prędicatiões eſſentiales per cõnotationes terminorū ſubſequēter concedunt, ꝙ differētia ſuperior eſt genus differentię inferioris, ⁊ ita cõſtituunt rectā lineā, rationale, ſenſibile, animatum ⁊c. Jmo Albertus quodāmodo etiā concedit ꝙ ſenſibile prędicat̃ quidditatiue de rationali, ⁊ Boetius concedit ꝙ aĩal prędicatur de rationali ſicut̃ de homine. ¶Nihilo minus exiſtimo ꝙ nulla differētia prędicatur de alia quidditatiue, ſed quodāmodo eſſentialiter mediate. Probatur. Nā rationale (vt videbimus in prędicamētis. c. 4.) nõ cõſtat ex genere ⁊ differētia, ſed eſt ſimplex cõceptus obiectiuus cõtrahens animal ad eſſe hoĩs. Alias ſi rationale conſtaret ex genere ⁊ differētia, rurſus illa ſecunda differētia conſtaret ex alio genere ⁊ alia differētia, ⁊ ſic eſſet proceſſus in infinitū. Et ideo differētia nõ habet definitionē quidditatiuā, ⁊ per conſequens proprie nõ differt ſpecie ab alia differētia: ſed eſt id quo ſpecies differt ab alia ſpecie. Attamē differentia ſuperior, puta ſenſibile, eſt de eſſentia aĩalis, ⁊ aĩal de eſſentia hoĩs, de cuius eſſentia eſt etiā rationale. Et ideo ſenſibile quodammodo mediate prędicat̃ eſſentialiter de rationali, ſed improprie diceretur prędicatio alicuius prędicabilis. Unde ad tertiū argumētum negatur ꝙ ſenſibile prędicetur quidditatiue de rationali. Quin imo ſola illa prędicata q̃ cõſtituūtur in recta linea prędicantur q̃dditatiue: differētię vero quę ponuntur ad latus prędicant̃ ſolū eſſentialiter, nõ de ſe inuicem, ſed de prędicatis q̃ ponunt̃ in recta linea. Quare hęc noĩa, materia, forma, pūctū, vnitas, angelus, nõ ſunt ſpecies de quibus aliquod genus prędicetur quidditatiue: qꝛ materia non eſt ſubſtātia, ſed pars ſubſtātię: ⁊ cętera nõ ſunt quantitates, ſed punctū eſt principiū quantitatis cõtinuę, ⁊ vnitas, quantitatis diſcretę, ⁊ angulus, figurę.

## ¶ Ad quartum demum argu.

Conceditur ꝙ vniuerſale eſt genus ad quinque prędicabilia: quemadmodū eñ aĩal, dicit̃ vnā cõmunem rationē ad oĩa aĩalia, ⁊ genus dicit vnā rationē communē ad oĩa gñaꝛ ita vniuerſale dicit vnā rationē cõmunem ad quinqꝫ prędicabilia, q̃ eſt eſſe in pluribus ac proinde prędicari de pluribus, abſtrahendo ab hoc quod eſt prędicari eſſentialiter vel accidentaliter, in quid, vel in quale, de differentibus ſpecie aut de differentibus numero. Sed eſt differētia ꝙ ratio aĩalis eſt prima intentio ⁊ cõueniens primis intētionibus. i. eſt proprietas conueniens rebus ex natura rei: ſed ratio generis eſt ſcđa intentio accidētaliter attributa primis intentionibus. Jntentio vero vniuerſalitatis, eſt ſcđa intentio conueniēs itidē ſecundis intētionibus tanꝙ genus ſuis ſpeciebus. Unde ſicut, hõ eſt ſpecies aĩalis: ita ⁊ genus, ⁊ quodcunqꝫ prędicabile, eſt ſpecies vniuerſalis. Et ſicut in hac, homo eſt ſpecies, ſubm̃ ſupponit ſimplicit̃: ita ⁊ in hac, genus eſt ſpecies, ſubm̃ non ſupponit pro hoc vel illo genere, ſed pro genere in cõi. ¶Haud neſcio eſſe, q̃ credāt vniuerſale nõ eſſe genus, qꝛ ęquiuoce dicitur de vniuerſalibꝰ prędicamēti ſubſtātię ⁊ vniuerſalibus prędicamēti accidētis, ſicut ens dicit̃ de illis prędicamētis ęquiuoce, nihilo minus exiſtimo in cõtrariū ꝙ hęc noĩa, vniuerſale, genꝰ, ſpecies ⁊c. vniuoce prędicantur de oĩbus vniuerſalibus. Nam quāuis accidētia nõ ſint per ſe, ſicut ſubſtātia nihilominus genera accidentiū eodem modo prędicantur de ſuis inferioribus, quo genera ſubſtantię, de ſuis. ¶Unde ad argm̃ qđ id ſeſe ſtatim offert: Genus ⁊ ſpecies ſunt diſtincta prędicabilia: ergo genus non eſt ſpecies, ⁊ per ꝯñs illa eſt falſa, genus eſt ſpecies vniuerſalis. Reſpondetur ꝙ amphibologia inde exorit̃ ꝙ hęc noĩa ſecūdę intētionis, non ſolū attribuūtur rebus primę intentionis, ſed etiā ipſis ſecundis intentionibus, vt modo dicebamus. Enimuero ſicut̃ homo, aut leo eſt ſpecies aĩalis: ita genus ⁊ alia prędicabilia ſunt ſpecies vniuerſalis. Et ideo ĩ hac prędicatione, genus eſt ſpecies, poteſt vtrũqꝫ extremū accipi ſimpliciter, ⁊ tunc illa eſt falſa, qꝛ nõ eſt eadē intentio generis ⁊ ſpeciei, ⁊ ideo nihil in quantū genus eſt ſpecies. Et in hoc ſenſu genꝰ ⁊ ſpecies ſunt diſtincta prędicabilia. Poteſt ſecundo accipi propoſitio, vt ſubm̃ ſupponat ſimpliciter, ⁊ prędicatū perſonaliter: ⁊ hic ſenſus eſt verus. Eſt enim id dicere, ꝙ genus eſt quędā ſpecies contenta ſub vniuerſali. Nominales aiūt, ꝙ ſi vtrũqꝫ extremū ſupponat materialiter illa eſt falſa: ſi vero ſubm̃ ſupponat materialiter ⁊ prędicatū perſonaliter, eſt vera. ¶Poſtremo poſſet hic quiſpiā interrogare an definitio generis ſit proprie quidditatiua. Scot. q. 15. de vniuerſalibus putat eſſe quidditatiuā definitionē: nempe in qua prędicari de pluribus, eſt genus quod contrahitur per alias duas particulas. ſ. de pluribus differētibus ſpecie, in eo qđ quid, tanꝙ per proprias differentias. ¶Et parū profecto refert an dicat̃ quidditatiua definitio necne: tametſi ſignificantius loqueretur, qui diceret hanc definitionē explicare ꝓprietatē ⁊ paſſionē generis, ꝙ̃ quidditatē. Etenim natura vniuerſalis eſt eſſe in pluribus. i. habere vniformē rationē ad plura, quod habet per abſtractionem intellectus: ⁊ inde fluit tanꝙ paſſio, prędicari de pluribus: ſicut ex natura hoĩs fluit riſibile. Quare potius eſt deſcriptiua definitio, ſicut ſi homo definiretur per riſibile. Uoluit enim definire genus Porphyrius per proprietatem nobis notam: definitio tamen quidditatiua eſſet: Genus eſt vniuerſale, qđ eſt in pluribus differentibus ſpecie per vniformem rationem ad eorum quidditatem. Cętera quę de genere poſſunt hic in dubium venire, in prędicamētis ⁊ maxime in cap. 4. ⁊. 5. aptius diſputabuntur.

## DE SPECIE. CAP. II.

SPECIES autem dicitur quidem, & de vniuſcuiuſq; forma: qua ſignificatione dici ſolet, præſtantiſſimam formam dignam eſſe imperio. Dicitur autem & de eo, quod ſub aſsignato genere collocatur: qua ſignificatione hominem quidē ſpeciem animalis dicere cõſueuimus, quod quidem eſt genus: album autem ſpeciem coloris, & triangulum figuræ ſpeciem, ſimili modo ſignificat. Tex. ij. ¶Quòd ſi genus aſsigñantes, mentionem fecimus ſpeciei, genus id eſſe dicentes, quod de pluribus differentibus ſpecie, hoc ipſo quid eſt prædicatur: & nunc id eſſe dicimus ſpeciem, quod






quod ſub aſsignato genere collocatur: ſciēdum eſt, cùm & genus alicuius ſit genus, & ſpecies alicuius ſit ſpecies, alterū alterius, vtrunq; vtriuſque definitionibus adhibere neceſſe eſſe.

Tex. iij. ¶Aſsignant igitur ſpeciem & hoc modo: Species eſt id quod ſubiicitur generi, & de quo genus hoc ipſo quid eſt prædicatur. Inſuper hoc etiam pacto, ſpecies eſt id, quod de pluribus differentibus numero, hoc ipſo quid eſt prædicatur. Verum hæc quidem aſsignatio

 ipſius

ipſius, erit infimæ ſpeciei, & quæ tantummodò ſpecies eſt: cæteræ verò & hiſce competent, quæ non infimæ ſunt.

Tex. iiij. ¶ Atq; id quod dicimus, hoc pacto fuerit manifeſtũ: In vnoquoq; prædicamento ſunt quædam ſumma genera & quædam infimæ ſpecies: & inter hæc media quædam ſunt, quæ genera eadem ſpeciesque dicuntur. Eſt autem id quidem ſummum genus, ſupra quod nullum omninò genus tranſcendit: infima verò ſpecies ea, ſub qua nulla prorſus alia ſpecies collocatur. At inter hæc, ſummum inquam genus, ſpeciemq; infimam, ſunt alia quæ genera ſunt eadẽ ſpeciesq; non eiuſdem tamen, ſed diuerſorum reſpectu. Explicetur autem id quod diximus vno in prædicamẽto dilucidumq; fiat, hoc pacto. Subſtantia eſt quoddam & ipſa genus, vt patet: atq; ſub ipſa quidem eſt corpus, ſub corpore verò eſt animatum corpus, ſub quo animal cadit. Sub quo rurſus animal particeps rationis eſt, ſub quod homo cadit: ſub hunc Socrates, Plato, ſinguliq; homines collocantur. Horum igitur ſubſtantia quidem genus ſummum, maximeq; patens eſt, ſolumque genus: Homo verò ſpecies ima, & ſpecies ſolùm. At corpus ſpecies quidem eſt ſubſtantiæ, genus autem corporis animati: Animatum verò corpus, ſpecies quidem eſt corporis, genus autem animalis: rurſus Animal, ſpecies quidem eſt animati, genus autem animalis participis raeionis. Homo verò ſpecies quidem eſt animalis participis rationis, genus autem hominum ſingulorum non eſt, ſed ſpecies ſolùm. Atque omninò id omne quod eſt ante indiuidua & de ipſis ſine vllo medio prædicatur, ſpecies erit duntaxat, & nullo modo generis rationem ſubibit. Vt igitur ſubſtantia, quia ſupremũ eſt, præterea quòd nihil eſt ante ipſam, genus eſt ſummum, vti diximus: ſic & homo, quia ſpecies eſt, ſub qua nulla ſpecies prorſus, nec quicquam eorum quæ diuidi in ſpecies poſſunt, ſed indiuiduorum (indiuiduum enim Socrates, & Plato, atque hoc album eſt) ſpecies erit profectò ſolũ, ac vltima ſpecies, ſpecialiſſimaque ſpecies, vt diximus. Media verò ſpecies eorum quidem erunt, quæ ſunt ante ipſa: genera autem eorum, quæ ſub ipſa ſunt collocata.

Tex. v. ¶ Quare hæc quidem duos habent reſpectus, vnum ad ea quę antecedunt, quo ſpecies: alterum ad ſequentia, quo genera illorum eſſe dicuntur. Extrema verò vnum habent duntaxat: ſummum enim genus ad ea quidem, quæ ſunt ſub ſe collocata reſpectum habet: eſt enim genus, vt patet: ad ſuperiora verò nullum profectò habet: cùm ſupremum ſit genus, & vt principium primum, atque (vt diximus) id, ſupra quod nullum inueniri genus omninò poteſt. Ima quoq; ſpecies vnum habet reſpectum. Habet enim ad ſupera, quorum ſpecies dicitur: ad infera verò non diuerſum habet, ſed indiuiduorum ſpecies dicitur. Atque indiuiduorum quidem ſpecies dicitur, vt continens ipſa: ſuperiorum autem rurſus ſpecies appellatur, vt continetur ab illis.

Tex. vj. ¶ Definiunt igitur genus ſummum ſic, quod genus cùm ſit, non eſt ſpecies: & rurſus, ſuprà quod nullum aliud omninò genus tranſcendit, Speciem verò imam hoc pacto: quæ ſpecies cùm ſit, non eſt genus: & rurſus, quæ ſpecies cùm ſit, alias in ſpecies diuidi nequit. Et inſuper, quæ de pluribus differentibus numero, ipſo quid eſt prædicatur. Media verò, quæ his interiacẽt, alia aliorum alternis genera ſpeciesq; vocant: atq; vnumquodq; ipſorum ſpeciem eſſe genusq; ſtatuunt, non reſpectu tamen eiuſdem ſed diuerſorũ, Ea enim quæ ante ſpeciem imam vſque ad ſummum genus aſcendunt, & ſpecies & genera alternis dicuntur: vt Agamemnon, Atrides. & Pelopides. & Tantalides, ac tandem Iouis filius. Verùm in familiis quidem ad vnum velut Iouem, plerunque principium ipſum reducitur: in generibus autem non ità res ſeſe habet. Non enim ipſum ens, vnum omnium genus commune eſt, nec vniuerſa generis eiuſdem ſupremo, ſcilicet, in genere, vt Ariſtoteles inquit euadunt: ſed vt in prædicamentis prima genera decem, quaſi principia decem prima ponantur: Etſi enim omnia quis entia vocauerit, æquiuocè (inquit) & non vniuocè vocabit. Nam ſi ipſum ens commune omnium genus eſſe, vniuocè vniuerſa profectò entia dicerentur. Cùm autem ſint decem prima, communicatio nomine tantùm, haud verò & ratione, ad id nomen accommodata eſt.

Textus. vij. ¶ Genera igitur ſunt ſumma quidem decem: ſpecies autem imę numero quidem ſunt aliquo, at non infinito. Indiuidua verò quæ ſub imis collocantur, ſunt infinita.

¶ Quapropter deſcendere à ſummis vſque ad ima Plato iubebat, ibique ſtare: deſcẽdere verò per media, differentiis ſpecificis diuidẽtes, infinita autem omittere: neque enim cadere ſub ſcientiam poſſe. Cùm igitur ad imas deſcendimus ſpecies, tranſire per multitudinem diuidendo neceſſe eſt: at cùm ad ſumma aſcendimus genera, in vnum multitudinem ipſam colligamus oportet. Species enim in vnam naturam multa congregat, & magis id etiam genus. Particularia verò ac ſingularia vnum econtrà in multa ſemper diuidere videntur. Speciei quippe communicatione, homines complures homo vnus ſunt: at vnus atque communis, ipſis particularibus plures. Singulare nanque diuiſiuum

ſemper



ſemper eſt: ipſum vero commune, collectiuum, vnius ſuapte natura efficax. Aſsignato verò genere, ſpecieque, quidnam vtrunque ipſorum ſit, cùm genus ſit vnum, ſpecies verò plures (diuiſio nanque generis in ſpecies plures ſemper eſt) genus quidem ſemper de ſpecie prædicatur, omniaque omninò ſupera de inferis ſemper dicuntur: ſpecies verò neque de propinquo ſibi genere, neque de vllo ſupero prædicatur: non enim conuertitur. Nam aut paria de paribus, vt hinnibile de equo: aut maiora de minoribus, vt animal de homine, prædicetur oportet: minora verò de maioribus non oportet: non enim animal hominem eſſe dixeris, qualiter hominem animal eſſe dicas. Atque de quibus ſpecies prædicatur, de his & ſpeciei genus, & genus etiam generis, vſque ad ſummum genus neceſſariò prædicatur. Nam ſi verum eſt dicere, Platonem hominem, & hominem animal, & animal ſubſtantiam eſſe: verum, & Platonem animal dicere, & ſubſtantiam. Cùm enim ſupera ſemper de inferis prædicentur, ſpecies quidem de indiuiduo, genus autem de ſpecie ac indiuiduo: ſummum verò genus & de genere, vel de generibus, ſi plura media ſubalternaque ſint, & de ſpecie atque indiuiduo prædicabitur. Summum enim de generibus, & ſpeciebus, ac indiuiduis omnibus prædicatur: illud autem quod eſt ante imam ſpeciem genus, de vniuerſis imis ac indiuiduis dicitur: ea verò quæ eſt ſolùm ſpecies, de omnibus indiuiduis prædicatur: indiuiduum autem de vno ſolo particulari.

Text. 8. ¶ Indiuiduum autem dicitur Socrates, & hoc album: atque hic accedens Sophroniſci filius, ſi ſolus Socrates illi filius eſt. Indiuidua igitur ex eo talia dicuntur, quia ex proprietatibus quidque conſtat, quarum idem aggregatum nunquàm in alio fiet. Socratis nanque proprietates nullo in alio particulari eædem fient. Hominis autem, communis dico, proprietates eædem in pluribus, imò verò in omnibus particularibus hominibus, quatenùs homines ſunt, fiunt atque inueniuntur. Indiuiduum igitur à ſpecie, & ſpecies à genere continetur. Genus enim eſt quoddam totum, indiuiduum autem pars. At ſpecies & totum, ac etiam pars eſt: ſed vt pars quidem ad aliud, vt totum autem non ad aliud dicitur, ſed in alijs. Totum enim in ipſis partibus eſt. De genere igitur atque ſpecie, & quidnam ſit ſummum genus, & quid ima ſpecies, & quæ ſint eadem genera ſpeciéſve, quæ præterea ſint indiuidua, & quot modis genus ſpeciesq; dicantur, ſatis iam explicauimus.

ALio ordine enumerauit in prologo Porphyrius vniuerſalia aliumq; ſeruat in eorum tractatu: dum illic differẽtiam collocauit ante ſpeciem, hic vero ſpeciem anteponit differentię. Quod non caſu, ſed conſulto fecit. Ordo enim naturalis erat, vt de differẽtia priuſquã de ſpecie diceretur: coonſtat enim ſpecies ex genere & differentia, tanquã materia & forma: & rectus ordo ſcientiarum eſt, vt cognitio totius a cognitionibus partium proficiſcatur. Quemadmodum Ariſtote. primo Phyſicorum cognitionem rei naturalis ab his (quibus res naturalis conſtat) principijs exorditur. At vero quia ſpecies & genus relatiue inuicem dicũtur, & relatiua ſimul ſunt cognitione, neceſſariũ duxit Porphyrius, poſt genus proxime de ſpecie dicere: vtpote ꝙ alterum per alterum mutuo definiatur. Quamuis & aliam rationem adijciat Auicen. puta ꝙ ſpecies actu contineat intra ſe genus, differentia vero ſit extra eſſentiã generis: ſicut materia eſt de eſſentia cõpoſiti, non tamen de eſſentia formę: & ideo ſpecies eſt propinquior generi, ꝙ differentia. Et poteſt tertia ratio accumulari: quia prędicatio ſpeciei cum ſit quidditatiua, nobilior eſt, quã prędicatio differentię, quę prędicatur in eo quod quale.

¶ Tria ſunt membra huius capitis. In primo ſtatuũtur & acceptiones & definitiones ſpeciei: in altero diſponitur ſeries & arbor prędicabilium, in qua vnum eſt ſupremum genus, aliud infima ſpecies, atque alia in medio genera ſubalterna. In tertio denique & poſtremo membro definitur indiuiduũ, quod eſt ſubiectum prędicatorum omnium. Prima pars continet tres textus: ſecunda quatuor: vltima vero vnicum, atq; adeo in toto capite ſunt textus octo.

Tex 19. ¶ Species autem dicitur &c. Quemadmodũ fecit Porphyrius ſuperiori capite, ita hic non connumerat omnes acceptiones ſpeciei (accipitur enim & apud Grammaticos, pro ſpecie primitiua & deriuatiua: & apud Dialecticos pro ſpeciebus cognoſcitiuis, aut ſenſuum, aut intellectus) ſed eius tantum acceptionis realis et vulgaris meminit, cuius ſimilitudine accipitur ſpecies ſecundũ Dialecticos. Species ergò accipitur dupliciter, vno modo vt ſignificat intẽtionem primam: alio modo, vt eſt nomen ſecundę intentionis. Quod dicunt, primę intentionaliter, & ſecũdę intẽtionaliter. Primo modo accipitur pro vniuſcuiuſq; rei forma. i. pro forma a qua res dicitur formoſa & ſpecioſa, vt eſt illud, ſpecioſus forma prę filijs hominũ: & illud, formoſum paſtor &c. Sed circa exemplum tex. literę adnotandum eſt, ꝙ litera Gręca ſic habet, proton eidos axion tyrãnidos, id eſt, prima ſpecies digna eſt imperio. Boetius vero quem Albertus & fere doctores ſequũtur, nõ dixit, prima, ſed Priami, vel quia in aliquo exemplari Gręco ita reperit: vel vt ad infelicitatem Priami alluderet, qui cũ eſſet forma prętantiſſimus, atq; adeo dignus cenſeretur imperio, iniqua tamen fortuna regno cecidit Troianorum. Commentator vero legit, vt litera Gręce iacet, prima ſpecies, quamuis mendoſi codices habeant, primi ſpecies. At vero Argyropylus ſignificãtius forte tranſtulerit prętantiſſima ſpecies: nam proton, id etiam ſignificat, quod prętantiſſimum. Dicitur aut prętantiſſima hominis ſpecies imperio digna: tum quia vt ex Ariſtote. 2. de anima & primo Rhetoricorum colligitur, lineamenta corporis, internę virtutis animi indicia ſunt: tum etiam quia & corporis prętantia permultum commendat virtutem principis, & cuiuſuis ma-

giſtratus:eſt enim (vt ait poeta) Gratior ⁊ pulchro veniens in corpore virtus. ¶ Secundo modo accipitur ſpecies vt eſt nomen ſecundę intẽtionis. Et eſt illud quod ponitur ſub aſſignato genere. Sub aſſignato genere, id eſt, ſub genere quod ſuperiori capite definitum eſt. Aut ſub aſſignato, id eſt, ſub certo ⁊ determinato genere, ad denotandum ꝙ non ſub ſingulis generibus ſunt ſpecies ſingulę, ſed ſub vno certo genere continentur multę ſpecies: ſunt enim homo ⁊ equus ⁊c. ſpecies animalis. Tex. 2. ¶ In ſecundo tex. excuſat ſe ſtatim Porphyrius, ꝙ non debeat ſibi vitio dari, ſi cum genus definierit per ſpeciem, iam modo ſpeciem viciſſim definiat per genus: vbi videtur circulo vti contra artem definiendi: reſpondet enim ꝙ cum genera ⁊ ſpecies dicantur correlatiue, animal enim eſt genus hominis, atq; homo ſpecies animalis, neceſſarium eſt naturam generis exponi per ordinem ad ſpeciem, ⁊ naturam ſpeciei explicari per ordinem ad genus. Vbi queſtio diſputanda foret, vtrum vnum relatiuũ debeat definiri per reliquum: ſed queſtio hęc reponenda eſt vſq; ad prędicamentum relationis: vbi ait Ariſtote. ꝙ ſi quis vnum correlatiuorum definire ſcit, ſimul ſcit et alterum. Nunc autem ſupponendum interim eſt, ꝙ cum res ſicut ſe habent ad eſſe, ita ſe habeant vt cognoſcantur. 2. meta. tex. 4. ⁊ eſſe relatiui ſit eſſe ad aliud (eſſe enim patrem nihil aliud eſt quã habere habitudinem ad filium) fit vt conditio ⁊ proprietas vnius relatiui non explicetur niſi per ſuum correlatiuum: pater enim eſt ille qui habet filium, et filius ille, qui habet patrem, ſicuti eadẽ eſt vna a Thebis ad Athenas, ⁊ ab Athenis ad Thebas. An vero illa ſit propria definitio, illic diſputabitur. Hoc tamen hic admonuerim, ꝙ forſan correlatiuum poſſet perſpicatius exponi non per aliud formaliter, ſed per fundamentum alterius. At ſi dicas pater eſt animal quod genuit ſibi ſimile in ſubſtantia, ⁊ filius eſt animal quod a ſibi ſimili genitum eſt, atque adeo genus eſt vniuerſale, quod alteri vniuerſali ſuperpoſitum eſt: ſpecies vero vniuerſale quod ſub alio poſitum eſt.

¶ Et dicitur ſpecies hoc ſecundo modo ad ſimilitudinem ſpeciei realiter: nam quemadmodum forma ⁊ pulchritudo rei eſt eius perfectio, ⁊ per illam perficitur informitas materię: ita cũ genus dicat quid confuſum, ⁊ in potentia ad plures ſpecies, per differentiam actuatur ad perficiendam ſpeciem. Sicut enim ęs (inquit Boetius) accepta forma tranſit in ſtatuam, ita genus accepta differentia tranſit in ſpeciem ⁊c. Vnde vulgares Latini prius impoſuerunt nomen ad ſignificandum formam ⁊ pulchritudinem cuiuſq; rei, ⁊ inde philoſophi, ⁊ dialectici tranſtulerunt nomen ad ſignificandum ſpeciem quę eſt ſub genere. Text. 3. ¶ Aſſignant igitur ſpeciem. Subſequenter in. 3. tex. Porphyrius aſſignat duas definitiones ſpeciei: non enim ſunt tres, vt expoſitores plurimi cenſent: ſed certe, vt inquit Auicenna, tantum ſunt duę. Vna quę definit ſpeciem per reſpectũ ad ſuperius genus, ⁊ alia quę definit ſpeciem per habitudinem ad inferiora indiuidua. Prima definitio eſt, ſpecies eſt id quod ſubiicitur generi, ⁊ de quo genus hoc ipſo quid eſt prędicatur: ſecunda nanq; particula eſt prioris expoſitio.

Definitiones ſpẽi.

¶ Altera definitio eſt, ſpecies eſt quod de pluribus differentibus numero hoc ipſo quid eſt prędicatur. Vbi notandum eſt primo ꝙ genus, inquãtum genus nõ dicit niſi vnicam habitudinem, puta ad inferiora de quibus prędicatur, ſicut neq; indiuiduum dicit, niſi vnicam habitudinem ad ſuperiora, quibus ſubiicitur. Species vero, inquantum ſpecies, dicit duas habitudines: ſcilicet ſubiici generi ⁊ prędicari de indiuiduo. Eſt enĩ homo, ſpecies animalis, ⁊ ſpecies Petri: ⁊ ideo vtroq; modo definitur. Sed tamen ſpecies nõ habet, vt ſit vnum quinq; vniuerſalium per reſpectum ad genus, ſed per reſpectum ad indiuidua: eſſe enim vniuerſale nõ eſt ſubiici, ſed p̃dicari. Ob idq; dignior acceptio ſpeciei eſt qua comparatur ad indiuidua, ⁊ ſcdm hanc acceptionem impoſitum eſt ei primo nomen ſpeciei. Et ideo acceptio ſpeciei reſpectu generis pręcedit in textu tãquam imperfectior ⁊ minus propria. ¶ Vnde ſubiũgit Porphy. ꝙ definitio prior conuenit ſpeciei in vniuerſum, ſiue ſit ſpecialiſſima, ſiue ſubalterna: poſterior vero tantum conuenit ſpeciei ſpecialiſſimę, quę ſimpliciter dicitur ſpecies: nã ſpecies quę ſunt genera, non dicuntur ſimpliciter ſpecies: ſed ſpecies ſubalternę.

## Tex. 4. ¶ Atq; id quod dicimus.

Hęc eſt ſecunda pars text. in qua diffuſe admodum diſponitur ſeries ⁊ arbor prędicabilium, quę generaliter in tria diſtinguuntur: puta ſupremum genus quod dicunt generaliſſimum: infimã ſpeciem, quam dicunt ſpecialiſſimam: ⁊ media, quę ſunt ſpecies ⁊ genera ſubalterna. Atq; licet arbor hęc quocũq; in prędicamento ordinari poſſet, explicatur tñ in prędicamento ſubſtãtię quod eſt omnium digniſſimũ. ¶ Vbi adnotandum eſt primo, ꝙ apud Porphyri. ſex ſunt vniuerſalia in recta linea diſpoſita, puta, ſubſtantia, corpus, corpus animatum, animal, animal rationale, homo, ſub quo ponuntur indiuidua, Petrus, Paulus ⁊c. ⁊ quidem corpus animatum, ⁊ animal rationale, potius habẽt formã definitionum quã ſpecierum aut generũ: verũ tñ nominum inopia in cauſa eſt, vt corpus animatũ, accipiatur vice noĩs ſimplicis ⁊ abſoluti, qđ ſit genus oĩm viuentium, puta animaliũ ⁊ plãtarũ: loco cuius nos ſubſtituimus viuẽs, vt gerat vicem nominis abſoluti. Itidem, animal rationale, poſitum eſt a Porphy. loco nominis ſimplicis ⁊ abſoluti, qđ ſit genus hominum corporũq; coeleſtiũ ⁊ ſupracoeleſtiũ ſubſtantiarum. Fuit enim Porphy. (vt in prologo adnotauimus) Stoicus magis ⁊ Platonicus, quã Ariſtotelicus: atq; adeo in illo fuit errore Stoicorũ, vt crederet coelos eſſe animalia, eo qđ a ſeipſis videtur moueri, qđ propriũ eſt aĩalium: idq; anſam dedit poetis, vt aſtra cõfingerent eſſe viuentes deos. Fuit itidem in alio errore, puta deos ⁊ ſubſtãtias ſupracoeleſtes eſſe animalia rationalia, vt refert Apule. li. de deo Socratis vbi dęmones (inqt) ſunt animalia corporeaerea, mente rõnalia. Et ideo opinatus eſt, animal rationale, eſſe genus, quod contractũ per mortale, conſtituit definitionẽ hominis: contractum vero per immortale, cõſtituit definitionẽ ſupracoeleſtiũ ſubſtantiarũ. Illos tñ errores non ſolum Chriſtiana fides, ſed Ariſtote. 12. meta. elidit, aſſerens coelos non habere animas informantes, ſed aſſiſtrices intelligentias, a quibus mouẽtur: itẽ ſubſtãtias ſupracoeleſtes non eſſe corporea aĩalia ⁊ ſenſualia: ſed ſubſtantias pure intellectuales, quas ſubinde intelligẽtias nũcupauit. Ob idq; nos nullũ poſuimus mediũ genus inter animal ⁊ hoĩem, ſed animal rationale, eſt definitio hominis: atque adeo tantũ ſunt quinq; vniuerſalia in linea recta. Ea vero quę hinc inde circũſtant ſunt differentię. ¶ Igitur ſubſtãtia eſt genus corporis, nullius tñ eſt ſpẽs: corpus vero, ſpẽs ſubſtãtię: ſed genus viuentis: ⁊ ita deinceps vnũquodq; mediũ eſt genus inferioris ⁊ ſpẽs ſuperioris, vſq; ad hõ, quod tam reſpectu ſuperioris animalis, ꝙ̃ reſpectu inferiorũ indiuiduorũ eſt ſpecies, ⁊ nullo modo genus: differẽtię vero quę ad latera adſcribuntur ſunt diuiſiuę generis ſuperioris ⁊ conſtitutiuę ſpecierũ inferiorũ. vt, corporeũ, diuidens ſubſtantiam,

ſtantiam,



ſtantiam, definit corpus: eſt enĩ corpus ſubſtãtia corporea: ⁊ ita deinceps, vt patet in figura. Homo vero (neq; aliqua ſpecialiſſima ſpecies) non diuidetur formaliter per inferiores differentias, ſed materialiter per principia indiuiduationis, vt in prędicamentis manifeſtabitur.

Arbor vniuerſalium.

¶ Eſt p̃terea notãdũ, ꝙ catena hęc ⁊ arbor p̃dicabilium nõ ſolũ in nominibus cõſiſtit (vt Nominalium fert opinio) nec in ſolis rebus, vt quidã Realiſſimi opinantur, ſed eſt in rebus principaliter ⁊ fundamentaliter ⁊ in nominibus tanquã in ſignis: quẽadmodũ enĩ ſe habẽt vniuerſalia obiectiua, ita ⁊ vniuerſalia in repręſentãdo, vt admonere ſępe ſolemus. ¶ Sumitur rõ huius arboris hoc mõ. Cum hoĩes cõueniãt eſſentialiter inter ſe ⁊ differãt a cęteris animalibus, cõſideratur in homine ratio cõis ſolis hoĩbus quę dicitur humanitas: ⁊ cũ animalia oĩa cõueniant eſſentialiter inter ſe ⁊ differant a plantis, cõſideratur vna ratio generica cõis oĩbus animalibus q̃ dicitur animalitas, ⁊ ſuper illã cõſideratur ratio viuentium quę eſt cõmunis animalibus ⁊ plantis: ⁊ ſuperior ratio corporis ⁊ ſuprema ratio ſubſtãtię. Atq; adeo totidem correſpondent in intellectu cõceptus formales abſoluti. ¶ Id pręterea hic adnotauerim ꝙ hęc vniuerſalia, quorꝫ fundamẽta ſunt in rebus, non ſunt nuncupanda vniuerſalia in eſſendo (vt quidã appellant) nam vniuerſale in eſſendo deſignat, id qđ ſcdm eſſe reale eſt ſeparatũ, vt erat in opinioẽ Platonis: vniuerſalia autẽ Ariſt. ſolũ ſunt vniuerſalia, per abſtractionẽ intellectus: quare nõ ſunt nuncupãda, niſi vniuerſalia obiectiua, aut vniuerſalia abſtracta, ad differentiã vniuerſalium, quę ſunt in voce, aut ſcripto, quę dicuntur vniuerſalia in repręſentãdo. Tex. 5. ¶ Quare hęc quidẽ. ⁊c. Infert corollarium Porphy. ꝙ ſingula intermediorum duos habent reſpectus dũ ſunt ſpecies ſuperiorꝫ: inferiorꝫ vero genera: ſed extrema nõ habẽt niſi vnũ duntaxat reſpectũ: ſubſtãtia enim ita eſt gen⁹, vt ſit nullo modo ſpecies: hõ vero ita eſt ſpecies, vt neutiquã ſit genus: eſt enim homo ⁊ ſpecies animalis, ⁊ ſpecies Petri ⁊ Pauli. Adde ſi libet ꝙ quẽadmodũ ſubſtantia eſt ſupremũ genus ⁊ homo infima ſpecies, ita corp⁹ eſt ſuprema ſpecies, puta ſupra qđ nulla eſt ſpecies: atq; animal, infimum genus, vtpote ſub quo nullum eſt genus. Quare licet tria ſint quodã modo media, tñ viuens eſt ſimpliciter mediũ: nẽpe ꝙ habet ſupra ſe nõ ſolum genus ſed ſpeciẽ, quale eſt corpus: ⁊ ſub ſe non ſolũ ſpeciem, ſed etiã genus, quale eſt animal. ¶ Hinc innoteſcit quare illa intermedia dicãtur ſpecies aut genera ſubalterna: nõ enim dicitur animal ſpecies ſubalterna: quia ponitur ſub alia ſpecie, ſicut propoſitio particularis dicitur ſubalternari vniuerſali: ſed dicũtur ſubalterna, qꝛ ſubalternatim ⁊ viciſſim mõ ſunt genera modo ſpecies, vt animal eſt ſpecies quatenus ſubiicitur viuenti, ⁊ genus quatenus prędicat̃ de homine. Tex. 6. ¶ In tex. 6. qui incipit, Definiunt igitur ⁊c. colligit ſubinde Porphy. duas definitiones generaliſſimi ⁊ tres definitiones ſpecialiſſimi, q̃ ex dictis eluceſcunt. Cõparat tamẽ filũ hoc ⁊ ſeriem generũ ⁊ ſpecierũ dialecticorũ ad progeniem in familijs. Vt Agamemnon ſit loco hominis, ⁊ eius pater Atreus, loco animalis: deinde auus eius Pelops loco viuentis, pręterea proauus Tantalus, loco corporis: at deniq; atauus Iupiter, loco ſubſtantię. Et quãuis Iupiter non fuit primum genus Agamemnonis, fuit enim Iupiter fili⁹ Saturni, nepoſq; Coelij, Ophyoniſq; pronepos: tamen aut quia Iupiter deus fuit, propter eius reuerentiam ponitur tãquã primũ genus: aut qꝛ Saturnũ regno deturbauit ⁊ pepulit, nõ fit mẽtio Saturni. ¶ Subiungit tamen ꝙ non quãadmodũ in familijs, ita eſt in generibus apud philoſophos: nam in familijs oĩa reducuntur ad vnum primum Iouem, in generibus, autem nõ oĩa reducuntur ad vnũ: quia maxime reducerentur ad ens, qđ tamẽ eſt falſum: imo, ens, nõ eſt vniuocum genus ad oĩa prędicamenta: ſed ſunt decẽ prima genera, atq; adeo primo diuerſa, vt in prędicamentis, cap. 4. videbimus. Tex. 7. ¶ In tex. 7. qui incipit, Genera igitur ſunt ſumma. ſubnectit continuo Porphy. tria dicta notanda. Primum, genera ſunt decem (ſcilicet generaliſſima) ſpecies vero plures ſunt, ꝙ̃ ſub numero cõprehendi poſſunt, ſunt tamen numero finito: ſed indiuidua ſunt infinita: quapropter diuidere genera licet vſque ad infimas ſpecies, ſpeciẽ tñ per indiuidua diuidere (authore Platone) nec eſt ſciẽtię, nec artis. Quare ſciẽtię nõ ſunt niſi de vniuerſalibus, quę ſunt perpetua ⁊ eiuſdẽ rationis in oĩb⁹ indiuiduis. De indiuiduis aũt nõ eſt ſciẽtia: tum quia corruptibilia, tum quia ratio ꝓpria vnius indiuidui nõ eſt eadem in alia: ⁊ ideo per ſciẽtias abſtractiuas non poſſumus percipere qualis ſit ⁊ indiuiduorũ qualitas ⁊ diſpoſitio, ſed id percipĩmus experiẽtia. ¶ Scdm dictũ: cũ deſcendimus a generibus ad ſpecies, id facimus per diuiſiones multiplicando ſpecies, vt ſubſtãtiã diuidimus in corporeũ ⁊ incorporeũ, ⁊ corp⁹ in aĩatũ ⁊ inanimatũ, ⁊ ita deinceps. Et quodlibet illorũ eadẽ rõne ſubſecatur, ſꝫ cũ a ſpecibus ad genera aſcendimus, colligimus multitudinẽ: homo. n. vnã pluriũ indiuiduorũ eſſentiã cõtinet: genus vero vnã pluriũ ſpecierũ colligit rationẽ. Quare plures hoĩes participatione ſpeciei ſunt vnus homo. i. vnicã rationem ⁊ eſſentiam habent in quantum ſunt homines. Et eadem ratione participatione generis plures ſpecies ſunt vnum animal, id eſt, in quantũ homo ⁊ equus ſunt animalia, eandẽ rationẽ participãt. Quare ſingulare ſemper eſt diuiſiuũ, vniuerſale vero collectiuum. Conſiderãdum eſt hic tñ ꝙ non affirmatur hic plures homines eſſe ſimpliciter vnum hoĩem: nam ſimpliciter vnus hõ intelligitur vnus numero, ſed plures hoĩes ſunt vn⁹ homo cum addito. i. vn⁹ homo in ſpecie. ¶ Tertium dictũ eſt, ꝙ cum diuiſio generis ſit ſemper in plures ſpecies, fit vt ſuperiora de oĩbus inferioribus prędicentur aut ęqualia de ęqualibus, inferiora vero de ſuperioribus minime prędicantur: ſi enim Petrus eſt homo ⁊ homo eſt animal ⁊ animal viuẽs ⁊c. fit vt ⁊ Petrus ſit homo, ⁊ ſit animal, ⁊ ſit viuens, vſq; ad ſubſtantiam: ⁊ ſi homo ⁊ rationale, ⁊ riſibile, conuertuntur, tũc oĩs homo eſt rationalis ⁊ omnis homo eſt riſibilis ⁊ econuerſo, pręterꝙ̃ ꝙ iſtę ſunt prędicationes directę, cõuertẽtes vero indirectę: ſed tamen Petrus nõ prędicatur de homine nec homo de animali, ⁊ ſic aſcendendo: nõ ſolũ quia inferiora non prędicantur de ſuperioribus directe nec vniuerſaliter (eſt enim indirecta hęc, animal eſt homo, ⁊ falſa hęc, omne animal eſt homo) ſed certe mens Porphyriĩ eſt, ꝙ ſimpliciter inferius non prędicatur de ſuperiori: nam quãꝙ̃ ſit vera propoſitio, animal eſt homo: tamen homo ſimpliciter non cenſetur prędicatum animalis: quia non eſt formę eius. Quare prędicarĩ indirecte eſt prędicari ſecũdum quid, vt ſupra dictũ eſt. Cõcludit tamen Porphy. ꝙ indiuiduum de vno ſolo, puta de ſeipſo prędicatur.

## ¶ Indiuiduum autem dicitur.

Hęc eſt tertia ⁊ poſtrema pars textus qua continẽt definitio indiuidui. Vbi primo Porphy. tria cõmemorat indiuiduorũ genera, puta indiuiduũ determinatũ ſeu nominatũ, qđ eſt nomẽ propriũ, vt Socrates: alterum indiuiduũ vagum ſeu confuſum: quod circumſcribitur communi nomine cum pronomine

demon

demonſtratiuo, vt hoc album, hoc veniēs quod ſparſim vagatur per oīa ſingularia, dum nō hoc determinate ſignificat, ſed cōfuſe vniuerſa: quare nunc accipitur pro vno nūc pro alio, ſcđm ꝙ hoc, aut illud demōſtratur: ⁊ tertiū eſt indiuiduū ex ſuppoſitiōe ſeu circūlocutum, vt Sophroniſci filius, ſuppoſito Socratem fuiſſe vnicum Sophroniſci filiū. Quare hęc non ſunt tria indiuidua re diſtincta, ſed ſunt tria nomina q̄ eidē Socrati cōuenire poſſunt. ¶ Scđo ſubiungit Porphy. definitionem indiuidui qđ eſt illud cuius aggregatum ſeu collectio proprietatū nō poteſt in alio fieri, vt collectio ꝓprietatū q̄ ſunt in Socrate, nunꝗ̄ erunt in Platone, ad differētiā ſpeciei, puta cōmunis hominis, cuius eſſentia ⁊ definitio eadem cōuenit oībus indiuiduis. Ubi cōſiderandū eſt quēadmodū Porphyrius in rebus ipſis ponit ſpeciem, ⁊ nō tantū in noībus. Proprietates aūt indiuidui ſunt numero ſeptem, quas his verſibus explicant: Forma, figura, locus, tempus, cū noīe, ſanguis, Patria, ſunt ſeptē quę non habet vnus ⁊ alter. Forma, id eſt qualitas, vt color ⁊ complexio: nam forma ſubſtantialis potius pertinet ad ſpeciem: figura, vt lineamenta ⁊ corporis habitudo: locus ⁊ tēpus, puta hic ⁊ nūc, quę potiſſima ſunt accidētia indiuiduationis. vt eſſe natum ſub tali climate, taliqꝫ reſpectu coeli, atqꝫ tali tēpore anni. Nomē ⁊ ſanguis, puta eſſe genitum his aut illis parentibus ⁊ oriundum eſſe ex tali patria. Hęc autem accidētia pręſertim conueniunt indiuiduo ſubſtantię: nam indiuidua accidentium non indiuiduātur niſi ratione ſingularis ſubſtantię in qua recipiuntur, vt videbimus in prędicamento ſubſtantię. ¶ Tertio Porphyrius colligit, ꝙ indiuiduum continetur a ſpecie, ⁊ ſpecies a genere: nam genus eſt quoddā totum, indiuiduum autē eſt pars, ſpecies vero eſt totum ⁊ pars: pars quidē quatenus cōtinetur ſub genere: ⁊ totum, quatenus continet indiuidua. ¶ Qđ ſi quis arguat ſpeciem potius eſſe totum reſpectu generis ꝙ̄ genus reſpectu ſpeciei, qn̄quidem ſpecies cōſtat ex genere ⁊ differentia tanꝗ̄ ex materia ⁊ forma. Rn̄detur duplex eſſe totū apud dialecticos. ſ. totum actuale, ⁊ totum potentiale: totū actuale eſt quod actu in ſua quidditate plures cōtinet partes eſſentiales: totum potentiale eſt quod ſub ſe plures continet partes ſubiectiuas: primum dicitur totū definibile quod reſoluitur in partes compoſitiuas, alterum dicitur totum vniuerſale quod diuiditur in partes ſubiectiuas. Primo modo ſpecies eſt totū reſpectu generis, ⁊ ſcđo modo gen⁹ eſt totū reſpectu ſpeciei: ⁊ qr opuſculū hoc eſt de vniuerſalib⁹, ſimpliciter Porphyrius enūtiauit genus eſſe totum: quia videlicet eſt totum in prędicando.

*Indiuiduū* (margin, beside "iungit Porphy.")

*Totum duplex.* (margin, beside "apud dialecticos")

## Quæſtio vnica.

### Vtrùm textus Porphyrij de ſpecie ſit in vniuerſum verus.

A Parte negatiua arguitur Primo, ꝙ genus ⁊ ſpecies non dicantur relatiue. Relatiua authore Ariſtote. in prędicamento relationis, ſunt ſimul natura: ſed genus prius eſt quam ſpecies: nam vt Ariſto. docet in poſtprędicamentis, prius eſſe quod non conuertitur ſubſiſtendi cōſequētia, ⁊ tn̄ nō ſequitur, ſi animal eſt homo eſt: ergo genus ⁊ ſpecies nō ſe habent relatiue. ¶ Et cōfirmatur. Si genus ⁊ ſpecies eſſent relatiua ponerentur in ſolo prędicamento ad aliquid qđ eſt falſum, cum in vnoquoqꝫ p̄dicamento genera ſint ⁊ ſpecies. ¶ Secūdo arguitur cōtra definitionem. Numerus eſt ſpecies ſolum quātitatis: ergo in ſolo prędicamento quātitatis reperiuntur aliqua differentia numero: ſed ſpecies in quocunqꝫ inuenitur prędicamento: ergo ſpecies nō debet definiri per prędicari de pluribus differentibus numero. ¶ Et confirmatur primo. Definitio Porphyrij neqꝫ omni conuenit neqꝫ ſoli ſpeciei: nam ſol, luna, ⁊ ſimilia ſunt ſpecies, quę tamen non prędicantur de plurib⁹ differētibus numero: ⁊ Deus econuerſo vr̄ prędicari de pluribus differētibus numero, puta de trib⁹ perſonis, ⁊ tn̄ nō eſt ſpecies, ſed res ſingulariſſima: ergo. ¶ Et ſecundo id confirmatur. Genus prędicatur de pluribus differētibus numero, puta de Petro ⁊ Paulo, imo cum prędicatur de homine ⁊ equo, prędicat̄ de pluribus differentibus numero: nam ſm̄ Ariſto. 5. meta. text. 12. ea q̄ ſpecie differunt, a fortiori differunt numero: ergo falſum dicit Porphyr. illam definitionē ſoli ſpeciei ſpecialiſſimę cōuenire. ¶ Mox cōtra ſecūdam partem textus, arguitur tertio, ꝙ genera ſubalterna inepte dicātur media. Medium eſt qđ participat vtrunqꝫ extremum, ⁊ per conſequens de neutro p̄dicatur, vt medius color nec de albo nec de nigro prędicatur: ſed tn̄ genus totū prędicatur de inferioribus, ⁊ de illo prędicantur ſuperiora: ergo genera illa non dicuntur media. ¶ Quarto arguitur. Arbor prędicabilium ſupponit genera illa ⁊ ſpecies vt iacent ſibi eſſe immediata: ſed hoc eſt falſum: ergo arbor ſupponit falſum. Probatur minor. A quacunqꝫ eſſentiali conuenientia abſtrahibilis eſt conceptus cōmunis qui ſit, aut ſpecies aut genus proprium eorū quę ſic conueniunt: ſed inter hoīem. v. g. ⁊ elephantem, ⁊ equum, videt̄ quędam eſſe cōueniētia eſſentialis, qualis non eſt inter hominē ⁊ leporē: ergo aliqđ genus propriū eſt harum triū ſpecierum, puta, a, quod eſt ſuperius ad hominē ⁊ inferius ad animal: eadem ratione inter hominem ⁊ elephantē, eſt aliqua conuenientia, quę non eſt inter hominem ⁊ equum, ⁊ ſic dabitur genus, b, inferius ad, a, ⁊ ſuperius ad hoīem: atqꝫ ſimili arte excogitari poteſt media ſpecies inter hominē ⁊ elephantē, ⁊ ita in infinitum, quo fit vt nullū ſit genus immediatū hominis. ¶ Et confirmatur. Genus non prędicatur de indiuiduo: ergo male dicitur in calce ſeptimi textus, ꝙ genus prędicatur de quibus prędicatur ſpecies. Probatur antecedens. Si prędicaretur de illis maxime prędicaretur prędicatione generis: ſed iſtę prędicationes, Petrus eſt animal, Paulus eſt animal, non apparent prędicationes generis, cum in his nō prędicetur genus de pluribus differentibus ſpecie. ¶ Quinto aduerſus tertiā partē text⁹ arg̃. Indiuidua ſingularium non cadunt ſub ſcientia, quia ſunt infinita, vt ex mente Platonis dixerat ſupra Porphyrius: ergo nec poſſunt definiri: eiuſdē enim obiecti eſt definitio atqꝫ ſcientia. ¶ Sexto ⁊ poſtremo arguitur. Definitio indiuidui nec conuenit indiuiduo vago, nec indiuiduo ex ſuppoſitione, neqꝫ indiuiduo determinato: ergo nō eſt bona. Probatur añs ſingulari vago: vt, hic homo, hoc album, nō repugnat prędicari de pluribus, ſi plura ſucceſſiue demōſtrētur, ⁊ multo minus repugnat ſingulari ex ſuppoſitione, vt ſi plures eſſent Sophroniſci filij: ergo hęc nō ſunt ſimpliciter indiuidua. Secunda pars, probatur. Indiuiduum determinatum de nullo prorſus prędicatur: ergo per contrarium extremum definitio non cōuenit ei, qua in vltimis verbis ſuperioris textus, indiuiduum dicitur eſſe id quod de vno ſolo particulari prędicatur. Probatur antecedens: nam ſi prędi-

caretur



caretur maxime de ſeipſo: ſed vt ſupra diximus nihil prędicatur de ſeipſo, quia prędicatum eſt veluti forma ſubiecti ⁊ nihil eſt forma ſui. Quod confirmatur authoritate Ariſtot. cap. de ſubſtantia dicentis, ꝙ a prima ſubſtantia nulla eſt prędicatio.

¶ Hîc non opùs eſt alia concluſione, pręterꝙ̄ ꝙ dicta Porphyrij ſane intellecta recte habent. Unde ad primū argumentū reſpōdetur ꝙ genus ⁊ ſpecies, ſi accipiantur perſonaliter ꝓ ſubtractis ſm̄ ſe intellectis, non ſunt relatiua, ⁊ hoc ꝓbat argumentum. Ratio em̄ animalis, eſt prior rōne hoīs: qr poteſt eſſe animal ſine homine ⁊ nō econuerſo: imo in eodē ſuppoſito embryo pri⁹ viuit vita animalis ꝙ̄ vita hominis. Nec hoc mō gen⁹ ⁊ ſpēs ſunt in vno certo p̄dicamēto, ſed in ſingulis ſunt genera propria ⁊ ſpecies. Alio mō accipiunt̄ gen⁹ ⁊ ſpēs formaliter: vt ſupponūt ſimpliciter ꝓ natura in cōi ſubtracta intētioni generis, ⁊ hoc mō genus ⁊ ſpēs relatiue ſe habēt: eſt em̄ animal genus hoīs, ⁊ hō ſpēs animalis. Caue nunꝗ̄ concedas genus aut ſpeciē accipi pro intētionibus, qđ iam modo tanꝗ̄ falſiſſimū condemnatū eſt. ¶ Ad cōfirmationē reſpōdebitur in p̄dicamētis. c. 4. vbi videbimus an ponātur in vno certo prędicamento. ¶ Secundum argumentum petit expoſitionē definitionis, quę partim ex definitione generis innoteſcit: definitur em̄ hic ſcđa intētio ſpeciei, ſicut illic ſecūda intētio generis: non ꝙ ſpecies aut eius definitio accipiatur pro ſcđa intentione, ſed vtrūqꝫ denominatiue ſupponit pro hoīe ⁊ cęteris ſpeciebus, quibus cōuenit p̄dicari de pluribus rōne ſcđę intētionis. i. in quātū abſtrahuntur a conditionibus ſingularib⁹. Itē illic expoſitum eſt quid eſt prędicari in quid. Eſt tn̄ differētia, ꝙ genus prędicatur in quid: qr eſt pars q̄dditatiuę definitiōis ſpēi: ſpecies vero, qr dicit totā quidditatē indiuiduorum de quibus prędicatur. ¶ At circa materiā argumēti notandū eſt, ꝙ Ariſt. 5. met. tex. 12. vbi dicit ea differre ſpecie q̄ differunt definitione, ſubiungit, ea differre numero quę differunt ex parte materię. i. quibus nō eſt vna materia. Unde differentia ſpecifica ⁊ numerica differunt, ꝙ illa eſt formalis, hęc vero, materialis: hō enim ⁊ equus per formā differunt ſpecie, ſed formę plurium equorū ſolū differūt numero, quia ſunt in diuerſis materijs. Atqui diuiſio materialis dicitur numerica: qr vt. 4. Topic. c. 6. Et. 3. Phyſi. tex. 68. docet Ariſto. numerus augetur ex diuiſione continui. Quę diuiſio eſt materialis, quia fit ratione quantitatis ⁊ materię: ⁊ ideo quęcūqꝫ differunt tātū modo ratione materię, dicūtur differre numero. Et pręterea, quia per ſolā numerationē indiuiduorū augetur numerus: duo enim hoīes, quāuis nō ſunt niſi vna ſpecies, ſunt duo: ⁊ duo homines ⁊ tres equi, quāuis nō ſint niſi duę ſpecies, ſunt ſimplr̄ quinqꝫ: ⁊ vnus homo, quanuis habeat plures partes ⁊ plura accidentia, non eſt niſi vnum. ¶ Unde ad argumētū reſpōdetur, ꝙ quāuis numerus formaliter accept⁹, id eſt, in quantū abſtrahitur a rebus numeratis, puta hominibus, lapidibus ⁊c. ſit ſpecies prędicamenti quantitatis, vt illic videbimus, nihilo minus numerus materialiter acceptus pro rebus numeratis, reperitur in quocunqꝫ prędicamento: ⁊ ideo in quocunqꝫ eſt ſpecies, quę prędicatur de pluribus differētibus numero. ¶ Confirmatio prima inſinuat vnum adnotatione dignum: videlicet ꝙ genus ſuapte natura plures poſtulat ſpecies, ſpecies vero poteſt in vno indiuiduo conſeruari. Quę ſententia eſt Ariſto. 4. Topico. cap. 3. ⁊ Boetij lib. de diuiſionibus, ⁊ S. Tho. 1. ſent. d. 19. q. 4. art. 2. Et ratio eſt, quia genus non dicit totam eſſentiam ſpeciei, ſed contrahitur per duas oppoſitas differētias: nihil em̄ cōtrariatur niſi quod de ſe eſt indeterminatum ad plura. ſpecies vero, qr dicit totam eſſentiam indiuidui, non contrahitur per oppoſitas differentias, ſed multiplicatur ad multiplicationem indiuiduorum ratione huius aut illius materię: quapropter Auicēna, ſpecies, inquit, potius dicit̄ multiplicari ꝙ̄ diuidi. Idcirco de per accidēs eſt ꝙ ſpecies ſit in vno vel plurib⁹ indiuiduis: qn̄ em̄ indiuidua ſunt corruptibilia, tunc eſt in pluribus, quia ſpecies non pōt conſeruari in vno, ſed qn̄ ſunt incorruptibilia, vt, ſol, naturaliter cōſeruatur in vno. Dixerim naturaliter: quia ſupranaturaliter poteſt animal cōſeruari in vna ſpecie ſi Deus corrumperet alias. ¶ Ad aliam partem de Deo reſpondetur, ꝙ Deus non eſt ſpecies, vt latius videbimus in prędicamento ſubſtātię: ſed interim rn̄detur ꝙ in definitiōe ſpeciei intelligitur genus definiti. ſ. ſpecies eſt vniuerſale qđ prędicatur ⁊c. Eſſentia diuina nō eſt vniuerſale, qđ ſit cōmunicabile ꝑ definitionē ⁊ diuiſionē: nō enim eſt alia numero eſſentia Deitatis in patre ⁊ alia in filio: ſicut in hoībus multiplicatur eſſentia hominis: ſed eadē ſingulariſſima eſt in omnibus. Et pręterea perſonę diuinę non ꝓprie differunt numero, vt docet S. Tho. 1. parte. q. 30. quia idem numero Deus eſt pater, filius, ⁊ ſpiritus ſanctus: ſed hoc altioris eſt negotij. ¶ Ad ſecūdam confirmationē rn̄detur, ꝙ definitio ſpeciei debet intelligi cū duplici pręſciſſione hoc mō, ſpecies eſt vniuerſale qđ tātū p̄dicatur de pluribus ſolo numero differētibus: ⁊ genus quāuis p̄dicatur de Petro ⁊ Paulo ſolo numero differentibus, non tantū p̄dicatur de illis, ſed de hoīe ⁊ de equo quę non differunt ſolo numero. Ponitur vniuerſale tanquam genus ad excludēdum definitionem q̄ nō eſt ſpecies, quia nō eſt ſimplex vniuerſale. Et eadē ratiōe excludit̄ indiuiduū, qđ quāuis ponitur ſub aſſignato gn̄e, nō eſt ſpecies.

*Dr̄ia ſpē. ⁊ nu.* (margin, beside "merica differunt")

¶ Ad tertiū argumētum reſpōdetur, ꝙ mediū multis modis accipit̄, ſ. mathematice pro eo qđ ęqualiter diſtat ab extremis: ⁊ phyſice, pro eo qđ virtualiter participat vtrūqꝫ extremū, vt eſt medius color: ⁊ moraliter, pro eo in quo conſiſtit virtus: ⁊ quarto mō logice qđ Ariſt. vocat poſitione mediū. i. p̄dicatione: ⁊ iſto modo accipitur in propoſito, qđ eſt mediū in recta linea inter ſuperius ⁊ inferius. Quocirca nō participat vtrūqꝫ extremum, ſed participat ſuperius ⁊ participatur ab inferiori: vt animal participat corpus, qđ ponitur in eius definitione, ⁊ participatur ab hoīe, cuius definitionem ingreditur. Quo fit vt hmōi mediū, ſit mediū in demōſtratione: demōſtratur em̄ corpus de hoīe per mediū aīal. Uidelicet omne aīal eſt corp⁹, oīs homo eſt aīal: ergo oīs hō eſt corp⁹. ¶ Quarto argumēto cōuincuntur fere Nominales cōcedere eius cōcluſionem: nēpe ꝙ nullum ſit genus immediatum ad hoīem: ſed ꝙ inter quaſcunqꝫ duas ſpecies pōt ſignari ſpecies media: atqꝫ adeo genus, qđ tantū cōueniat perfectiori, ⁊ illi medię. ¶ Cōtra hoc tamē in primis authoritas Ariſt. 8. met. tex. 10. vbi ait, ꝙ reſolutio definitionis ſpeciei nō procedit in infinitum, ſed reſoluitur in genus ⁊ differentiam: ⁊ rurſus (inquit) genus diuidit̄ in aliud genus, ⁊ ita aſcendendo vſqꝫ ad generaliſſimū: ⁊. 6. Top. c. 3. dicit vitioſam eſſe definitionē: q̄ nō datur per genus proximū. ¶ Et ſecūdo ratiōe arguitur. Non eſt neceſſariū ꝙ inter quaſcunqꝫ duas aut tres ſpecies, ſit eſſentialis conuenientia, quę non ſit inter alias, ergo ratio illorū ſupponit falſum. Uolo in antecedēti dicere ꝙ forte inter oīa aīalia, ſaltē perfecta, nulla eſt eſſentialis cōuenientia quā eſſe ſenſitiuum, qđ eſt cōuenire in genere aīalis. Itaqꝫ quā-

uis

uis ſpecies elephantis proxime accedat ad ſpeciem hominis, non eſt propterea, ꝙ aliqua ſit cõuenientia eſſentialis inter hominẽ ⁊ elephantẽ, quę non ſit inter omnia animalia: ſed quia ſpecies, vt inquit Ariſto. 8. met. tex. 10. ſunt ſicut numeri inęqualiter perfecti: at quãuis quaternarius propius accedat ad quinariũ ꝙ̃ ternarius, tñ quaternarius ⁊ quinarius nõ cõueniũt niſi in ratione numeri in qua oẽs numeri cõueniũt: ⁊ ita hõ ⁊ elephas nõ cõueniũt niſi in ratione aĩalis, pręterquã ꝙ ratio aĩalis eſt perfectior in elephãte quã in cane. Quinimo quãuis Deꝰ poſſet creare ſpeciẽ mediam inter hominem ⁊ elephantem, forſan non poſſet facere ꝙ conueniret cum hoĩe in alia cõueniẽtia eſſentiali, ꝙ̃ in rõne animalis: ⁊ ſic nõ poſſet facere ꝙ cõueniret cũ homine eſſentialiter ⁊ non cum alijs animalibus. ¶ Et propterea arg. Eadem ratione qua inter hominẽ ⁊ equum fingitur cõuenientia eſſentialis, quę non cõplectitur oĩa aĩalia, admittenda eſt cõueniẽtia eſſentialis inter oĩa aĩalia ⁊ perfectiſſimã plantã, quę nõ comprehenderet oẽs plantas: qđ profecto admittere nõ eſſet philoſophicum. ¶ Unde ad argumentum cõceſſo, a quacunq; cõuenientia eſſentiali poſſe abſtrahi conceptum abſolutum, negatur minor, videlicet inter quaſcũq; ſpecies poſſe dari conuenientiam eſſentialẽ, quę nõ extendatur ad oẽs ſpecies illius generis: imo animal eſt genus proximũ ⁊ immediatũ hoĩs ⁊ oĩm animalium, qđ per ſuas cuiuſq; differẽtias immediate contrahitur ad cõſtitutionẽ oĩm ſpecierũ. De differentijs quę in arboris lateribus collocãtur ſequenti capite dicturi ſumus. ¶ Sed ſubiecimus quarto argumento, cõfirmationẽ illã, eo qđ nõnulli ex Nominalibus gratis torquentur, metuentes concedere animal ⁊ quodcunq; ſuperius genus pręֻdicari de indiuiduo pręִdicatione generis, cum id expreſſe aſſerat Porphyrius, videlicet ꝙ id quod eſt genus ſpeciei eſt genus indiuiduorũ. Unde ad cõfirmationẽ reſpõdetur, ꝙ quãuis ad hoc vt vniuerſale ſit genus, requiratur ꝙ ſit pręִdicabile de pluribus differẽtibus ſpecie, tamen ad hoc qđ pręִdicetur pręִdicatione generis, non requiritur ꝙ in illa pręִdicetur de pluribus differentibus ſpecie: (imo in vna pręִdicatione non poteſt pręִdicari de pluribus) ſed ſatis eſt ꝙ pręִdicatum ſit genus ad ſubiectum.

¶ Ad quintum argumentũ euidentius reſpõdebitur in cap. de ſubſtantia, inter exponendum definitionem primę ſubſtantię. Interim tñ reſpõdetur, ꝙ ſi indiuiduũ accipiatur primę intẽtionaliter pro re ipſa, puta pro Socrate ſm eſſe reale ⁊ abſolutũ qđ habet, tunc nõ eſt definibile, vt argumentum probat: ſi vero nomẽ indiuidui accipiatur ſcdę intẽtionaliter, tunc eſt definibile ⁊ definitur hic a Porphyrio. ¶ Ubi notandũ, ꝙ ſm Nominales definitum proximum eſt ille tr̃us indiuiduũ: ſed definita principalia ſunt noĩa ſingularia, Petrus, Paulus ⁊c. Nã ſicut ſoli termini apud Nominales ſunt vniuerſalia, ita ſecundę intentionaliter (vt loquitur Porph.) ſoli termini ſunt indiuidua. At re vera definitio Porphy. manifeſte intelligitur de rebus, cũ ait, indiuiduũ eſſe cuius collectio proprietatũ nunq̃ eadem in alio erit. q̃ quidẽ definitio nullatenus poteſt attribui terminis: quis eñ dicat, indiuiduũ eſt terminus cuius collectio proprietatũ nunq̃ eadem in alio erit? Et ideo attendendum eſt quẽadmodum nomẽ generis aut ſpeciei ſupponit pro re in quantũ ſubijcitur ſecũdę intentioni, q̃ eſt eſſe in pluribus ⁊ pręִdicari de pluribus: ita hoc nomẽ indiuiduũ, ſupponit pro re ſingulari cõnotando ꝙ nõ eſt amplius diuiſibilis in inferiora quidditatiue, ⁊ ſub hac ratione definitur in propoſito. Unde ad formam argumẽti reſpondetur, ꝙ definitum eſt hic ſecũda intẽtio, q̃ eſt cõis omnibus indiuiduis, vt ait S. Tho. q. 9. de poten. art. 2. 1. Non ꝙ ſecũda intentio ſit indiuiduũ, ſed ad ſenſum ſupra expoſitũ, puta, ꝙ res ſingulares quatenus ſubſtant ſecundę intentioni, quę eſt carere inferioribus de quibus pręִdicentur, definiuntur. ¶ Sed reſtat hic dubitatio duplex. Prima, quia definitio Porphy. non datur per terminos ſecundę intentionis, ſed per tr̃os primę intentionis quę conueniunt rei ex natura ſua, puta habere collectionẽ accidẽtium. Et. 2. q2 definitio ſolũ videtur cõuenire indiuiduo pręִdicamẽti ſubſtãtię, cũ tamẽ in alijs pręִdicamẽtis ſint indiuidua, ſicut vniuerſalia. Ut hoc album, hęc albedo. ¶ Ad primã reſpõdetur, ꝙ proxime ante definitionẽ p̃dixerat, indiuiduũ eſſe, qđ de vno ſolo pręִdicatur. i. non de pluribus inferioribus, quo expreſſerat naturã indiuidui, quatenꝰ ſubſtat ſecundę intentioni: ⁊ ideo ſubiũgit ſecũdã definitionẽ indiuidui ſm eſſe reale: nã ex hoc ꝙ res eſt realiter indiuidua, ratione cõditionũ materialiũ, hꝫ vt nõ pręִdicetur de pluribus: quia ſcđm modũ eſſendi eſt modus pręִdicãdi. ¶ Ad ſecundã, Cõceditur ꝙ etiam in accidentibus ſunt indiuidua: nihilo minus accidentia nõ indiuiduãtur niſi rõne primę ſubſtãtię in qua recipiũtur, vt in. c. de ſubſtãtia videbimus. Et ideo aſſignauit ſolũ definitionẽ indiuidui pręִdicamenti ſubſtãtię. Quomodo aũt differat inter ſingulare, indiuiduum, ⁊ ſuppoſitũ ſeu prima ſubſtantia, quę oĩa ſunt noĩa ſecũdę intentionis, loco citato videbimus. ¶ Ad ſextũ tandẽ argumentũ reſpondetur: concedẽdo ꝙ ſingulare ex ſuppoſitione, nõ eſt ſimpliciter ſingulare: vt probat argumentum: nã huic nomini Sophroniſci filius, ex modo ſuę ſignificationis nõ repugnat ſupponere pro pluribus. Imo filius Dei nõ eſt nomen ſingulare: q2 repugnãtiã ſupponẽdi ꝓ pluribus, nõ hꝫ ex ſignificatiõis forma, ſꝫ ex natura rei (ſicut ſol eſt nomen cõe ſpecificum) quãuis ex accõmodatione vſus accipitur loco noĩs proprij Chriſti Seruatoris noſtri. Atq; hac ratione mentio facta eſt hic hmõi ſingulariũ ex ſuppoſitione: q2 frequenter accipiantur loco nominis proprij. Eadẽ ratione cõcedimus ꝙ ſingulare vagũ, hoc albũ, nõ eſt tam proprie ſingulare, ꝙ̃ ſingulare determinatũ: quia poteſt accipi pro pluribus demõſtratis, ſed nihilo minus apud philoſophos accipitur pro ſingulari deſignato. Imo (quod memoria reſeruãdum eſt) apud Ariſto. (vt eſt videre de ſubſtãtia ⁊ vbiq;) ſingulare vagum non exprimitur per nomẽ demõſtratiuũ, ſed per ſignũ particulare, vt, quidã homo, quoddã album, accipiendo pro vnoquolibet hoĩe. ¶ At vero de ſingulari determinato, vt, Socrates, controuerſia eſt an proprie dicatur pręִdicari de ſe ipſo. Boetius eñ ſuſtinet partẽ affirmatiuã: Commẽtator vero negatiuam: ratio Boetij eſt, q2 Petrꝰ eſt Petrꝰ, eſt non ſolũ vera, ſed naturaliſſima p̃dicatio: nihil enim Petro tã naturaliter cõuenire poteſt ꝙ̃ eſſe Petrũ: ſed ratio Cõmẽtatoris eſt quã ſupra diximus, quia pręִdicatũ ſe habet vt forma reſpectu ſubiecti: ⁊ vbi nõ eſt aliqua diſtinctio ſaltem in modo ſignificãdi, nõ p̃ot idem eſſe pręִdicatũ ſui. ¶ Hãc cõtrouerſiã dirimit hic Caietanus, diſtinguens ꝙ alia eſt pręִdicatio naturalis: puta cuius pręִdicatum naturaliter conuenit ſubiecto: ⁊ tali pręִdicatione idẽ pręִdicatur de ſeipſo. Alia eſt p̃dicatio artificialis: nempe q̃ inuẽta eſt propter artẽ ratiocinãdi. ſ. ad manifeſtãdum aliquid ignotũ, ⁊ in hac neceſſe eſt pręִdicatum aliquo modo differre a ſubiecto, vt habeat formam propoſitionis dubitabilis: ⁊ tali pręִdicatione non pręִdicatur idem de ſeipſo. ¶ At vero, quãuis forſan de nomine ſit diſputatio,



tio, certe pręִdicatio idẽtica nõ eſt ſimpliciter pręִdicatio propter rationẽ dictã: qua de cauſa Ariſtot. c. de ſubſtantia, vniuerſaliter dicit, ꝙ a prima ſubſtantia nulla eſt pręִdicatio. Unde Porphy. quãdo dixit ꝙ indiuiduũ de vno ſolo pręִdicatur, aut accipit improprie, aut illud intellexit (vt dicit Commentator) de ſingulari accidentis: vt ſi dicas, Petrus eſt hoc albũ. Et hęc videtur intentio Ariſt. qui. 1. Periher. c. 5. dixit, ꝙ ſingulare non pręִdicatur de multis (id eſt permittitur ꝙ aliquod ſingulare, puta accidẽtis, pręִdicetur de vno ſolo. ſ. de prima ſubſtantia) ſed in pręִdicamentis indiuiduum ſubſtantię, ſimpliciter negauit poſſe de aliquo pręִdicari.

## DE DIFFERENTIA.

## CAP. III.

DIFFERENTIA verò, & cõmuniter, & propriè, & propriiſsimè dicatur. Differre nanq; quippiã cõmuniter dicitur, cùm diuerſitate aliqua quouis modo aut à ſeipſo, aut alio differt. A Platone nãq; Socrates diuerſitate aliqua, atq; à ſeipſo puero vir factus, & agẽte non agens differt. Et ſemper hæc differentia in ijs eſt ſanè diuerſitatibus, quæ cõſiſtunt in hiſce, quæ cùm interrogamus quo modo res ſeſe habet, aſsignari reddiq; ſolent. Propriè verò aliqua differre dicũtur, cùm inſeparabili differunt accidenti. Et inſeparabile quidem accidens eſt, vt cœruleus oculorum color, vt ſimitas, vt cicatrix callo ex vulnere inducto. At propriiſsimè quippiam à quopiam differre dicitur, cùm ſpecifica differentia differt: qualiter ab equis homines ſpecifica rationalis differentia differunt. Text. 2. ¶ Omnis igitur in vniuerſum differentia, diuerſum alicui adiuncta facit: ſed communiter quidem & propriè differentiæ, diuerſum per accidens faciunt: propriiſsimè verò diuerſum per ſe, quod quidem & aliud dicitur. Differentiæ igitur quæ diuerſum per accidens faciunt, tantũ differentiæ: quæ verò aliud ac diuerſum per ſe, differentiæ ſpecificæ nuncupãtur. Animali nanq; differentia rationalis adiũcta, aliud ſanè ac animalis ſpeciẽ facit: motus autem additus, diuerſum à quieſcente tantùmodò fecit: hæc igitur aliud, illa diuerſum tantũ fecit. Differentijs igitur hiſce quæ faciunt aliud, diuiſiones generũ in ſpecies fiũt, & definitiones etiã aſsignantur, quæ quidem ex genere talibúſve differentijs cõſtant: cæteris verò diuerſitates per accidens tantùm emergunt, eius quo de qualiter ſeſe habet interrogatur. Text. 3. ¶ Rurſùs igitur à principio differentiam diuidentes, differentiarum alias ſeparabiles alias inſeparabiles dicimus eſſe. Mouêri nanq; atq; quieſcere, & valêre ac ægrotare, & quæ ſunt ſimilis generis, ſeparabilia ſunt: aquilinum autem eſſe vel ſimum, & rationale & irrationabile, inſeparabilia ſunt.

Tex. 4. ¶ Inſeparabilium rurſùs alias per ſe, alias per accidens eſſe. Rationale nanq; & mortale, & ſuſceptiuũ eſſe ſcientiæ, per ſe homini cõpetunt: at aquilinum eſſe, vel ſimum, per accidens, & nõ per ſe cõpetit. Quæ igitur per ſe competũt in ſubſtãtiæ ratione ſumuntur, & aliud faciunt: quæ verò per accidens cõpetunt, nec in ſubſtãtię ratione ſumuntur, nec aliud faciunt: ſed per accidẽs diuerſum. Et hæ quidem, quæ per ſe competunt, nec intendi nec remitti volũt: quæ verò per accidens, & ſi inſeparabiles ſunt, intenſionem remiſſionémve ſuſcipiunt. Neq; enim genus magis minúſve de eo cuius eſt genus dicitur: neque generis differẽtiæ, quibus in ſpecies genera diuiduntur. Hæ nanq; ſunt, quæ cuiuſq; rationẽ conficiũt. At vniuſcuiuſq; ratio vna eſt, eademque, nec intenſionem nec remiſsionem vllam ſuſcipiens. Simum enim eſſe aut coloratũ, intenditur atq; remittitur. Text. 5. ¶ Cùm igitur ſpecies differentiarum tres ità appareãt, & earum aliæ ſint inſeparabiles aliæ ſeparabiles: & inſeparabilium quidem aliæ per ſe, aliæ per accidens: differentiarum per ſe rurſùs, aliæ ſunt per quas in ſpecies diuidimus genera: aliæ per quas ea, quæ ſunt diuiſa conſtituuntur. Veluti differentiæ per ſe animalis hæ ſunt omnes, animatum, ſenſitiuum, rationale ac irrationale, & mortale ac immortale: atq; animati quidem & ſenſitiui differentiæ, conſtitutiuæ ſunt ſubſtantiæ animalis. Eſt enim animal, ſubſtantia animata ſenſitiua. Mortale verò ac immortale, rationale ac irrationale, animalis ſunt differentiæ diuiſiuæ. Per has enim in ſpecies genera diuiduntur. Verũ hæ quæ ſunt generum diuiſiuæ, conſtitutiuæ ſunt ſpecierum: nam animal per rationale ac irrationale, & per mortale rurſùs ac immortale diuiditur: ſed mortalis quidem rationaliſve differẽtiæ, cõſtitutiuæ ſunt hominis: rationalis verò ac immortalis, Deorũ: irrationalis autem atq; mortalis, animalium expertium rationis. Sic & ſubſtantiæ ſupremæ, animatum atq; inanimatum, ſenſitiuum atque inſenſitiuum differentiæ cùm ſint, animatum & ſenſitiuum vnà cum ſubſtãtia ſumptæ animal confecêre: animatũ atq; inſenſitiuum, plantam. Cùm igitur eædem differentiæ partim conſtitutiuæ ſint, partim diuiſiuæ, vniuerſæ ſpecificæ nuncupantur. Atq; his opùs eſt maximè ad generũ diuiſiones, & ad definitiones conficiendas. Sed nõ illis alijs, quas ſeparabiles eſſe aut inſeparabiles diximus. Tex. 6. ¶ Has itaq; definientes, differentiam inquiũt eam eſſe, qua ſpecies genus excedit. Homo nanq; ſupra animal, rationale mortaleq; habet. Animal enim neq; nihil iſtorũ eſt

(vnde

(vnde enim differentias ſpecies haberent?) neq; omnes oppoſitas habet: idẽ enim oppoſita nimirùm haberet. Sed vt cenſent, potentia quidem omnes eas differentias habet quæ ſub ſe ſunt, actu autem nullam. Atq; hoc pacto neq; ex non entibus fit, neque circa idem oppoſita ſimul erunt. Tex. 7. ¶ Definiunt autẽ ipſas & hoc pacto. Differentia eſt id quod de pluribus & differentibus ſpecie, hoc ipſo quale quid eſt prædicatur. Rationale enim & mortale de homine, hoc ipſo quale quid eſt homo, ſed non hoc ipſo quid eſt prædicatur. Nam ſi interrogabimur quid eſt homo? accommodatè dicimus, animal. At ſi quale animal eſt interrogabimur: rationale mortaleq; accommodatiſsimè reſpondebimus. Nam cùm res è materia formaq; conſtent, aut ex talibus quæ inſtar illarum ſint, vt ſtatua ex ære quidẽ, vt ex materia cõſtat: ex figura autem vt ex forma: ſic & homo cõmunis, qui quidẽ eſt ſpecies, ex genere differẽtiaq; conſtat, ſimilitudinẽ rationis ſubeuntibus cum materia atq; forma. totum autem hoc animal rationale mortale, eſt homo, vt iſtis eſt ſtatua. Tex. 8. ¶ Deſcribunt tales differentias & hoc modo. Differentia eſt id quod ſuapte natura ea, quæ ſunt ſub eodem genere, ſeparat. Rationale enim atq; irrationale, equum & hominẽ quæ ſub eodem, vt patet, genere, quod quidẽ eſt animal, collocãtur, ſeparat. Text. 9. ¶ Inſuper & hoc modo aſsignãt: Differẽtia eſt id, quo ſingula differũt. Homo enim & equus genere quidẽ nõ differunt, & nos enim animalia ſumus, & ea quę ſunt expertia rationis: ſed additũ rationale, nos ab illis ſeiunxit. Dij quoq;, & nos rationis participes ſumus: ſed mortale adiunctum, nos ab illis diſtinxit. Tex. 10. ¶ Exactiùs autẽ ea, quæ ad differentiã pertinent pertractãtes, differentiã inquiũt non quoduis eorũ eſſe, quæ ſeparant ea, quæ ſub eodem genere collocantur: ſed id quòd ad ſubſtantiam rationemq́ue cõfert, & quòd pars eius eſt rei cuius differentia dicitur eſſe. Non enim aptum ad nauigandum eſſe, hominis eſt differentia, etſi eius proprium eſt. Dicere nanque poſſumus animalium alia eſſe apta, alia non eſſe apta ad nauigandum, hominem à cæteris ſeiũgentes. At aptum eſſe ad nauigandum, ad ſubſtantiam ſanè non confert neque pars eſt ipſius, ſed aptitudo ſolùm. Propterea quòd non eſt tale, quales ſunt hæ differentiæ, quas ſpecificas appellamus. Erunt igitur eæ ſpecificæ differentiæ, quæ diuerſam faciunt ſpeciem, & q̃ in ratione ſumũtur. Atq; de differẽtia q̃dẽ hęc ſatis ſint dicta.

DE differẽtia (vt ait Boetius) non opus eſt quęrere, cur ſtatim poſt ſpeciẽ collocetur: quãdo quidem in dubium reuocatum eſt, an debuiſſet ſpeciem antecedere. Eſt enim differentia pars eſſentialis ſpeciei: quam ſubinde Ariſt. 5. met. tex. 19. appellat primam qualitatem ſubſtantię, ob id ꝙ abſq; dubio in ordine diſputationis pręferenda eſt proprio ⁊ accidenti, quę ſunt qualitates accidentales. ¶ Caput hoc in duo ſcinditur mẽbra, in priori ſunt quinq; diuiſiones differentię, ⁊ totidem in altero definitiões: qua propter primũ mẽbrum habet quinq; textus, totidemq; ſecundum. In primo textu eſt prima diuiſio differentię quę explicat acceptiones varias huius nominis. Dicitur differẽtia, cõmuniter, proprie, ⁊ propriiſſime. Boetius transfert, magis proprie, ſed Gręce eſt, idiẽtata, quod eſt ꝓpriiſſime. Ubi notandum eſt (vt dicit Auicenna) ꝙ nõ ſumuntur acceptiones iſtę ſicut illę generis ⁊ ſpeciei: etenim illic diuidebatur vox in diuerſas ſignificationes ſimpliciter ęquiuocas: nam prius vulgus impoſuerat genus ad ſignificandum collectionem aut ſeriẽ familię, ⁊ inde philoſophi tranſtulerunt nomen ad ſignificandũ genus ſecundę intentionis. Hęc vero nõ eſt prorſus ęquiuoca ſignificatio, ſed potius analogica. Quẽadmodum em̃ rationalitate differt hõ ab equo, ita ſimitate naſi differt hõ ab alio qui h̃z aquilũ naſum. Et motu differt ambulans a ſedẽte, licet non ſit perfecta ſimilitudo: vnde om̃es tres ſignificationes ſpectant ad dialecticũ. Et propriiſſima differẽtia eſt membrum principale qđ ſimpliciter dicitur differẽtia: alię vero ſcđm quid, quãuis quoad nos prius occurrant ſenſui differẽtię cõis ⁊ propria. Idcirco hic non loquimur de dr̃ia vt in materia exponibiliũ. Illic nãq; ſolũ docet, qđ ſit duo inter ſe quomodocũq; differre, qđ eſt vnũ non eſſe aliud: hic vero appellat differentia, id per qđ vnum extremũ differt ab alio. ¶ Atqui dicitur cõmuniter dr̃ia: primum q2 eſt accidẽs neutri extremorũ propriũ, ſed vtriq; cõmune. i. qđ vtriq; viciſſim accidere poteſt: vt ambulatio qua nunc Petrus ambulans differt a ſedente Paulo, ⁊ poſtmodũ Paulus ambulans põt differre a Petro ſedente. Et pręterea quia vulgus cõmuniter appellat illã dr̃iam rerum quã ſenſu percipit. Et põt hac dr̃ia non ſolũ vnũ ab alio, ſed idẽ a ſeipſo differre. Ut exemplo in textu patet. ¶ Dr̃ia vero proprie eſt accidens inſeparabile quo vnum differt ab alio. Ut naſi curuitas, cęruleus oculorum color, Boetius vertit, cęſitas, quod quidã codices mẽdoſe habent, cęcitas, cũ tamẽ Gręce ſit, glaucotes. i. glaucus oculorũ color qui appellatur cęſius aut cœruleus. Et ideo dicitur proprie dr̃ia, non ꝙ ſimpliciter ⁊ abſolute ſit dicẽda dr̃ia, vt ſtatim dicemus, ſed q2 eſt accidẽs proprium. Nec ponit exemplum proprij ſpecifici quale eſt riſibile: q2 nõ loquitur de differentia, qua ſpecies inter ſe differunt, ſed qua differunt indiuidua ſub eadẽ ſpecie: qualis eſt oculorũ color, ⁊ cicatrix cũ callo fuerit indurata, ⁊ facta inſeparabilis: quod Boetius transfert, cũ occalluerit, q̃ ſunt indiuiduorũ ſtigmata ⁊ notę quibus dignoſcũtur. Propriiſſime differẽtia eſt id, quo vnum eſſentialiter ⁊ ſpecie differt ab alio. Ut rationale. Tex. 2. ¶ In ſecundo text. qui incipit, omnis igitur ⁊c. annectitur diuiſio ſecũda quę eſt veluti ſuperioris expoſitio. Ait ergo Porphy. ꝙ omnis differentia, puta trium illarum facit diuerſum, dr̃ia vero cõiter ⁊ proprie facit diuerſum per accidẽs, differentia vero propriiſſima facit diuerſum per ſe, atq; adeo facit aliud. i. aliã eſſentiam. ¶ Boetius transfert, oĩs facit alteratum, ſed propria alteratum ſolum, ⁊ propriiſſima aliud, quę tranſlatio multis fuit in cauſa fingendi ꝙ alteratum vno modo accipitur generaliter pro quacunq; diuerſitate ſiue eſſentiali ſiue accidentali: nempe vt ſaluarent: Quomodo differentia propriiſſima faciendo aliud, faciat alteratum, cum tamẽ profecto alteratũ non dicat niſi dr̃iam accidentalem, ⁊ aliud eſſentialẽ. Dicendũ ergo, ꝙ alteratum nec eſt tam Latinum q̃ diuerſum, nec exacte explicat phraſim Gręcã ⁊ mentẽ Porphy. quam tñ egregie explicant verba Argyropyli: nã, diuerſum, eſt ſuperius ad diuerſum per accidens ⁊ diuerſum per ſe: ⁊ ideo oĩs dr̃ia facit diuerſum: alię quidem, diuerſum per ſe, qđ eſt facere aliud. ¶ Subiũgit Porphy. duas proprietates harũ differentiarũ. Prima ſpectat ad nomen: q2 dr̃ię per ſe nuncupantur dr̃ię ſpecificę. i. ſpecierũ cõſtitutiuę: ſed dr̃ię per accidẽs dicunt tantũmodo dr̃ię. Tantũmodo inq̃, nõ ꝙ differẽtia per accidẽs ſit ſimpliciter ⁊ abſolute dr̃ia (qđ ⁊ Albertus adnotauit) ſed ꝙ dr̃ia per accidens non habet aliud peculiare nomẽ, quo nominetur: quẽadmodũ alię nuncupant dr̃ię ſpecificę, quę quidẽ ſimpliciter ⁊ abſolute ſunt appellandę dr̃ię. Altera proprietas attinet ad rem: videlicet ꝙ differentię propriiſſimę facientes aliud, ſunt quibus ⁊ diuidunt genera, ⁊ ſpecies definiunt. Unde illud palam fit, qđ in prologo dixit Porphyrius: has vez introductiones permultum conducere ad definitiones ⁊ diuiſiones: nempe vt ſciamus quibus differentiis ſit ⁊ genus diuidẽdum, ⁊ definitiones ſpecierum conſtituendę. Tex. 3. ¶ In tex. 3. qui incipit, rurſus igitur. ſubiungitur tertia diuiſio dr̃ię: nam alia eſt differẽtia ſeparabilis aliaq; inſeparabilis. Et cõſulto Porphy. ait, rurſus a principio differentiã diuidẽtes, ac ſi dicat ꝙ hac diuiſione non ſubdiuiditur aliquod mẽbrum ſuperiorum diuiſionum, ſed diuiditur dr̃ia in cõi ſicut in ſuperioribus. Enimuero ſicuti diuiſio ſecunda priori mẽbro cõprehendit duo mẽbra primę diuiſionis, ⁊ ſcđo cõprehendit tertiũ mẽbrũ: ita hęc tertia, priori mẽbro includit primũ primę diuiſionis, ⁊ ſcđo includit ſecundũ ⁊ tertiũ. Cõmunis enim ⁊ propria dr̃ia faciunt diuerſum per accidens. Ut moueri ⁊ ſimũ eſſe: ⁊ propriiſſima, facit aliud, ſed tñ tota differentia communiter dicta eſt accidens ſeparabile. Differentia vero proprie ⁊ differentia propriiſſime dicunt qualitates inſeparabiles, vt ſimitas, ⁊ rationalitas. Tex. 4. ¶ In textu. 4. qui incipit, Inſeparabilium rurſus, ſubdiuiditur ſcđm membrum tertię diuiſionis quarta diuiſione. Nam dr̃iarum inſeparabiliũ, alia ineſt per ſe, vt dr̃ia propriiſſima, qualis eſt rationale: alia ineſt per accidẽs, vt oculorũ cęcitas, curuitas naſi, q̃ ſunt proprie differentię. Differentia illa conuenit per ſe in pręſentiarum q̃ eſt de eſſentia rei. Et illa conuenit per accidẽs quę eſt extra eſſentiam quãuis ſit inſeparabile accidens. Quo fit (inquit Porphy.) vt differentia per accidens intenſionem ſuſcipiat ⁊ ſecundũ magis ⁊ minus pręd icetur. Eſt em̃ hõ magis aut minus aquilus, aut cęſius. Differentia vero per ſe non intentionẽ admittit nec remiſſionem: ſed quemadmodũ genus, ęqualiter ſemper pręd icatur. Nemo enim eſt magis minuſue rationalis. Tex. 5. ¶ In tex. 5. qui incipit, cũ igitur ⁊c. ponitur diuiſio quinta, qua ſubdiuiditur ſecundum membrum quartę diuiſionis. Differentiarum enim (inquit) alię ſunt per quas genera diuidimus, atque alię per quas conſtituimus ſpecies. ¶ Hic adnotandum eſt, quod diuiſio hęc poteſt eſſe aut diuiſio rerum aut rationum tantum. Quod eſt dicere, Poſſunt membra huius diuiſionis inſinuare diuerſas differentias: aut ſolum rationes diuerſas eiuſdem differentię, quę diuerſis rationibus eſt diuiſiua ⁊ cõſtitutiua. Et vtriuſq; ſenſus ſubiungit Porphyrius exempla. Eiuſdẽ enim generis ſubalterni, alię ſunt dr̃ie conſtitutiuę ⁊ alię diuiſiuę. v. g. corporis differẽtia conſtitutiua eſt corporeũ, eſt em̃ corpus ſubſtantia corporea: diuiſiuę vero eius ſunt aĩatum ⁊ inanimatum. Et viuentis differentia conſtitutiua eſt animatũ, diuiſiuę vero ſunt, ſenſibile, ⁊ inſenſibile: atq; adeo animalis conſtitutiua differentia eſt, ſenſibile, diuiſiuę vo rationale ⁊ irrationale: ita vt quodcunq; iſtorum generum in quantũ eſt ſpecies, habet vnam differentiam conſtitutiuam quę eſt ſecum conuertibilis: quatenus vero eſt genus, habet duas diuiſiuas inferiores ſe. At vero ſi eandẽ cõcipias dr̃iam, tunc in ordine ad ſuperius genus erit diuiſiua, ⁊ in ordine ad inferiorem ſpẽm erit conſtitutiua, vt in ſuperiori arbore vniuerſaliũ ad oculum patet, vt rationale eſt dr̃ia diuiſiua animalis, ⁊ conſtitutiua ſpẽi. ¶ Quo fit vt quemadmodũ dictũ eſt de ſpẽ, nempe ꝙ h̃z duos reſpectus. ſ. ad genus ⁊ ad indiuiduũ, ⁊ reſpectu vtriuſq; eſt ſpẽs, ita dicendũ eſt de dr̃ia: nihilo minus (inquit Porphy.) hmõi differentię ſimpliciter nuncupant ſpecificę: quippe q̃ denominantur a digniori actu qui eſt cõſtituere ſpẽm, eo em̃ differẽtia diuidit genus vt conſtituat ſpeciẽ: ⁊ ſi conſtituit genus ſubalternũ, non conſtituit illud, niſi in quantũ eſt ſpẽs. Tex. 6. ¶ Has itaq; definiẽtes. Hęc eſt ſecunda pars principalis textus, qua quinq; cõnumerat Porphyri. definitiões differentię. Ubi animaduertendũ eſt, tres eſſe actus differẽtię. ſ. diuidere genus, cõſtituere ſpeciẽ, diſtinguere ⁊ diuidere ſpeciẽ ab aliis ſpẽbus eiuſdẽ gñis. Prima definitio explicat q̃uo rõne differentię ſpecies differat a genere: ſecũda q̃uo differentia pręd icetur de ſpecie: tertia, q̃uo diuidat genus: quarta, q̃uo faciat differre vnam ſpeciẽ ab alia: quinta deniq;, q̃uo conſtituat ſpeciem. ¶ Prima definitio eſt. Differẽtia eſt qua ſpecies genus excedit. Boetius vertit, qua ſpecies abundat a genere. Attamen, vt phraſim Gręcam ad literam ſeruaret, fecit Latinã orationẽ ęquiuocã (quod quidẽ vitium frequentiſſimũ eſt apud Boetiũ) cum em̃ phraſis Gręca non conſonet Latinę, id in cauſa eſt, vt verſio q̃ Gręcam literã ſyllabatim obſeruat Boetij ſit, ⁊ obſcuriſſima, ⁊ frequentiſſime amphibologica. Ait em̃ ꝙ hõ ab animali plus habet rationale: quod aliqui expoſitores ita intelligunt. ſ. homo effectiue recipit ab animali differentiam, ⁊ tamen non eſt ille ſenſus: ſed ꝙ homo excedit animal per rationale, ſicut compoſitũ excedit materiã per formam. ¶ Reſpõdet mox Porphyrius tacitę rationi quam quis poſſet obiicere: videtur enim ꝙ genus contineat differentiã eandem quam ſpecies cõtinet, ac per ↄ̃ñs non excedat genus per dr̃iam. Probat añs. Primo q2 genus (vt dictũ eſt ſuperiori cap.) eſt totum reſpectu ſpecierum: totum autem cõtinet ſuas partes. Quod ſi genus cõtinet ſpeciẽ, cõtinet ſubinde differentiã cõſtituentem ſpeciẽ. Secundo: q2 ſi differentia non continet ſub genere, tunc ſequeretur ꝙ ſpecies haberet differentiam ex nihilo: q2 ſi hõ ab animali non habeat vt ſit rationalis, non videtur vnde id habeat. Sed reſponſio Porphy. cõſiſtit in hoc. Cum ſpecies, vt dictum eſt, conſtet ex genere ⁊ differentia veluti ex materia ⁊ forma, explicatur eius cõpoſitio per ſimilitudinẽ generationis rei naturalis, vt quẽadmodum res naturalis, puta ignis, neq; fit ex nihilo, neq; ex igne in actu. Sed ex medio, puta, ex materia ligni quę eſt in potentia ad ignem, vt docet Ariſt. 1. Phyſi. ita dr̃ia per quã cõſtituitur ſpecies, neq; deriuatur ex nihilo, neq; ex rõnali in actu, ſed ex animali, qđ in potentia continet oẽs dr̃ias ſpecierũ: ⁊ hoc eſt quod dicit Porphy. ſ. aĩal neq; nihil horũ, puta, dr̃iarũ, habet: q2 ſi nõ haberet illas nec in actu nec ĩ potẽtia, tunc ſpecies vnde illas haberet? Quaſi dicat nullo modo haberet, quia ex nihilo nihil fit: nec rurſus aĩal cõtinet actu dr̃ias, q2 tunc oppoſita includeret in ſua eſſentia, puta, rationale, ⁊ irrationale, qđ eſt impoſſibile,

bile, ſequiť ergo vt contineat illas ſolum in potētia quēadmodū materia eſt ī potētia ad plures formas. Tex.7. ¶ In tex.ſeptimo qui incipit, Definiūt autē ⁊c.ſubditur ſcđa definitio dr̄ię,qua definitur in ordine ad ſpecies de quibꝰ pꝛędicať, ⁊ ſm̄ quā eſt tertiū pꝛędicabile, nam in ordine ad genꝰ ſicut ſpēs nō eſt pꝛędicabile,ita nec differētia. Differētia (inquit)eſt quod pꝛędicatur de pluribus differētibus ſpecie in eo ꝙ quale. Itaqꝫ differentia ſm̄ Porphy.conuenit cum genere in pꝛędicari de pluribus differentibus ſpecie,⁊ differt ab illo in pꝛędicari quale.Quare definitio hęc non conuenit vltimis differentiis cōuertibilibus cū ſuis ſpēbus:cuius ratione infra examinabibus. ¶ Exponit autē illā particulā,puta,pꝛędicari in eo ꝙ quale, duplici medio. Pꝛimo a ſigno:qꝛ interrogātibus,quid eſt hō, reſpondemus ꝙ eſt animal:ſed quęrentibus, quale animal, reſpōdemus ꝙ eſt rationale.Et ſecūdo id patefacit ſimilitudine artificiali: genus enim in cōſtitutione ſpeciei habet ſe inſtar materię.Dr̄ia vero inſtar formę,vbi nota quēadmodū ſpeciē vocat hominem cōem. In his vero q̄ conſtat ex materia ⁊ forma, materia dicit quidditatem,⁊ forma qualitatē:vt ſi quęratur quid eſt ſtatua reſpondetur ꝙ eſt,ęs:ſed ſi interrogetur, quale ęs,reſpondetur,ęs taliter figuratum. Poſuiꝰ exemplum in artificialibus quę pꝛęſto ſunt ſenſibꝰ ⁊ rem opportuniꝰ exponāt. Tex.8. ¶ In tex.8.qui incipit, Deſcribunt tales differentias.aſſignať tertia definitio.ſ.differētia eſt id quod ſuapte natura ſeparat ea q̄ ſunt ſub eodē genere,vt rōnale diſtinguit inter hominē ⁊ bruta,quę ſunt ſub animali : ⁊ mortale inter nos ⁊ Deum(perſiſtit eñi in ſecta Stoicorū,ꝙ nos ⁊ dij ſumus rōnales)Gręce eſt,angeli,ſed idē pollet in pꝛęſentiarū. Definitio hęc dať ſecundū pꝛimū actū differentię qui eſt diuidere genus. Ait,ſeparat ea q̄ ſub eodē gn̄e ſunt.⁊ non dicit, diuidit genus. Forte (vt ait Albertꝰ) qꝛ diuiſio gn̄is nō eſt ſicut diuiſio cōpoſiti in partes: nō eñi diuiditur aīal in partes quo ad eſſentiā,ſicut ſi diuideretur eius definitio, in corpus animatum ⁊ ſenſitiuum:ſed diuiditur diuiſione explicante eius confuſionem ⁊ poteſtatem , vt tota ratio animalis ſit in hoīe ⁊ tota in equo:⁊ ideo hac diuiſione potius diuidūtur ⁊ ſeparātur ea quę ſunt ſub genere q̄ꝫ genus ipſum. Dicitur,ea quę ſunt ſub eodem genere,qꝛ rationale non diuidit hoīem ab albedine,ſed ab equo qui eſt ſub eodē genere ſub quo eſt homo. Text.9. ¶ In text.9.qui incipit, Inſuper ⁊ hoc modo ⁊c . additur quarta definitio ſm̄ tertium actum differentię,puta,differētia eſt id qua differūt a ſe ſingula. Ut rationale eſt qua homo differt ab equo.Et acipitur hic differre pꝛopꝛie vt diſtinguitur cōtra alios modos alietatis, vt ſtatim dicturi ſumꝰ. Tex.10. ¶ In tex.10.qui incipit, Exactius autem ⁊c. concluditur quinta ⁊ poſtrema definitio differētię, quam aſſerit Porphy.exactius explicare rationem differentię. Nam in cęteris definitionibus, ſemper eſt aliquid ſubintelligendum: non enim omne illud in quo ſpecies excedit genus, eſt eius differētia:nec omne illud quod diuidit ea quę ſub genere continētur: neqꝫ omne illud quo differunt a ſe ſingula, niſi intelligeretur,illud quod eſt de eſſentia rei:nā riſibile ⁊ aptum ad nauigandum ⁊ alia quę ſunt pꝛopꝛia accidentia hominis, non habent rationem differentię , tametſi per illa ſpecies excedat genus ⁊ quodammodo diuidatur genus : vt ſi dicas, animalium aliud aptum ad nauigandum , aliud ineptum. Ratio ergo pꝛopꝛię differētię eſt , ꝙ ſit conſtitutiua eſſentię:⁊ inde appellantur ſpecificę. Itaqꝫ differentia,vt rationale, diuidit genus determinādo ipſum ad eſſe ſubſtantię ſpeciei : ⁊ facit differre hominem ab equo conſtituendo eſſentialiter ſpeciem humanam:quod non conuenit pꝛopꝛię paſſioni,imo riſibile pꝛęſupponit eſſentiam iam conſtitutam.

## Quæſtio vnica.

## Vtrùm textus differentiæ ſit in vniuerſum verus.

A Parte negatiua arguitur, Pꝛimo contra pꝛimā diuiſionē. Plato vir factus non differt a ſeipſo iuuene ſolum dr̄ia cōmuni:ergo exemplū Porphy.nō eſt aptū. Pꝛobať añs. Plato ſenex eſt alius ab ipſo iuuene: nā conſtat ex noua materia q̄ per nutritionem fuit pꝛorſus commutata. ¶ Scđo argř cōtra ſecundam diuiſionē. Non eſt hoc pꝛopꝛiū differentię pꝛopꝛiiſſimę,puta facere aliud,ergo male dicit Porphy . ꝙ ſola dr̄ia ꝓpꝛiiſſima facit aliud. Pꝛobať añs. Unū indiuiduū eſt aliud ab indiuiduo eiuſdē ſpeciei,vt Petrus eſt alius a Paulo,⁊ tñ nō differunt pꝛopꝛiiſſima dr̄ia,nam talis nō eſt niſi ſpecifica:ergo non ſola dr̄ia pꝛopꝛiiſſima facit aliud. ¶ Cōtra tertiā diuiſionē arguitur tertio. Rē pꝛopꝛię quales ſunt,aquilū ⁊ ſimū,non fluunt ex pꝛincipiis intrinſecis ſpeciei,ſed indiuidui: qꝛ non conueniunt omni ſpeciei : ergo non ſunt inſeparabiles. Pꝛobatur cōſequentia: quia ſolū pꝛopꝛium, qđ pꝛocedit ex eſſentia rei eſt inſeparalibe. ¶ Et cōfir.ſi differentia pꝛopꝛia eſt inſeparabile accidens,tunc oīs talis eſt per ſe,qꝛ pꝛopꝛiū per ſe p̄dicať de ſuo ſubiecto:vt autor eſt Ariſto.1.Poſt.text.9. ergo male in quarta diuiſione diuiditur differentia inſeparabilis in per ſe,⁊ per accidens. ¶ Et confirmatur ſecundo. Pꝛopꝛia paſſio nō ſuſcipit magis ⁊ minus,poſtquā fluit ex eſſentia rei:ergo male dicit Porphy. ꝙ differentia pꝛopꝛia, qualis eſt pꝛopꝛia paſſio, ſuſcipit magis ⁊ minus. ¶ Tertio confirmatur. Unus hō eſt magis aptꝰ ad ſciētias ⁊ ad ratiocinandū, q̄ꝫ aliꝰ: ſed rationale dicit ratiocinationē: ergo vnus homo eſt magis rōnalis q̄ꝫ alius,⁊ per ꝯñs dr̄ia pꝛopꝛiiſſima ſuſcipit magis ⁊ minꝰ. ¶ Quarto cōtra ſcđam cōcluſionē argř. Differentię pꝛiuatiuę,vt inanimatū, irrationale,⁊ ſimiles,ſunt diuiſiuę generis,⁊ tamen non ſunt conſtitutiuę inferioris ſpeciei: ergo male inſinuat Porphyrius omnem differentiam , ſuperius genus diuidentem,conſtituere inferiorem ſpeciem. Pꝛobatur minor. Differentia conſtituit ſpeciem addendo nouum gradum perfectionis generi, vt ſupꝛa dictum eſt:ſed pꝛiuatio non dicit perfectionem aliquā: ergo dr̄ię pꝛiuatiuę non ſunt conſtitutiuę ſpeciei. ¶ Ad ſcđam partē tex.deſcendendo,argř quinto cōtra pꝛimā definitionē. Genus cōtinet in ſe differentias inferiores actu:ergo male aſſeriť ſpēm excedere genus per differentiā. Pꝛobatur añs pꝛimum:quia genus continet ſpeciem ſicut forma vniuerſalis continet particulares, ⁊ ſpecies cōtinet differentiā ſicut totum partem : ergo de pꝛimo ad vltimū,genus cōtinet differentiā:⁊ ſcđo qꝛ natura. v.g. animalis(vt ſupꝛa dictū eſt) non reperitur realiter, ni contracta ad eſſe hominis vel equi ⁊c.ſed natura animalis quę eſt in homine continet actu rationalitatem: quia non eſt aliud q̄ꝫ humanitas (vt in.c.de genere dictum eſt) ⁊ eadem ratione animalitas quę eſt in equo, continet actu hinnibilitatem, ergo. ꝙ ſi dicas, aīal in quātum per intellectū abſtrahiť a rōnibus ſpecierum, non continere dr̄ias actu:tunc ſequitur,ꝙ nec continet illas in potētia, quia ꝓfecto non





non videtur qūo animal habeat poteſtatem,vt inde fluat rationalitas:qꝛ nec eſt cauſa efficiēs illius nec formalis,nec finalis,nec materialis. ¶ Sexto contra ſecundā definitionē arguiť. Differētia nō omnis pꝛędicatur de pluribus differentibus ſpecie:ergo definitio mala. Pꝛobatur antecedens. In omni genere deſcendendū eſt ad vltimā differentiā, quę ſit cōuertibilis cum ſpecie,vt eſt expꝛeſſa ſnīa Ariſt. ⁊ cōmē. 7.met.tex. 43. vñ Boetius lib.de diuiſionibꝰ dicit, ꝙ niſi eſſet penuria nominum, nulla definitio haberet plures q̄ꝫ duos terminos: Puta genus ⁊ dr̄iam cōuertibilē cū ſpecie:⁊ manifeſte patet de rationali quod cōuertitur cum hoīe. Et cōfir. Si dr̄ia pꝛędicaretur in quale,id maxime eſſet,qꝛ ſe habet vt forma eſſentialis contrahens genus:ſed eadem ratione genus ipſum ⁊ quodcunqꝫ ſuperius pꝛędicareť in quale de ſuo inferiori : nam ſuperius ſe habet vt forma reſpectu quidditatis inferioris, vt habeť.2. Phyſi. tex.28.quapꝛopter docetur in pꝛędicamentis ſecundam ſubſtantiā ſignificare, quale quid: ſed ſuperiora nihilo minus pꝛędicantur in quid de ſuis inferioribus:ergo differētia nō pꝛędicať in quale de ſpecie. ¶ Septimo contra quartā definitionē argř. Non eſt pꝛopꝛium differentię vt per eam differāt a ſe ſingula : ergo illa definitio non eſt bona. Pꝛobatur añs. Generaliſſima differunt inter ſe,nō tñ differunt per differētias,cum non habeāt cōe genus:⁊ indiuidua eiuſdē ſpeciei differunt,⁊ non per differentias : imo differētię ipſę differunt ⁊ non per alias differētias: nam ſi rationalitas differret ab hinnibilitate per aliam differentiā,tunc quęreť de illa ſcđa differentia per quid differret:⁊ ſic eſſet pꝛoceſſus in infinitum.

## ¶ Ad quæſtionem reſpōdetur,

Capitulū hoc in vniuerſum eſſe verum:vnde ad pꝛimum argumentum longa requireretur reſponſio, niſi ſuper Petrum Hiſpanum in de quantitate pꝛopoſitionis ⁊ potiſſimū ędítione pꝛima latiſſime explicuiſſem , quemadmodum idem Petrus qui fuit puer eſt poſtea iuuenis,⁊ poſtea ſenex: non quidem tanta identitate quāta angelus,aut coelū, aut reliq̄ corruptibilia: at vero quanta ſufficit vt ſimpliciter dicatur idem. Et oppoſitum repugnat non ſolū Ariſto.4.Meta. text.22.⁊.39. ſed ſacrę ſcripturę apud Job vbi ait, quē viſurus ſum ego ipſe ⁊ non alius, ⁊ rurſus circundabor pelle mea ⁊c. Nec eſſet ſecurus in fide reſurrectionis,qui negaret eundē hominem reſurrecturum qui mortuus eſt , ⁊ in eodē corpore, quāuis ex tanta materia quanta materia nutritionis in homine ſene corrupta eſt,parū ſit reſumpturus. Reſpondetur ergo ad argumentum ſicut tunc, negando ꝙ Petrus ſenex ſit alius q̄ꝫ iuuenis : imo (vt ait Porphy.) ſolum differunt accidentaliter. Et ad pꝛobationem in contrarium reſpōdetur, ꝙ quanuis tota materia quā ego habui ante.30. annos fuerit corrupta,nihilo minus,quia in quocunqꝫ articulo temporis fuit imperceptibiliter variata,ſum ego ille qui fui heri,⁊ heri qui per heri fuerā: ⁊ ita pꝛocedēdo de pꝛimo ad vltimum , ſum ille qui fui puer, alias non eſſet verum ꝙ ego ſum baptizatus . ¶ Et ad communem replicam , quid ſi modo repꝛoduceretur illa materia quam habui ante.30.annos, ⁊ informaretur hac anima mea , videť ꝙ ille eſſet alius poſtq̄ꝫ haberet oīno aliā materiā. Reſpōdemus tūc ꝙ ille eſſet alius,⁊ hoc videtur docere Ariſ. 4.met. tex.39.vbi ait,ꝙ ſi igni paulatim apponantur ligna, idem augetur:ſed ſi omnia ſimul tollerētur ⁊ ſimul apponerentur alia noua,eſſet alius ignis:nihilo minus forſan melius reſpondebitur,ꝙ ille non eſſet tā idem mecum q̄ꝫ ego ſum ille qui fui in illa materia, pꝛopter repentinā mutatiōē tantę materię: nihilo minus ſimpliciter ille de nouo pꝛoductus ⁊ ego eſſemus idem. Et ratio eſt,qꝛ ego in reſurrectione idem reſurgam qui modo ſum, ⁊ forſan nullam particulā materię quā mō habeo habebo tunc: ſed aliā forſan quā habui alio tp̄e. Imo cū materię cadauerum fuerint tā multis modis tranſmutatę, ſatis eſt ſi vnuſquilibet in reſurrectione habeat paticulam totius materię quam habuit viuens. ¶ Ad ſecundum argumentum reſpōdetur: ꝙ ſola differētia pꝛopꝛiiſſima, vt inquit Porphy. eſt illa quę facit aliud,ſaltem inter illa quę ſunt in eodem pꝛędicamento . Et ratio eſt quia differentia pꝛopꝛiiſſima conſtituit eſſentiam: riſibile vero aut aquilum , ⁊ a fortiori alia accidentia,adueniunt eſſentię conſtitutę. Et ideo negatur ꝙ Petrus ſit aliud a Paulo,quod certe eſt notandum etiā in Theologia,ne ab hęreticis decipiamur:nam,aliud,apud Philoſophos dicit defferentiam in eſſentia:⁊ qꝛ ſpecies dicit totam eſſentiā indiuiduorum , pꝛopterea Petus ⁊ Paulus, vt ſunt eiuſdem ſpeciei,ita ſunt eiuſdē eſſentię. Atqui quanti hoc referat adnotate,hoc pꝛoferam exemplo: venit mihi hiſce diebus in manus liber quidā Arrianus, quippe qui negabat Patrem ⁊ Filium eandē habere eſſentiā numero,eundēqꝫ eſſe numero Deū: paucis deinceps interiectis foliis cōcedebat, Filiū eſſe eiuſdē eſſentię cū Patre. Poterat hoc quidem hoīem Dialecticę ignarū fallere, qui exiſtimaret retractionē eſſe hanc ſuperioris hęreſis, cum tñ virus ſub verbis lateret. Nam cōcedebat Filium eſſe eiuſdem eſſentię,ſicut ego ſum eiuſdem eſſentię cum patre meo,oīa enim indiuidua eiuſdē ſpeciei ſunt eiuſdem eſſentię:⁊ ideo generatio eorū eſt vniuoca. Nō ergo ſatis eſt concedere filium Dei eſſe eiuſdem eſſentię cū Patre, niſi addas, eiuſdem numero, ⁊ eſſe eundē Deū numero: nā ⁊ in nobis cōcedit Porph. ꝙ plures hoīes ſunt vnꝰ hō ſꝫ ſpeciē ⁊ eſſentiā. Hęc ergo adduxerim quibꝰ manifeſtarē, ꝙ Petrus non eſt aliud a Paulo, ſed eſt alius hō:nam alius homo, dicit aliū numero:ſꝫ, aliud, ſubſtātiue dicit aliud in ſpecie. Eſt etiam,aliud,indiuiduum ſi ly,aliud,accipiatur adiectiue. ¶ Ad tertium rñdetur. Q̄ non ſolum accidētia ꝓpꝛia ſpēi ſunt inſeparabilia,ſed etiā accidentia ꝓpꝛia indiuidui: nam ſicuti riſibile eo ꝙ fluit ab eſſentia dimoueri nō pōt ab hoīe,ita oculoꝝ color,aut diſpoſitio naſi q̄ ex peculiari indiuidui cōplexione dimanat,eſt ſicuti character eius indelebilis,⁊ quodāmō inſeparabilis,vt.c. ſequēti explicabimus. ¶ Ad pꝛimā confirmationem rñdetur:ꝙ per ſe ineſſe ſubiecto, accipitur in p̄ſentiarū ſtricte pꝛimo modo perſeitatis , pꝛo eo quod eſt de eſſentia ſubiecti. Atqui dicitur dr̄ia per ſe, ⁊ rōne ſpeciei,qꝛ eſt de eius eſſentia,⁊ ratione generis quia per ſe illud diuidit:nō enim aīal per ſe bene diuiditur ſi dicas,aliud album aliud nigrū,ſed ſi dicas,aliud rōnale aliud irrationale:nā genus per ſe diuidi,eſt per ſe contrahi ad cōſtitutionē ſpeciei. Pꝛopꝛium autē ineſt per ſe ſcđo mō perſeitatis. ¶ Ad ſcđam confir. Albertus ⁊ Paulus rñdēt,ꝙ pꝛopꝛia paſſio qualis eſt, riſibile, ſuſcipit magis ⁊ minus:ita ꝙ vnus homo eſt magis admiratiuus aptiorqꝫ ad ridendum q̄ꝫ alius, atqꝫ adeo riſibilior,qđ ꝓfecto non facile crediderim: imo hanc mihi videor videre differentiā inter accidens pꝛopꝛiū ſpeciei, ⁊ accidens qđ eſt pꝛopꝛium indiuidui:ꝙ accidēs pꝛimū nec eſt intēſibile nec remiſſibile , accidens vero ſcđm eſt intenſibile ⁊ remiſſibile: nam ſicuti ex eo ꝙ eſſentia rei eſt inuariabilis,ſit vt rōnale nō ſuſcipiat magis ⁊ minus, eadē rōne neqꝫ riſibile,qđ fluit ex eadē eſſentia,ſuſcipit magis ⁊ minus : tā riſibilis eñi fuit Cato qui ferť nunq̄ꝫ riſiſſe,

q̃ꝫ Philomenes,cui (autoꝛe Ualerio) vis riſus im-moderati vitam hauſit. Ueruntñ accidẽtia pꝛopꝛia indiuidui,qꝛ dimanãt ex cõplexione indiuidui ſuſcipiente magis ⁊ minus, ſuſcipiũt ⁊ ipſa magis ⁊ minus,vt hõ ſit magis cęſius alio,aut magis aquilus. Uñ ad cõfirmationẽ reſpõdetur:ꝙ Poꝛphyrius inter differẽtias pꝛopꝛias nunq̃ꝫ meminit pꝛopꝛię paſſionis ſpeciei (quę pertinet ad quartũ pꝛędicabile) ſed ſolum accidentium pꝛopꝛioꝛum indiuidui q̃ pertinent ad quintum pꝛędicabile. Intelligit enim (vt annotauimus in textu) per differentiam pꝛopꝛiam, accidẽtia inſeparabilia, quibus indiuidua differunt ſub eadem ſpecie:vt differentiis pꝛopꝛiiſſimis reſeruaret,ſeparare vnã ſpeciẽ ab alia.¶Et per hoc rñdetur ad tertiã cõfirmationẽ,ꝙ vnus homo poteſt eſſe magis pꝛõptus ad ratiocinandũ ⁊ ad diſciplinas q̃ꝫ alius,⁊ pꝛomptioꝛ ad ridendũ: non quidẽ ꝙ ſit magis rationalis aut magis riſibilis,ſed pꝛopter indiuidualẽ cõplexionẽ coꝛpoꝛis qua vcꝫ habet carnes magis molles:vt ait Ariſto. 2.de anima:aut oꝛgana aptioꝛa,aut eſt ſanguineus aut cholericus ⁊c. Et hoc modo Gilbertus concedit, ꝙ aĩal animantius eſt q̃ꝫ

*Diſgregatiuum.*

planta:qꝛ perfectius viuit. ¶Quod ſi quis arguat, ꝙ diſgregatiuum viſus eſt differentia albedinis, ⁊ tamen ſuſcipit magis ⁊ minus: Rñdetur,ꝙ drĩa eſſentialis accidẽtis non plus ſuſcipit magis ⁊ minus, q̃ꝫ differẽtia ſubſtãtię:etenim ſicut vnus homo non eſt magis homo q̃ꝫ alius,ita nec vna albedo eſt magis albedo q̃ꝫ alia:ſed ſubm̃ eſt magis aut minus album pꝛopter intentionẽ albedinis in illo. At diſgregatiuũ viſus nõ eſt differẽtia eſſẽtialis albedinis, vt meminit S.Tho. opuſ.42.c.19. ſed qꝛ drĩę accidentium ſunt nobis ignotę, explicamus illas per effectus:imo diſgregare viſum,non eſt effectus albedinis,ſed lucis:at qꝛ inter coloꝛes albedo pꝛęcipue recipit lucem,ideo dicitur diſgregare viſum. Ex ob id q̃ intẽtioꝛ eſt, magis eſt diſgregatiua. ¶Ad quartũ argm̃ rñdet Boetius negãdo ꝙ drĩę pꝛiuatiuę non cõſtituant ſpeciem: vnde dicit ꝙ quãuis mera negatio,vt non eſſe rõnale,nullã dicit perfectionẽ: tñ pꝛiuatio vt,irrationale,dicit perfectionẽ equi. Auicen-

*Drĩa pꝛiuatiua.*

na vero ⁊ Albertus negant drĩas pꝛiuatiuas cõſtituere ſpẽm ꝓpter rationẽ argumẽti, quibꝰ ꝑfecto libẽtius ego ſubſcriberem. Non enĩ video quõ irrationale dicat perfectionẽ conſtitutiuã ſpeciei: quare ly,bꝛutum,cum cõnotet carentiã rationis,nec eſt genus nec differẽtia. ¶Et argr̃ pꝛimo contra Boetium:qꝛ ſm eum,animal,non eſt immediatũ genus equi,ſed aĩal irrationale: idcirco definitio equi non eſſet,animal hinnibile,ſed aĩal irrationale hinnibile qđ non facile crediderim:imo credo ꝙ aĩal eſt immediatũ genus ad multas ſpẽs animaliũ,ſicuti ad hominẽ:non enĩ eſt maioꝛ rõ ꝙ animal immediate cõtrahatur ad eſſe hoĩs,q̃ꝫ ad eſſe equi. Unde ad argumentũ rñdetur, ꝙ illę drĩę pꝛiuatiuę ponuntur loco poſitiuarũ,q̃ nobis ſunt ignotę: ait enĩ Ariſto. 6. Top.c.3.ꝙ genus quodlibet diuidendũ eſt per duas differentias oppoſitas. Cuius ratio eſt duplex. Pꝛima,qꝛ differẽtię rerum plurimę nobis ſunt ignotę: ſcđa,qꝛ quãuis eſſent notę,nõ poſſent certo numero compꝛehendi,qꝛ ſunt innumerę,vt Poꝛphy.c.ſuperioꝛi meminit:quare ſi diceres,aĩalium aliud rationale,aliud hinnibile,aliud mugibile ⁊c. hauriri non poſſet tota cõtinẽtia generis.¶Atqui differẽtia pꝛiuatiua aliqñ ponitur loco vnius poſitiuę tam ample ſicut eſt illa pꝛiuatiua : vt cum diuiditur ſubſtantia per coꝛpoꝛeum ⁊ incoꝛpoꝛeum , incoꝛpoꝛeum ponitur loco ſpiritualis,aut intellectualis,quę facit per ſe vnum genus diſtinctum contra coꝛpus. Aliquando vero nõ ponitur loco vniꝰ,ſed loco pluriũ,vt irrationale non fungit vice vnius drĩę poſitiuę q̃ conſtituat genus cõe oĩm irrationaliũ: ſed loco plurimarum drĩarũ,puta hinnibilis,latrabilis ⁊c. Nõ negamus eſſe plurima genera ſubalterna ſub animali:vt canis foꝛſan eſt vnũ genus cõe ad plures ſpecies canũ:⁊ ceruus foꝛſan eſt genus ad plures ſpecies ceruoꝛũ:⁊ armentũ ad plures ſpecies armentoꝛũ. Sed dico pꝛimo,ꝙ nõ eſt vnum genus cõe oĩm irrationalium:⁊ pꝛęterea, ꝙ ſicut animal eſt immediatum genus ad ſpẽm humanã,ita foꝛſan eſt immediatũ genꝰ multarũ ſpecierũ bꝛutoꝛũ.¶Quintũ argumentũ ꝑtinet iam ad ſcđam partẽ textꝰ qõnis. Ad qđ rñdet cum Poꝛph.ꝙ genus nõ ꝯtinet drĩam actu, ſed poteſtate: nã cõtinere illã actu eſt cõtinere tanq̃ partem ſuę definitiõis ⁊ quidditatis:⁊ vt rñſum eſt,animal in quantũ abſtrahit ab hac ⁊ illa rõne ſpecifica, nõ includit in ſua definitione, rõnale aut irrationale,ſed tm̃,ſenſitiuum, quãuis in re nulla detur realiter animalitas q̃ non includat actu rõnale aut irrationale. Uñ ad argm̃ cõceditur,ꝙ genus ſicut cõfuſe cõtinet ſpẽm,ita ⁊ drĩam:nihilo minꝰ ſpẽs determinate cõtinet drĩam, quã genus determinate non cõtinet.¶Sed ad plenioꝛẽ intelligẽtiã reſtat dubiũ, quõ genus cõtineat drĩas poteſtate aut potẽtia: nã

*Genus cõtinet drĩas.*

continere,dicit aliqđ genus cauſę: an ergo cõtineat in genere cauſę efficiẽtis an foꝛmalis. Albertus dicit ꝙ continet in genere cauſę foꝛmalis,ſicut confuſum continet determinatum:⁊ eſt opinio Cõmen.5. Met.com. 15. Dicendũ eſt tñ ꝙ genus,aut cõparat ad drĩam,aut ad ſpẽm:ſi ad differentiã,tunc cõtinet eã in gñe cauſę materialis,ad ſimilitudinẽ rei artificialis:ſicut enĩ ſcãnum nõ fit ex quacũq; materia:qꝛ materia eius nõ eſt butyꝛũ ſed lignũ:ita rõnale non infoꝛmat quodcũq; genꝰ immediate,ſed aĩal. Qđ antiqui dicebãt,drĩam educi de potẽtia gñis, ſicut foꝛmam cõpoſiti de potẽtia materię. Si vero cõpararetur ad ſpẽm,tũc cõtinet illã in gñe cauſę foꝛmalis,ſicut ſphęra maioꝛ in cœlis cõtinet minoꝛem. Et põt quodãmõ accõmodari ſimilitudo continui:ſicut enĩ in cõtinuo ſunt plurima in potẽtia, q̃ per diuiſionẽ eiꝰ fiunt entia in actu,ita ſub cõfuſione animalis cõtinent plures ſpẽs,q̃ per diuiſionẽ drĩarũ cõſtituuntur ĩ actu. Et ꝓpterea antiqui nõ ſolũ dicebãt genꝰ cõtinere drĩas in potẽtia,q̃ deſignat merã paſſionẽ, ſed poteſtate: quaſi ꝙ genꝰ ꝓferat de ſe differẽtias. Qua p̃terea de cauſa, decẽ generaliſſima dicũtur decem rerum pꝛincipia,quaſi q̃ oĩa inferioꝛa ſub ſe cõtineãt, ⁊ a generaliſſimis omnia inferioꝛa dimanẽt. ¶Sextum argumentum eſt in hac materia p̃cipuũ: ad qđ Albertus dat quinq; ſolutiones , quas pꝛolixum eſſet hic ad longũ recitare. Tres ſunt q̃ ad rem faciunt. Et pꝛima,quã ego vehementer ſuſpicoꝛ fuiſſe intentionem Poꝛphy.eſt,ꝙ foꝛte in eius opinione nulla erat ſimplex vltima drĩa cõuertibilis cum ſpẽ ſpecialiſſima,ſed oẽs cẽſebat eſſe cões ad plures ſpecies. Ultimã vero drĩam putabat eſſe cõpoſitam ex pluribus ſimplicibus,vt patet in eius exẽplo,vbi ait,ꝙ rationale,cõe eſt nobis ⁊ diis:⁊ moꝛtale cõmune eſt nobis ⁊ bꝛutis: ſed, rationale moꝛtale, cõplet vltimã differentiam hominis. Quã opinionẽ ſequit Burlęus. At vero ſiue hęc fuerit mens Poꝛphyrij ſiue nõ,eſt tamen ⁊ cõtra Ariſto. ⁊ cõtra veritatem vt argumentum compꝛobat.¶Secunda rñſio eſt,ꝙ Poꝛphy. ſolũ intẽdit definire drĩas ſpecierũ ſubalternarum, eo ꝙ drĩę vltimę ſunt nobis ignotę ſicut ſpecies ipſę: drĩę vero ſubalternę ſunt magis notę. Quę quidẽ reſpõſio(quãuis Albertus dicat eam eſſe irridendam, qꝛ tũc definitio non cõueniret omni contento ſub definito ) tñ pꝛofecto foꝛſan nõ eſt adeo riſu digna: quin etiam videtur eſſe Ariſtotelis ſcđa Poſt.



Poſt.tex.17.vbi ait,ꝙ differentia ſuperioꝛ eſt q̃ ſpecies:qđ S.Thom.exponẽs ait,rõnẽ eſſe,qꝛ drĩę vltimę ſunt nobis ignotę. Nihilo minꝰ,poſtq̃ꝫ in rei veritate eſt aliqua vltima drĩa ſimplex, exponenda eſt definitio,vt etiam illã compꝛehẽdat. ¶Ultima ergo expoſitio Alberti eſt,ꝙ drĩa habet tres actus.ſ.diuidere genus,conſtituere ſpeciẽ,⁊ in his cõſiſtit ratio drĩę:habet aliud qđ eſt conſtituere vltimã ſpeciem,⁊ hoc de per accidens eſt ad rõnem differentię: ⁊ ideo in definitione ſolũ duo pꝛioꝛa debuerunt explicari. Sed pꝛofecto ſolutio non abũde ſatiſfacit:nam ſicut de ratione differentię nõ eſt cõſtituere ſpeciẽ ſpecialiſſimã,ita nec conſtituere ſpẽm ſubalternã:ſed ſolũ de rõne eius eſt conſtituere ſpẽm abſtrahẽdo ab hac ⁊ ab illa:ergo definitio debuit aſſignari cõis ⁊ indifferẽs ad vtrãq; drĩam. ¶Rñdetur ergo,vt ait dominus Caietanus exponendo Albertũ, ꝙ definitio debet intelligi negatiue.ſ. Drĩa eſt cui in quantũ drĩa eſt,non repugnat p̃dicari de pluribus differẽtibus ſpecie:⁊ ita eſt ꝙ rõnale,quatenus eſt drĩa,id nõ repugnat,ſed in quãtũ conſtituit ſpeciẽ vltimã. Et rõ definiendi hoc mõ fuit,ꝙ ſicuti ſpecies debet definiri per reſpectũ ad indiuidua:ita ⁊ differẽtia(queãdmodũ ⁊ genus)debet definiri in oꝛdine ad ſpeciẽ cuius eſt pars. Et cũ drĩa in quãtũ differẽtia nõ cõuertatur cũ ſpecie ſpecialiſſima,ſicut pꝛopꝛium, debuit definiri per indifferentiã ad p̃dicari de pluribꝰ ſpeciebus: ⁊ hac rõne definitio cõpꝛehendit tam drĩas ſubalternas q̃ꝫ ſpecialiſſimas. Qua de cauſa(vt cõiicio) Ariſt.1.Top.c.4.inter p̃dicata nõ meminit differentię, ſed ſolius definitionis: qꝛ vcꝫ vltima differentia pꝛędicatur de ſpecie ſicut definitio eſſentialiter ⁊ cõuertibiliter.¶Pꝛo materia pꝛimę confirmationis notandũ , ꝙ oĩa vniuerſaliter p̃dicata dicunt quodãmodo q̃litatẽ reſpectu ſubiecti,eo ꝙ ſe habẽt vt foꝛma reſpectu illius,vt colligit ex Ariſto. ſecũdo Phyſ.tex.28.diuerſimode tñ:nã accidẽs dicit q̃litatem accidentalẽ ſeparabilẽ: ꝓpꝛiũ vero,qualitatem accidentalẽ,ſꝫ inſeparabilẽ:⁊ de his manifeſtum eſt

*In quale.*

quõ pꝛędicent in quale. At vero genus ⁊ drĩa quia vtrũq; eſt pꝛędicatũ ſpeciei vtrunq; dicit qualitatẽ, modis tamen diuerſis. Nam drĩa reſpectu generis hꝫ ſe ſicut actus determinãs ⁊ infoꝛmãs illud,⁊ oĩs actus qui ſe habet vt determinans, pꝛędicat in quale. Hoc enim eſt quod quęrimus,interrogantes, homo quale animal ſit.i.qualiter ſit foꝛmatum. Genus vero reſpectu differẽtię hꝫ ſe ſicut materia determinabilis, reſpectu vero ſpeciei de qua pꝛędicat quidditatiue,habet ſe vt foꝛma, nõ quidẽ ſicut actus determinãs rationẽ ſpeciei, ſed ſicut quidditas totaliter determinata. Et ideo Ariſto. Scđas ſubſtantias dicit ſignificare quale quid.i.quale per quod reſpõdet ad queſtionẽ,quid eſt. Et ideo pꝛędicant quidditatiue vt.c.etiã de genere diximus. ¶Ad ſecundam cõfirmationẽ rñdetur,ꝙ differẽtia accipiẽdo pꝛimę intentionaliter pꝛo ſubſtrato ſm eſſe abſolutum qđ habet in rebus(vt rõnale)nõ eſt definibilis,vt ꝓbat argumentũ:ſed tamen accipiẽdo nomẽ differẽtię ſecũdę intẽtionaliter pꝛo re in quantũ ſubſtat ſcđę in-

*Definit. 2. intentio.*

tentioni,q̃ eſt p̃dicari de pluribus ⁊c. difinitur hic a Poꝛphyrio: vnde definitum eſt ſcđa intentio ad ſenſum ſupꝛa expoſitũ:non ꝙ ſecũda intẽtio ſit drĩa,ſed ꝙ definitur res in quãtũ ſubſtat ſcđę intẽtioni. Nominales dicunt ꝙ definitur ly differentia q̃ ſuppoꝛnit pꝛo illis terminis, rationale, hinnibile ⁊c. ¶Ad ſeptimũ argumentũ latiꝰ patebit reſpõſio in p̃dicamen. c.4. ſed interim negatur ꝙ non ſit ꝓpꝛiũ drĩę vt ꝑ illã res differãt. Ubi notãdũ,ꝙ quãuis oẽs res quarũ vna realiter nõ eſt alia, vulgari ſermõe dicantur differre:nihilo minꝰ tñ pꝛopꝛie, res differre eſt, idem ad diuerſa ferre: ⁊ ideo pꝛopꝛie ſolum cõuenit ſpeciebus cõtentis ſub eodem genere,ad quas genꝰ idem per diuerſas differentias diſtrahitur: generaliſſima vero vt loco citato explicabimꝰ,non differũt, ſed ſunt pꝛimo diuerſa. Et indiuidua eiuſdẽ ſpeciei non pꝛopꝛie differunt, ſed ſunt materialiter diuiſa: qꝛ differentia dicit eſſentialem diſtinctionẽ. Quare perſonę diuinę non pꝛopꝛie differunt,ſed ſunt perſonaliter diſtinctę:⁊ differentię ipſę non differunt,ſed ſunt rationes differendi, puta quibus ſpecies differunt:ſicuti albedo non eſt alba,ſed albi foꝛma.

## DE PROPRIO Caput. IIII.

PROPRIVM autẽ quatuor diuidit modis. Nam pꝛopꝛium eſt id , quod ſoli cuipiam accidit ſpeciei, etſi non omni: vt homini accidit medêri,aut metiri. Et id item quod vniuerſæ accidit ſpeciei , etſi non ſoli : vt hominem bipedem eſſe. Et etiam id quod ſoli accidit , & omni, & quandoque: vt omni homini in ſenectute caneſcere. Quartum autẽ eſt id,in quod omnia conuenerunt,vt ſoli,& omni, ſemperq; accidat, quale eſt riſibile reſpectu hominis. Nam homo, etſi non ſemper ridet,riſibilis tamen dicitur:non ex eo, quia ſemper rideat, ſed q̃a aptus eſt ad ridendum. Hoc autem ipſi ſemper eſt inſitum: quemadmodum & equo ipſum hinnibile. Hæc verè pꝛopria inquiunt eſſe,quia in his ipſis fit & conuerſio. Si eſt enim homo,eſt riſibile: & ſi eſt riſibile,eſt etiam homo.

CVm ſpecies, vt in ſuperioꝛibus adnotauimus , totũ quoddã ſit metaphyſicũ,ex genere ⁊ differentia tanq̃ꝫ ex materia ⁊ foꝛma cõpoſitũ: oꝛdo debitus eſt , vt poſt tria hęc quarto loco ſuccedat pꝛopꝛiũ:nomẽ enĩ ipſum manifeſtat cur ſit accidenti pꝛęferendũ. Pꝛopꝛiũ nanq; eſt illud qđ eſſentiã rei ꝓxime ſequit,tanq̃ id qđ ex pꝛincipiis eſſentialibus fluit:accidẽs vero eſt, qđ aliunde extrinſece cõpetit. Atqui capitulũ hoc quartũ breuiꝰ eſt q̃ꝫ vt partitiõe aliqua opus habeat. ¶Narrat hic Poꝛphy.quatuoꝛ acceptiones ꝓpꝛij, ⁊ id ſolũ qđ eſt pꝛopꝛiũ quarto modo, eſt ſimplicit ⁊ ꝓpꝛiiſſime ꝓpꝛiũ: cętera vero ſunt ꝓpꝛia ſm quid. Uñ acceptiões iſtę non ſunt ſicut illę generis ⁊ ſpeciei:puta pꝛimę aut ſecundę intentionaliter, ſed ſicut acceptiones drĩę, oẽs intelliguntur ſcđę intẽtionaliter. Siue enĩ pꝛopꝛium accipiat quarto,ſiue aliis modis,eſt acceptio dialectica. Ob idq; licet pꝛopꝛiũ aliter accipiat ſm Grãmaticos: qñ diſtiguũt nomẽ in ꝓpꝛiũ ⁊ appellatiuũ, aut qñ diſtinguũt ſignificationẽ in impꝛopꝛiã ⁊ pꝛopꝛiã:⁊ aliter ĩ philoſophia moꝛali qñ dicũt,res iure gentiũ eſſe appꝛopꝛiatas, ⁊ religioſos nõ habere ꝓpꝛiũ:tñ hmõi acceptiones nihil ad rẽ pertinẽt. ¶Sed eſt p̃terea ſciendũ,ꝙ Ariſt.1. Top.c.4.aliter definit pꝛopꝛiũ,neq; refert niſi tm̃ tres acceptiones

propꝛij. Ait enim, Propꝛium eſt qđ nō indicat quid eſt eſſe rei, ſoli autē ineſt ⁊ ꝯuerſim prędicatur. Prima particula excludit vltimā dr̃iam a rōne propꝛij, ⁊ ſecunda excludit accidētia cōia. Subiungit autē, ꝙ ſi quid aliud eſt propꝛiū qđ nō ſoli ineſt, aut quod non ſemꝑ ineſt, erit propꝛiū ſm quid: puta ꝓpriū ad aliquid, aut propꝛiū qñ. Bipes, qđ non cōuenit ſoli, dicitur propꝛiū ad aliquid: qꝛ non diſtinguit ſimpliciter hoīem ab aliis ſpēbus, ſed ſolū a quadrupedibus ⁊ non a volatilibus: ſed caneſcere dicit̃ propꝛiū qñ, qꝛ non cōuenit ſemper. At vero Porph. propꝛiū ad aliquid diſtinguit in duo, puta in ꝓpriū qđ ineſt ſoli, ſed nō oī, vt eſſe medicū aut geometrā: ⁊ ꝓpriū qđ accidit oī ſed nō ſoli, vt eſſe bipedē. Tertio modo ꝓprium eſt qđ conuenit aliqñ: ⁊ quarto mō id quod Ariſt. vocat ſimpliciter propꝛiū. ¶ Notandū eſt prętereа tertio, ꝙ definitio Ariſ. eſt proprie dialectica: quippe quę dat̃ per t̃mos ſecundę intētionis, ⁊ explicat propꝛium quatenus eſt quartū prędicabile. Definitio vero Porphy. videtur explicare potiꝰ naturam propꝛij ſm ſuū eſſe reale: niſi dicas, ꝙ ly, conuenit, tm̄ valet ſicut prędicari. Quomodocūqꝫ aūt ſit,

Definitionis ſenſus.

ſenſus definitionis eſt iſte. Propꝛium eſt vniuerſale qđ prędicat̃ de ſpecie, accidētaliter, intranſmutabiliter, ⁊ cōuertibiliter. Accidētaliter, ad dr̃iam vltimę differentię. Intranſmutabiliter, ad differentiā accidentium cōmunium. Conuertibiliter, ad dr̃iam propꝛij ſm quid: tria enim dicit, conuertibiliter. ſ. ꝙ oīs homo ſit riſibilis, ⁊ tantū homo ſit riſibilis, ⁊ ſemper homo ſit riſibilis. Hanc definitionē Nominales more ſuo attribuūt t̃mis, vt ſit ſenſus, Propꝛiū eſt terminus qui prędicatur de t̃mo qui eſt ſpecies ⁊c. Et qui ſemel deuorauerit illa noīa, homo, equus, ⁊ ſimilia, eſſe ſpecies, admittat ſubinde illa noīa, riſibile, hinnibile, eſſe propꝛias paſſiones. Secundū ergo intentionem Porphyrij, ⁊ Ariſtotelis definiuntur hic res, quatenus ſubſtant ſecundę intentioni ad ſenſum ſupra expoſitum: res enim ſunt accidentia propꝛia, ⁊ termini ſunt nomina talium accidentium. ¶ Sequitur ex dictis, propꝛium analogice dici, puta principaliter de proprio quarto modo, ⁊ minus principaliter de ꝓprio tribus prioribꝰ modis.

## Quæſtio prima.

## Vtrùm textus hic Porphyrij verus ſit.

Aduerſus partem affirmatiuā arguitur primo contra primā acceptionē. Aut eſſe medicum vel geometram, accipitur pro aptitudine ad ſcientiam, aut pro habitu acquiſito ſcientię: ſi primum, tunc eſt propꝛiū quarto modo: nam (vt autor eſt Ariſtoteles in. 1. Metaph.) aptitudo ⁊ inclinatio ad ſcientiā eſt homini naturalis ex principiis eſſentialibus fluēs, ſicut aptitudo ad ridendū. Si ſecundum, tunc eſt merum accidēs: accidit em̄ Petro eſſe medicum, quia non eſt natura ſpeciei, ſed ex mera voluntate. ¶ Eodem modo arguitur aduerſus tertiā acceptionē: nam ſi caneſcere dicat aptitudinem, eſt propꝛium quarto modo: ſi vero dicat actū, eſt merū accidens prouenīēs ex defectu caloris cerebri. ¶ Et cōfir. qꝛ etiā muli in ſenectute caneſcunt: ergo nō cōuenit ſoli homini. ¶ Scđo arg̃ contra ſecundā acceptionem. eſſe bipedē, nulli ſpeciei eſt propꝛiū: qꝛ non ſpecialiſſimę, cum non conueniat ſoli: neqꝫ ſubalternę, quia maxime eſſet propꝛiū animalis: ⁊ hoc nō, qꝛ nō cōuenit omni animali: ergo nullo mō eſt propꝛiū: nam omne propꝛiū procedit ex principiis alicuius ſpeciei. ¶ Cōtra quartā ⁊ ꝓpriā acceptionē arg̃ tertio. Aut propꝛiū conuenit ſpeciei ratione ſuę eſſentię, puta ratione talis formę ſpecificę: aut conuenit aliunde, ſicut calor cōuenit aquę ab igne. Si primū, non prędicatur accidentaliter, ſed certe eſſentialiter: nam ea ratione differentia prędicatur de ſpecie eſſentialiter, quia eſt de eſſentia illius. Si vero non conuenit ratione eſſentię, tunc eſt purum accidens: ⁊ ſic non poſſet diſtinctio fieri inter quartū ⁊ quintum prędicabile. ¶ Confir. Propꝛium non ponitur in prędicamēto ſubſtātię: qꝛ nec in recta linea, cum nec ſit genus nec ſpecies ſubſtātię: nec ad latus, cū non ſit eius dr̃ia: ergo ponitur in prędicamento accidentis, ⁊ per ꝯñs eſt accidēs. ¶ Quarto arguitur. Nullum eſt accidens quantūcunqꝫ cōe, qđ nō ſibi vēdicet propꝛiū ſubm̄: ergo oē accidēs eſt ꝓpriū reſpectu alicuiꝰ ſubiecti, ⁊ ꝑ ꝯñs nulla eſt diſtinctio inter quartū ⁊ quintū prędicabile. Probat̃ añs. Si aliqđ eſſet tale accidēs, maxime eſſet calor, ſapor, albedo, ⁊ alia id genus: ſed hęc nō poſſunt eſſe niſi in corpore naturaliter: ergo ſunt propꝛia reſpectu corporis. ¶ Quinto ⁊ poſtremo arg̃. Uniuerſale nō dr̃ niſi reſpectu inferiorū (eſt. n. vniuerſale vnū in multis ⁊ de multis) ſꝫ ꝓpriū nō eſt vniuerſale reſpectu īferiorū, nec in quantū ꝓpriū p̄dicat̃ de multis: ergo non eſt inter vniuerſalia cōputādū. Probat̃ minor. Si propꝛiū p̄dicaret̃ de pluribꝰ, maxime de indiuiduis: ſed iſtę nō ſunt p̄dicationes propꝛij, Petrus eſt riſibilis, Paulꝰ eſt riſibilis: ergo nō prędicat̃ de pluribꝰ.

¶ Ad quæſtionē veluti ad ſuperiores affirmatiue rñdet̃. Uñ ad primū argu. rñdet̃ primo, ꝙ eſſe medicū aut geometrā, nō accipit̃ pro inclinatiōe ⁊ aptitudine naturali ad ſciās, ſꝫ ꝓ habitu: nā habitus ſcię eſt etiā aptitudo quędā ⁊ potētia ad actū: dr̃ia. n. eſt inter aptitudinē ad ſciās, ⁊ aptitudinem ad ridendum: ꝙ aptitudo ad ridendum eſt completa poteſtas, quę a ſola fluit eſſentia, nō aliunde dependens ad ridendū: ⁊ ideo conuenit omni homini pro ſemper: ſed aptitudo ad ſciētias nō eſt completa ptās ſine habitu ſcię, qui quidē habitus a voluntate hoīs depēdet. Et ideo licet cōueniat ſoli hōi, qꝛ brutum nō eſt ſciētię capax, nō tñ cōuenit oī hoī. Et quāuis ſolutio hęc ſit oīm cōis, forſan alius eſt ſenſus Porphyr. procedit enim ſolutio data, ſuppoſito ꝙ eſſe medicum, ⁊ eſſe geometrā, ſint poſita gratia exēpli loco ſciētię in vniuerſali: nam cum homines naturalē habeāt inclinationē ad ſcientiā, non poteſt illa eſſe propꝛiū primo mō: ſed habitus qui non conuenit oībus. At forſan Porphy. eſſe medicum, ⁊ eſſe geometrā, intellexit ſpecialiter: vt per propꝛium primo mō intelligat particulares aptitudines naturales, q̄ in diuerſis hoībus ſunt diuerſę ad ſpeciales ſciās ⁊ artes, ſm qđ naſcunt̃ in tali ſydere: ſunt enim homines aptiſſimi ad aliquas artes, qui ad alias ſunt inepti. Et ideo aptitudo ad medicinā conuenit paucis hominibus. ¶ Ad aliud de caneſcere rñdetur, ꝙ non accipitur ſolū ꝓ actu, nec ſolum pro aptitudine quę fluit ex eſſentia hominis: ſed pro aptitudine illa ſimul cum qualitate cerebri, vnde pēdet actus caneſcendi: eſt enim cauſa caniciei corruptio humidi naturalis, quod calor cerebri deficiens in ſenectute digerere non poteſt. Et hac de cauſa qui groſſiores habent capillos facilius caneſcunt q̄ qui habent ſubtiliores, propter maiorem abundantiam humidi. Quare non ſolum actus caneſcēdi nō ineſt ſemper: ſed nec tota cauſa caneſcēdi ineſt ſemper. Hac de cauſa hoc adnotauerim, quod Paulus Uenetus



Uenetus putat hanc eſſe dr̃iam inter propꝛiū quarto modo ⁊ tertio mō: ꝙ hō eſt ſemꝑ aptus ad ſemꝑ ridendū: ſed quāuis ſemꝑ ſit aptus ad caneſcendū, nō tñ ad ſemper caneſcendū, ſed aliqñ. Et pōt quidē in bono ſenſu hoc ſaluari. Uerūtñ ſi ſit ſermo de aptitudine, ⁊ tota potentia ad caneſcendū, certe nec illa ſemper ineſt. Dicitur illa potētia cōuenire oī homini, qꝛ oīs qui ad ſenectutē venerit (niſi aliqua ſpecialis cauſa obſtiterit) caneſcit: ſicut grues (vt fertur) in ſenectute nigreſcunt. ¶ Ad cōfirmationē reſpōndetur, ꝙ albi pili mulorum non ſunt canicies: ſed eſt alia paſſio q̄ nullo modo eſt illis propꝛia, nec cōuenit illis ſolis cum cōueniat equis: neqꝫ conuenit oībus. ¶ Ad ſecūdum principale cōceditur ꝙ quicq̄d quarto mō, ⁊ ſimpliciter eſt propꝛiū, debet eſſe propꝛium reſpectu alicuius certę ſpeciei, aut ſpecialiſſimę aut ſubalternę, aut alicuius eſſentię ſimplicis. Et rō eſt quā inſinuabat argumentū: vꝫ qꝛ ex quacunqꝫ dr̃ia quam exprimit definitio fluit propꝛiū talis ſpeciei, vñ, ſicut dictum eſt in. c. de genere, ꝙ genera ſubalterna non definiunt̃ in quātū genera, ſed in quantū ſpecies: eadē rōne vnūquodqꝫ habet propꝛias paſſiones, nō in quātū genꝰ, ſed in quantū ſpecies: vt ſenſibile eſt ꝓpria paſſio aīalis, quāuis accipiat̃ loco dr̃ię q̄ eſt nobis ignota. Et ob id indiuidua nō habēt propꝛias ⁊ peculiares paſſiones: qꝛ non habēt propꝛias ⁊ peculiares eſſentias, pręter eſſentiā ſpeciei q̄ eſt oībus cōis: ſed habent (vt inquit Porphy.) proprietatū collectiones accidentaliū, quibus inuicē diſtinguuntur. Addiderim vel eſſentię ſimplicis. i. nō compoſitę ex gñe ⁊ dr̃ia: qꝛ generaliſſima habent etiam ſuas propꝛias paſſiones. Et entis (qđ eſt conceptus ſimplex) paſſiones ſunt, vnū, verū, ⁊ bonū. Et in ſimpliciſſimo Deo ſunt attributa propꝛia: vñ cōceditur ſubinde ad argumentū, ꝙ bipes, ꝓpterea nō eſt propꝛiū ſimpliciter: qꝛ nō ꝯuenit alicui ꝓprię ſpeciei, ſed eſt cōe multis, nō tñ toti gñi aīalis. ¶ Ad tertiū argumentū rñdetur, ꝙ quāuis riſibile fluit ex principiis eſſentialibus, nihilo minus nō prędicat̃ eſſentialiter: nam prędicari eſſentialiter eſt, prędicatum eſſe de eſſentia rei tanquā partē intrinſecā eius, vt tm̄ ſunt genus ⁊ dr̃ia: riſibile vero nō eſt pars eſſentię, ſed eſt quaſi effectꝰ eſſentialis eius: ⁊ ideo p̄dicatur accidētaliter medio mō inter dr̃iam ⁊ accidens cōe. ¶ Uñ ad cōfirmationē reſpondet S. Tho. q. 77. ar. 1. ꝙ accidēs accipit̃ dupliciter. Uno mō, vt diuiditur cōtra ſubſtantiā: ⁊ iſto mō non eſt dare mediū inter ſubſtantiā ⁊ accidēs, cū diuiſio ſit per affirmationē ⁊ negationē. ſ. eſſe in ſubiecto ⁊ non eſſe in ſubiecto: ⁊ ideo propꝛiū qꝛ nō eſt ſubſtātia, iſto mō eſt accidens. Secūdo mō accipit̃, accidens, vt eſt quintum prędicabile: ⁊ ſic pōt dari mediū inter ſubſtantiā ⁊ accidēs: vt accidens ſit quidq̄d nec fluit ab eſſentia, nec eſt de eſſentia: propꝛiū vero ſit, quod cū nō ſit de eſſentia, fluit tamen ab eſſentia. ¶ Ex quo ſequit̃ (ad formā confirmationis) ꝙ propꝛiū ponitur in prędicamēto accidētis, ⁊ diuerſa propꝛia in diuerſis prędicamentis accidentiū. Exēpli grã, intellectus, volūtas, ſenſus, ⁊ alia id genus, q̄ ſunt proprię paſſiōes tanq̄ potētię naturales ponunt̃ in ſcđa ſpecie qualitatis: triangulus, quadrangulus ⁊c. quę ſunt paſſiones linearū, ponunt̃ in quarta ſpecie qualitatis, qꝛ ſunt figurę. Sed rurſus habere tres angulos ęquales duobus rectis, quę eſt propꝛia paſſio trianguli, ponitur in prędicamento quātitatis. Nota quomō figura eſt paſſio qualitatis, ⁊ habere tres ęquales ⁊c. eſt paſſio figurę pertinens ad quantitatē: (nam ęquale vel inęquale, ſpectāt ad quantitatē) ſed magnum, paruum, par, ⁊ impar, q̄ ſunt ſpecies quantitatis, ponuntur in eodē prędicamento quantitatis: ſimile ⁊ diſſimile in prędicamēto relatiōis, licet ſint paſſiones qualitatis. Impertinēs ergo eſt, ꝙ paſſio ⁊ ſuū ſubm̄ in eodē ponant̃ prędicamēto. ¶ Ad quartū rñdetur, ꝙ oē accidēs habere propꝛiū ſubm̄, pōt intelligi duobꝰ modis. Uno mō de ſubiecto inhęſionis: ⁊ hoc modo forſan eſt verum, qđ non oē accidēs poteſt indifferenter ineſſe cuicunqꝫ ſubiecto: imo accidentia corporalia ſolum corpori ineſſe poſſunt mediantē quātitate, qđ eſt eius proximum ſubiectum. Et ecōuerſo accidētia ſpūalia ⁊ indiuiſibilia ſuapte natura non poſſunt inhęrere corpori, nec id ſolū naturaliter: ſed forſan nec ſupernaturaliter Deus poſſet albedinē ponere inhęſiue in angelo, neqꝫ notitiā in lapide, quāuis id paſſim cōcedatur: nā hoc videt̃ naturis rerū repugnare: ſed quicquid ſit de miraculo, ſaltem naturaliter oē accidēs habet ſubm̄ inhęſionis propꝛiū. Hic autē non loquimur de ſubiecto propꝛij hoc modo. Secūdo modo poſſumus loqui de ſubiecto, ex cuius eſſentia fluit accidens qđ eſt propꝛium: ⁊ hoc modo loquimur in propoſito, ⁊ negamus aliquā eſſentiam ſpecificam rerū, aut ſpecialiſſimā, aut ſubalternā, vnde tanq̄ propꝛiū quarto mō fluat albedo, aut nigredo, aut aliquod tale accidens: nam quāuis ſolū corpus ſit albū, nō tñ omne: ⁊ quāuis oīs nix ſit alba, non tamen ſola. ¶ Tertio mō poſſet quis fingere albedinē poſſe habere propꝛiū ſubiectum, puta, certam proportionē ⁊ mixtionem qualitatum primarū vnde fluat albedo, ⁊ certā vñ fluat nigredo. Sed hoc nec eſt ad ꝓpoſitū: qꝛ talis mixtio nō vocaretur ſubiectū, ſed cauſa efficiens: ⁊ p̄terea qꝛ forſan nō datur certa ⁊ determinata mixtio vnde fluant hmōi qualitates ſcđę: nam videmus ex nimia frigiditate albeſcere niuē, ⁊ ex magno calore ſaccarū. Sed de hoc ſatis. ¶ Ad quintum argumentū reſpōdetur. Primo, ꝙ ad hoc ꝙ propꝛium ſit vniuerſale, ſatis eſt ꝙ cōuertibiliter prędicet̃ de ſpecie, quę eſt vniuerſale. Sed ſcđo rñdetur, ꝙ certe p̄dicat̃ de indiuiduis p̄dicatione propꝛij per illā regulā Ariſ. antepredicamentalē: Quicquid de ſuperiori p̄dicatur, prędicatur de inferiori: q̄ certe intelligenda eſt eodē genere prędicationis, vt ſi hō eſt animal, eſt p̄dicatio generis, Petrꝰ eſt animal, eſt etiā p̄dicatio generis. Eadem rōne, qꝛ riſibile prędicatur de hoīe prędicatione propꝛij, iſtę etiam ſunt prędicationes propꝛij, Petrus eſt riſibilis, Paulus eſt riſibilis. Nec requiritur ꝙ prędicatū cōuertatur cum ſubiecto: ſatis enim eſt ꝙ cōuertat̃ cum ſpē aut cum gñe, cuius ſubm̄ eſt indiuiduum. Et rō eſt, quia propꝛiū eſt qđ fluit ex eſſentia rei: eſſentia vero indiuidui nō eſt alia ab eſſentia ſpeciei ⁊ generis: ⁊ ideo qđ eſt ꝓprium ſpeciei, eſt propꝛium indiuidui, quare hęc eſt etiam prędicatio propꝛij, Petrus eſt ſenſibilis.

## Quæſtio ſecunda.

## Vtrùm proprium à ſuo ſubiecto realiter diſtinguatur.

Arguitur primò contra partē affirmatiuam, argumento quo ſępe ſolemus contra hmōi diſtinctiones vti. Pluralitas ⁊ diſtinctio rerū nō eſt cōcedēda, niſi ratiōe id cōuincēte: ſed nulla videt̃ cōuincere rō, vt aliqđ ſit accidēs in hoīe, qđ ſit potētia ad ridendū diſtinctū realiter ab eo vel eius aīa: ergo gratis conceditur. Probatur minor: qꝛ hō eo ipſo ꝙ habet animam ⁊ organa corporalia, habet potentiā ridēdi, ambulādi ⁊c. ¶ Secundo arguitur.

Eadem eſt ratio de oībus proprijs paſſionibus, vt diſtinguant̃ aut non diſtinguant̃ a ſubiecto, poſtꝙ oīs paſſio cõſequit̃ eſſentiã rei: ſed multę ſunt ꝓprię paſſiones q̃ nõ diſtinguũtur realiter a ſuis ſubiectis: ergo nulla diſtinguit̃. Probatur minor. Paſſiões entis, vt vnum, bonũ, verũ, non diſtinguuntur ab ente niſi ſola rõne, vt Ariſto. 10. Met. tex. 5. ex profeſſo docet, ⁊ S. Tho. illic confitetur, ⁊ q. 1. de veritate, arti. 1. latius exponit dicens, ꝙ vnum, ſignificat ens, in quantũ eſt indiuiſum: ⁊ verum, ſignificat illud in quantũ obiectũ intellectus: ⁊ bonũ, ſignificat idẽ in quantũ obiectũ eſt appetitus. Itẽ aptitudo materię ad formã non diſtinguit̃ a materia, vt S. Th. 1. p. q. 77. art. 1. cõcedit: multęqꝫ ſunt pręterea hmõi paſſiones nõ diſtinctę a ſubiecto. ¶ Tertio arg̃r. Si aptitudo ad ridendũ diſtingueret̃ ab hõe, ſequeret̃ proceſſus in infinitũ in hmõi paſſionibus, quem nullus debet Philoſophus admittere. probat̃ ſequela. Aptitudo ad ridendũ diſtinguitur ab homine: ergo aptitudo illa eſt etiam apta inhęrere ſubiecto, ⁊ per ꝯ̃ns aptitudo eius ad inhęrendũ diſtinguitur ab illa: ⁊ eadem ratione illa ſecũda eſt apta inhęrere ſubiecto per aliam tertiam, ⁊ ſic in infinitũ. Et pręterea ſubiectum per ſe, non eſt in potẽtia ad ridendũ, niſi per illã aptitudinẽ: ergo eadẽ rõne non eſt in potẽtia ad producendũ illã aptitudinẽ, niſi per aliã: ⁊ ſic in infinitũ. ¶ Quarto arguitur. Si propriũ eſſet accidens diſtinctũ realiter a ſubiecto, vel eſſet extenſum ꝑ totum, vel eſſet in aliqua certa parte, vel eſſet indiuiſibile: non primũ, q̄ ridiculũ eſſet ſi quis concederet riſibilitatem eſſe in pede, qui ridere nequit: nec tertium, q̄ actus ridendi eſt materialis: quoniã exercetur organis materialibus: neqꝫ ſecundũ, q̄ non facile apparet in qua parte hoīs eſſet riſibilitas. ¶ Et cõfirmatur hęc rõ: q̄ ſi eſſet accidẽs diſtinctũ, illud eſſet intẽſibile ⁊ remiſſibile ſicut cętera accidentia corporalia: ⁊ ſic vnus hõ eſſet magis riſibilis alio, qđ ſupra negatum eſt. ¶ Quinto arg̃r. Si riſibilitas eſſet accidens diſtinctũ, ſequeret̃ ꝙ poſſet per diuinã potentiã a ſubiecto ſeparari: nã cum oīa a Deo conſeruentur, poſſet Deus ſubiectũ ſeruare corrupto accidẽte, vel ecõuerſo: ſicut ſeruat accidẽtia in ſacramento Euchariſtię: ꝯ̃ns tamen eſt falſum: nam tunc daretur homo qui nõ eſſet riſibilis, ⁊ certe id repugnat, ac ſi daretur hõ qui non eſſet rõnalis. ¶ Sexto demũ ⁊ poſtremo arg̃r. Eſto, concederetur aliqua diſtinctio ex natura rei inter ſubiectũ ⁊ eius paſſionẽ ſecluſa operatione intellectus, ſatis eſſet concedere diſtinctionẽ formalẽ, q̃ minor eſt diſtinctione reali, per quã incõuenientia iſtorũ argumentorũ euitarẽtur: ergo nõ eſt aſſerenda diſtinctio realis. Probat̃ antecedẽs, diſtinctio formalis, vt ſupra diximus, eſt inter duo quę non ſe habẽt vt duę res, ⁊ tamẽ vnum non eſt de eſſentia alterius, ⁊ ita videntur ſe habere homo ⁊ riſibile: q̄ de eſſentia ⁊ quidditate hoīs non eſt riſibilitas, nihilo minus non ſunt duę res vt patet per argumẽta facta. ¶ In contrarium eſt, qđ potentię naturales ſunt proprię quędam paſſiões animę, vt intellectus, voluntas, ſenſus, ⁊ ſimiles: quę quidem potentię ſunt accidentia diſtincta ab anima, vt patet per Ariſto. qui ponit huiuſmodi potentias in prędicamento qualitatis, quod ſecundum ipſum diſtinguitur a ſubſtantia.

¶ Quæſtionem hanc fateor nihil prorſus ad Dialecticũ pertinere: ſed q̄ Dialectici huius tẽporis illã huc introduxerunt, non potuimus hic non mouere. Tres ſunt de hac q̃ſtione opiniones, quas inter arguendũ innuebamus ſcđm numerum diſtinctionum trium, quas quęſtione tertia ſuper prologũ adnotauimus. Diſtinctionũ eñ alia eſt rõnis, vcꝫ per ſolã operationẽ intellectus: ⁊ alia ex natura rei ſecluſa operatione intellectus. Et hęc ſm Scotũ diſtinguitur in realẽ ⁊ formalẽ. ¶ Prima ergo opinio eſt Noīalium, tenentiũ ꝙ ſubiectũ ⁊ paſſio nullo mõ ex natura rei differunt. Diſtinguũt tñ de propria paſſione: nã vno mõ accipitur (inquiunt) Dialectice pro illis noībꝰ, riſibile, hinnibile ⁊c. quę cõuertibiliter prędicant̃ de nominibus ſpecificis: ⁊ hoc modo manifeſtum eſt diſtingui proprium a ſubiecto, in quo ſenſu non mouetur hęc quęſtio. (Quin etiam improprijũ ſatis eſt dicere iſtum terminũ, riſibile, eſſe propriam paſſionem illius termini homo.) Alio mõ propria paſſio accipitur Phyſice pro accidente qđ conſequit̃ eſſentiam rei: in quo ſenſu mouetur quęſtio p̃ſens, ad quã rñdent negatiue. ſ. ſubiectũ ⁊ propria paſſio: vt hõ ⁊ riſibilitas, nõ diſtinguũtur ex natura rei: ſed ſicut hõ per animam immediate viuit, ita per eam immediate ridet, intelligit, ſentit, vult ⁊c. Quare intellectus ⁊ voluntas nullo mõ diſtinguunt̃. Probãt concluſionẽ argumẽtis ſupra formatis. ¶ Reales vero conſentiunt quidẽ ꝙ diſtinguantur ex natura rei: differunt tamẽ ꝙ Scotus opinatur ſuo modo ſolum formaliter diſtigui, ſed S. Tho. cenſet diſtingui realiter. Opinionẽ ſuam explicat Scotus ſecundo ſententiarũ. q. 16. q. vnica. Vbi ꝙ diſtinguantur ex natura rei probat: q̄ ſecluſa operatione intellectꝰ, hõ, ⁊ riſibile, habẽt diſtinctas definitiones: nam hõ eſt aīal rõnale, ⁊ riſibilitas eſt aptitudo ad ridendũ. Item, q̄ circũſcripta operatione intellectus cõcedimus ꝙ riſibilitas eſt in hoīe, ⁊ quod hõ eſt ſubiectũ riſibilitatis: ⁊ per ꝯ̃ns habent ſe ſicut ſubiectum ⁊ accidẽs. Qđ vero nõ diſtinguantur realiter probat: quia diſtingui realiter eſt diſtingui tãꝙ duas res: ⁊ tñ riſibilitas pẽdet ex eſſentia ⁊ ideo eſſentia cõtinet eſſentialiter quodammodo riſibilitatẽ. Atqꝫ adeo hinc elicit mediam diſtinctionẽ formalem. Itaqꝫ diſtinctio formalis eſt, vt ſupra diximus, quando vnum habet definitionem quidditatiuã non includẽtem aliud, nihilo minus aliud cõtinet eſſentialiter ipſum: ſicut dixit animalitatẽ diſtingui ab hoīe formaliter, q̄ definitio aīalis non includit hoīem, nihilo minus hõ cõtinet eſſentialiter animalitatem. Unde adhuc inſinuat Scotus duos gradus diſtinctiõis formalis: plus. n. diſtinguunt̃ ex natura rei ſubm̃ ⁊ paſſio, q̃ natura generis ⁊ natura ſpeciei: q̄ natura gñis, ꝙuis nõ includat naturã ſpeciei, includit̃ tñ in illa tanqꝫ pars eiꝰ quidditatiua: tñ ꝓpria paſſio neqꝫ includitur in definitione ſubiecti, nec includit illud niſi ſcđo mõ dicẽdi per ſe, ſicut naſus ponit̃ ĩ definitiõe ſimitatis, vcꝫ ſimitas eſt naſi curuitas, vbi ſubm̃ nõ ponit̃ tanqꝫ pars paſſionis.

¶ His ſuppoſitis ad intelligentiam opinionis S. Tho. notandũ eſt, ꝙ nuſqꝫ apud ipſum inuenitur, ꝙ paſſio diſtinguat̃ a ſubiecto ſub iſtis terminis, paſſio vel ꝓpriũ, ſed ſolũ ꝙ potẽtię diſtinguant̃ a ſubiecto: puta ꝙ potẽtię aīę diſtinguant̃ ab aīa, ⁊ potẽtię corporales a corpore. Hoc patet prima. p. q. 77. ar. 1. ⁊ in. q. de ſpiritualibꝰ creaturis, ar. vi. ⁊ vbicunqꝫ alibi de iſta meminit. Sed q̄ in locis citatis dicit, ꝙ potentię ſe habent ſicut accidentia propria ſubiecti, quę pertinent ad quartum prędicabile, vt patet loco primo citato ad quintum argumentũ: inde poſteriores iſti doctores mouẽt quęſtionem ſub noīe ꝓprię paſſionis, opinãtes ſm S. Tho. oẽm propriã paſſionem diſtingui a ſubiecto, qđ S. Tho. non ſomniauit. Sed multo magis miror quid iſtis in mentẽ venerit, ꝓprias paſſiões appellare relationes aptitudinales ad agendũ vel patiendum.





In qua ſententia citãt S. Thom. prima. p. q. 77. Et Scotũ in. 4. diſt. 4 9. q. 2. qđ tamen neuter vnquã cogitauit. Enimuero, nec oīs propria paſſio eſt potentia, vt. q. 1. patebit: nec illa quę eſt potentia, eſt relatio cũ ponatur in ſcđa ſpecie qualitatis. Uerum eſt tñ, ꝙ potentia definitur in ordine ad actũ, vt riſibilitas eſt potentia ridendi, ſicut viſus potentia ſentiendi colorem, inde tñ nõ ſequitur eſſe relationes: quia nihilo minus habẽt eſſe abſolutũ, vt intellectus, voluntas. ⁊c. Sicut forma non eſt relatio, quanuis ſit actus materię. Sed de hoc in tertio prędicamento. Unde ſi quęſtio hęc tractãda eſſet in Dialectica, potius deberet tractari in prędicamentis, in ſecunda ſpecie qualitatis, an videlicet naturalis potentia diſtinguatur a ſubiecto. Quia tamen in hoc loco hac tẽpeſtate mouetur, reſpondetur tribus concluſionibus. Prima, Omnis propria paſſio quę eſt potentia reſpectu operationis realis ⁊ accidẽtalis, diſtinguitur realiter a ſubiecto, ſiue ſit potentia actiua ſiue paſſiua: dũ modo ſit potentia per ſe proxime ordinata ad talẽ actũ. Exẽpli grã, intellectꝰ qui reſpectu obiecti eſt potẽtia paſſiua ad recipiendũ ſpecies, ⁊ actiua ad producendũ actũ, pariter ſenſus ⁊ volũtas diſtinguũtur realiter. Cęterę particulę explicabũtur cõcluſione tertia. Concluſio hęc primo probat̃: quia tales potẽtię ponuntur ab Ariſt. in ſcđa ſpecie qualitatis: ⁊ Ariſt. ſcđo de aīa, potẽtias animę vocat partes aīę. Item Dionyſius de coeleſti hierarchia. c. 2. ⁊ ſcđm aliã diuiſionẽ. c. 9. dicit, ꝙ coeleſtes ſpiritꝰ diuidũtur in eſſentiã, virtutẽ, ⁊ operationẽ. Et Auguſt. 15. de Trinitate. c. 7. vbi tractat de imagine, dicit, ꝙ intellectus, volũtas, memoria, quę ſunt in hoīe, non ſunt idẽ ꝙ homo, vt in Deo. ¶ Secũdo id probat. S. Tho. locis nuper citatis ex illa maxima Ariſ. 9. met. t. 13. ⁊ libr. 12. t. 26. ⁊. 28. videlicet potentia ⁊ actus ſunt in eodem genere, ex qua infert ꝙ vbi actus eſt accidẽtalis, ibi potẽtia ⁊ virtus ad talẽ actũ eſt accidẽs. Cuius ratio eſt, quia dare eſſe ſubſtãtiale, ⁊ operari, ſunt duo diſtincti effectus, quorũ primus eſt effectus ſubſtãtialis ⁊ formalis prouenĩẽs a forma in genere cauſę formalis: alter vero eſt accidẽtalis prouenĩens a forma in genere cauſę efficiẽtis: ſed potentia debet proportionari effectui: ergo forma ſubſtantialis per ſeipſam dat eſſe ſubſtãtiale, ⁊ per virtutes ſibi additas operatur. Unde gloſſa Scoti loco citato. ſ. ꝙ maxima Ariſtotelis intelligitur de potẽtia ⁊ actu eſſendi, vt Antichriſtus qui modo eſt in potentia, ⁊ poſtea erit in actu, ſunt in eodem genere: gloſſa (in quã) iſta certe nõ eſt ad mentẽ Ariſt. q̄ de illo nemo ambigere vnꝙ poterat, quin res quę prius non eſt, ⁊ poſtea eſt, ſint in eodẽ genere: q̄ ſunt eadẽ res numero. ¶ At vero prętermiſſis his metaphyſicis, probatur tertio, ⁊ maxima Ariſt. ⁊ concluſio pro captu Dialecticorum. In rebus oībus corporalibus ⁊ inſenſibilibus, videmus res operari per virtutes ſibi additas: vt ignis calefacit per calorẽ ⁊ aqua frigefacit per frigiditatẽ, quę ſunt accidẽtia: ſol conceditur ab oĩbus philoſophis illuminare per lucẽ, ⁊ per illã vel alias virtutes ignotas operari diuerſos effectus, ⁊ terra recepit a Deo virtutes naturales ad germinandũ herbas: qđ notatur Geneſis primo, germinet terra herbã virentẽ, ⁊ lignũ pomiferũ faciẽs fructũ, cuius ſemẽ in ſemetipſo ſit ſuper terrã. Nõ eſt dubiũ quin plantę habeant virtutes productiuas, quę ſunt eorũ accidentia. Unde medici attribuũt herbis diuerſas virtutes a ꝓprietate, vt Rhabarbarũ non ſolum ratione caloris, aut frigiditatis, ſed ratione proprietatis quę eſt propria paſſio eius expellit cholerã: ergo eadem ratione alię virtutes ⁊ potentię naturales ad alios effectus ſunt accidentia diſtincta. ¶ Quarto arguit̃, Ariſt. ſcđo de aīa diſtinguit quinque ſenſus, quos vocat partes animę: propterea ꝙ ſunt quinque obiecta diuerſimode mouentia: aliter enim color mouet viſum, ⁊ aliter ſonus mouet aurẽ: ergo intentio illius eſt ꝙ diuerſis obiectis actiuis correſpondent diuerſę potentię receptiuę ſpecierũ: ⁊ illę nõ poſſunt eſſe aīa, quę eſt ſimpliciſſima: ergo ſunt diſtinctę potentię. ¶ Et confirmatur. Diſtincta organa ⁊ inſtrumenta ſeruiunt diſtinctis potentijs: vtpote oculus, ⁊ aures, ſunt diſtincta organa: ergo diſtinctę ſunt potentię, viſiua, ⁊ auditiua, q̄ expreſſe docet Ariſt. ſecũdo de aīa. t. 12. dicens organum ſenſus eſt, in quo collocatur vis ⁊ potentia ſentiẽdi. Quinto arguitur ex intentione Ariſto. tertio de aīa, vbi ponit intellectũ agentẽ, ⁊ paſſibilẽ diſtinctas virtutes, puta vnam actiuã ⁊ aliam paſſiuã: quas apud oẽs expoſitores adeo fuit cõpertiſſimum eſſe virtutes diſtinctas ab anima, vt Commen. in illũ errorẽ exceſſerit, vt crederet intellectũ perpetuo manere anima corrupta. ¶ Sexto ⁊ poſtremo arguitur. Sermones vſitati de intellectu ⁊ voluntate vix ſaluari poſſunt, niſi poſita diſtinctione illarũ potentiarũ inter ſe, ⁊ per cõſequẽs ab eſſentia. Dicimꝰ eñ ꝙ homo intellectu intelligit, nõ volũtate nec ſenſu: ⁊ vult volũtate, ⁊ nõ intellectu. Itẽ ꝙ intellectus dirigit voluntatem, ꝙ volũtas mouet alias potẽtias, ⁊ ꝙ intellectus eſt in capite, ⁊ non in pede, ⁊ ꝙ ſenſus eſt particulariter in oculo. Hęc autẽ oīa peruertunt dicẽtes, ꝙ potẽtia nõ diſtinguitur ab aīa: nam dicũt animã eãdem eſſe ⁊ intellectũ ⁊ ſenſum, quod Ariſt. aduerſus antiquos philoſophos oſtendit eſſe falſum ſcđo de aīa tex. 60. ⁊ infra: Itẽ cõcedũt ꝙ intellectus vult, ⁊ volũtas intelligit, qui neutrꝙ eſt ſermo philoſophis dignus. Poſſent ⁊ alia hic argumenta acerſiri ad probandũm ꝙ ſenſus diſtinguitur ab aīa: nempe cũ ſit potentia corporalis extẽſa ſicuti ſenſatio: ſed ſatis eſt hactenus calamus lineam Dilecticę trãſgreſſus. ¶ Ergo vt ad propoſitũ redeamus, eodẽ modo riſibilitas cenſetur quędã potentia corporalis ad ridẽdum. Ex repẽtino enim gaudio dilatatur ſanguis a corde, qui extendens partes faciei, facit motũ riſus in ore. Sicut ecõuerſo ex repẽtino moerore ſanguine currente ad cor, oculi cõſtringuntur ⁊ exprimunt lachrymas. Et ſic videtur ꝙ riſibilitas diſtinguatur realiter a ſubiecto: ſicut potentia nutritiua quã philoſophi oẽs profitentur eſſe potentiã diſtinctam ab anima. ¶ Secũda concluſio: talis diſtinctio paſſionis a ſubiecto non eſt formalis, ſed realis. Iſta cõcluſio probatur. Primo quia (vt tertia cõcluſione ſuper Prologũ arguebamus) vnitas ⁊ diſtinctio eſt paſſio entis: ſed nullũ eſt ens, niſi ens rationis ⁊ ens reale ſecundũ Ariſt. 5. met. tex. 14. ergo nulla eſt diſtinctio tertia, ſed oīs eſt aut rationis aut realis. Et pręterea eſt intellectu difficile quo modo aliqua diſtinguantur ex natura rei, ⁊ nõ ſit realis diſtinctio: ⁊ mirũ eſt ꝙ ante tempus Scoti nemo philoſophorũ ſuſpicatus vnquam fuerit hanc diſtinctionem formalem. Et ſecũdo cõfirmatur, quia nec ſubiectũ eſt de eſſentia paſſionis, nec paſſio de eſſentia ſubiecti: quin imo paſſio ſit quaſi effectus eſſentię. Quare non ſolum in ſenſu formali eſt falſum, homo eſt riſibilitas, aut homo eſt intellectus, aut homo eſt voluntas, ſed etiam in ſenſu identico hęc eſt falſa, homo eſt res qui eſt intellectus, aut res quę eſt voluntas. Et hęc eſt differentia inter has duas ſcholas: quia Scotus negans illas in ſenſu formali, concedit eas in ſenſu identico, ſed a ſancto Thoma in vtroque ſenſu negantur. ¶ Tertia concluſio. Proprium quod non eſt potentia iuxta tenorem primę concluſionis, non oportet a ſuo ſubiecto diſtingui.

Conclu. 2.

Cõcluſio. 3.

Probatur cōcluſio: qꝛ rationes ſupra facte nō procedunt niſi ſolū de potentijs, ⁊ ea ratione que ſunt potentie. Ex cuius inconſideratione oīa fere argumēta procedūt que à doctoribus huius tēporis aduerſus S.Tho. iaciuntur. ¶ Unde ad primum argumentū, conceditur nō eſſe recipiēdas huiuſmodi diſtinctiones ſine ratione conuincenti. At vero nō eſt hic demōſtratio mathematica exigēda: nam vt dicit Ariſt. 1. Ethico. pro ratione cuiuſq; ſciētie exigenda eſt ratio: ⁊ in philoſophia naturali ratiōes quas modo faciebamus, faciunt vehementem probabilitatē. Et ideo reſpōdetur, ꝙ quāuis homo per animam, rideat, intelligat, nutriatur, ⁊c. tanꝗ per principium primū efficiens: tamen intelligit per intellectū tanquā per potentiā propriā illius actus. Itaq; quādo dicimus, ꝙ homo per ſe intelligit, per ſe ridet, intelligitur ꝙ ex ſua eſſentia fluunt ille virtutes, nec recipit illas aliūde ſicut aqua ab igni recipit calorem quo poſtea ipſa calefacit.

Paſſiones entis.

¶ Ad ſecundum cōceditur, ꝙ paſſiones entis non diſtinguuntur ab ente ex natura rei, de quo itidē Scotus contrariam habet opinionem: putat enim tātā eſſe diſtinctionem formalē inter paſſiones entis, quā inter paſſiones hominis. Sed re vera contrarium probat Ariſt. loco citato in argumēto primo, qꝛ quecūq; res, ea ratione qua eſt ens, eſt vnū ens. Et ſecundo, quia nullo modo paſſio entis, nec aliqua res poteſt per intellectū abſtrahi ab alia, quin in re abſtracta includatur ens, vt quomodocūq; abſtrahatur paſſio entis (puta vnitas) ab ente, adhuc includit ens: quia ens eſt de quidditate cuiuſcūq;, vt in predicamētis, cap. 4. exponetur. Et ideo paſſiones entis nō diſtinguunt ab ente. Et preterea, quia ille paſſiones non ſunt potētie reales eo modo quo potentia nutritiua aut intellectus, ⁊ alia id genus. ¶ Eodem modo reſpōdet S.Tho. loco citato, ꝙ potentia materie non diſtinguitur a materia. Nam quāuis illa ſit potentia paſſiua, non eſt tamen potētia ad recipiendū actū accidentalē (ſecundū tenorē prime cōcluſionis) ſed ſubſtātialem. Quin etiā ex eadē ratione Ariſtotelis, puta ꝙ potentia ⁊ actus ſunt in eodē genere, cū forma ſit ſubſtātialis actus materie, fit, vt materia ſit etiā potētia ſubſtantialis forme. Unde materia ⁊ forma per ſeipſas habent immediatū ordinē, vt ſine aliquo medio accidēte vniātur. Quocirca licet in generatione ignis precedant in toto cōpoſito accidētia corrūpentia lignū: tamen prius natura forma ſubſtantialis ignis geniti informat materiam, quā accidentia que ſunt in igne genito: ſed de hoc alias. ¶ Ad vltimā particulā argumenti conceditur, plurimas eſſe paſſiones que nō diſtinguuntur a ſubiecto: puta, quotquot nō ſunt potentie ad producendū vel recipiendū accidens reale, vt mortale, corruptibile, habere tres angulos equales duobus rectis, que eſt paſſio trianguli: par ⁊ impar, que eſt paſſio numeri: atque alia id genus plurima. ¶ Ad tertiū negatur proceſſus in infinitū, ⁊ negatur ꝙ riſibilitas ſit apta inherere ſubiecto per aliā aptitudinē, imo per ſeipſam ineſt, qꝛ aptitudo inherēdi nō eſt potētia actiua ad recipiendum, aut producendū accidēs. ¶ Eodē modo cōceditur, ꝙ ſubiectum recipit riſibilitatem: ſed tamen nō eſt aptū ad hoc per aliā aptitudinē diſtinctā: qꝛ ſubiectū nō recipit riſibilitatē, aut intellectū aut alias paſſiones per tranſmutationē ab alio, nec per hoc ꝙ ſubiectū producat illas paſſiones noua productione.

Fluere.

Ad cuius intelligentiam notato, ꝙ paſſio nō dicitur fluere ex eſſentia ſubiecti, eo ꝙ ſubiectū producat paſſionem actione diſtincta ab illa qua ſubiectū producit. Exempli gratia. Non eſt intelligendū, ꝙ pater meus genuerit me, ⁊ eſſentia mea alia actione produxerit meam riſibilitatē: aut ꝙ terra produxerit herbam, ⁊ herba ꝓduxerit ſuā proprietatē: quinimo producens ſubiectū, eadē actione cōproducit oēs paſſiones eius: ſed dicūt fluere ab eſſentia, qꝛ prius natura ſubiectum habet eſſentiā, quā paſſiones. i. quia ſubiectū habet hāc eſſentiā, habet has paſſiones: ⁊ ideo ſubiectum non indiget potētia ad producendū ſuas paſſiones, ſed illas immediate habet per ſuā eſſentiā: ⁊ propterea nō datur proceſſus in infinitū. Unde S. Tho. 1. q. 77. arti. 6. ait ꝙ paſſio fluit ab eſſentia in genere cauſe finalis, qꝛ paſſio eſt propter eſſentiā: ⁊ quodā modo in genere cauſe effectiue, qꝛ cōproducitur ⁊ cōſequitur ad productionē ſpeciei: ⁊ in genere cauſe materialis, qꝛ prius natura eſſentia eſt in ſuppoſito, quam paſſio. ¶ Per hoc ſoluitur aliud argumentū ꝙ fit in hac materia de quātitate. Arguitur enim ſic aduerſus S.Tho. Corpus eſt potentia paſſiua ad recipiendū accidētia corporalia, puta calorē, ⁊ colorē ⁊ alia: tamen illa potentia non diſtinguitur a corpore. Reſpondetur, ꝙ quātitas eſt potētia paſſiua corporis qua mediāte recipit alia accidētia. Sed cū replicatur. Corpus eſt in potentia paſſiua ad recipiendam quātitatē: ergo illa potētia diſtinguitur a corpore: ⁊ rurſus eſt in alia potentia ad recipiendum illam potentiā, ⁊ per conſequēs illa alia diſtinguitur, ⁊ ſic in infinitū. Reſpondetur, ꝙ potentia corporis ad quantitatē non diſtinguitur a corpore, qꝛ quantitas eſt illi cōgenita ad modum proprie paſſionis. ¶ Ad quartā reſpōdetur, ꝙ riſibilitas eſt accidens corporale ⁊ diuiſibile ſicut potētia nutritiua ⁊ alie corporales: neq; tamen credo eſſe per totū corpus diſperſam, ſicut potētia nutritiua aut ſenſus tacitus, poſt quā non exercet ſuū actū niſi in facie. Et forte eſt in corde, nam potētia eſt in organo ſue operationis, vt viſus in oculo, ⁊ riſus prouenit cū ex repētino gaudio admiramur: nam tunc ſanguis dilatatur a corde ad faciē, ⁊ inde ſequitur illa oris dilatatio que eſt riſus, ſicut ecōuerſo oblata repētina triſtitia, ſanguis fugit ad cor, ⁊ inde ſequitur cōpreſſio partiū exprimentiū lachrymas. ¶ Ad confirmationē reſpōdetur, negādo ſequelā: non enim continuo ſequitur, ſi propria paſſio eſt accidens ꝙ ſit intenſibile, aut remiſſibile: nam intenſio ⁊ remiſſio non eſt generalis proprietas oīm in vniuerſum accidentiū: quātitas eñi ſuapte natura non eſt intenſibilis, neque relatio, vt equalitas non eſt intenſibilis: ſed ſoli predicamento qualitatis aſſcribit Ariſto. illam proprietatē que eſt ſuſcipere magis ⁊ minus: nec tamen omni eius ſpeciei, ſed ſoli prime ⁊ tertie que ſunt habitus vel diſpoſitio, paſſio vel paſſibilis qualitas. Sed tñ quarta, vt figura: ⁊ ſecunda, vt naturalis potentia, nō eſt intenſibilis. Et ratio quidem ſcdm Nominales, non poteſt tā euidēs aſſignari, ſed eſt dicendū, ꝙ ſuapte natura intellectus ⁊ voluntas ⁊ ſimiles potentie nō ſunt accidētia, que habeant gradus intenſionis: ſed ſcdm S.Tho. ratio eſt manifeſta. Nam intenſio fit per maiorē radicationē in ſubiecto. i. per hoc ꝙ accidens intimius (vt ſic loquamur) inſit, magiſq; actuet ſubiectū. At vero ꝓprie paſſiones, qꝛ fluūt ex eſſentia ſubiecti, ⁊ quodā modo ſunt illi eſſentiales, nō poſſunt magis ⁊ minus actuare, ſed oēs inſunt equaliter, vnde ſicut non poteſt homo eſſe magis rationalis, ita neq; magis riſibilis quam alius. ¶ Ad quintū argumētum, ſcio Thomiſtas nullatenus admittere propriā paſſionem poſſe a ſubiecto ſeparari, inter quos eſt egregius Caietan⁹ prima. 1. q. 3. art. 3. quod ⁊ Capreolus probabilius cenſet primo ſententiarum diſt. 3. q. 3. Imo S.Tho. de ſpiritualibus creaturis, art. vlt. ad. 7. argumentum videtꝛ eſſe eiuſdem ſentētie, vbi ait ꝙ nō poteſt ſeparari ab hoīe ꝙ

At ri



ſit riſibilis, ⁊ Porphyrius. c. 5. dicit nigredinem nō eſſe propriam paſſionem corui: quia poteſt intelligi coruum eſſe ⁊ non eſſe nigrum, vbi inſinuat per contrarium, ꝙ non poteſt intelligi hominem eſſe ⁊ non eſſe riſibilem. ¶ His nihilo minus non obſtantibus duabus reſpōdemus propoſitionibus. Prima, De⁹ ſupernaturaliter poteſt accidens quod eſt riſibilitas ſeparare a ſubiecto, ⁊ alterum ſiue altero cōſeruare. Neq; de iſta propoſitione vnquā dubitare potui: ſi enim ſunt diſtincte res, ⁊ neutra eſt de intrinſeca quidditate alterius, abſq; dubio poteſt Deus vnam ſine alia conſeruare. Id vel maxime, cum ſe habeant quodammodo, vt cauſa ⁊ effectus. ¶ Secunda propoſitio eſt. Quanuis intellectus ⁊ riſibilitas ſepararetur ab homine, nihilo minus eſſet intellectiuus ⁊ riſibilis. Probatur: quia adhuc homo eſſet aptus natus eſſentialiter ad intelligendum ſi daretur ei intellectus. Non dico, aptus in potentia remota, ſicut lapis eſt aptus, ſi ex illo fieret homo: ſed dico ꝙ homo ſuapte natura eſt intellectiuus, ſi detur ei intellectus, quo intelligat: ⁊ hoc modo lapis non eſt intellectiuus: nam quāuis lapidi inhereret intellectus aut riſibilitas, nec intelligere poſſet, nec ridere: atq; adeo nec denominaretur intellectiuus nec riſibilis: ſed quemadmodum cecus ſimpliciter eſt aptus natus videre, atque adeo eſt viſiuus (vt ſic loquamur) licet id facere non poſſit niſi potentiam viſiuam recipiat, ita homo ſine intellectu eſſet ſimpliciter intellectiuus. Poteſt hec vocari potentia remota eſſentialis. ¶ Cenſent hic neoterici Thomiſte, ꝙ ſeparata ſupernaturaliter riſibilitate, ⁊ ſubiecto relicto ſue nature, ſtatim flueret alia noua. Id tamen eſt falſum, quia ſubiectum non eſt cauſa productiua paſſionis, vt nuper dicebamus: ſed paſſio producitur a cauſa productiua ſubiecti, quod iſti non conſiderant. Unde ſi Deus auferret mihi intellectū, nulla cauſa poſſet eum mihi naturaliter reſtituere, ſed ſolus Deus ſupranaturaliter. ¶ Percontatur quis forſan hoc loco, Utrum nomina iſta paſſionum vt riſibile, intellectiuum. ⁊c. amplient de materiali, an vero tantummodo de formali. Omnes enim dicunt ſolum ampliare de formali: quod eſt dicere, Solum ſupponunt pro re exiſtenti, connotando quod poſſit ridere, aut intelligere. ⁊c. Quapropter Antichriſtus (dicunt) non eſt modo riſibilis. Et quicunq; negant ſuppoſitionem naturalem, ita tenentur ſubſequenter dicere: nam riſibile, ⁊ homo, conuertuntur: ⁊ ideo ſi Antichriſtus non eſt homo, certe nec eſt riſibilis. At vero ſecundum ſuppoſitionem naturalem, que ſecundum Ariſtot. ⁊ vniuerſaliter ſecundum omnes philoſophos negari non debet, tam perpetue veritatis ſunt iſte, Antichriſtus eſt riſibilis, homo eſt intellectiuus, quam iſte, Antichriſtus eſt homo, homo eſt rationalis. Non propterea ꝙ, riſibile, ampliet de materiali: ſed propter ſuppoſitionem naturalem: quia videlicet, quando predicatū eſt de eſſentia ſubiecti, aut fluens ex eſſentia, tunc ly eſt, non dicit exiſtentiam in tempore, ſed tantum neceſſariam extremorum cōnexionem. Attamen in ordine ad, eſt, ſecundum adiacens, ſpecies ⁊ proprium dicuntur ad conuertentiam, ſcilicet ſi homo eſt, riſibile eſt: ⁊ ſi homo nō eſt, riſibile non eſt: ⁊ econuerſo: nam, eſt, ſecundum adiacens dicit exiſtentiam. ¶ Ad ſextum argumentum quod pro opinione Scoti formauimus, reſpondetur, ꝙ omnis diſtinctio ex natura rei eſt realis: ⁊ preterea quod rationes ſupra facte, non ſolum videntur probare ſubiectum ⁊ paſſionem differre ex natura rei, ſed etiam realiter tanquam duas res.

# DE ACCIDENTE.
## CAPVT. V.

ACCIDENS autem eſt, quod adeſt atq; abeſt ſine ſubiecti corruptione. Diuiditur autem in duo. Aliud enim eſt ſeparabile, aliud inſeparabile: atq; dormire quidem accidens ſeparabile eſt: nigrum autem eſſe, coruo Aethiopíve inſeparabiliter accidit. Mente tamen cogitationéve coruus albus, & Aethiops non niger, ſine ſubiecti corruptione concipi poteſt. Definiunt etiam & hoc pacto. Accidens eſt, quod in eſſe ac nō ineſſe eidem poteſt. Et quod neq; genus, neq; ſpecies, neq; differētia, neq; proprium eſt: ſemper autem eſt in ſubiecto.

POſtremum Prædicabilium eſt accidens, quod rei ab extrinſeco contingit: ſupponit enim non ſolum eſſentiam ex genere ⁊ differentia conſtitutā, ſed propriū etiā quod emanat ab eſſentia. Caput breuiſſimū eſt, neq; vlla indiget diuiſione. Proponit primum Porphyrius definitionem generalem accidētis, ſecundo diuidit accidēs in id quod eſt ſeparabile, ⁊ id quod eſt inſeparabile: ⁊ tertio ſubiūgit alias duas definitiones. ¶ Accidēs (inquit) eſt quod adeſt ⁊ abeſt ſine ſubiecti corruptione. Ad cuius intelligentiam notandū eſt qō, adeſſe ⁊ abeſſe, dupliciter accipitur. ſ. prime intentionaliter, vt cōuenit accidēti ſcdm eſſe reale: ⁊ alio modo ſecūde intentionaliter, quod eſt predicari accidentaliter ⁊ tranſmutabiliter, ⁊ hoc modo accipitur hic. Unde Nominales tenentes res nullatenus predicari, ſed ſolos terminos: dicunt ſolis terminis cōuenire definitionē. Itaq; tantū valet accidens, ſicut terminus qui poteſt ſucceſſiue affirmari ⁊ negari de alio termino: vt ſunt hec nomina, calidum, frigidum: albū, nigrū, ⁊ ſimilia. Reales vero qui cōformiter ad Ariſt. ⁊ alios philoſophos dicūt nomina ſolū predicari tanquam ſigna, res vero, principaliter, vt in principio Predicamentorum videbimus: intelligunt definitionem hanc veluti ſuperiores, ſcilicet, quod definitur ibi ſecunda intentio ad ſenſum ſuperius expoſitum. Definitur enim res ipſa que eſt accidens, quatenus ſubſtat ſecunde intentioni, quod eſt dicere: quatenus predicatur in concreto denominatiue de ſubſtantia.

Definitionis ſenſus.

¶ Eſt ergo ſenſus definitionis. Accidēs eſt vniuerſale quod predicatur de pluribus accidentaliter ⁊ tranſmutabiliter, vt per vltimam particulam differat a quarto predicabili.

¶ Secundo diuidit Porphyrius accidens in id quod eſt ſeparabile, vt album, nigrum, reſpectu hominis: ⁊ id quod eſt inſeparabile, vt nigrum, reſpectu corui. At Porphyrius ne videatur ſibi contrarius: ſane qui poſtquam dixerat, accidens eſſe id quod poteſt adeſſe ⁊ abeſſe, ſubiungit aliquod eſſe accidens inſeparabile, reſpondet tacite obiectioni: dicens ꝙ quanuis nigredo corui non poſſit realiter ſeparari a coruo, vt in rei veritate ſit coru⁹ albus, tamen per intellectum poteſt ſeparari: quod eſt dicere, non repugnat eſſentie corui eſſe album.

¶ Tertio

¶Tertio ſubiungit duas alias definitiones, quę ad literã ſunt Ariſto. 1. Topico. cap. 4. quarũ vltima vt inquit Ariſt. nõ eſt propria definitio: quia datur per negationem aliorum prędicabiliũ, vt ſi dicas, homo eſt animal, quod neq; eſt equus, neq; leo. ⁊c. quę quidem definitio nõ explicat poſitiue naturam rei, ſed prima (inquit Ariſt.) explicat naturam accidentis: ⁊ eſt eadẽ cũ prima quę eſt propria Porphyrij, niſi ꝙ definitio Porphyrij eſt expoſitio definitionis Ariſtote. Poſſet enim quis ſuſpicari ꝙ riſibile eſt accidens Petri, propterea ꝙ Petro exiſtente, Petrus eſt riſibilis: ⁊ non exiſtente, non eſt riſibilis: ⁊ ideo explicat Porphy. ꝙ accidens debeat affirmari ⁊ negari, ſubiecto manente.

## Quæſtio vnica. Vtrùm textus accidentis ſit verus.

ARguitur pro parte negatiua. Accidens ⁊ reliqua prędicabilia in idem incidunt: ergo non debet diſtingui quintum prędicabile cõtra quatuor alia. Probatur antecedens. Omne accidens cuiuſcunq; nouem prędicamentorũ eſt aut genus, aut ſpecies: ⁊ in quocunq; illorũ ſunt proprię differentię, ⁊ propria accidentia: ergo accidens ⁊ reliqua prędicabilia coincidunt. ¶Secundo arguitur. Definitio nõ debet dari diſiunctiue: quia definitio explicat quidditatẽ quę cuiuſcunq; rei eſt certa ⁊ determinata: ergo definitio accidentis non eſt bona. ¶Tertio. Riſibile, negatur nunc de Antichriſto, ſi copula importet tẽpus pręſens, ⁊ affirmabitur de illo dum fuerit ⁊ hoc ſine ſubiecti corruptione, ⁊ tamẽ riſibile nõ eſt accidẽs: ergo definitio conuenit alijs a definito. ¶Et confir. argumentũ cõtrario modo. Mortuũ, eſt accidens hominis, ⁊ cõbuſtũ eſt accidens domus: nam comburi accidit domui, ⁊ mori homini, ſicut ridere, licet eſſe mortale ſit eius paſſio, ſicut riſibile, ⁊ tamẽ illis non conuenit definitio: ergo definitio nõ eſt bona. Quarto arguitur cõtra diuiſionẽ accidentis. Accidens ſeparabile, ⁊ propriũ quod eſt quartũ prędicabile conuertuntur: ergo male diuiditur accidens quintum prędicabile in inſeparabile ⁊ ſeparabile. Probatur antecedẽs primo, quia nigredo corui, ⁊ albedo cygni, ⁊ alia id genus: eo ſunt accidentia inſeparabilia, quia cõueniunt rei ratione eſſentię (alias poſſent ſeparari) ſed omne accidens ab eſſentia manans eſt propriũ: ergo. ¶Et cõfirmatur idem antecedẽs, quia nigredo corui vel eſt ſeparabilis ſecundũ rem vel ſolũ ſecundũ intellectũ: ſi primũ, tunc non reſtat cauſa cur dicatur inſeparabilis: ſi ſecundũ, tunc aut intelligitur de abſtractione pręſciſſiua (in qua ſecundũ Ariſt. 2. Phyſi. nõ eſt mendacium) videlicet quia poteſt ſimplici notitia cognoſci coruus ſine nigredine, ⁊ in hoc non differt a proprio: nam etiã poſſumus cõſiderare hominẽ, non cõſiderando riſibilitatẽ: aut intelligitur de abſtractione negatiua. i. ꝙ poſſumus intelligere coruum non eſſe nigrum, etſi intelligitur ꝙ talis propoſitio poteſt eſſe vera, tunc ſequitur ꝙ in rei veritate, coruus poteſt eſſe albus: ⁊ ſic nigredo non eſt accidens inſeparabile: ſi tamen illa negatiua non poteſt eſſe vera, tunc vana eſt abſtractio intellectus.

¶ Textus præſens facilimus eſt, ⁊ ſi bene intelligatur eſt veriſſimus. Unde ad primũ reſpondet S. Tho. de ſpiritualibus creaturis, art. vltimo: ꝙ accidens accipitur vno modo vt diſtinguitur contra ſubſtantiã, ⁊ ſic diuiditur in nouem prędicamenta. Alio modo vt diſtinguitur contra alia quinq; prędicabilia. Et ſic eſt quintũ prędicabile: ideo ad argumentũ reſpondetur, ꝙ accidens primo modo poteſt eſſe genus ⁊ ſpecies, vt coloratum, genus eſt albi: ⁊ color, genus albedinis. Et poteſt eſſe differentia, ⁊ proprium, vt ęquale ⁊ inęquale eſt propriũ quãtitatis: ⁊ habere tres angulos ęquales duobus rectis, quod eſt de prędicamento quantitatis eſt proprium trianguli, qui eſt de prędicamento qualitatis. Itaq; accidens primo modo tantum valet ſicut id quod ſuapte natura non poteſt eſſe per ſe, ſed in alio. Et illo modo accipiendo, accidens, diximus ſuperius ꝙ propriũ eſt accidens. Sed ſecũdo modo, accidens, tantum valet ſicut prędicatũ quod accidentaliter ⁊ tranſmutabiliter prędicatur. Qua de cauſa nuper dicebamus accidẽs, vt eſt quintum prędicabile cõnotare ſecundã intentionẽ: ⁊ hoc modo diſtinguitur contra propriũ ⁊ alia prędicabilia. Sed accidẽs, accipiendo primo modo, eſt nomen primę intentionis, ſignificans quantitates ⁊ qualitates, ⁊ alia accidentia, quę poſſunt eſſe fundamẽta omnium intentionũ vniuerſaliũ. Unde Ariſt. 1. Topi. cap. 4. omnia inquit prędicata, vt genus, differentia. ⁊c. in oĩbus prędicamentis reperiuntur. ¶Ad ſecundum facile reſpõdetur, ꝙ definitio quidditatiua non debet dari per diſiunctionẽ, cũ quidditas rei ſit vna: ſed tamen deſcriptionẽ (qualis eſt hęc) nihil vetat dari per diſiunctionẽ: ſicut enuntiationẽ deſcribit primo Perihermenas Ariſtote. ꝙ ſit oratio in qua verum vel falſum eſt. ¶Ad tertiũ reſpondetur ꝙ ly, pręter ſubiecti corruptionem, determinat ambo verba, adeſſe ⁊ abeſſe, ⁊ ideo ſano ⁊ proportionali modo eſt intelligenda illa particula. ſ. accidens eſt quod poſtꝙ ſemel adeſt, poteſt abeſſe pręter ſubiecti corruptionẽ. i. ꝙ cauſa quare accidens abeſt, non ſit corruptio ſubiecti: ⁊ poſtquã abeſt, poteſt adeſſe pręter ſubiecti corruptionẽ: modo ad argumentum dicimus, ꝙ cauſa quare illa incipit eſſe vera, Antichriſtus eſt riſibilis, eſt quia Antichriſtus producit. Intelligimus illã incipere eſſe verã, verbo importante tempus: nam ſi eſſet ſuppoſitio naturalis, illa eſt perpetuę veritatis, vt in ſuperiori capite dicebamus. ¶Pro materia confirmationis notandũ eſt, ꝙ mortuum, vſitato ſermone dicitur ⁊ de corpore, ⁊ de homine. Et vtroque modo poteſt accipi dupliciter, vt diximus ſecũdo libro Summularum. Uno modo vt ſit participiũ pręteriti: videlicet, vt tantum valeat, ſicut quod vixit ⁊ poſtea nõ vixit, ſiue viuat modo, ſiue nõ: quemadmodum cõfitemur de Chriſto ꝙ eſt mortuus, licet modo viuat. Alio modo vt accipiatur nominaliter pro eo quod vixit ⁊ modo non viuit: quo modo Paulus negat Chriſtum iam eſſe mortuũ. Tunc ad confirmationẽ reſpõdetur ꝙ, mortuũ, in vtraq; acceptione, reſpectu corporis eſt accidens, ⁊ poteſt adeſſe prius ⁊ poſtea abeſſe pręter ſubiecti corruptionem: nam modo corpus meum viuit ⁊ me defuncto corpus idẽ erit mortuũ. Idem inquã vt loquimur cõmuniter, licet habeat nouã formã cadaueris. Attamen reſpectu hoĩs, in quo ſenſu procedit confirmatio, mortuũ, nullo modo eſt accidens: imo hęc propoſitio, homo eſt mortuus, eſt in materia diſparata: quia repugnat hoĩem eſſe, ⁊ eſſe mortuũ. ¶Sed contra ſolutionẽ replicatur dupliciter. Primo Chriſtus eſt modo, ⁊ eſt mortuus in prima acceptione: imo omnes in die Iudicij erimus homines ⁊ illo modo mortui: ergo ſaltem in prima acceptione poteſt abeſſe prius ⁊ poſtea adeſſe ſubiecto. Nam ego



ego nunc non ſum mortuus, ⁊ tunc ero homo mortuus. ¶Secundo. Ego nunc nõ ſum mortuus ⁊ poſt 50. annos illa erit vera, Dominicus eſt mortuus: in vtraq; acceptione propter ampliationem de ly, mortuus: ergo illud prędicatũ eſt accidens. ¶Ad primũ cõceditur ꝙ per miraculũ ſupernaturaliter poteſt homo prius non eſſe mortuus ⁊ poſtea idẽ eſſe mortuus, ſicut modo eſt Chriſtus: id tamen non ſufficit vt prędicatum ſit accidẽs ſubiecti. Sed requiritur ꝙ naturaliter ſubiecto nunꝙ corrupto, prędicatum poſſit adeſſe ⁊ abeſſe. Ad ſecundum eodẽ modo conceditur, ꝙ virtute ampliationis, me mortuo, mortuum affirmabitur de me quod modo negatur. Id tamen non ſufficit ad rationem accidentis: ſed ꝙ ſubiecto manente, ſeu (quod dicũt) ſubiecto propoſitionis ſine ampliatione ſupponente, prędicatum poſſit affirmari ⁊ negari. ¶Circa materiam quarti argumenti quod potiſſimum eſt in hac parte, conſideranda eſt radicitus differentia inter proprium, ⁊ accidens. Proprium eſt illud accidẽs, vt ſępe repetimus, quod cõuenit indiuiduo ab eſſentia ſpeciei: accidens vero eſt illud quod ecõuerſo prius natura conuenit indiuiduo, ⁊ ratione indiuidui conuenit ſpeciei. Quod eſt dicere: Petrus eſt riſibilis, quia eſt homo. Sed tamen homo eſt dialecticus, quia Petrus eſt dialecticus: nõ enim homo in quantum homo eſt dialecticus: quia id non eſt de eius eſſentia, ſed accidit ei, quia aliquis homo eſt dialecticus. Doctrina eſt receptiſſima Peripateticorum, quam docet S. Tho. de ente ⁊ eſſentia. c. 4. ⁊ alibi frequenter: ⁊ Porphy. cap. vlti. dicit ꝙ accidens prius ineſt indiuiduo quam ſpeciei: ⁊ Ariſto. c. de ſubſtantia dicit, ꝙ quia Socrates eſt Grammaticus, homo eſt grammaticus. Eadem ratione albedo aut nigredo non eſt de eſſentia hominis: ſed ratione materię ⁊ indiuidualium conditionum, puta quia homo generatur in hoc aut illo climate, prouenit, vt nos ſimus albi, ⁊ Aethiopes ſint nigri. Eodẽ modo ex diſpoſitione materię aliquis homo eſt aquilus, ⁊ aliquis eſt ſimus. Quare, aquilum, ſimum, glaucum, ⁊ oĩa accidentia inſeparabilia indiuidui, pertinent ad quintũ prędicabile. ¶Ex quo ſequitur ꝙ omne accidens quintum prędicabile eſt omnino extra eſſentiã ſubiecti: puta quia nec eſt pars eſſentię, nec fluit ab eſſentia: quia in indiuiduo ſuppoſito nulla eſt eſſentia pręter eſſentiã ſpeciei. Unde Porphyrius quãdo dixit, accidens eſt quod adeſt ⁊ abeſt pręter ſubiecti corruptionem, nomine ſubiecti intellexit eſſentiam ſubiecti: vt ſit ſenſus, quem in fine textus declarat, accidens eſt id cui non repugnat corrumpi ſalua eſſentia ⁊ quidditate ſubiecti. ¶Sed inter accidentia quę proueniunt ex conditionę indiuiduali materię, aliqua ſunt tranſmutabilia vt calefieri, frigefieri: alia vero intranſmutabilia propter complexionẽ naturalẽ indiuidui, aut quę iam facta eſt naturalis. ¶Unde ad formam argumenti negatur, ꝙ nigredo conueniat coruo ex principijs eſſentialibus ſpeciei. Sed conuenit ex diſpoſitione materię: quia videlicet vt inquit Ariſt. libro de Cauſis particulariũ, ſemen in matrice decoquitur forti decoctione: ⁊ ideo reſoluitur humidum clarum ⁊ reſtat nigrum: itaq; quod in hominibus facit clima, vt aliqui homines ſint albi, ⁊ alij nigri, in coruo facit calidiſſima complexio. Et ideo Albertus dicit, quod ſi nidus coruorum eſſet in montibus frigidis, ⁊ ouum corui circumliniretur argento viuo, ⁊ humore viſcoſo anſeris aut cati qui eſt frigidiſſimus, naſcerentur corui albi. Sed quicquid de hoc ſit, quanuis coruus non poſſit naturaliter eſſe albus, vt Porphyr. pręſupponit, nihilo minus nõ eſſet proprium, ſed accidens: quia non fit ab eſſentia, ſed ex qualitate generationis, indiuidui. ¶Unde ad confirmationem reſpondetur, quod nigredo corui ſecundum Porphy. non eſt ſeparabilis ſecundum rem, ſed ſolum ſecundum intellectum: non ſolum abſtractione pręſciſſiua, ſed negatiua: non tamen quod in rei veritate poſſit eſſe vera, coruus non eſt niger, alias non eſſet accidens inſeparabile, vt ſupponit Porphyr. ſed quod non repugnat eſſentię ⁊ quidditati corui, vt ſit albus: ſicut neq; repugnat Aethiopi albedo, nec repugnat hominis quidditati, qui eſt aquilus, vt ſit ſimus.

## Quæ cõmunia, quæ ſua vnicuiq; vocum quinq; ſint.

## CAP. VI.

*Commune omnibus.*

DEFINITIS AVtem vniuerſis quæ erãt propoſita, genere inquam, ſpecie, differentia, proprio, & accidente: dicẽdum eſt quænam cõmunia & quæ propria vnicuiq; ſint. Commune hoc itaq; omnibus ineſt, de pluribus prædicari, ſed genus quidem de omni ſpecie ſua, & de indiuiduis, quæ ſunt ſub vnaquâq; ſpecie, prædicatur. Et differentia ſimili modo. Species autem de indiuiduis, quæ collocantur ſub ipſa. Propriũ verò de ſpecie & indiuiduis ſpeciei: & accidens de ſpeciebus & indiuiduis prædicatur. Animal enim de equis, bobus atq; hominibus, quæ quidem ſunt ſpecies, prædicatur: & item de hoc equo, de hoc boue, atq; de hoc homine, quæ indiuidua conſtat eſſe. Irrationale autem de boue, de equo, & de ſingulis ſimiliter prædicatur. Homo verò qui quidem eſt ſpecies, de ſingulis ſolùm hominibus dicitur. Et proprium de ſpecie, cuius eſt proprium, & de indiuiduis, quæ collocantur ſub ipſa: riſibile enim de homine, & de ſingulis hominibus prædicatur. Nigrum autem de coruorũ ſpecie, & de ſingulis dicitur coruis, atq; de Aethiopibus ſimili modo, quod quidem inſeparabile accidẽs eſt, vt patet. Mouêri quoq;, quod accidens eſt ſeparabile, de equo atq; homine, & de horum indiuiduis dici ſolet: verùm primò quidem de indiuiduis, ratione verò ſecunda de ſpeciebus etiã, quæ indiuidua continent, prædicatur. Tex. ij. ¶Commune eſt generi ac differentiæ, ſpecies continere. Continet enim & differentia ſpecies, etſi non omnes eas, quas genus continet. Rationale nanq;, etſi non expertia rationis, vt animal: Deum tamen ac hominem, quę ſunt ſpecies, continet. Prætereà vt quæ de genere vt genus eſt prædicantur, & de ſpeciebus quæ ſub ipſo ſunt prædicantur: ſic quæ etiam de differentia

*Cõmunia generi cũ differentia*

ferentia,vt differentia eſt dicuntur,eadem de ſpecie, quæ ex ipſa conſtat, ſimiliter prædicantur De animali nanque,quod quidem genus eſt, & ſubſtantia,& animatum,& ſenſitiuum,vt de genere cùm dicãtur, eadem & de vniuerſis, quæ ſub animali vſq; ad indiuidua ſunt, prædicãtur. De rationali quoque,quod quidem eſt differentia,hoc ratione inquam vti,identidem cùm prædicetur,idem non ſolùm de rationali, ſed etiam de ſpeciebus rationalis,atq; indiuiduis prædicabitur.Commune inſuper illud etiam eſſe patet, vt ſi genus tollatur vel differentia, vniuerſa continuò,quæ poſita ſub ipſis ſunt tollãtur. Etenim vt ſi non ſit animal, homo non eſt, neque etiam equus:ſic ſi nõ ſit rationale,nullum animal prorſus erit,quod particeps ſit rationis.

Propria generis & differẽtię.

¶Proprium verò generis eſt, de pluribus quàm differentia, ſpecies,proprium,atq; accidens,prædicari.Nam animal quidẽ de homine dicitur, equo, aue, atq; ſerpente:quadrupes autem, de hiſce tantummodò dicitur,quæ quatuor pedes habent: homo verò de indiuiduis ſolùm humanis:& hinnibile de ſolo equo,ac ſingulis equis: & accidens de paucioribus ſimili modo. Atq; ſumẽdæ ſunt eæ differentiæ,quibus diuiditur genus,non eæ ex quibus generis ſubſtantia conſtat. Prætereà genus quidem potentia differentiam continet:animal enim partim particeps,partim expers eſt rationis. At differentiæ non continent genera. Prætèrà genus prius eſt hiſce differentijs, quibus diuidi ſolet: idcirco ſecum ipſas tollit,ſed ab ipſis non tollitur: Nam ſi animal tollatur, rationale ſimul irrationaléve continuò tollitur. Differentiæ verò genus non tollunt:nã ſi vniuerſæ quoq; tollantur, ſubſtantia animata, ſenſitiua, mente cognitioneq́; concipitur, quæ quidem animal eſt, vt patet. Prætereà genus quidem hoc ipſo, quid eſt:differẽtia verò hoc ipſo, quale quid eſt, vt dictum eſt, prædicatur. Prætereà genus quidem vnum in vnaquâq; ſpecie eſt, vt eſt in homine animal: differentiæ verò plures, vt rationale, mortale,mentis atq; ſcientiæ ſuſceptiuum, quibus ab expertibus rationis animalibus differt. Genus prætereà ſimile materiæ eſt, differentia formæ.Sunt & alia communia propriaq́; generis & differentiæ:hæc tamen quæ ſunt enumerata, ſufficiant.

Cõmunia generis & ſpeciei.

Tex.iij. ¶Genus & ſpecies hoc habent commune,de pluribus inquã, vti diximus, prædicari. Species autem, vt ſpecies ſolùm, non vt genus quoque ſumatur: ſi quidem ſi ſit idem ſpecies atq; genus,& commune eſt etiam ipſis,& ijs eſſe priora de quibus dicuntur, & inſuper vtrunq; totum quid eſſe.

Propria generis & ſpeciei.

Differunt autem,quòd genus quidem ſpecies continet, ſpecies autem continentur, & non continent genera. Genus enim ad plura quàm ſpecies pertinet. Prætereà genera præſtrata oportet,vt quæ quidem & differentijs ſpecificis informata, ſpecies nimirum efficiant.Quapropter & priora genera ſunt natura,& ſecum ſpecies tollunt, & ab illis non tolluntur. Nam ſi ſpecies quidem ſit, erit & genus omninò:ſin verò ſit genus, non protinus & ſpecies eſt. Et genera quidem de quâq; ſpecie ſua vniuocè prædicantur: ſpecies autem de generibus non dicuntur.Prætereà genera quidem ambitu ſpecierũ, quæ ſunt ſub ipſis,ſpeciẽ quamq;. Species autem genera differentijs ſuis exuperãt. Prætereà neq; ſpecies ſummum genus, neq; genus infima ſpecies vnquàm fieri poteſt.

Cõmunia generi cũ proprio.

Tex.iiij.¶Generi cõmune cum proprio eſt,ſpecies ſequi.Nam ſi homo eſt,animal eſt: & ſi homo eſt,riſibile eſt.Commune etiam eſt prædicatio æqua:æquè nanq; genus de ſpeciebus, & proprium de indiuiduis,quorum eſt proprium,prædicatur.Etenim æquè bos & homo eſt animal,& Socrates atq; Plato riſibile. Commune inſuper eſt & vniuoca prædicatio.Et genus enim de ſpeciebus ſuis,& proprium de hiſce quorũ eſt proprium vniuocè prædicatur.

Differẽtię generis atq; proprij.

Differunt autem.Genus enim eſt prius, proprium verò poſterius. Eſſe enim animal,deinde diuidi differentijs proprijsq́; oportet. Et genus quidem de pluribus ſpeciebus,quarum eſt genus. Proprium autem de vna ſpecie tantùm cuius eſt proprium,prædicatur. Prætereà proprij quidem fit mutua prædicatio, generis autem non fit:neq; enim ſi animal eſt,homo eſt:neq; ſi animal eſt, riſibile eſt: ſin verò homo eſt,riſibile eſt,& ecõtrà. Prætereà proprium quidem omni ſpeciei ineſt, cuius eſt proprium,& ſoli ac ſemper: genus autem omni quidem ſpeciei,cuius eſt genus, & ſemper ineſt, non tamen ſoli.Prætereà ſi propria tollantur,genera nõ tolluntur:ſin verò genera tollantur,ſpecies cõtinuò ſimul tolluntur:quibus peremptis, & propria ſimul pereunt.

Cõmunia generi cũ accidente.

Tex.v.¶Generi autem & accidenti cõmune eſt, de pluribus, vti dictum eſt, prædicari: ſiue accidens ſit ſeparabile, ſiue inſeparabile. Mouêri nanq; de pluribus,& nigrum de coruis, Aethiopibúſve,& quibuſdam etiam expertibus anima prædicatur.

Propria generis & accidentis

Pluribus autem genus atq; accidens differre videntur. Genus enim ſpecies, vt patet, præcedit:accidens autem poſterius ipſis eſt, etiã ſi accidens inſeparabile ſumatur.Prius enim natura id cui accidit, accidẽte eſt. Et hiſce quidem quibus genus communicatur, æquè generis cõmunicatio competit:hiſce verò,quibus accidens communicatur,non æquè communicatio competit. Intentionem enim remiſſionémve, communicatio accidentium ſuſcipit: generum verò nõ ſuſcipit.Et accidentia quidem in indiuiduis primò ſunt: genera verò ac ſpecies indiuiduis

ſubſtan-



ſubſtãtijs natura priora ſunt. Et genera quidem de hiſce, quæ ſunt ſub ipſis, hoc ipſo quid eſt prędicantur: accidentia autem hoc ipſo quale quid eſt,aut quomodò ſeſe habet res, prædicantur. Qualis enim eſt Aethiops, ſi interrogatus fueris, niger dixeris:& quomodò ſeſe habet Socrates? ambulat reſponderes,aut ſedet.

Hactenus quid genꝰ cęteris diſferat, nunc quid inter ſe reliqua.

¶Genus igitur quónam pacto à cæteris differret, iam diximus.Fit autẽ, vt vnumquodq; etiã cæterorum à cæteris quatuor differat.Quare cũ hæc quinq; quidem ſint, vnumquodq; verò à cęteris quatuor differat, fit vt viginti oẽs ipſorũ differentiæ ſint. Quater enim quinq;,numerum dictum conficiunt.At non ita eſt: ſed cùm ſi ordine numeres: quod ſecundo quidem loco numeras, vna deficiat differentia, proptereà quod eſt ea iam ſumpta: quòd tertio verò, duabus:& quod quarto,tribus: & quod quinto, quatuor: decem iſtorum vniuerſæ profectò differentiæ fiunt,quatuor, tres, duæ, vna. Genus enim quonam pacto à differentia, ſpecie,proprio,accidenteq́; differt,iam dictum eſt.Sunt igitur hæ quatuor differentiæ.Differentia verò quo pacto quidem differt à genere, dictum eſt, cùm dicebatur quónam modo genus ab ipſa differret. Reſtat autem, vt quónam modo differt à ſpecie, proprio,accidenteq́;,dicatur. Atq; tres hinc differentiæ emergũt,vt patet.Species rurſùs quo quidem modo à differentia differt, dictum eſt, cùm quónam pacto differret à ſpecie differentia dicebatur: quo verò modo à genere differt, dictum eſt etiam, cùm quónam pacto genus differt ab ipſa ſpecie, dicebatur. Reſtat igitur, vt quónam modo differt à proprio atque accidẽte, dicatur. Atque duæ iam & hæ differentiæ hinc oriuntur. Proprium igitur reſtabit,vt quônam pacto differt ab accidente,dicatur:nam quo pacto à ſpecie, differentia, genereq́; differt, dictum eſt anteà, cùm illa differre ab hoc dicebantur. Cùm igitur generis ad cætera quatuor differentiæ ſumantur,vt diximus,differentiæ tres ſpeciei,duæ proprij,vnaq́; eſt accidentis, decem omnes iſtorum profectò differentiæ erunt. Quarum quatuor,quæ ſunt generis ad cætera,diximus: nunc deinceps cæteras afferamus oportet.

Text.6. Cõmunia differentię cũ ſpecie.

COmmune id itaq́; differentiæ eſt cum ſpecie, æquè eſſe communicata. Singuli enim homines æquè ſunt homines, atq; rationis participes. Eſt etiam & hoc commune, ſemper ijs adeſſe quibus communicatur.Semper enim Socrates rationalis eſt,ſemperq́; homo.

Propria differentię & ſpeciei.

Proprium differentiæ quidem eſt, ſemper hoc ipſo quale quid eſt prædicari: ſpeciei autem, hoc ipſo quid eſt prædicari: nam ſi homo vt quale quid ſumitur,non tamen eſt ſimpliciter quale:ſed ea ratione,qua differentiæ generi coniunctæ ipſum conſtituerunt. Prætereà differentia quidem in pluribus ſæpe ſpeciebus videtur eſſe:vt quadrupes pluribꝰ aĩalibus ſpecie diuerſis ineſt. Species autẽ indiuiduis ſolis ineſt, quæ ſub ipſa ſunt collocata.Prætereà differentia prior eſt ſpecie, quæ ex ipſa conſtat: tollit enim rationale hominem, ſi ipſum tollatur: at homo ſi tollatur, rationale non tollit:eſt enim & angelus.Prætereà differentia quidem cum alia componitur differentia:rationale nanq; atq; mortale, ad conſtituendum hominem componuntur:Species autem cũ ſpecie non cõponitur, vt alia quædam ſpecies oriatur:quidam enim equus cum quodam aſino ad muli generationem concurrit:equus autem ſimpliciter cũ aſino compoſitus,non effecerit mulũ.

Tex.7. Cõmunia differentię cũ proprio.

¶Differentia & proprium commune quidem habent,æquè vt communicent his quibus communicantur:æquè enim rationalia ſunt rationalia,& æquè riſibilia riſibilia. Et ſemper ac omni ſpeciei adeſſe:nam ſi diminutus etiam fuit bipes, ratione tamen aptitudinis ſemper dicitur bipes: quoniam & riſibile per aptitudinem ſemper dicitur tale,non quia ſemper ridet.

Propria differentię & proprij.

Propria autem hæc,nam differentia quidem perſæpe de ſpeciebus pluribus dicitur: rationale enim de angelo dicitur,& de homine.Proprium autem de vna tantummodò ſpecie, cuius eſt proprium, prædicatur.Et differẽtia quidem ſequitur ea, quorum eſt differentia, non tamen conuertitur. In propriis verò fit mutua prædicatio,proptereà quòd conuertuntur.

Text.8. Cõmunia differẽtię & accidẽtis.

¶Differentiæ cum accidente commune eſt, de pluribus prædicari:& item ſemper ac omni adeſſe,ſi modò inſeparabile ſit accidẽs. Nam bipes cùm omĩ ſemper homini competit,coruis idem, & nigrum eſſe,omnibus ſimiliter competit.

Propria differentię & accidẽtis

Differre autem hiſce videntur.Differentia nanq; cõtinet ſpecies,& non continetur: etenim rationale continet hominem & angelum. At accidentia tum continent, ex eo, ſcilicet, quia in pluribus ſunt:tum continentur,proptereà quòd ſubiecta non vnius accidentis ſunt,ſed ſuſceptiua pluriũ. Et differentia quidem expers eſt intẽtionis atq; remiſſionis: accidentia autem gradus ſuſcipiũt, ac magis talia minúſve dicuntur. Prætereà contrariæ quidem differentiæ miſceri non poſſunt: accidentia verò contraria nonnunquàm miſcentur.Et hæc quidem communia propriaq́; differentiæ cum cæteris ſunt: ſpecies autem quo pacto à genere differentiaq́; differt quidem, dictum eſt tum,cùm quo pacto genus & differentia à cæteris differrẽt diceretur. Reliquum, vt à proprio accidenteq́; differat,conſideremus.

Cõmunia ſpeciei cũ proprio.

Speciei itaq́; cum proprio eſt commune, mutua prædicatio. Nam ſi homo eſt,riſibile eſt: & ſi riſibile eſt, ho-

mo

mo eſt, atq; riſibile, vt aptum eſt ad ridendum, ſumere, vt ſæpenumerò diximus, oportet. Aequè prætereà ſpecies aſſunt hiſce, quibus communicantur: & propria hiſce, quorum propria eſſe dicuntur. Tex. 9. ¶ Differre autē hiſce vidētur. Species enim & aliorũ genus eſſe poteſt: Propriũ verò aliorum proprium eſſe non poteſt. Et ſpecies quidem proprium antecedit: proprium autem aduenit ſpeciei. Sit enim homo oportet, vt & riſibile ſit. Prætereà ſpecies quidem ſemper actu ſubiecto adeſt, proprium autem interdùm & potentia ineſt. Socrates enim actu quidem ſemper eſt homo: non autem ſemper ridet, quanquàm ſemper ad ridendum eſt aptus. Prætereà quorũ definitiones ſunt diuerſæ, ea etiam ſunt diuerſa. Deniq; ſpeciei quidem definitio eſt, ſub genere eſſe, & de pluribus differentibus numero, hoc ipſo quid eſt prædicari, & quæ ſunt ſimilia: proprij verò, ſoli & ſemper atq; omni ineſſe.

Propria ſpeciei ac proprij.

Tex. x. ¶ Speciei verò & accidenti commune eſt, de pluribus prædicari. Perpauca autem ſunt reliqua, quibus conueniunt, proptereà quòd plurimũ inter ſeſe accidens, & id cui accidit, diſtant. Propria autem vtriuſq; ſunt hæc: Speciei quidē de hiſce quorum eſt ſpecies, hoc ipſo quid eſt, prædicari: Accidentis autem, hoc ipſo quale eſt, aut quomodò ſeſe habet. Et quæq; ſubſtantia vnius quidem ſpeciei, plurimum autem accidentium, tam inſeparabilium quàm ſeparabilium particeps eſt. Deinde ſpecies quidem ante accidentia mente concipitur, etiam ſi inſeparabilia ſunt: (ſit enim ſubiectum oportet, vt illi quippiã accidat:) accidentia autē poſteriora ſunt, & aduentitia natura. Prætereà ſpeciei quidem communicatio æqua eſt: accidentium autem, & ſi inſeparabilia ſunt, æqua non eſt. Aethiops enim magis aut minùs niger Aethiope eſſe poteſt. At enim reſtat, vt de proprio & accidente dicamus: quo enim modo proprium à genere & ſpecie & differentia differt, anteà diximus.

Cōmunia ſpeciei ⁊ accidentis.

Propria ſpeciei ⁊ accidentis.

Tex. xj. ¶ Cōmune itaq; proprio cum accidente inſeparabili eſt, ſine ipſis non eſſe ea, in quibus inſunt. Vt enim ſine riſibili non eſt homo, ſic & ſine nigro Aethiops eſſe non poteſt. Et quemadmodùm omni ſemperq; propriũ adeſt, ſic & ipſum inſeparabile accidens adeſt. Differunt autē hiſce. Proprium enim vni ſoli ſpeciei ineſt, vt riſibile homini: inſeparabile autem accidens, ceu nigrum, non Aethiopi ſolũ, ſed coruo etiam, & pici, & hebeno, cæteriſq; compluribus ineſt. Quapropter proprium quidem conuertitur cum eo, cuius eſt proprium, & eſt ipſi æquale: inſeparabile autem accidens non conuertitur. Ac proprio quidem communicatio æqua eſt, accidentium autem ſuſcipit gradus. Sunt & alia communia hiſce quæ dicta ſunt, atq; propria: verùm & hæc ad ipſorum diſtinctionem communicationemq; demonſtrandam ſufficiunt.

Cōmunia proprio cũ accidente.

Propria proprij ⁊ accidentis.

Pici, alias carboni.

CApitulũ hoc ſextũ prolixius eſt forte, q̄ neceſſariũ: tametſi nonnihil vtilitatis habeat, vt conuenientias omnium vniuerſalium, ſingulorumque proprietates quiuis poſſit ſimul comprehendere. Intentio enim Porphyrij in hoc capite eſt, ⁊ ſimul prius omnia prędicabilia, ⁊ quodcunq; ſubinde ad aliud quodlibet conferre. Atqui, vt author ipſe textu. 5. hic adnotauit, cum quinq; ſint prędicabilia, ſi quoduis illorum ad ſingula quatuor aliorum conferas, viginti colliges cōbinationes: nam quater quinq;, viginti ſunt numero: veruntamen quia idem eſt conferre genus. v. g. ad differentiam: ⁊ econuerſo differentiam ad genus, fit vt genus ad quatuor alia ſit comparandum: differentia vero, non niſi ad alia tria: ⁊ ſpecies non niſi ad alia duo: ⁊ proprium tantummodo ad accidens. Et per conſequens decem tantum reſtant comparationes. Quibus ſi vnam pręmiſeris generalem comparationem omnium, vndecim colliguntur. ¶ Diuiditur ergo caput hoc in quinque partes. In prima quę vnicum habet textum, comparantur omnia ſimul vniuerſalia in his quibus omnia conueniunt. In ſecunda, quę continet quatuor textus, comparatur genus ad alia quatuor vniuerſalia. In tertia, quę tres habet textus, comparatur differentia ad alia tria. Et in quarta quę duos textus habet, comparatur ſpecies ad alia duo: ⁊ in quinta, quę vnicus eſt textus, comparatur proprium ad accidens. Quo fit vt ſecundum numerum comparationum totum capitulum per vndecim textus diſtribuatur.

¶ Confert igitur primò Porphyrius generaliter inuicem omnia vniuerſalia: conueniunt enim omnia vna tantum conuenientia, quę eſt, prędicari de pluribus, inęqualiter tamen: nam genus prędicatur de pluribus quam differentia: ⁊ differentia de pluribus quam ſpecies. ⁊c. Conuenientia hęc ⁊ differentia manifeſta eſt ex definitionibus vniuerſalium: eſt enim vniuerſale vnum in multis ⁊ de multis: ⁊ ideo omne vniuerſale prędicatur de pluribus: ſed tamen de pluribus prędicatur genus quam differentia, ⁊ differentia quam ſpecies, vt ex eorum definitionibus patet. ¶ Quod ſi quis forſan in contrarium arguat, q̄ ſpecies prędicetur de pluribus quam genus: nam ſpecies prędicatur de pluribus differentibus numero: ⁊ per conſequens prędicatur de indiuiduis: genus vero prędicatur de pluribus differentibus ſpecie, ⁊ per conſequens de ſolis ſpeciebus: ſed indiuidua ſpeciei plura ſunt quam ſpecies generis: nam, vt capite de ſpecie dixit Porphyrius, ſpecies ſunt in numero finito, indiuidua vero in numero infinito. Reſpondetur, q̄ genus non ſolum prędicatur de ſpeciebus, ſed etiam de indiuiduis ſpecierum. Exempla manifeſta ſunt in textu. ¶ Adnotato in vltimis verbis huius textus, quomō acccidentia prius natura conueniant indiuiduo, ⁊ ratione illius conueniant ſpeciei, quod proximo capite expoſitum eſt. ¶ In ſecundo texto qui incipit, Commune eſt. ⁊c. Sequitur ſecunda pars in qua genus confertur cum alijs quatuor vniuerſalibus. Et quanuis prius tractauerit de ſpecie quam de differentia propter relationem inter genus ⁊ ſpeciem, nihilo minus, quia differentia eſt



eſt magis vniuerſale quam ſpecies, vt ex eius definitione conſtat, in his comparationibus pręfertur differentia ſpeciei. Et ſunt duę particulę huius textus. In prima ponuntur conueniētię inter genus ⁊ differentiã, ⁊ in ſecunda ponũtur differentię. Conueniunt enim genus ⁊ differentia in tribus: quia tam genus quam differētia continet ſub ſe ſpeciem, licet differentia non contineat tot ſpecies quot genus: vt animal continet plurimas ſpecies, ſed rationale continet ſub ſe nos ⁊ Deum. Unde ſecundum Porphyrium qui non ponit differentiam conuertibilem cum ſpecie, omnis differentia tam conſtitutiua generis quam diuiſiua continet ſub ſe ſpecies. Sed tamen in rei veritate hęc conuenientia inter genus ⁊ differentiã ſolum poteſt ſaluari in differentia conſtitutiua generis. Enimuero quot ſpecies continet ſub ſe animal, tot continet ſenſibile. Non intelligo, quod ſenſibile ſit genus, ſicut animal: ſed q̄ eſſentialiter non quidditatiue prędicatur de omnibus ſpeciebus animalis. Rationale vero nullã ſub ſe continet ſpeciem, ſed conuertitur cum homine. Secundo conueniunt genus ⁊ differentia, quod ſicut quicquid prędicatur de genere, prędicatur de ſpecie: ita quicquid prędicatur de differentia, prędicatur etiam de ſpecie. ¶ Tertio conueniunt q̄ ſicut a negatione generis ad negationē ſpeciei valet argumentum: ita valet a negatione differentię ad negationem ſpeciei. ¶ In ſecunda particula textus ponuntur ſex differentię inter genus ⁊ differentiã. Prima eſt, quod genus prędicatur de pluribꝰ quã differentia, ⁊ quam ſpecies, ⁊ quodcunq; aliud prędicabile. Sed intelligitur (inquit Porphyrius) de differentia diuiſiua generis quę eſt inferior genere: nam differentia conſtitutiua generis de tot prędicatur quot genus. ¶ Eſt tamen hic dubitatio parua de eo quod ait Porphyrius, genus prędicari de pluribus quam accidens: nam videtur quod accidens, puta album de tot prędicetur: imo de pluribꝰ, quia prędicatur, etiam de genere ipſo generaliſſimo, ſubſtantię: quia omnes iſtę ſunt directę prędicationes, Petrus eſt albus, homo eſt albus, animal eſt albũ, ſubſtantia eſt alba. ¶ Reſpondetur q̄ genus nō proprie poteſt comparari ad accidens in quantum accidēs in ſuperioritate: quia nec genus eſt ſuperius ad accidens, nec accidens ad genus. Sed quia in vnoquoque prędicamento etiam accidentis, genus eſt ſupremum prędicatum, propterea dicit Porphyrius quod genus prędicatur de pluribus quam accidens. ¶ Secundo differunt genus ⁊ differentia: quia genus continet poteſtate differentias, differentia vero non continet genus. Semper loquitur de differentiis diuiſiuis. ¶ Tertio differunt, quia genus eſt prius differentiis. Et ideo a negatione generis ad negationem differentię valet conſequentia, ⁊ non econuerſo. ¶ Quarto differunt, q̄ genus prędicatur in quid, differētia vero in quale. Et quinto differunt, quia in definitione ſpeciei non eſt, niſi vnicum genus, ſunt tamen plures differentię. Sed hoc intelligitur quando non eſt cognita vltima differentia conuertibilis cum ſpecie. ¶ Sexto differunt, quia genus ſe habet vt materia, differentia vero, vt forma. ¶ In tertio textu qui incipit, Genus, ⁊ ſpecies. comparatur genus ad ſpeciem: in cuius prima particula ponuntur tres conuenientię, ſcilicet, quod tam genus quam ſpecies prędicantur de pluribus. Et dicit, quod loquitur de genere ⁊ ſpecie, vt ſunt diſtincta vniuerſalia, puta ſpecies ſpecialiſſima quę non eſt genus: nam inter genus ſubalternum ⁊ ſpeciem ſubalternam non opus eſt ponere differētiam ⁊ conuenientiam, quia ſunt idem. In ſecunda particula ponuntur octo differentię, quę in textu ſunt manifeſtę. ¶ In textu quarto qui incipit, Generi commune. ⁊c. comparatur genus ad proprium: ⁊ in prima particula ponuntur tres conuenientię, ⁊ in ſecunda ponuntur quinq; differentię. Exempla ſunt lucida in textu. ¶ In textu quinto, qui incipit, Generi autem. comparatur genus ad accidens, ⁊ continet duas particulas. In prima ponitur vna differentia, ⁊ quatuor conuenientię. Et ſecunda eſt epilogus omnium ⁊ conuenientiarum, ⁊ differentiarum inter vniuerſalia. ¶ Tertia pars capituli eſt in textu ſexto qui incipit, commune id itaque. in qua comparatur differentia ad alia tria vniuerſalia. Unde in textu ſexto comparatur primo ad ſpeciem: ⁊ in prima particula ponuntur conuenientię, ⁊ in altera ſubduntur quatuor differentię. ¶ In textu ſeptimo qui incipit, Differentia ⁊ proprium, comparatur differentia ad proprium: inter quę vniuerſalia duę ſunt conuenientię ⁊ totidem differentię. ¶ In textu octauo, qui incipit, Differentię cum accidenti, ſubiunguntur duę conuenientię, ⁊ tres differentię inter differentiam ⁊ accidens. ¶ Quarta pars huius capituli complectitur textum nonum atque decimum. In nono comparatur ſpecies ad proprium. Et inter hęc duo vniuerſalia ſunt duę conuenientię ⁊ quatuor differentię. Et in decimo textu cōparatur ſpecies ad accidens. Et eſt inter ſpeciem ⁊ accidens vnica conuenientia, puta de pluribus prędicari: differētię vero ſunt quatuor. ¶ Poſtrema deniq; pars vltimuſq; textus continet duas conueniētias, totidemq; differentias, inter proprium ⁊ accidens.

¶ Finis libri Prędicabilium.

# ❦ Commentarij Fratris Dominici Soto Segouienſis, ordinis Prædicatorum, artium ac ſacræ Theologiæ Profeſſoris, in librum Prædicamentorum Ariſtotelis.

*Ariſtotelis vita.*

TItulus huius libri in codice Gręco ſic habet, Ariſtotelis categorię, Quod Latine eſt prędicamẽta. Ariſtoteles philoſophus fuit celebratiſſimus, ab Stagyra Macedonię vrbe oriundus, patre Nicomacho medico ortus, anno primo (ſi modo Apollodoro creditur) nonageſimęnonę Olympiadis: nempe ante aduentum Chriſti Seruatoris noſtri annis circiter octuaginta ſupra trecentos. Corporis forma nõ adeo cõſpicua. Voce enim gracili, exilibuſq; cruribus, atque oculis puſillis fuit. Ingenio tñ pręclariſſimo natus, anno ętatis. 17. Academiam Platonis, philoſophi Athenis tunc celeberrimi, adiuit. A quo poſtꝙ annos viginti ſub eius diſciplina exegiſſet, diſſentire in multis cœpit, atq; in his pręſertim vniuerſalibus: vt in prologo ſuper Porphyr. adnotauimus. Vnde Plato dicere ſolitus: In me Ariſtoteles recalcitrat, non ſecus atq; in matrẽ pulli geniti. ⁊ Ariſtoteles: Amicus Plato, ſed magis amica veritas: vt. 1. Ethico. inſinuauit. In Lyceio gymnaſio annos tredecim publice docuit. Peripateticorũ princeps dictus eſt, a peripatein, qđ eſt, deambulare: in more enim habuit deambulando docere: Quãuis Ammonius a Platone affirmet morem illũ emanaſſe. Alij tradunt locũ in quo Ariſt. docebat, peripatõ, id eſt, deambulatorium nuncupari: ⁊ inde nomen traxiſſe. Anno ętatis ſuę. 63. dum in Euboea exularet, vita defunctus eſt. Opera adeo ſcripſit multa, vt quę modo extant, minima ſit eorũ pars, quorũ copiam non habemus. De vniuerſis enim rebus diſſeruit: ⁊ ita diſſeruit, vt cunctas antea ſciẽtias diffuſas atq; confuſas ad perfectũ excoluerit, vt iam modo vni Ariſtoteli ſcientias omnes naturales debeamus. Tametſi cum fuerit alias diſertiſſimus, ⁊ eloquẽtiſſimus (vt ex eius libris Rhetoricorum conijcitur) tamen tum in alijs multis, tum maxime in Metaphyſica, obſcuritatẽ (vt ait Ammonius) affectauit: vt legentes ingenioſiores, magiſq; idoneos redderet, ⁊ ignauos auerteret. Nam res quanto ſunt obſcuriores, tanto preſſius, dum intelliguntur, hęrent memorię. Vnde (vt in Alexandro refert Plutarchus) cũ Ariſtotelem Alexander ſubaccuſaret, ꝙ metaphyſicam ſcripſiſſet, atq; vulgaſſet, in qua ipſe cęteris pręcellebat, reſpõdiſſe fertur, illos libros perinde eſſe ęditos, ac ſi ęditi non fuiſſent. Inſinuans rariſſimos fore, qui eos poſſent intelligere. ¶ Scripta eius ad genera quatuor reducitur. Prima enim pars ad eloquentiã pertinet ⁊ rhetoricam. Altera ad ciuilem ⁊ moralem diſciplinam. Tertia ad dialecticam ſpectat. Quarta vero ad ſecretorum naturę contemplationem: nempe ad philoſophiam naturalẽ atq; Metaphyſicam. Atq; adeo liber hic ad Dialecticã pertinet. Tametſi Iamblicus philoſophus, vt hic Boetius refert, exiſtimet opus hoc falſo eſſe Ariſtoteli aſſcriptum: quippe quod non ab eo, ſed ab Archita Tarentino Pythagorico ęditum cenſeat. At vero opinione hac reiecta, fides apud omnes probata eſt, opus eſſe Ariſtotelis: vt breuitas ipſa, ⁊ ſubtilitas, ⁊ authoritas manifeſtat, quę cum reliquis eius operibus maxime conſonat.

*Peripateticus.* *Obſcure ſcripſit.* *Operũ genera quatuor.*

*Categoria*

¶ Categorîa, ſi Gręcam vocem obſeruemus, idẽ eſt Latine quod, prędicatio, ⁊ Argyropylus ita frequenter vertit. Nam categoreo duo pręter alia ſignificat, ſcilicet, demonſtro, ⁊ prędico. Vnde, categorema, quod eſt prędicatũ: ⁊ categoria, verbale nomen, quod eſt demonſtratio ⁊ prędicatio. Attamen duo ſignificat apud Gręcos, puta enuntiationem ſimplicem, vt Petrus eſt homo: ⁊ Prędicatorũ ordinem, vt homo, animal, viuens ⁊c. vtrunq; enim dicitur prędicatio. Ob idq; Latini ad tollendam ęquiuocationem, enuntiationem, vocant categoricam, id eſt, prędicatoriam propoſitionem: ⁊ ſeriem prędicatorum appellant prędicamentum.

*Prędicamentum.*

¶ Eſt ergo prędicamentum prędicatorũ ordinatio, quorum ſuperiora de inferioribus quidditatiue prędicantur. Vt ſeries illa quę in arbore Porphyrij ante oculos poſita eſt: puta, homo, animal, viuens, corpus, ſubſtantia. Tametſi diuus Auguſti. in ſuis categorijs, aliam verbi ſignificationem ſequutus, ait categorias eo ſic appellari, ꝙ ſint quędã rerum demonſtrationes ante oculos poſitę. Igitur prędicamentum non ſupponit, vt aliqui arbitrantur, pro generaliſſimo. Vnde Porphyri. in cap. de ſpecie: In quocunq; (inquit) prędicamento eſt quoddam ſummum genus ⁊ infima ſpecies. Et Ariſtoteles. 5. Meta. text. 12. eadem (inquit) genere ſunt, quorũ eadem eſt prędicamenti figura. Vbi apparet prędicamentum appellari diſpoſitionem illam ⁊ lineam prędicatorum. Atque adeo hoc eſt ſubiectum huius libri. ¶ Quod ſi quis arguat: Prędicamentum, eſt huius libri ſubiectum: ergo nihil hic conſideratur, niſi qr eſt prędicamentũ: ſed tractatur hic de ſingulis prędicatis: ergo ſingula ſunt prędicamenta. Reſpondetur negando primam conſequentiam: ſatis eſt enim quod nihil hic tractetur, niſi in ordine ad prędicamentum, id eſt, tanquam ponibile in prędicamento.

*Octo notãtur in initio operis.*

¶ Octo ſunt quæ ſecundũ commentatorem Com. 1. ſuper primũ Phyſico. in initio cuiuſq; operis adnotanda ſunt: puta autoris ⁊ nomen ⁊ intentio. Libri vero nomen, vtilitas, proportio, ordo, modus procedendi atq; diuiſio. Et de nomine quidem tã autoris quam libri, hactenus diximus: ſed circa intentionem autoris ⁊ circa vtilitatem libri, ſunt hic ſingula dubia. Primum circa ſubiectum libri eſt, fueritne intẽtio Ariſtotelis hic tractare de verbis, an vero de reb⁹.

*Dubium primum.*

Enimuero quãuis ſuper Porphyrium ſatis fuerit comprobatum, vniuerſalia eſſe in rebus, ambigua tamen eſt hic intentio Ariſtotelis. Alexãder enim Aphrodiſęus ⁊ Simplicius ⁊ Boetius exiſtimant librum hunc eſſe pręcipue de vocibus: ſed Cõmentator Auerrois ⁊ Euſtratius opinãtur cõtra eſſe de rebus. Atqui vtriq; habent



habent fundamentũ: nã in prima ſtatim definitione ęquiuocorũ videť Ariſt. de rebus loq: definit enĩ res ipſas quę ſunt ęquiuoca ęquiuocata: ſed mox in prima diuiſione videtur ſermo eſſe de vocibus, dum inquit, Eorũ quę dicuntur, alia cum complexione, alia ſine complexione dicũtur: dici enĩ cũ cõplexione aut ſine cõplexione, nõ rebus, ſʒ certe vocib⁹ congruit. At vero non ita intelligendus eſt Boetius, vt negare credatur vniuerſalia eſſe in rebus: quippe qui ſuper Porphy. vt frequenter adnotauimus, contariũ expreſſe docet: ſed putat Ariſtotelem in. 5. Metap. tractare de prędicamẽtis ſecundũ eſſe reale, hic vero principaliter de vocibus, ⁊ ſecundario de rebus. Ait enim: Res ⁊ rerũ ſignificatio iuncta. i. connexa eſt. ¶ Tertia ergo opinio in hac parte eſt Nominaliũ, qui aſtruunt, ſolas voces, ⁊ nullatenus res collocari in prędicamento. Quocirca quanuis in prędicabilibus, quantũ ad rem, ſatis fuerit diſputatum, vniuerſalia eſſe in rebus: modus tamẽ loquẽdi explicãdus eſt hic cõcluſionibus his, quas quinq; ſubiecimus.

*Concluſ. 1.*

¶ Prima, Tam res ꝙ voces ponũtur in prędicamento. Quod eſt dicere: Arbor illa, homo, aĩal, viuẽs, corpus, ſubſtãtia, ⁊ in rebus cõſideratur, ⁊ in nominib⁹. Probať. Homo a parte rei eſt animal rationale, ⁊ animal eſt viuens ſenſibile, ⁊ viuẽs eſt corpus animatũ, ⁊ corpus eſt ſubſtantia corporea: ergo in rebus ipſis, puta in quocũq; hoĩe, eſt aĩal contractũ per rationale, ad eſſe hominis, ⁊ viuẽs cõtractũ per ſenſibile ad eſſe animalis: ⁊ pariter reliqua ſuperiora genera, atque adeo res ſunt in prędicamento. Et cõfirmatur: qr Ariſtoteles. 5. met. tex. 14. diuidit ens reale in decẽ prędicamenta, de quibus ſubinde, tanꝙ de rebus ſigillatim tractat. ¶ Quod vero nomina ponãtur in prędicamento probatur. A qualibet eſſentiali conueniẽtia abſtrahit intellectus formalẽ conceptũ adęquatũ eius: ergo qualis eſt ordo in rebus, talis eſt in iſtis noĩbus, homo, animal, viuens, corp⁹, ſubſtãtia, tanꝙ in rerũ ſignis. ¶ Arguitur tamẽ contra concluſionẽ. Prędicamentũ (vt dictũ eſt) idẽ pollet quod prędicatio, id eſt, prędicatorum ordo: ſʒ in rebus nõ eſt prędicatio: ergo ſola nomina reponuntur in prędicamento. Minor multis modis probatur. Primo, Prędicatio eſt oratio, ⁊ prędicari eſt dici ſeu affirmari ⁊ negari: hęc vero nõ poſſunt adaptari rebus: nam oratio eſt oris ratio, ⁊ verba ſunt quę dicuntur, affirmantur ⁊ negantur. ¶ Secundo. Si res prędicarẽtur, tunc ꝓpoſitio conſtaret ex rebus, vnde ſequeretur, ꝙ in aliqua propoſitione nulla eſſet diſtinctio inter ſubiectũ ⁊ prędicatum: vt in hac, Petrus eſt homo (nam homo qui eſt Petrus non diſtinguitur a Petro) ⁊ in aliqua, prędicatũ diſtaret a ſubiecto longiſſima diſtantia: vt in hac, Salmantica non eſt Roma, ⁊ in aliqua ſubiectũ comederet prędicatũ: vt in hac (homo non eſt panis) ⁊ in aliqua ſubiectũ eſſet pater prędicati: vt in hac, Nicomachus nõ eſt Ariſtoteles: quę omnia videntur ridicula. ¶ Et tertio arguitur. Si res prędicarẽtur, ſequeretur ꝙ res etiam ſupponerent, quod eſt falſum: nam certe res quę eſt Deus non habet pro quo ſupponat, qr non ſupponit pro ſeipſa (ſupponere enĩ eſt loco alterius poni) vnde concedendũ eſſet ſubiectũ huius, Deus eſt, nõ ſupponere.

*Concluſ. 2.*

¶ His nihilo minus non obſtantibus eſt ſecũda cõcluſio. Non ſolum nomina, ſed res etiam prędicantur: res quidem realiter ⁊ obiectiue, ſed nomina inſtrumẽtaliter ⁊ tanꝙ rerum ſigna: ⁊ quãuis nomina forte magis proprie, tamen res principalius. Priorem partem ⁊ ſingulas eius particulas affirmat Ariſt. 1. Elenc. c. 1. Vbi ait: Poſtꝙ res in diſputationem afferre non poſſumus, vocibus vtimur loco rerum. Et quemadmodũ (inquit) his vſu venit, qui calculis ſupputant, vt qđ in calculis colligunt, in rebus numeratis inueniãt: ita quod vocibus prędicamus eſt in rebus. Ex quibus verbis colligitur, quod res prędicãtur realiter ⁊ obiectiue, ⁊ voces inſtrumentaliter ⁊ tanꝙ ſigna. Et. 1. Perihermenias. cap. 5. Cum rerũ (inquit) alię ſint vniuerſales, alię vero ſingulares, neceſſe eſt aliquid de vniuerſalibus rebus, ⁊ aliquid de ſingularibus prędicari. Et in hoc libr. cap. 2. ⁊ cap. de ſubſtantia, ait ſecundas ſubſtantias (puta genera ⁊ ſpecies quę ſunt in rebus) dici ⁊ prędicari de primis ſubſtãtijs. ¶ Ratione non alia hic opus eſt, pręter illas quas in prędicabilibus adduximus ad probandũ vniuerſalia eſſe in rebus: nam cũ vniuerſalia ſint quę prędicantur, inde colligitur res prędicari. Et pręterea prędicationẽ eſſentialẽ appellamus eam, cuius prędicatũ eſt de eſſentia ſubiecti: ⁊ quidditatiuã, cuius prędicatũ eſt de quidditate ſubiecti, quę locutiones magis congruunt rebus quam vocibus. Atqui inde ortũ habuit diſtinctio illa apud veteres, aliud videlicet eſſe vniuerſale in prędicando aliudq; in repręſentando. ¶ Sed ꝙ nomina magis proprie prędicentur, probatur per primũ argumentũ ſupra factum: prędicari enim ſicut, dici, magis proprie conuenit vocibus quam rebus. Item qr propoſitio proprius eſt in nominibus, quam in rebus. ¶ Quod vero res principalius prędicentur, probatur: qr propter vnũ quodq; tale ⁊ illud magis: ſed noĩa ſolũ prędicãtur tanquã inſtrumẽta ⁊ rerũ ſigna: ergo res principalius prędicantur. Alia enim eſt ratio ꝓprię prędicationis, ⁊ alia eſt ratio principalis prędicatiõis: proprietas nanq; conſiſtit in ſignificatione verbi, prędicari, quod vocibus proprius conuenit: ⁊ principaliter prędicari conſiſtit in hoc ꝙ res ſunt finis, cuius gratia nomina prędicantur. Vnde cũ S. Tho. opuſ. 56. affirmauerit ex mente philoſophi, res principaliter prędicari, poſtea. 1. Perihermenias, lectio. 5. dixit voces magis ꝓprie prędicari: vbi nulla eſt repugnantia.

*Res actu prędicanť.*

¶ Eſt tamen adnotãdum, ꝙ quemadmodum de vniuerſalibus dictũ eſt, ꝙ habent quidẽ fundamentũ in re, ſed fiũt vniuerſalia in actu per operationem intellectus: ita res ante operationem intellectus fundamentaliter prędicantur: quod nihil aliud eſt quam rationem. v. g. hominis ineſſe Petro ſubſtantialiter, ⁊ albedinem ineſſe accidentaliter: ſʒ actu prędicantur, quando intellectus actu conſiderat vnũ ſub ratione p̃dicati: puta qđ de alio dicitur, ⁊ aliud ſub ratione ſubiecti, videlicet de quo aliud dicitur. ¶ Hinc demũ ſequiť duplices eſſe ſenſus harum propoſitionum, homo prędicatur de pluribus, animal prędicať de pluribus, vnus vt ſubiecta ſupponant ſimpliciter pro homine in communi ⁊ animali in cõmuni, ⁊ alter vt ſupponãt materialiť. Et vterq; prouenit ratione p̃dicati, ⁊ vterq; eſt verus. ¶ Vnde ad primũ argumentũ reſpõdetur, ꝙ quãuis magis proprie verba dicantur ⁊ prędicẽtur, nihilo minus paſſiue ⁊ obiectiue res ipſę dicuntur ⁊ prędicantur: dicimus enĩ ⁊ narramus res geſtas. ¶ Ad ſecundũ argumentũ varia eſt reſponſio inter Reales. Burleus enĩ ⁊ alij putant in rebus eſſe propoſitionẽ ⁊ ſyllogiſmũ, ſed Paulus Venetus negat: nam antiquiores nuſquã hoc diſputant. Ratio prioris opinionis eſt, ꝙ cũ in rebus ſint vniuerſalia, vt ſupra diſputauimus, ⁊ ipſa ſint prędicata, vt patet ex definitione vniuerſalis, ⁊ patebit amplius capite ſecundo antepredicamentorũ, inferunt in rebus eſſe prędicationem ipſam ⁊ per conſequens propoſitionem ⁊ ſyllogiſmum.

*Ex rebus non fit propoſitio.*

¶ At vero, quanuis diſputatio forte de nomine ſit, non oportet id concedere. Primo, quia res potius dicuntur ſignificatum propoſitionis,

nis,quam propoſitio. Secundo,quia eadem ratione concedendū eſſet, res eſſe nomina ⁊ verba ⁊ terminos:nam terminus(vt ait Ariſt.primo priorū) eſt in quem reſoluit propoſitio: hęc tamen nullo poſſunt cōuenire rebus. Et tertio,q̄ꝛ eadē ratione concedendum eſſet in rebus eſſe propoſitionē excluſiuā,exceptiuā,⁊ vniuerſalē:item eſſe ſyllogiſmū in Barbara ⁊ in aliis modis,conſequēs eſt falſum:q̄ꝛ huiuſmodi ſyncategoremata tantū ⁊c.non ſunt in rebus. Accedit authoritas Ariſt.6.meta.tex.8.dicentis, ꝙ verū ⁊ falſum non eſt niſi in intellectu. Intelligit formaliter, q̄ꝛ fundamentaliter ⁊ obiectiue eſt in rebus: vt ait.9.meta.tex.22. ¶Dicendū ergo eſt,ꝙ quāuis in rebus ſint prędicatū ⁊ ſubiectū, nihilo minus prędicatio nō fit in rebus: ſed ſolū exercetur in mente, voce aut ſcripto. Itaq; in hac vocali, homo eſt animal, nō ſolū vox prędicatur de voce,ſed principaliter ratio animalis de ratione hoīs. Imo ꝑfecto aptius loquebantur antiqui dicētes,voces non prędicari paſſiue,ſed prędicare:vt quemadmodū extrema huius propoſitionis,homo eſt aīal, ſignificant res,⁊ res ſignificātur per voces, ita voces prędicant rationem animalis de ratiōe hominis: atq; adeo res prędicatꝰ de re. Quemadmodū enim ſcientia ⁊ definitio ſunt quidē in mente ⁊ in voce,ſed res nihilo minus ſunt quę definiūtur ⁊ ſciūtur, ita prędicatio ⁊ propoſitio fit in terminis,ſed res ſunt quę principaliter prędicantur. Et hoc eſt quod dicit Ariſt. ꝙ vtimur terminis pro rebus. ¶Ex quo ſequitur,ꝙ male diſtinguit Burlęus aliā eſſe propoſitionē realē,⁊ aliā intentionalē:nam profecto omnis propoſitio, imo omne prędicatum eſt intētionale: ſed in mēte eſt intētionale formale,⁊ in rebꝰ eſt intētionale obiectiuū:res nāq; non ſunt prędicata,niſi quatenus ſunt obiecta intellectus:videlicet in quantū per hanc propoſitionem, homo eſt animal,intellectus cōcipit rationē animalis,vt quod de alio dicitur,⁊ rationē hoīs, vt de quo aliud dicitur. Et per hęc patet reſpōſio ad argumētum:nō eīn concedimus ꝙ inter ſubiectū ⁊ prędicatum formalis ꝓpoſitionis ſit illa diſtantia, ſed inter prędicatū ⁊ ſubiectū quę ſunt res ſignificatę. ¶Ad tertiū reſpōdetur, ꝙ ſi ſupponere accipiatur pro eo quod eſt,verificari,res quidē ſupponunt, quia de ſe ipſis verificātur. Si vero ſupponere idem ſit quod, poni loco alterius,tunc res nō ſupponunt : q̄ꝛ nihil ponitur loco ſui: ſed nomina ſupponunt pro rebus.

Conclu. 3. ¶Tertia concluſio colligitur ex ſuperioribus, qua reſpōdetur ad dubiū propoſitū. Liber prędicamentorū eſt de rebus in quantū nominibꝰ ſignificātur,⁊ de nominibꝰ in quantū ſignificāt res: ſꝫ principaliꝰ tractat de rebus. Concluſio ex his quę dicta ſunt reſtat manifeſta,⁊ eſt expreſſa ſententia D.Auguſt.in libro Categoriarū. Et Auicen.in principio Logicę dicentis,ꝙ voces nō cadunt ſub cōſideratione Logica,niſi quatenus ſigna ſunt rerum. Cōcluſio prima in.4.cap.magis elucidabitur, ⁊ ſecūda in ſecundo, ⁊ hęc tertia in primo, atq; adeo omnes in toto proceſſu prędicamentorū: ſed propter connexionē quā habēt,decuit eas ſimul oculis ſubiicere. ¶Reſtat tamen dubiolum circa tertiā concluſionē,vtrum conſiderentur hic res ſolum in quantum ſubſtant ſecundis intentionibus: puta in quantum ſunt genera ⁊ ſpecies ⁊c. Burlęus enim tenet partē affirmatiuā: ſed Paulus Venetus,negatiuam. Reſpondetur nihilo minus medio modo. Et ſit quarta concluſio.

Conclu.4. Negari non poteſt quin conſiderentur hic res in ordine ad ſecundam intentionem, quę eſt prędicari. Probatur. Subiectum huius libri eſt prędicamentum,ergo conſiderantur hic res ea ratione qua ordinantur in prędicatione, ⁊ hoc pertinet ad ſecundam intentionem. Eſt enim differentia inter Logicum ⁊ Metaphyſicum,quod Logicus tractat de rebus, vt cognoſcat earum intentiones prędicandi: Metaphyſicus vero econuerſo ſi tractat de intentionibus,vt.5.Metaphy.tractatur de genere ⁊c.id facit,vt explicet naturas rerum. ¶Quinta concluſio. Non conſiderantur hic ſecundę intentiones quemadmodum in prędicabilibus : non enim definitur hic quid ſit genus aut ſpecies, aut aliud vniuerſale, ſed explicantur naturę ſubſtantię, quantitatis ⁊c. vt in particulari cognoſcatur quid de quo prędicatur prędicatione generis aut accidentis ⁊c. Conclus.5.

Quocirca conſiderantur proprietates ſubſtantię ⁊ aliorum prędicamentorum ſecundum eſſe reale: vt recipere magis ⁊ minus, recipere contraria ⁊c. ſed tamen omnia tractantur,vt inde ſumatur iudicium prędicationis. ¶Hoc tamen vnum pro toto opere pręſenti,hic duxerim admonendum,ꝙ definitiones non ſunt diuerſę pro diuerſis opinionibus aſſignandę:nā definitio debet eſſe certiſſima,⁊ in omni opinione receptiſſima. Sunt enim qui dicunt, prędicamentum,ſecundum Scotum, eſt ordo plurium realitatum. Et ſecundum S. Tho. eſt ordo conceptuū obiectiualium: ⁊ neſcio quas alias ſexcentas particulas congerunt in definitionem, quę eam inintelligibilem reddunt ⁊ incredibilem, quam nec Scotus,nec S.Tho.cognoſcerēt. Eſt ergo prędicamentum ſecundum omnes,prędicatorum ſeries. An vero illa ſeries,ſit in terminis, vel in rebus, vel vtrobiq;,id maneat ſub diſputatione.

## ¶ Alterum dubium principale

eſt de neceſſitate vel vtilitate huius libri. Sunt eīn qui vitio dent Ariſtoteli, ꝙ prędicamenta in Dialecticam introduxerit, obſcura quidem magis quam Dialecticis neceſſaria. In quorū gratiā arguere ſic poſſumus: Logica ſolū tractat(vt dictū eſt)de entibus rationis,hoc eſt,de ſecundis intentionibus,puta de ſyllogiſmo,de enuntiatione,de genere ⁊c. Sed tractatus hic eſt de rebus ⁊ nominibus primę intentionis: puta de ſubſtantia, de qualitate, de relatione ⁊c. quę habent eſſe pręter operationē intellectus:de quibus ex profeſſo tractat Ariſto.5. Meta. tex.15.vſq; ad.20.ergo opus hoc non pertinet ad dialecticā. ¶Et ſecundo arguitur. Finis dialecticę eſt verū a falſo diſcernere: verū autē ⁊ falſum ſolū eſt in ſecunda ⁊ tertia operatione intellectus:cū.ſ.componimus ſubiectū cū prędicato,aut ratiocinamur: ſed in ſimplicibus conceptibus quos formamus de rebus nō cōſiſtit falſum,vt ait Ariſ.c.4.huius:nec circa illos errare poſſumus,cū naturaliter producantꝰ: ergo ad dirigendum ſimplices apprehenſiones nulla opꝰ eſt arte,magis q̄ ad recte viuendū:⁊ per ꝯñs hoc opus nō eſt neceſſariū dialecticis. ¶Quod ſi q̄s dicat notitias ſimplices rerū eſſe tres,ex quibus cōflatur propoſitio ⁊ ſyllogiſmꝰ: Arguitꝰ ſic, Termini ꝓpoſitionū ſolū ſunt duo.ſ.nomē ⁊ verbū:ergo ſatis eſſet dialectico tractare de noīe ⁊ verbo,ſub quibus oēs partes orōnis cōprehēduntꝰ,ſaltē categorematicę:qua ratione Ariſto.1.Perihermе.a noīe ⁊ verbo exorſus eſt: ergo notitia prędicamentorū non eſt ad hoc neceſſaria. ¶ Ad hoc nihilo minus reſpōdetur, prędicamentorū notitiā eſſe dialecticis admodū neceſſariā. Prędicamentorum notitia neceſſaria. Primo,q̄ꝛ cognoſcere vniuerſalia:puta genera,⁊ ſpēs ⁊c.pertinet ad dialecticū:id tn̄ cognoſci nō pōt ſine p̄dicamētis. Nā quāuis ex definitiōe generis in p̄dicabilibꝰ tradita cognoſcatꝰ q̄d ſit genꝰ: tn̄ ī particulari neſcirēt aīal eſſe genꝰ hoīs,⁊ albū nō eſſe genus,niſi q̄ꝛ per prędicamēta cognoſcerēt aīal eſſe de quidditate hoīs, ⁊ album eſſe accidens eius. Nec



Nec cognoſcerēt an ſimile,⁊ diſſimile eſſent differētię,aut ſpecies qualitatis,niſi qui per prędicamenta cognoſcerēt ſimile,⁊ diſſimile,eſſe diuerſi prędicamenti,a qualitate: ⁊ per ꝯñs ſimilitudinem nec eſſe genus,nec ſpeciē,ſed accidēs qualitatis. ¶Secundo,hoc eſt neceſſarium ad definiendū, quod dialectico incūbit. Ad cōſtruendā eīn definitionē rei,inquirendū eſt prius in quo genere ſit: vt puta ſitne ſubſtantia,an accidēs:⁊ p̄terea,q̄d accidēs ſit(hac enim arte Ariſt.ſecundo de aīa diſquirit quidditatem animę. Et tertio Phyſi.tex.3.veſtigat quidditatē motus)ne ergo opus eſſet diſquirere per tantā rerū diuerſitatē,neceſſe fuit res vniuerſas ad decē ordines redigere,quibꝰ tota vniuerſitas inſpiceretur. Atq; adeo cognoſceretur quid ⁊ quę eſſent proprietates ſubſtātię in quantū ſubſtātia: ⁊ quātitatis in quantum quātitas ⁊c. ¶Et tertio,eſt hęc notitia neceſſaria ad demōſtrationes faciendas, quę cōſtant ex propoſitionibꝰ neceſſariis ⁊ de per ſe. Non enim cognoſcere quis poſſet, quodnam prędicatum conueniat per ſe,quodue per accidēs,niſi habita notitia prędicamentorū. Sunt ⁊ plures alię vtilitates,quas longū eſſet recenſere. ¶Vnde ad argumentū primū reſpōdetur,ꝙ autore Ariſt.4.Meta.tex.5.dialecticus perinde atq; metaphyſicus de rebus omnibꝰ diſputat,licet ratione differant:nam metaphyſicus diſputat de rebus ſcdm̄ eſſe naturale ⁊ abſolutū, quod in ſe habent:dialecticus vero ſecundū ꝙ ſubſtant operibus rationis. Vnde de prędicamētis diſputat philoſophus.5.Meta.quantū ad eorū quidditatē:an videlicet quantitas, qualitas,⁊ relatio diſtinguantur inter ſe,⁊ a ſubſtantia,⁊ ſecundū alias id genus proprietates,quę non pertinēt ad dialecticū:ſed dialecticus diſputat de illis,quatenus ordinantur ad rationē quę ex illis facit prędicationes, de per ſe, aut de per accidēs ⁊c. Et ideo ad minorē argumenti reſpondetur quod quanuis in prędicamētis non conſiderentur immediate ſecundę intentiones ſicut in prędicabilibus,nihilo minus conſiderantur res, vt in particulari cognoſcatur quid ſit genus aut ſpecies aut accidens. ¶Hinc ſequitur tā Metaphyſicā q̄ Dialecticam eſſe vniuerſales ſcientias,modis tamen diuerſis:q̄ꝛ Metaphyſica, cū tractet res ſecundū eſſe abſolutū ⁊ reale, eſt ſubalternās reſpectu omniū aliarū ſcientiarū realiū:dialectica vero,eſt ſolum modus ſciendi reſpectu illarū. ¶Ad ſecundū reſpōdetur, ꝙ quāuis in ſimplicibus notitiis non conſiſtat verū,⁊ falſum, nihilo minus poteſt error contingere in applicatione vnius notitię ad aliā: an videlicet notitia, aut ſignificatū eius ſit genus reſpectu notitię, aut ſignificati alterius, vel differentia, vel accidens: ⁊ hoc docet liber prędicamentorum.

Tria opera intellectꝰ. ¶Sunt enim (vt autor eſt Albertus) tria opera intellectus,ſcilicet,ordinare, componere,⁊ colligere. Ordinare eſt diſponere res oēs ⁊ rerum nomina, vt innoteſcat quomodo inuicē ſe habeāt. Et hoc docet liber prędicamentorū. Componere vero eſt affirmationes ⁊ negationes ex eiſdē rebus ⁊ nominibus conſtruere, quod traditur in libris Perihermeni. Sed colligere eſt ex propoſitionibus notis ignotas ſyllogizari,quod in reliquis libris Dialecticę manifeſtat Ariſt. ¶Vnde ad replicā reſpondetur,ꝙ quāuis ſatis eſſet cognoſcere nomen ⁊ verbum ad propoſitiones in genere componendas, tamen ad conſtruenda ⁊ dignoſcenda varia genera prędicationū, puta eſſentialis,accidentalis,quidditatiuę ⁊c.neceſſaria eſt notitia prędicamentorum.

¶Habemus ergo nomen & autoris ⁊ libri:item quod Intentio autoris eſt res vniuerſas rerumq; nomina in decem ordines redigere, quas ante oculos habeat Dialecticus : cuius vtilitas eſt vt dignoſcantꝰ habitudines ⁊ prędicationes oīm. Vnde Proportio huius libri ad dialecticā eſt q̄d eſt eiꝰ pars ⁊ reliquarū partiū ianua. Atq; adeo ordo eſt,vt librorū Dialecticę Ariſtotelis ſit primꝰ. Eſt nanq; duplex operatio intellectus , vt autor eſt Ariſt.3.de anima tex.21.ſcilicet ſimpliciū apprehenſio ⁊ compoſitio aut diuiſio:⁊ ſecundam diuidunt in enuntiationē ⁊ diſcurſum. Quarū ſimpliciū apprehenſio precedit cęteras veluti pars pręcedit totum. Componitur enim enuntiatio ex ſimplicibus terminis, ſicuti ex enūtiationibus cōficitur ſyllogiſmus. ¶Modus doctrinę non eſt demonſtratiuus, ſicut modus ſcientię Mathematicę,ſed procedit per definitiones, diuiſiones, ⁊ documenta modo introductorio. De diuiſione autem,ſtatim.

## De æquiuocis, vniuocis , & denominatiuis. Cap. I.

AEQVIVOCA DIcuntur ea, quorum nomen ſolùm commune eſt : ratio verò ſubſtantię nomini accommodata, diuerſa: vt animal dicitur & ipſe homo,& id quod eſt pictū. Horum enim nomen commune tantummodò eſt, ratio verò ſubſtantiæ nomini accommodata diuerſa. Si quiſpiam enim quænam ſit vtriuſq; ratio animalis voluerit aſsignare,rationem vtriſq; profectò propriam aſsignabit. ¶Vniuoca ea dicuntur, quorum & nomen cōmune eſt,& ratio ſubſtantiæ nomini accommodata eadem eſt:vt animal dicitur & ipſe homo,& equus:nomine nāq; cōmuni & homo & equus animalia nuncupantur, &ratio quoq; ſubſtantiæ vtriſq; eadem eſt. Si quiſpiam enim vtriuſq; rationem voluerit aſſignare,quænam ſit vtriuſq; ratio animalis, eandem rationem omninò reddet. ¶Denominatiua ea dicuntur,quæ ab aliquo nominis appellationem habent, ſolo differentia caſu:vt à Grammatica Grammaticus appellationem habet,& à fortitudine fortis.

OPus præſens in codice Gręco non diuiditur in diuerſos titulos : ſed ſub titulo prędicamentorum continet capitula quatuordecim. Expoſitores autē illud partiuntꝰ in tria: videlicet in antepręedicamenta,prędicamēta,⁊ poſtprędicamenta : vt tria priora capitula ſint de anteprędicamentis , ⁊ ſex proxima de prędicamentis, ⁊ poſtrema quinq; de poſtprędicamentis. ¶Anteprędicamenta ſunt pręambula quę ad notitiā prędicamentorū viam aperiūt:quorū proinde notitia ad cognitionē prędicamentorū pręrequiritur . Sed poſt prędicamenta (vt ſuo loco, quam hic, melius explicabitur ) ſunt proprietates quędam ⁊ conditiones, quę naturam prędicamentorū conſequuntur. Neq; Anteprędicamentū.

quicquid pręambulū eſt ad notitiā prędicamentorū appellabit̃ anteprędicamentū: prędicabilia eīm pręambula ſunt prędicamentorū, ⁊ tñ non dicunt̃ anteprędicamēta. Sed illa tm̄ fundamenta q̃ Ariſt. iecit in principio prędicamētorū, cenſentur hoc nomine. ¶ Atqui anteprędicamenta in genere ſunt tria: puta definitio, diuiſio, ⁊ regula: in particulari vo ſunt ſeptem: puta tres definitiones in primo capite, duę diuiſiones in ſecundo, ⁊ totidē in tertio regulę. Tametſi Paulus alia ratione quinq; tantum deſignet anteprędicamenta, ſcilicet ęquiuoca, vniuoca, denominatiua, prędicatū, ⁊ ſubiectū: de quorū prioribus tribus dātur ſingulę definitiones, ⁊ de duodus vltimis, duę diuiſiōes, ⁊ regulę duę.

Definitiones tres.

¶ Definitiones ſunt ęquiuocorum, vniuocorum, ⁊ denominatiuorū. Ratio qua cognitio ęquiuocorū ⁊ vniuocorū prerequiritur ad notitiam prędicamentorū poſſet generalis adduci, q̃ vt. 6. Topic. cap. 5. admonet Ariſt. in principio ſtatim cuiuſuis diſputatiōis diſtinguendū eſt an nomē ęquiuocū ſit, an vniuocū: nā ęquiuoci non eſt vna, ſed multiplex conſideratio. Obidq; nomen ęquiuocū non ponitur in prędicamēto anteq̃ diſtinguatur: cum ſecundū diuerſas ſignificationes ponatur, aut in diuerſis prędicamentis, aut in diuerſis ſpeciebus eiuſdē prędicamēti. ¶ Veruntñ harū triū definitionū ratio ſpecialis eſt hęc. Tres habent prędicamenta ordines ⁊ reſpectus. Primus quo oīa continentur noīe illo trāſcendenti, ens: ⁊ reſpectu illius ſunt quodāmodo ęquiuoca, videlicet analoga, vt cap. 4. videbimus. Alter eſt quo ſingula generaliſſima referuntur ad ſua inferiora, de quibus vniuoce prędicantur. Sed tertius eſt quo vnū prędicamentū refertur ad aliud: prędicatur nanq; vnū prędicamentū de alio ſolū denominatiue, atq; nouē pręſertim accidentium, de prędicamēto ſubſtātię. ¶ Et hac de cauſa neceſſariū fuit prænoſcere rationē ęquiuocorū, vniuocorū, ⁊ denominatiuorū. ¶ Hinc pręterea ſumitur ratio huius ordinis. Enimuero quāuis vniuoca propter dignitatē appareāt prius fuiſſe definienda, tñ q̃ primus ⁊ generaliſſimus ordo prędicamentorū eſt ille quo oīa ſimul referuntur ad ens, ⁊ ſecundus eſt ille quo ſingula generaliſſima referuntur ad ſpecies ſui generis, ⁊ tertius quo vnum prędicamentū refertur ad aliud: primo loco ſtatuit Ariſtotel. definitionem ęquiuocorum: vt primo ſtatim verbo generalem illam inſinuaret diuiſionem entis in prędicamenta: ⁊ ſecundo loco ſubiungit definitionem vniuocorum, ⁊ tertio denique denominatiuorum. At vero quamuis tria videantur eſſe membra huius capitis, tamen ęquiuoca ⁊ vniuoca ſub eodem mēbro tractabim⁹, q̃a mutuo ſe ambo exponūt.

## ¶ Ad euidentiam definitionū

Aequoca.

ęquiuocorum ⁊ vniuocorum conſiderandum eſt primum ęquiuoca appellari, ⁊ res ęquiuoce ſignificatas, ⁊ nomen ęquiuoce ſignificans. Res dicuntur ęquiuoca ęquiuocata, nomen vero ęquiuocum ęquiuocans. Pari ratione res dicuntur vniuoca vniuocata, ⁊ nomen vniuocum vniuocans. Et Ariſtote. definit hic ęquiuoca ęquiuocata atque vniuocata. Qua de cauſa definit ea in plurali numero: nam res vna, cum non poſſit per vnum nomen pluribus rationibus ſignificari, ęquiuoca eſſe non poteſt. Nec poteſt res vna eſſe vniuoca: quia vniuocatio rerum in hoc conſiſtit quod res plures, nomine ⁊ ratione conueniant. Aequiuocum autem ęquiuocans, ⁊ vniuocum vniuocans debet in ſingulari definiri. ¶ Ait, Aequiuoca dicuntur, ⁊ non, ęquiuoca ſunt: quia vt Boetius adnotauit, res non ſunt per ſe aut ęquiuocę, aut vniuocę, ſed ſolum ſunt tales per reſpectum ad nomen quo ſignificantur: quemadmodum viciſſim ⁊ nomen reſpectu rerum eſt aut ęquiuocum, aut vniuocum. Exempli gratia. Canis domeſticus ⁊ canis marinus ſunt ęquiuoca reſpectu huius nominis, canis: ſed ſunt vniuoca reſpectu illius nominis, animal. Et nomen, canis, eſt ęquiuocum reſpectu illarum ſpecierum: ſed eſt vniuocum reſpectu latrabilium, ⁊ forte reſpectu coeleſtis ſyderis: ſi modo ſignificat illud, non impoſitione noua, ſed propter fabulam qua fertur caniculā Icari verſam fuiſſe in illud ſydus. ¶ Hinc patere incipit concluſio tertia ſuperioris dubij: nempe quod intentio Ariſtotelis fuerit in hoc libro tractare pręcipue de rebus, ⁊ ſimul de nominibus: quia tractat de rebus reſpectu nominum, ⁊ de nominibus reſpectu rerum.

Ratio.

¶ Secundo notandum eſt, quod nomen, ratio, in pręſentibus definitionibus varie ⁊ diuerſe interpretantur Nominales atque Reales. Enimuero Nominales, cum nullum conceptum obiectiuum vniuerſalem ponant in rebus, nomine rationis intelligunt in pręſentia cōceptum formalem, quem intellectus format de rebus. At primę definitionis ſenſus ſit: Aequiuoca dicuntur res quę ſignificantur eodem nomine mediantibus diuerſis conceptibus, vt canis domeſticus ⁊ canis marinus reſpectu huius nominis, canis. Et ſimili ratione ſenſus ſecundę definitionis eſt. Vniuoca dicuntur res quę ſignificantur per idem nomen mediante eodem conceptu: vt Petrus, ⁊ Paulus, reſpectu huius vocis homo. Ex quo ſequitur, quod res ſecundum hanc expoſitionem, nō poſſunt eſſe ęquiuocę reſpectu nominis mētalis: q̃ conceptus vltimatus (vt primo libro Summularum adnotauimus) non poteſt hoc modo eſſe ęquiuocus, cum conceptus vltimatus ſeipſo ⁊ non mediante alio ſignificet: ſed ſolum dicunt̃ aut ęquiuoca, aut vniuoca reſpectu nominis vocalis vel ſcripti. Proportionabili modo ęquiuocum ęquiuocans eſt terminus ſua ſignificata mediantibus diuerſis conceptibus ſignificans, vt, canis: ⁊ vniuocum vniuocans eſt terminus ſua ſignificata eodem conceptu ſignificans, vt animal. ¶ Sed tamen antiqui omnes expoſitores Ariſtotelis, vt Boetius commentator, ⁊ omnes Græci, nomine rationis intelligunt hic definitionem (in rebus habentibus definitionem) aut conceptum obiectiuum, formaliter ⁊ adęquate ſignificatum per nomen. Neque dubitari poteſt hanc eſſe mentem Ariſtotelis. Primo, quia vt ſtatim capite quarto videbimus, nomen, ens, mediante eodem formali conceptu ſignificat omnia prędicamenta, ⁊ tamen non eſt vniuocū ad illa. Et pręterea quia vbique apud Ariſtotelem nomine rationis intelligitur definitio, vt capite de ſubſtantia videbimus: vbi loquens de ratione nominis ponit exemplum de definitione. Imo vero. 4. Metaphyſic. text. 28. ratio (inquit) quam ſignificat nomen, eſt definitio. Et poſtremo quia ſermo ipſe huius textus (ratio ſubſtantię nomini accommodata) idem ſonat quod definitio rei ſignificatę per nomen. Eſt enim definitio oratio per quam reddimus rationem nominis. At quęrenti, quare Petrus eſt homo, reſpondetur, quia animal rationale. Et hoc eſt rationem nomini accommodare. Et ideo canis domeſticus ⁊ marinus ſunt res ęquiuocę: quia quęrēti quare canis domeſticus eſt canis, ⁊ quare marinus eſt canis, reſpondebitur per diuerſas definitiones.

Senſus definitionis.

¶ Eſt ergo ſenſus definitionis. Aequiuoca ſunt res quę habent idem nomen commune, ſed ſecundum illud nomen diuerſas habent definitiones, vt exemplo iam modo indicauimus. Dicitur, ratio ſecundū idem nomen, quia illę duę ſpecies animalis ſecundū

aliud



aliud nomen, puta quatenus ſunt animalia habent eandem genericam definitionem animalis. Patet etiam definitio in exemplo Ariſtotelis, vt homo viuus, ⁊ homo pictus, cōueniunt hoc nomine animal: nam ſi quęratur quare homo eſt animal, reſpondebitur, q̃ ſubſtantia aīata ſenſibilis: ⁊ quęrēti quare homo pictus eſt aīal, reſpondebitur, q̃ effigies ſubſtantię animatę ſenſibilis.

Vniuoca.

¶ Proportionabili modo ſenſus definitionis vniuocorū eſt. Vniuoca dicūtur res quę habēt idem nomē cōmune, ⁊ ſecundū illud nomē eandem habent definitionē, vt homo ⁊ equus: quibus hoc nomen aīal eſt cōmune, ⁊ ſi quęrat̃ quare homo eſt animal, reſpondebitur, q̃ ſubſtātia animata ſenſibilis, idemq; reſpondebitur ſi quęrat̃ quare equus eſt aīal.

Nomen ęquiuocum

¶ Quocirca ęquiuocū ęquiuocans eſt nomē ſignificās res diuerſis rationibus. Et vniuocū vniuocans eſt nomē ſignificās res eadē ratione. Vt tamē noīe rationis intelligatur definitio. Eſt tamen adnotandū, ꝙ eodē redit ſi nomine rationis intelligatur conceptus obiectiuus, quę eſt ratio ſignificata in rebus: animal enim vniuoce ſignificat equum ⁊ hominem, quia formaliter ſignificat vnam rationem obiectiuam ambobus communem.

## ¶ Denominatiua ea dicuntur.

Denominatiua.

Tertia definitio eſt denominatiuorū quę pręambula eſt ad notitiā prędicamentorū, ratione iam dicta. Atqui dubitare quis forte poteſt quid hic definiat Ariſt. vtrū nomina denominatiua, vt ſunt ly album, ly muſicū ⁊ ſimilia: an res poti⁹ quas hęc noīa ſignificant ⁊ pro quibus ſupponunt. Vbi notandū primū eſt, ꝙ in denominatione tria eſt a parte rei cōſiderare: puta rem denominantem, rem denominatā, ⁊ denominatiuū.

Tria in denominatione.

V. g. albedo eſt res denominās albū, ⁊ Petrus in quo eſt albedo eſt res denominata, atque adeo albū eſt denominatiuū. Sed denominatiuum, quemadmodū de ęquiuocis dictum eſt, poteſt accipi ⁊ pro denominatiuo denominato, puta pro re alba: ⁊ pro denominatiuo denominante. ſ. pro hoc noīe, album. Hoc ſuppoſito Marſilius, vt refert Paul⁹ Venetus ⁊ Occham quē Nominales ſequuntur, dicunt ſolū definiri hic denominatiua denominantia. ſ. nomina denominatiua. Et profecto eſt apparentiſſimū pro illis argumentum, dum ait Ariſtoteles, ꝙ denominatiuum debet differre ſolo caſu ab eo a quo recipit appellationē, vt fortis a fortitudine: nā differre caſu, ſolis noībus cōuenit: res eīm cū nō declinētur, non differūt caſu. Vnde ſenſus definitiōis in hac opinione eſt hic. Denominatiua ſunt noīa concreta quę a ſuis abſtractis differūt ſolo caſu. i. ſyllabarū terminatione, quę quidē abſtracta ſignificant de formali. ¶ At vero quāuis noīa denominatiua forte hoc modo deſcribi poſſent, tamen ſenſus hic nihil attingit mentis Ariſtot. qui re vera denominatiua pro reb⁹ denominatiuis definiuit.

Res denominatę definiuntur.

Primo q̃ eodē verborum tenore definiuit denominatiua quo ęquiuoca, ⁊ vniuoca: ſed illa manifeſte definiuit pro rebus, vt oſtenſum eſt: ergo denominatiua. Pręterea q̃ ſi denominatiua definiuiſſet pro vocibus, non dixiſſet concretū ab abſtracto deſcēdere: nā in vocibus ſępe contingit contrariū. Imo nomen, fortitudo, formatur a datiuo de ly fortis addito, tudo: ⁊ nomē iuſtitia a genitiuo de ly iuſtus addito, tia: ſed res quę eſt albū habet appellationem ab albedine. Et poſtremo hoc fit manifeſtū ex verbis Ariſtotelis cū ait: Denominatiua ſunt quę ab aliquo, habent noīs appellationem. Enimuero nomē, albū, nō habet appellationē ab albedine: ſed nix eſt quę ab albedine habet appellationē albi. Quocirca Noīales hanc particulā Ariſtotelis nullatenus poſſunt adaptare ſuę definitioni. Explicant enim denominatiuū habere appellationē ab abſtracto, per hoc quod eſt, denominatiuū ſignificare abſtractū de formali: cū tamen ſignificare ſeu connotare abſtractū, ⁊ recipere ab illo appellationem, res ſint diuerſiſſimę. ¶ Eſt ergo ſcdo notandū, ꝙ etiā inter Reales ſunt fere tot expoſitiones, quot expoſitores, propterea ꝙ quemadmodū Nominales illā particulā, habere appellationem ab aliquo, non poſſunt terminis aſſcribere, ita neq; Reales illud quod eſt, differre caſu ab alio, poſſunt rebus accōmodare. Et (ni fallor) illa particula, ſecundū nomē, rem fecit obſcurā. Litera eīm Græca ſic habet: Denominatiua ſunt quęcūq; ab aliquo differētia caſu ſecundum nomen, appellationē habēt. Quā Boetius vt Græce iacet Latine tranſtulit. Oēs tñ particulā, ſecundū nomen, exiſtimāt determinare accuſatiuū, appellationem. Ob idq; Argyropylus per genitiuū vertit, dicēs, quę ab aliquo noīs appellationē habēt. Ego vero, quantū cōiicere poſſum, crediderim particulā, ſecundū nomē, determinare prędcedētia verba. ſ. differentia caſu. Et tunc ſenſus luceſcit definitionis hoc modo, Denominatiua ſunt res quę ab aliquo, a quo ſecundū nomen ſolo caſu differunt, appellationē habent. Poſita eſt definitio in plurali, nō ſolū vt eadē eſſet forma triū oīm definitionū, ſed quia ab eodē abſtracto plures res denominātur, vt a ſapientia dicitur, ⁊ homo ſapiēs, ⁊ ſermo ſapiēs, ⁊ conſiliū ſapiēs, vt inquit Auguſtinus. Non ergo intelligas ꝙ denominatiua inter ſe debent differre caſu, ſed debēt differre ab illa forma a qua denominantur, vt ſapiēs a ſapiētia, vt puta ꝙ idem ſit nomē ⁊ formę ⁊ denominantis, ⁊ rei denominatę. ſ. albū albedo. Caſu (inq̃) non declinationis, vt genitiuus differt a nominatiuo: ſed cadentia ⁊ varietate vltimę ſyllabę. ¶ Hinc ſequitur Ariſtotelē nō intelligere concretū deriuari ab abſtracto: hoc eīm negotiū Grammaticorū eſt, ad voces pertinēs, apud quos plura ſunt abſtracta quę potius formātur a concretis, vt ſapientia a datiuo de ly ſapiens addita, a. Et oīa fere noīa in entia, a ſuis concretis: ſed ſolū dicit, ꝙ denominatiuū, puta res alba, accipit appellationem a re quę eſt albedo.

Nomen denominatiuum.

¶ Quo fit vt neq; nomen denominatiuū debeat definiri per deriuationē ab abſtracto, ſed per ſuā ſignificationē, vt ars ſeruetur prędicamentorū: qua res in ordine ad noīa, ⁊ noīa in ordine ad res definiuntur. Nomē ergo denominatiuū eſt nomē formaliter ſignificans formā, ea ratione qua denominat ſubiectum, vt ly albū. Quare potius dicendū eſt concretū ſignificare formā cōnotādo ſubiectū (quę eſt ſententia Cōmentatoris. 5. Met. c. 14.) q̃ ſignificare ſubiectū cōnotādo formā (quę eſt opinio Aui. vt illic refert Cōmen.) nam concretū ſignificat formā concernendo ſubiectū. i. applicando formā ad ſubiectum. Sed dūmodo res intelligatur, de noīe non contendimus. Reales ſequuntur modum loquendi Commentatoris, Nominales vero, modum Auicennę.

## ¶ At verò quò totum hoc ca-

Quinq; rerum genera.

put ante oculos obiiciamus, quinq; ſunt notanda rerū genera. In primo angulo ſunt vniuoca, quę Græce dicuntur ſynonyma, id eſt, res eiuſdem nominis ⁊ rationis: vt Petrus ⁊ Paulus reſpectu huius vocis homo. Quibus contradictorię opponuntur in diametrali angulo diuerſiuoca, quę Græce appellantur, heteronyma, id eſt, res diuerſi nominis ⁊ rationis: vt Petrus ⁊ Paulus reſpectu horum nominū, Petrus, Paulus: vel homo ⁊ equus reſpectu harum vocum, homo, equus. In alio angulo ſuperiori ſunt ęquiuoca, quę Græce dicuntur, homonyma, id eſt, ſimilia tantum in voce, vt canis latrabilis ⁊ ca-



nis

nis marinus. Quibus contradictorie opponuntur multiuoca, quę Gręce dicuntur, polyonyma, id eſt, res multarum vocum, ſed eiuſdem rationis: vt gladius, ⁊ enſis: veſtis, ⁊ tunica: Marcus, ⁊ Cicero: quę ſunt diuerſę voces ſignificātes eandē rem. Et quinto loco ſub omnibus ſunt denominatiua quę Gręce dicuntur, paronyma, id eſt, prope nomina: nam denominatiuum ⁊ abſtractū habent idem fere nomen ſolo caſu differens, vt diximus: quę proinde ſunt media inter vniuoca ⁊ diuerſiuoca: quia nec prorſus habent idem nomen, nec prorſus diuerſum, nec prorſus vnam rationem, nec prorſus diuerſam. Tametſi diuus Auguſtinus inter ęquiuoca ea collocet ⁊ vniuoca. ¶ Verumenimuero quanuis ſynonyma eſſe, proprie cōueniat rebus, nihilo minus ⁊ nomina eiuſdem ſignificationis dicuntur ſynonyma. i. nomina eiuſdem rei, quod libro primo Summularum adnotauimus, vt ſunt enſis ⁊ gladius, Marcus ⁊ Cicero.

## Quæſtio vnica.

VTrùm tres definitiones antepręedicamentales recte ſint a philoſopho conſtitutę. A parte negatiua arguit primo. Aequiuocatio ⁊ vniuocatio non ſolū in noībus, ſed in verbis, pręteres, ⁊ in reliquis orationis partibus inuenitur: ergo inſufficiēter definitur in ordine ad ſolum nomen. ¶ Secundo, ęquiuocatio ⁊ vniuocatio non ſolū ſubſtātiis, ſed etiā accidētibus cōtingit: ergo male dicitur, quorū ratio ſubſtantię ⁊c. ¶ Tertio arguitur. Genera oīa ⁊ ſpecies ſubſtantię vniuocantur in noīe, ſubſtātię, ⁊ tamē hoc nomē nō habet definitionē, ⁊ per ꝯñs nec ſignificat ea ſecundū eandē definitionē: quia generaliſſima, cū nō habeāt ſupra ſe genus, neq; habēt definitionē. Item nomen, Petrus, ęquiuoce dicitur de pluribus hoc nomine appellatis: ⁊ tamen non dicit de illis ſecundū diuerſas definitiones, q͛ indiuidua cū non habeant formales differētias, non definiūtur: ergo ratio hic nō accipitur pro definitione. ¶ Quarto equiuocorū atq; vniuocorū multi ſunt gradus, quibus prorſus definitiones illę non congruunt: ait enim Ariſtot. 7. Phyſi. tex. 31. in genere latere ęquiuocationes: ⁊ tamen ſpecies eiuſdē generis noīe ⁊ ratione cōueniunt: eadē enim eſt ratio aīalis in oībus ſpeciebus, vt. 7. Met. ipſe ait tex. 51. ergo aliqua ſunt ęquiuoca quibus cōuenit definitio vniuocorū. ¶ Quinto arguitur. Analoga ſunt media inter vniuoca ⁊ ęquiuoca, quibus neutra definitio omnino conuenit: analoga enī ſunt quę conueniunt in nomine ſecundū ꝙ habent rationes nec omnino diuerſas, nec prorſus eandē, ſed ſimiles: ergo diminute locutus eſt Ariſto. Imo exemplum qđ poſuit de animali picto ⁊ viuo, non cōuenit definitioni: quippe cum animal viuū ⁊ pictū nō ſint ęquiuoca, ſed analoga. ¶ Sexto arguitur aduerſus definitionē denominatiuorū. Sequeretur ex illa ſpecies ⁊ genera pręedicamenti ſubſtātię eſſe denominatiua: nam homo denominatur ab humanitate, a qua ſecundū nomē ſolo differt caſu, ⁊ pariter animal, ab animalitate, cōſequēs tamē eſt falſum: nam ſpecies ⁊ genera non pręedicantur de ſuis inferioribus denominatiue, ſed quidditatiue: ſola autem pręedicamenta accidentium pręedicantur de ſubſtantia denominatiue: denominari enim (vt inquit Albertus) eſt de alio ſeu ab aliena natura nominari. ¶ Septimo tandem arguitur. Seqneretur ex data definitione, quod nomen, ſtudioſus, nullum habere abſtractum a quo eſſet denominatiuum: nam vel abſtractum eſt virtus, vel eſt ſtudium: ſed cum primo non conuenit in voce, ⁊ cum ſecundo non conuenit in ſignificatione: nō enim ſtudioſus ſignificat illum qui ſtudet, ſed certe illum qui pręditus eſt virtute: ergo neutrum illorum eſt abſtractum ſtudioſi. ¶ In contrarium eſt authoritas Ariſto.

¶ Tribus articulis reſpondebimus ad quęſtionē, vt primus ſit de ęquiuocis ⁊ vniuocis, ſecundus de analogis, ⁊ tertius de denominatiuis. Sit tamen de omnibus generalis concluſio, quod recte ſunt hęc ab Ariſtotele definita.

Articulus primus.

¶ Ad primum argumentū reſpondetur cōcedendo ęquiuocationem cōtingere etiam in aliis partibus orationis, vt, profiteor, ſignificat ⁊ docere ⁊ diſcere: ⁊ fero, portare ⁊ dicere: ⁊ particula, ne, eſt dictio negādi, interrogandi, ⁊ exhortandi. Quare, nomen, in pręſentiarum (vt inquit Boetius) non accipit ſpecialiter pro vna parte orationis, ſed generaliter pro oībus: vt idē ſit quod, nota men, id eſt, nota eorum quę ſunt in anima: vt tantū valeat ſicunt quod Summuliſtę vocant terminū. Eſt tamen ſciendū, ꝙ vt terminus ſit ęquiuocus debet eſſe oīno idē, orthographia, accentu ⁊c. quare, amo, vt eſt verbū, ⁊ vt eſt ablatiuus de ly hamus, non eſt ęquiuocū, quia dum eſt ablatiuus ſcribitur cum aſpiratione. Neq; occido vt dicitur a cado ⁊ a cędo eſt ęquiuocū: q͛ habet diuerſos accentus. ¶ Ad ſecundū itidem reſpōdetur, cōcedendo ꝙ tam ęquiuocatio ꝙ̄ vniuocatio reperitur in rebus ⁊ in terminis omnium pręedicamentorū. Quare ſubſtantia in propoſito non accipitur ſpecialiter pro rebus primi pręedicamēti, ſed generaliter, vt tantū valeat ſicut quidditas ſeu ratio ſignificata per nomē. Ariſt. enim. 5. Meta. tex. 15. dicit, ꝙ ſubſtantia inter alias ſignificationes ſignificat quidditatē, quęcūq; ſit illa, ſiue ſubſtantię ſiue accidentis: ⁊ inde ſumptus eſt iſte modus loquendi, vt ratio ſubſtantię dicatur conceptus obiectiuus ſignificatus per nomen.

Ratio ſubſtantię.

Quare ly albū vniuoce ſignificat omnia alba, imo idem nomen eſt vniuocum, ſimul ⁊ ęquiuocū, ⁊ denominatiuum, vt ly ſanum eſt denominatiuum a ſanitate, ⁊ vniuoce ſignificat omnia animalia ſana, ⁊ analogice animal, ⁊ vrinam, ⁊ medicinam. Sunt qui dicunt, ꝙ denominatiuum quanuis vniuoce ſignificet illa de quibus denominatiue pręedicatur, tamen non pręedicatur de illis vniuoce: eo quod non pręedicat de illis quidditatiue, ſed hoc eſt falſum ⁊ mere gratis aſſertum. ¶ Ad tertium reſpondet Boetius ⁊ reſpondet. S. Thomas primo ſententiarum, diſtinctione. 2. quęſtione. 1. articulo. 3. quod ratio eſt id quod intellectus concipit de re, puta, conceptus obiectiuus quem immediate ſignificat nomen: qui quidem in habētibus definitionem exprimitur per definitionem, ⁊ in non habentibus exprimitur per aliquam deſcriptionem: ⁊ ſic ſubſtantia ſignificat vniuoce omnes ſubſtantias ea ratione qua ſunt per ſe, quę eſt deſcriptio ſubſtantię. Et proportionabiliter dicatur de nominibus ſingularibus. Et hac ratione diximus ſupra idem eſſe ſignificare eundem conceptum obiectiualem communem pluribus, ⁊ ſignificare plura ſecundum eandem rationem. ¶ Ad quartum reſpondetur, tres eſſe gradus ęquiuocationis quos loco citato. 7. Phyſicorum docet Ariſtotel.

Tres gradus equiuocationis

Et quia rectum index eſt ſui ⁊ obliqui, vt habetur primo de anima text. 85. ⁊ ęquiuocatio ab vniuocatione declinat, ſumma vniuocatio eſt in ſpecie ſpecialiſſima. Nomen enim ſpecificum, homo, ſignificat vnum conceptum obiectiuum, qui idem ⁊ ſm̄ eandem prorſus rationem, ⁊ ſm̄ eandem perfectionem eſſentialē eſt in omnibus indiuiduis. Forſan quis dicet priorem gradum eſſe in eſſentia diuina: ſed hoc non pertinet ad pręſens negotium: quia hic non loquimur niſi de ratione cōmuni pluribus tanꝙ̄ vniuerſali, illa tamen eſt res indiuidua ⁊ eadem numero realiter in tribus perſonis.

Generis equiuocatio

¶ Ab hoc ſummo gradu vniuocationis incipit quodā modo deuiare natura generis, quę eſt quodā modo primus gradus ęquiuocationis. Etenim quāuis animal ſignificet vnum gradū perfectionis, puta vitam ſenſibilem, tamē gradus ille inęqualiter deſcendit ad ſuas ſpecies, ratione differentiarum contrahētium, quę ſunt inęqualiter perfectę: non enim ſolū homo eſt perfectior equo, ſed eſſe animal, puta eſſe ſenſitiuū, eſt perfectius in homine ꝙ̄ in equo. Has inęqualitates perfectionis vocat Ariſtoteles ęquiuocationes. Quāuis nō dicit, in genere latere ęquiuocationes, ſed latere multa. Et ratio eſt, vt exponit illic S. Tho. quia forma ſenſitiua a qua ſumitur ratio generis non eſt vna pręter formas ſpecierū: non enim in homine eſt anima generica diſtincta ab ſpecifica rationali, ⁊ in equo aut in leone pariter duę, ſed anima ſenſitiua in hoīe eſt rationalis, ⁊ in equo ipſa eadem ſpecifica equi: quare ſolum ſecundum rationem abſtrahitur vna anima ſenſitiua a qua ſumitur ratio generis: in re tamen animal non dicit niſi plures eſſentias ſpecificas in cōfuſo. ¶ Et hac de cauſa Plato nō ponebat Ideā gn̄is ſeparatā ad Ideis ſpecierum. Et inde rurſus colligit illic Ariſt. cōparationē nō fieri in gn̄e, ſed in ſpecie: eſt enim cygnꝰ magis albus ꝙ̄ anſer, quia eadem eſt natura albedinis in vtroq;: at nō eſt album magis coloratum ꝙ̄ nigrum, quia non eſt a parte rei eadem natura colorati, pręter albedinem ⁊ negredinem, in qua fiat cōparatio. ¶ Eodem modo corpus eſt ęquiuocum ad corpus coeleſte quod eſt incorruptibile, ⁊ ad corpora inferiora quę ſunt corruptibilia ⁊ maiori forſan ęquiuocatione, ꝙ̄ animal: corpus enim idē eſt, quod materiale, ſicut ſpiritus idem eſt, quod immateriale: vnde ratio generica corporis ſumitur a materia: et quia materia coeli eſt alterius rationis a materia noſtra, quia illa non eſt in potentia ad alias formas, propterea ipſa ratio generica corporis eſt alterius rationis in rebus corruptibilibus, ⁊ in rebus incorruptibilibus. Et hoc eſt quod dicit Ariſtoteles. 10. Metaphyſi. tex. 26. ꝙ corruptibile ⁊ incorruptibile, non ſunt idem genere, id eſt id vnde ſumitur ratio generis, ſcilicet materia, eſt diuerſę rationis, in illis. Et hac ratione Commentator cap. de ſpecie, opinatur ſubſtantiam non eſſe generaliſſimum: quia videlicet intelligentię incorruptibiles, ⁊ ſubſtantię corporeę nō ſunt eiuſdē generis. Hic autem gradus non eſt ęquiuocatio ſm̄ logicum, ſed mera vniuocatio, quia animal, mediante eodem conceptu formali ſignificat eandem rationem obiectiuam animalis, abſtractam ab homine ⁊ equo ⁊c, ⁊ pariter, corpus, ſignificat eſſe materiale abſtractum ab hac ⁊ ab illa materia. Et proportionabiliter ſubſtantia ſe habet ad nos ⁊ angelos: ſed quia in re ſunt diuerſę naturę vocatur ęquiuocatio metaphyſica ⁊ realis, ⁊ vniuocatio logica ⁊ intentionalis. Diſtinctio eſt S. Tho. 1. ſen. d. 2. q. 5. ar. 3. ⁊ quia hic Ariſt. loquitur de ęquiuocis ⁊ vniuocis ſcd̄m logicum, cenſet hęc eſſe mera vniuoca: ⁊ hinc patet ſolutio quarti argumenti. ¶ Secundus ergo gradus ęquiuocationis eſt analogia, ⁊ tertius eſt ęquiuocatio a caſu: quare analogia eſt mediū inter vniuocationem ⁊ ęquiuocationem, vt iamiam palam fiet.



¶ Secūdus articulus iuxta quintum argumētum verſatur in expoſitione analogię, ⁊ quia res eſt cognitu neceſſaria operępretiū eſt paulo latius id explicare. ¶ Ubi notandū primo, ꝙ analogia proprie Gręce idem quod Latine comparatio ſeu proportio (vt ait Cicero) libro de vniuerſitate. Vocat autē proportionē, quā geometrę dicunt proportionalitatē: quę eſt proportio inter duas proportiones, vt ridere, analogice dicitur de riſu hominis ⁊ de floriditate prati: nam qualis eſt proportio riſus ad hominem, talis eſt floriditatis ad pratum quę eſt quędam prati lętitia.

Analogia.

¶ Igitur (vt tenorem definiendi Ariſtotelicū obſeruemus) analoga dicuntur quorum nomen eſt commune: ratio vero ſubſtantię nomini accōmodata, proportionalis. Et nomen analogum eſt quod ſignificat plura ſcd̄m rationē proportionalem, vt patet in exemplo poſito. Itaque (vt ait S. Tho. 1. q. 13. ar. 5.) ratio nominis neq; ſit diuerſa, ſicut in ęquiuocis: neq; eadem, ſicut in vniuocis, ſed media: vt ſi quęras quare homo ridet, quia explicat gaudium: ſed quare pratum ridet, quia floret ad modū gaudētis.

Analoga.

¶ Secūdo notandum eſt, ꝙ in analogia ſunt etiā gradus, quos alij plures multiplicant, ſed ad duos oēs reducūtur. Prima eſt analogia proportionalitatis: hęc enim eſt propriſſima ſignificatio nominis. Et eſt quando nomen ſignificat res propter proportionabilitatem, vt ridens, ſignificat hominem ⁊ pratum: ⁊ clauis, ſignificat inſtrumentum oſtij, ⁊ operculū gutturis: quia ſicut clauis ad oſtiū, ita ſe habet operculū illud ad guttur, ⁊ viſus ſignificat ſenſum corporis, ⁊ analogice intellectum animę, vt inquit Ariſt. 1. Ethi. cap. 7. q͛ qualis eſt ꝓportio viſus ad corpus, talis eſt intellectus ad animam.

Duo grad' analogię.

¶ Secūdus grsdus analogię eſt analogia proportionis ſeu attributionis: q̄ eſt quando nomē ſignificat plura per habitudinem ⁊ attributionem quam habent ad vnum. Et hęc contingit quatuor modis ſm̄ quatuor genera cauſarum. Puta ad vnum finem, vt ſanum dicitur analogice de animali, q͛ habet: de vrina, quia ſignificat: ⁊ de medicina, q͛ efficit ſanitatē. ¶ Ad vnum efficiens, vt medicatiuum ſeu medicinale, dicitur analogice ab arte medicinę de medico qui habet illā, ⁊ de inſtrumētis ⁊ de medicinis quibus vtitur. ¶ Ad vnū ſubiectū, vt ens analogice dicit de ſubſtantia, quę ſimpliciter eſt ens, ⁊ de accidentibus quę ſunt entia ſm̄ quid, puta entis entia. Exēpla ſūt Ariſtotelis ad hoc propoſitū. 4. meta. Text. 2. ¶ Ad vnam formam ſeu ad vnum exemplar: quod reducitur ad genus cauſę formalis, dicuntur analoga quęcūq; eodem nomine ſignificātur propter ſimilitudinē, vt homo viuus ⁊ pictus. Dicitur enim ſtatua homo, q͛ expreſſa eſt ad exēplar hominis viui. Ad hāc reducuntur omnes metaphorę propter ſimilitudinē quālibet, vt leo dicitur de leone ⁊ hoīe iracundo propter ſimilitudinem in ira: ⁊ de Chriſto propter ſimilitudinem in fortitudine: ⁊ lapis de Chriſto: ⁊ Nero de homine crudeli ⁊c. ¶ Sequuntur quatuor corollaria quibꝰ hęc magis dilucidātur.

1. Corolla.

Primū. Nō ęquipollent ęquiuoca a cōſilio: ⁊ analoga: nā quāuis Ariſtoteles analoga diſtinguat ab ęquiuocis a caſu, id ſolū inſinuat ꝙ oīa analoga ſunt ęquiuoca a cōſilio, nō tn̄ cōuertitur: ſunt enī q̄dā ęquiuoca a cōſilio, quę nō ſunt analoga, vt ſi pater propter memoriā aui appellet filiū nomine patris ſui, quēadmodum cognati Ioannis volebant eum appellare nomine patris ſuis Zachariam: ⁊ Ariſt. nomine patris nuncupauit filium Nicomachū ad quē libros Ethicorū ſcripſit: ⁊ ſi quis propter ſpē ad cōciliandā gr̄am Imperatoris noīe eiꝰ appellaret filiū Carolū: hęc quidē nomina

na conſilio impoſita ſunt, tamen non ſunt analoga, quia non ſignificant res propter proportionem ⁊ ſi- 2. Corolla. militudinem. ¶Secundo ſequitur, ꝙ analoga in hoc differunt ab alijs omibꝰ ęquiuocis, ꝙ alia ęquiuoca pluribus impoſitionibus ſignificēt analoga vero nō niſi vnica. Exēpli gratia, canis poſtꝗ ſemel impoſitum fuit ad ſignificandum canem latrabilem, poſtea impoſitum fuit ad ſignificādum marinū, ⁊ Nicomachus duabus impoſitionibus (licet a cōſilio) ſignificauit patrem ⁊ filiū Ariſtotelis: ſed tñ, ridere, non fuit impoſitum, niſi ad ſignificandum interiectionē hominis, ⁊ propter proportionem vſus tranſtulit ad ſignificandum decorem prati: ⁊ homo, ex impoſitione ſolum ſignificat verum hominē, ⁊ propter ſimilitudinem ſignificat pictum: ⁊ ſanum impoſitum fuit ad ſigniſicādum animal, ſed propter proportionem ad animal ſignicat vrinā. Attamē, ens, non fuit impoſitum ſolū ad ſignificandum ſubſtantiam, ⁊ trāſlatum ad accidentia, ſed fuit impoſitum ad ſignificandum id quod eſt, abſtrahendo a ſubſtantia ⁊ accidentibus Deo ⁊ creatura: licet illud ſimpliciter ſit in ſubſtantia, ⁊ ſcðm quid in accidētibus: vt cap. 4. de- 3. Corolla. clarabitur. ¶Sequitur tertio, ꝙ analogum ſemper ſignificat vnū per prius, ⁊ aliud per poſteriꝰ: ⁊ illud prius eſt ſignificatum principale, licet aliquādo ſit res minus principalis, vt viſus principalius ſignificat viſum quā intellectū: ⁊ leo, principalius leonem quā Chriſtum: ⁊ illud ponitur in definitione omniū aliorum, vt vrina eſt ſana, quia ſignificat ſanitatem: ⁊ pratū ridet, quia ſe habet vt homo ridens, ⁊ pictura 4. Corolla. eſt homo, quia eſt effigies hominis. ¶Sequitˀ quarto latiſſimam eſſe differentiam in ſignificatione huiuſmodi analogorū: analoga em̄ ꝓportionalitatis nō ſignificant immediate vnam rationē cōmunem obiectiuam ſed duas, vt ridere ſignificat interiectionē hominis principaliter, ⁊ analogice decorē prati, quibꝰ nihil eſt commune ſignificatum illo nomine: ⁊ ideo hmōi analogum diuerſis conceptibus formalibus ſubordinatur omnino ſicut mere ęquiuocum: nam ridere non ſignificat proportionē quę eſt inter hominē ⁊ pratum, ſed hoīem ⁊ pratum propter ꝓportionem. Analoga vero propter attributionē ad vnū finē ⁊ ad vnū efficiens ſignificāt ſolam vnā formam quę eſt in principali ſignificato, a quo extrinſece reliqua denominantur, vt ſanum ſolam ſignificat ſanitatem, quę eſt in animali, a qua vrina ⁊ medicina denominantur ſana, ⁊ pariter medicinale ſolam ſignificat artem quę eſt in medico, a qua ⁊ inſtrumenta ⁊ emplaſtrum dicuntur medicinale. Et ſanum prima impoſitione fuit impoſitum ad ſignificandum id quod habet ſanitatem, ⁊ ſecundario ſignificat quicquid pertinet ad ſanitatem, ideo alio conceptu ſignificat animal, ⁊ alio vrinam ⁊ medicinam: non enim ſignificat ſecundario in ſpeciali ſignum aut cauſam ſanitatis, ſed in genere pertinens ad ſanitatem.

¶Sed tamen analogum per attributionem ad vnū exemplar ſignificat de principali vnum, ⁊ ſecundario ſimilitudinem ad illud: ob idꝙ ſecundum ſignificatum ſemper ſignificat connotatiue, vt animal abſolute ſignificat viuum animal, picturam autem, cōnotādo ſimilitudinē ad viuum: ⁊ leo ſignificat Chriſtum connotando ſimilitudinem in fortitudine. Unde hęc analogia proxime accedit ad ęquiuocationē: quippe in qua diuerſis conceptibus ſignificantur diuerſę rationes. Et ideo Ariſtoteles exemplum ęquiuocorum exhibuit in animali viuo ⁊ picto. Et per hoc reſpondetur ad quintum argumentum, ꝙ Ariſtoteles analoga comprehendit ſub ęquiuocis. ¶De ſignificatione autem entis eſt particularis ratio: ſignificat enim vnicam rationem quodammodo communem, puta, id quod eſt abſtrahendo a ſubſtantia ⁊ accidēte, Deo ⁊ creatura. Quare ſignificat ſua ſignificata mediante eodem conceptu formali: quod licet appareat nouum, tamen. c. 4. fiet manifeſtum.

¶Sextum argumentum eſt de denominatiuis. Ad quod reſpondetur negando ſequelam: genera enim ⁊ ſpecies non prędicantur denominatiue de ſuis quidditatiue inferioribus: diſtinguit nanꝙ Ariſtot. prędicationem denominatiuam per contrariam ad quidditatiuam, vt ſuperiora de ſuis inferioribus in quouis prędicamento prędicentur quidditatiue: ſed vnum prędicamentum prędicetur de alio denominatiue, pręter ſubſtantiam quę de nullo ſic prędicatur. Quare, homo ⁊ humanitas ſunt ſolū ſcðm rationem cōcretum ⁊ abſtractū: quia ſunt eiuſdem prędicamenti ſubſtantię. ¶Eſt tamen Denominatio. hic cōſiderandum, ꝙ denominatio quā importat denominatiuū, non fit ſolum a forma accidentali inhęrenti ſubiecto, ſed a rebus omniū prędicamētorum, vt ſicut, album eſt denominatiuū albedinis: ita materiale, eſt denominatiuum materię, ⁊ capitale, denominatiuum capitis, quę ſunt partes hominis. Et humanum dicitur ab homine, vt leges humanę. Et dicimus vas argenteum, ſtatua cerea, moneta aurea, quę ſunt denominatiua ab auro, argento, ⁊ alijs ſubſtantijs. Et poteſt eſſe denominatio a re exteriori, vt homo dicitur pater, quia habet filium, ⁊ vrina ſana a ſanitate, quę eſt in animali. In ſumma, omnia connotatiua quę ſignificant accidens vel habent ſe ad modum accidētis, ſunt denominatiua. Et ideo dixit Ariſtoteles generaliter. Quęcunꝙ habent ab aliquo nominis appellationem, ſiue ab accidenti, ſiue a ſubſtantia, ſiue a parte ſiue a toto, ſiue ab intrinſeco ſiue ab extrinſeco. ¶Ad ſeptimum tandem reſpondetur, concedendo ꝙ ſtudioſus nō habet a quo ſit denominatiuum ſecundū omnes conditiones Ariſtotelis. Sūt enim duę conditiones requiſitę vt duo ſe habeant tanquam denominatiuum ⁊ abſtractum. ¶Prima, ꝙ conueniant in ſignificatione. i. ꝙ ſignificatum formale denominatiui ſit ſignificatum abſolutum abſtracti: ⁊ ſecundo, ꝙ nomina illorū conueniāt in principio ⁊ differant in fine, vt patet ex definitione ⁊ exemplis Ariſto. Defectu primę, ſtudioſus, non eſt denominatiuum a ſtudio, quia non ſignificant idem. Defectu ſecūdę, nec eſt denominatiuum a virtute, quia non conueniunt in nomine: ſicut nec, vitioſus, eſt denominatiuum a malitia (vt ait Auguſtinus) ſed malus eſt eius denominatiuū. Quare a virtute nullū eſt denominatiuū, quia deberet eſſe virtuoſus ⁊ nomen hoc non eſt Latinū. Eadem ratione grammatica, pro muliere, non eſt denominatiuum a grāmatica pro ſcientia: ſed ęquiuocū, quia eſt eadem vox: ſicut ſapientia pro habitu, ⁊ vt eſt nomen neutrum plurale, quēadmodum dicimus verba ſapientia. Itaꝙ vbi eſt eadem vox diuerſa ſignificans, eſt ęquiuocatio, ⁊ non denominatio. ¶Quocirca ſolent Tria genera denominatiuorū. hic diſtingui tria genera denominatiuorū: puta voce tantum, re tantum, voce ſimul ⁊ re. Voce tantum, vt homo ⁊ humanitas: vbi, homo, non connotat de formali humanitatem, quia eſt nomen abſolutum: item, ſtudioſus, ⁊ ſtudium, quę nō ſignificant idem: re tantum, vt ſtudioſus ⁊ virtus, vitioſus ⁊ malitia, quę quantum ad ſignificationem ſunt denominatiua, non quantum ad vocem: voce ⁊ re, ſicut album ⁊ albedo, fortis fortitudo. Habes ergo tres gradus ęquiuocorum. ſ. genus, ſolum ſecūdum metaphyſicū, ⁊ nō ſecundum logicum: analogiam (quę habet duos adhuc gradus) ⁊ ęquiuoca, quę ſecūdum rationem prorſus diuerſas ſignificantur.

De



# De complexis & incomplexis. CAP. II.

EORVM quæ dicuntur, alia cum complexione, alia ſine complexione dicuntur. Illa talia ſunt, homo currit, homo vincit. Hęc iſtiuſmodi ſunt: homo, bos, currit, vincit. ¶Eorum quæ ſunt, alia de ſubiecto quidē dicūtur, in nullo verò ſunt prorſùs ſubiecto: vt homo, de quodā homine dicitur, vt de ſubiecto, in nullo autem eſt ſubiecto. ¶Alia in ſubiecto quidē ſunt, de nullo verò ſubiecto dicūtur. Atq; id in ſubiecto eſſe dico, quod in aliquo quidem eſt, & non vti pars: vt ſit autē ſeorſim ab eo in quo ineſt, fieri nequit: vt quædā grāmatica eſt quidem in anima, vt in ſubiecto: de nullo verò ſubiecto dicitur: & hoc album in ſubiecto quidem eſt corpore (omnis enim color in corpore eſt) de nullo verò ſubiecto dicitur. ¶Alia de ſubiecto dicūtur, & in ſubiecto etiā ſūt, veluti ſcientia in anima quidē eſt, vt in ſubiecto: de grāmatica autē dicitur, vt de ſubiecto. ¶Alia neq; in ſubiecto ſunt, neq; de ſubiecto vllo dicūtur: vt quidā homo, & quidā equus: nihil enim taliū aut in ſubiecto eſt, aut dicitur de ſubiecto. Atq; indiuidua ſimpliciter, & ea ꝗ vna numero ſunt, de nullo quidē ſubiecto dicuntur, in ſubiecto autē nōnulla ipſorū nihil prohibet eſſe: ꝗdā enim grammatica ex ijs eſt planè, ꝗ in ſubiecto quidem ſunt, de nullo verò ſubiecto dicuntur.

IN hoc ſecundo capite ꝓcedit Ariſtoteles ad diuiſiōes duas, quę antepręedicamentis cōnumerātur. ¶Prima ſm̄ Alexandrū ⁊ Boetiū principaliter intelligitur de vocibus: ⁊ ſm̄ Nominales tantū de vocibus ⁊ nullatenus de rebꝰ. Dici enim cum cōplexione, aut ſine cōplexione, exiſtimant neutiquā rebus, ſed vocibus tantūmodo cō- Concluſio. uenire. ¶Nihilo minus in contrariū ſtatuitur concluſio. Diuiſio hęc principaliter de rebus intelligitur, ⁊ cōſequenter de vocibus. ¶Probatur. Hęc diuiſio ex eo eſt antepręedicamētalis. i. pręuia ad notitiā antepręedicamentorū, ꝙ per hanc ſeparantur ea quę non ponuntur in pręedicamento ab his quę in pręedicamento diſponuntur: ſed in pręedicamēto ⁊ res principaliter, ⁊ conſequenter termini ponuntur (vt partim ſupra diximus ⁊ latius ex ſubſequentibus conſtabit) ergo de rebus intelligitur. Et cōfirmatur, quia ſtatim diuiſione ſecunda ſubdiuiditur ſecundū membrum huius primę ſub hac forma, Eorum quę ſunt ⁊c. Ubi manifeſte eſt ſermo de rebus, vt videbimus. Eſt ergo intentio Ariſtotelis vniuerſam rerum ⁊ nominum multitudinem in duo ſecare. i. in res ⁊ voces, quę non pertinent ad conſiderationem huius libri, ⁊ in res quę ad pręſens negotium ſpectāt. ¶Unde ad argumentum reſpondetur: ꝙ quāuis eſſe complexa aut incōplexa cōueniat ſolis terminis, tamen dixi cū cōplexione cōuenit rebus, quatenus complexe aut incomplexe ſignificantur. Qua de cauſa dixit Ariſtoteles, Eorū quę dicuntur: nēpe ad denotandū res non eſſe cōplexas in ſe, ſed dicuntur. i. ſignificantur, cum, aut ſine cōplexione. ¶Quo fit, vt ſupra adnotauimus, non eſſe diſtinguendū (id quod aliqui faciunt) aliud eſſe cōplexum reale, ⁊ aliud intentionale: nam omne cōplexum eſt intētionale: in mēte quidem intentionale formale, ⁊ in rebus cōplexum intētionale obiectiue. ¶Poteſt ſecundo dici, ꝙ cū Ariſto. hic promiſcue ⁊ de rebus ⁊ de vocibus loquatur, forte primā diuiſionē fecit de vocibus ⁊ ſecundā de rebus. ¶Eſt veruntamē ſciēdū ꝙ cum cōplexum ſit duplex: aliud propoſitio in qua eſt verū vel falſum, ⁊ aliud complexum ſine verbo (quāuis Ariſtoteles non poſuerit exēplum niſi de priori) nihilo minus loquitur de vtroꝙ: non em̄ ſola propoſitio, ſed quodcunꝙ complexum excluditur a ratione pręedicamētorum. Quāuis diuerſis rationibus. Nā propoſitio eo non ponitur in pręedicamento, ꝙ nō pōt eſſe ſubiectū aut pręedicatum: ſed alia cōplexa excluduntur propterea ꝙ non omnia pertinent ad vnum pręedicamentum, vt ſi dicas, homo iuſtus, vna pars ponitur in pręedicamento ſubſtātię, ⁊ alia in pręedicamēto qualitatis: ⁊ ſi dicas, homo rationalis, vna pars poniť in linea recta pręedicamenti ſubſtātię, ⁊ alia ad latus.

¶Altera diuiſio hac ratiōe pertinet ad antepręedicamēta. Nihil ponitur in pręedicamēto, vt nomē pręe ſe fert, niſi aut ſubiectū aut pręedicatum. Et ideo quemadmodum tribus ſuperioribus definitionibus cōplexus eſt Ariſtoteles modos ꝑdicandi vniuerſos, ita hac diuiſione quadrimēbri, vniuerſa complectitur pręedicata atꝙ ſubiecta omnium pręedicamentorū. Omne em̄ poſſibile in ꝑdicamento aut eſt vniuerſale ſubſtātię, aut vniuerſale accidentis: aut indiuiduū ſubſtātię, aut indiuiduū accidentis. Duo priora cōprehendūt oīa pręedicata, duo vero poſteriora oīa ſubiecta. Quā ob rem Paulus Uenetus nō has diuiſiones, ſed ſubiectū ⁊ ꝑdicatū vocat antepręedicamēta: quorū aſſignatur ſecunda diuiſio. ¶In hac diuiſione Nominales potiſſimum exponūt Nominalium expoſitio. mētem ſuā de pręedicamētis: quippe quā prorſus de terminis gloſſant, ⁊ nullo mō de rebꝰ. Quodcirca, eſſe in ſubiecto, dupliciter ſm̄ eos accipitur: vno mō prime intētionaliter, qđ eſt, inhęrere ſubiecto: quēadmodum ſcientia eſt in intellectu: ⁊ alio modo ſecūde intentionaliter, quod eſt, accidētaliter pręedicari de ſubiecto: ⁊ hoc ſecundo modo gloſſant hanc literam. Sed dici de ſubiecto, nō poſſunt eodē modo diſtinguere: quia dici de ſubiecto, nō poteſt capi prime intētionaliter: ſed, dici de ſubiecto, eſt quidditatiue pręedicari, quod ſolis terminis aſſerunt cōuenire. Sēſus ergo diuiſiōis apud eos eſt hmōi. Eorū quę ſunt ⁊c. i. Terminorū, alij ſunt qui pręedicātur ſolū quidditatiue, ⁊ non accidentaliter, vt ly, homo: alij vero qui pręedicātur accidētaliter, ſed non quidditatiue, vt ly hoc albū: alij ꝗ pręedicātur vtroꝙ mō. ſ. ⁊ quidditatiue ⁊ accidentaliter, vt album, quod pręedicatur quidditatiue quidē de hoc albo, ⁊ accidentaliter de Petro: alij demū ſunt qui neutro modo pręedicantur, vt indiuidua ſubſtātię, puta ly Petrus, ly Paulus ⁊c. ſermo enim eſt de pręedicatione directa. ¶At vero gloſſa hęc nulla ratione poteſt textui accommodari. Et ita eorum quidam dicunt expoſitionem eſſe pulchrā, ſiue fuerit intentio Ariſtotelis, ſiue non: videntes Ariſtotelem aliorſum intendere.

¶Igitur ad euidentiam diuiſionis cōſiderādū eſt, ꝙ Ariſtoteles cōnectere hic intēdit

duas

duas naturas cum duabus ſecundis intentionibus: vtpote ſubſtantiā ⁊ accidens cū ratione vniuerſalis, quę eſt, eſſe prędicatū, ⁊ cū ratione indiuidui quę eſt eſſe ſubiectum. Et hoc velut baſis ac fundamentum non ſolum prędicamentorum, ſed bonę partis metaphyſicę Ariſtotelis eſſe exiſtimo alta mēte reponendum. Et quia naturę ſunt fūdamenta intentionum, cepit a naturis dicēs: Eorū quę ſunt ⁊c. i. earum rerum quę habēt eſſe reale verum (ad excludendū chimęrā, ⁊ alia entia rationis) alia de ſubiecto quidem dicuntur ⁊c. Uide ꝙ ſint pugnantia, eorū quę ſunt, ⁊ terminorum. ¶ Secūdo notādum, ꝙ naturam accidentis explicat per, eſſe in ſubiecto, ⁊ naturam ſubſtantię, per nō eſſe in ſubiecto: cōditionem vero vniuerſalis explicat, per dici de aliquo, ⁊ conditionem indiuidui, per non dici de aliquo. ¶ Ex quo ſequit̄, ꝙ eſſe in, ⁊ non eſſe in, manifeſte accipitur prime intentionaliter, q̄ hoc explicat naturam rerū: ſed dici de, accipit̄ ſcdē intētionaliter: nā explicat proprietates

Subīm in q̄ ⁊ de quo.

ſecūdę intētionis. ¶ Sequitur ſecundo, ꝙ cum ſubiectum ſit duplex. ſ. in quo, ⁊ de quo, ſubiectū in quo in propoſito accipitur prime intētionaliter, ⁊ ſubiectum de quo ſecundę intentionaliter: nam ſubiectū in quo, dicit ſubiectū inheſionis, ⁊ ſubiectū de quo, dicit ſubiectū predicationis. ¶ Sequitur tertio vna regula notanda in via Ariſt. ꝙ quanꝙ accidētia, dū denominatiue prędicātur de ſubſtātia, prędicentur prędicatione vniuerſalis. ſ. quinti p̄dicabilis, nihilo minus Ariſto. rationem vniuerſalis ⁊ prędicati, non explicat, niſi in ordine ad inferius quidditatiue, ⁊ rationem ſubiecti in ordine ad ſuperius quidditatiue: q̄ in hoc cōſiſtit ratio vniuerſalis, qd̄ habeat in-

Senſus Ariſto.

ferius in recta linea. ¶ Ex his palam fit ſenſus verborum Ariſtotelis qui eſt hic: Eorum quę ſunt. i. rerum vere exiſtentiū, alia de ſubiecto dicuntur. i. ſunt prędicata (vt puta vniuerſalia, quę ſub ſe habent inferiora quidditatiue) in nullo vero ſunt prorſus ſubiecto. i. nulli prorſus inhęrere poſſunt, ſed per ſe ſubſtituunt in proprio ſuppoſito, qualia ſunt genera ⁊ ſpecies ſubſtātię. Alia in ſubiecto quidem ſunt, id eſt ſubiecto inſunt, quia nō poſſunt per ſe ſubſiſtere: De nullo vero ſubiecto dicūtur. i. prędicata eſſe nō poſſunt, ſed ſubiecta, vt hoc album (explicat accidentia indiuidua per ſuum denominatiuum) Alia de ſubiecto dicūtur. i. p̄dicata eſſe poſſunt: vt puta vniuerſalia habentia ſub ſe q̄dditatiue inferiora. In ſubiecto etiam ſunt. i. ſubiecto inhęrent ceu genera ⁊ ſpecies accidentium: ſciētia eñ accidens eſt hominis ⁊ quidditatiue prędicatur de grāmatica. Alia nec in ſubiecto ſunt. i. inhęrere ſubiecto non poſſunt, quia per ſe ſubſiſtunt. Nec de ſubiecto dicuntur. i. prędicata eſſe nō poſſunt, ſed ſubiecta: quia nō habēt ſub ſe quidditatiue inferius, ſed ſupra ſe ſuperius, vt indiuidua ſubſtantię. ¶ Diſponantur hęc quatuor in quadrato contradictoriarū, vt ſecundum membrū cōtradicat primo per diametrū, ⁊ quartum tertio. ¶ In hac diuiſione cōtemplari oportet quod de vniuerſalibꝰ diximus: nempe quēadmodum Ariſto. ſecundas intētiones vniuerſalis ⁊ indiuidui, ſeu p̄dicari ⁊ ſubijci attribuit naturis rerū, puta ſubſtantię ⁊ accidenti: vtranqꝫ intentionem ingenio ⁊ arte cum vtraque combinando natura. Quo liquet vniuerſalia eſſe in rebus, puta in ſuppoſitis, atqꝫ adeo res prędicari ⁊ ſubijci, quod ſuper titulum in quadam ſecunda concluſione affirmauimus.

¶ Definit obiter naturā acciden

Eſſe in aliquo. 8. modi.

tis. Ad cuius intelligentiam adnotat hic Boetius modos octo quibus Ariſto. 4. Phy. tex. 23. dicit aliquid eſſe in alio: qui cōtinētur his verſibus: Inſunt pars, totum, ſpecies, genus, materia quoqꝫ, forma: Rex in regno, res in fine, locoqꝫ locatū. Eſt eñ pars in toto ſicut in cōſeruante: ⁊ totū in partibus, a quibus viciſſim dependet: ⁊ ſpecies in genere, ſub quo continetur: ⁊ genus in ſpecie, cuius eſt pars: forma in materia, ⁊ reſpublica in poteſtate regis, ⁊ media in fine, ſicut diligēs in amato (vbi enim eſt theſaurꝰ ibi eſt cor) ⁊ locatū in loco: a quo Boetius diſtinguit eſſe in vaſe, ſicut vinū in amphora, ⁊ ſic facit nouē modos. Sed parum pręſenti negotio ſeruiūt. ¶ Tribus

Accidens.

particulis definit Ariſtote. accidens. Eſt enim illud quod eſt in alio, ⁊ non ſicut pars, nec poteſt eſſe ſine illo ī quo eſt (videlicet naturaliter.) Prima particula ad differentiam ſubſtantię, quę non eſt in aliquo: ſecunda ad differentiam formę ſubſtantialis, q̄ eſt in toto ſine quo no poteſt eſſe, ⁊ tamē non eſt accidens: tertia ad differentiā illius quod eſt in loco aut in vaſe, quod eſt in aliquo, non tanquā pars, tñ nō eſt accidens: q̄ poteſt conſeruari ſine hoc vaſe in quo eſt, aut ſine hoc loco: quāuis res corporea non poſſit eſſe generaliter ſine loco. ¶ Nō ſi quis arguat hāc definitionem conuenire formę ſubſtantiali, quę tamen non eſt accidens: nam forma eſt in materia nō tanꝙ pars eius, ⁊ nō poteſt naturaliter eſſe ſine materia, ſaltem forma corporea. Rñdetur dupliciter. Primo, ꝙ forma eſt in materia tanꝙ pars, nō quidem tanꝙ pars materię, ſed tanꝙ pars totius. Et ideo excluditur per ſecundam particulam definitionis. Et forte excluditur per tertiam particulam: quia formę ſub ratione cōmuni formę, nō repugnat naturaliter eſſe ſine materia, vt patet de anima rationali: accidenti tamen a toto genere repugnat.

¶ Dubium eſt hîc primū apud

Qualis diuiſio.

Albertū, qualis. ſ. diuiſio ſit hęc. Et cenſet eſſet diuiſionē generis in ſpecies, quod Paulus Venetus negat. At ſolutio clara eſt, ſi modo intelligas ſub hac vna diuiſione quadrimembri tres latere bimēbres. Prima eſt. Naturarū, alia per ſe ſubſiſtēs, vt ſubſtātia, ⁊ alia inexiſtens, vt accidens. Et hęc eſt diuiſio analogi in analogata, vt videbimus cap. 4. nam ens analogice dicitur de ſubſtantia ⁊ accidenti. Altera eſt. Naturarū, alia vniuerſalis, ⁊ alia ſingularis. Et hęc eſt diuiſio ſubiecti in accidētia: nam eſſe vniuerſale nō cōuenit naturę reali de per ſe, ſed de per accidēs per abſtractionem intellectus. Tertia eſt. Prędicatorum, ſeu vniuerſalium, aliud eſt vniuerſale in natura ſubſtantię, ⁊ aliud in natura accidentis. Et hęc eſt diuiſio generis in ſpecies: nam hoc quod eſt, quidditatiue prędicari, vniuocū eſt ſubſtantię ⁊ accidenti: quēadmodum genus ⁊ ſpecies vniuoce conuenit om̄ibus prędicamētis, vt diximꝰ cap. de genere. Itaqꝫ quāuis de naturis analogice dicat̄ ens, nihilo minus ſcdę intētiones vniuoce cōueniunt illis.

¶ Alterum dubium eſt, ꝙ vide-

Differētia

tur diuiſio hęc ſufficiens. Etenim differētia eſt vnū vniuerſale, ⁊ vna natura quę nō comprehēditur ſub aliquo iſtorū membrorū: quia vel includit̄ ſub natura accidentis, ⁊ hoc non, cū ſit de ſubſtantia ſpeciei: vel includitur ſub natura ſubſtantię, ⁊ hoc nō, quia videtur inhęrere ſubiecto. Quēadmodum enim forma aduenit materię, ita differētia, generi. Item nec eſt vniuerſale, quia nō habet inferius quidditatiue, nec prorſus ſingulare, quia prędicatur eſſentialiter de ſpecie ⁊ de oībus indiuiduis. Propter hoc argumentum aliqui dicunt, ꝙ dici de aliquo, in propoſito tantū valet quātum prędicari eſſentialiter: ⁊ ita dicunt differētiā includi ſub primo mēbro diuiſionis, vt ſit vniuerſale ⁊ prędicatum ſubſtātię. Nihilo minus



nus tamen intentione Ariſtotelis oculatius explorata, dicendum eſt, ꝙ ſolum vult hac diuiſione comprehendere illa quę in recta linea ponūtur in prędicamento. Quare ſicut hic non meminit de prędicatione denominatiua, qua res vnius prędicamēti prędicātur de alio, ita nec meminit de illis quę ad latus ponūtur in eodem prędicamento. Quamobrem ſicut non definiuit partes naturę ſubſtantię, puta formam quę ineſt materię, ſed perfectam ſubſtantiam quę nulli ſubiecto ineſt, ita nec definiuit prędicatū differentię quę ad latus ponitur in prędicamento ſubſtantię. Et ratio eſt, quia Ariſtoteles ſolum vult declarare id quod ſimpliciter eſt prędicatum: ⁊ prędicatum ſimpliciter non eſt niſi reſpectu quidditatiue inferioris: differētia autem nec habet ſuperius nec inferius quidditatiue. Quo fit vt ſola ordinatio prędicatorum in recta linea ſortiatur nomen prędicamenti.

## DE REGVLIS.

## CAP. III.

CVM quippiam de quopiam prædicatur, vt de ſubiecto: ea quæ de prædicato dicuntur, dicentur etiam de ſubiecto: vt homo de quodam homine prædicatur, animal autem de homine prędicatur: igitur animal de quodam etiam homine prædicatur: quidam enim homo, & homo eſt, & etiam animal. ¶ Eorum quæ ſunt diuerſa genere, & non ità ſe habēt vt alterum ſub altero collocetur, diuerſæ ſunt ſpecie differentiæ: vt animalis atque ſcientię. Animalis nanq; differentiæ ſunt, greſſibilis, & bipes, & volatile, degensq; in aquis: ſcientiæ verò nulla ex his eſt differentia: non enim hoc ſcientia à ſcientia differt, quod ſit bipes. ¶ Eorum verò generum, quorum alterum ſub altero cöllocatur, eaſdem eſſe differentias nihil obſtat: ſupera enim de ſuis inferis prædicantur. Quare quotquot differentiæ prædicati ſunt, totidem erunt & ſubiecti.

TErtium hoc caput continet duas regulas anteprędicamentales. Cū eñ ſuperiori diuiſione oſtēſum fuerit, quicquid in prędicamēto diſponitur, aut ſubiectū eſſe aut prędicatū, de natura ſubſtantię vel de natura accidentis, his regulis duabus exponitur ſubinde conditio ſubiecti ⁊ prędicati. In prima regula quidē exponitur ratio qua vniuerſalia prędicātur: ⁊ in ſecūda, modus quo

Senſus regulę primę

per differētias diuiduntur ⁊ cōſtituuntur. ¶ Senſus multos patitur veros prima regula: quāuis forte ſolum vnum intēderit Ariſto. Burleus ⁊ alij latiſſime extēdunt regulam: ſic videlicet, Quandocunqꝫ alterum p̄dicatur de altero, quicquid vniuerſaliter prędicatur de prędicato, ſubinde prędicabitur de ſubiecto. Hic ſenſus verum habet in quibuſcunqꝫ vniuerſaliter prędicatis, ſiue eſſentialibus ſiue accidentalibꝰ: vt ſi homo eſt animal, ⁊ omne animal eſt equus, homo eſt equus: ⁊ ſi omnē animal eſt albū, homo eſt albus: ⁊ ſi omne animal eſt genus, homo eſt genus. Item ſi homo eſt albus, ⁊ omne album eſt muſicum, homo eſt muſicus ⁊c. Hic tamen ſenſus longe eſt ab intentione Ariſtote. quia iſte non fundatur in natura prędicati, ſed in vi diſtributionis medij per artem ſyllogiſticā: videlicet, ſi omne. a. eſt. b, ⁊. c. eſt. a, c. eſt. b. ⁊ tamē Ariſto. voluit explicare naturam prędicati: ꝙ ſcilicet ſi. a. eſt prędicatū de ly. b, quicquid (etiam ſine diſtributione) conuenit. a, conuenit. b. ¶ Secunda expoſitio eſt Alberti. Quando alterum de altero p̄dicatur, vt de ſubiecto ſibi proprio, quicquid prędicatur de prędicato directe ⁊ quidditatiue, prędicabitur de ſubiecto. De ſubiecto (inquit) ſibi proprio, id eſt de quo prędicatur prędicatione alicuius quinqꝫ p̄dicabilium, vt q̄ animal p̄dicatur de homine, de illo etiā prędicabitur corpꝰ, quod directe dicitur de animali: ⁊ q̄ rationale dicitur de homine prędicatione differentię, ⁊ ſenſitiuū quidditatiue (vt putat) prędicatur de rationali, ſenſitiuum prędicabit̄ur etiam de homine: ⁊ q̄ riſibile prędicatur de hoīe p̄dicatione proprij, admiratiuum, quod quidditatiue p̄dicatur de riſibili, p̄dicabitur ⁊ de homine: ⁊ q̄ album prędicatur de homine, prędicatione accidentis, coloratum, quod quidditatiue prędicatur de albo, prędicabitur de homine. Nō tamē ſequitur ſi homo eſt animal, ⁊ animal ſit irrationalē, ꝙ homo ſit irrationalis: q̄ irrationale nō dicitur quidditatiue de animali. ¶ Expoſitio hęc propius accedit ad mētem Ariſtotelis, neſcio tamen an prorſus attingat: quia aliquid dici de aliquo apud Ariſtotelem, quando addit, vt de ſubiecto, profecto idem deſignat, quod, dici de aliquo vt de quidditatiue inferiori, qd̄ ſuperiori capite adnotauimus. Quocirca accidentia, etiam propria paſſio, p̄dicantur de ſubiecto, nō vt de ſubiecto, ſed vt in ſubiecto, ⁊ ſuo modo differētia, quatenꝰ prędicatur in quale ad modum accidentis. Intelligit̄ur ergo hic qñ alterum de altero p̄dicatur, ſolū q̄dditatiue: vt de eodē prędicato ſit hęc regula, de quo fuit diuiſio ſecunda. ¶ Hoc ſuppoſito Boetius expo-

Senſus regulę.

nit ſic. Quando alterum de altero prędicatur vt de ſubiecto, id eſt quidditatiue, quicquid prędicatur itidem quidditatiue de prędicato, p̄dicatur ⁊ de ſubiecto. Ut reſtringatur regula ad ſolam lineā rectā, vt ſi homo eſt animal, ⁊ animal eſt viuens, homo eſt viuens. Paulus Venetus dicit, ꝙ ſecunda pars nō eſt reſtringēda ſicut prima. Ut ſit ſenſus, ſi animal p̄dicatur de hoīe vt de ſubiecto. ſ. quidditatiue, quicq̄d p̄dicatur de animali eſſentialiter. ſ. corpus, ⁊ ſenſitiuum, ⁊ animatū, quę prędicātur de animali, prędicabuntur de hoīe. Ut regula extendatur ad dr̄ias ⁊ genera eiuſdem prędicamēti. Parum refert inter has expoſitiones, niſi ꝙ ſententia Boetij eſt mihi veriſimilior, quia in hac regula nihil Ariſtoteles intendit de differentijs: id enim reſeruauit pro ſecunda parte ſecūdę regulę. ſ. ꝙ differentię prędicati ſunt differentię ſubiecti. Hic autē ſolū voluit inſinuare rectam lineam prędicamētalem. ſ. ꝙ quicquid p̄dicatur de ſuperiori, p̄dicatur de inferiori eodem genere prędicationis, vt ſi animal p̄dicatur de homine p̄dicatione generis, eadem prędicatione prędicatur de Petro. ¶ Secundū omnem expoſitionem non ſequitur: Si Petrus eſt homo, ⁊ homo eſt ſpecies, Petrus eſt ſpecies: quia ſm̄ primam, ſpecies non prędicatur de homine diſtributo: eſt eñ falſa, omnis homo eſt ſpecies, propter perſonalē ſuppoſitionem ſubiecti: ⁊ ſm̄ alios nō eſt p̄dicatio eſſentialis: homo enim nō eſt eſſentialiter ſpecies, ſed ꝑ accidēs in ordinē ad intellectū. Et eadem ratione non ſequitur: Homo eſt animal, ⁊ animal eſt genus: ergo homo eſt genus.

¶ Eorum

¶Eorum quæ ſunt diuerſa ge-

2. Regula. nere ⁊c. In hac ſecũda regula explicat naturam vniuerſalis quantũ ad differentias. Et habet duas partes. Prima eſt, ꝙ genera non ſubalternatim poſita, habent differentias ſpecie differentes. Eſt enim mẽdum ſicubi legatur in textu, Diuerſę ſunt ſpecies ⁊ differentię: vt ſpecies, ſit nominatiuus, quod patere poteſt ex codice Gręco: non enĩ fit mentio hic de ſpeciebus, ſed ꝙ genera diuerſa habent differentias ſpecie diuerſas. i. formaliter differentes, ⁊ non ſolũ materialiter aut accidentaliter differẽtes: quemadmodum indiuidua eiuſdem ſpeciei differunt ſolum materialiter ⁊ per collectionem accidentium, quę ſunt in vno ⁊ non in alio. ¶Eorum vero generum ⁊c. Secunda pars regulę eſt, ꝙ generum ſubalternorum, quorum alterum ſub altero collocatur, nihil prohibet eaſdem eſſe differentias, vt animatum, quod eſt differentia viuentis, eſt ſubinde differentia animalis: ⁊ ſenſitiuum, quod eſt ⁊ differentia animalis, eſt differentia hominis.

¶Circa hanc regulam duo ſunt

parua dubia: primũ de quibus generibus, alterum
Dubium. 1 de quibus differẽtijs intelligatur. Contra regulam proinde arguitur. Primo in opinione Stoicorum, Subſtãtia corporea ⁊ ſubſtãtia incorporea ſunt duo genera nõ ſubalternatim poſita: ⁊ tamen eadem eſt differentia alicuius ſubſtãtię corporeę ⁊ alicuius incorporeę, vt puta, rationale, quę eſt differentia cõſtitutiua hominis, ⁊ cõſtitutiua angeli: ergo pars regulę prior eſt falſa. ¶Et ſecũdo in rei veritate, Animal greſſibile, ⁊ animal volatile, ſunt genera non ſubalternatim poſita (diuiditur enĩ animal ex ęquo in reptile, greſſibile, ⁊ volatile, vt colligitur Geneſis. 1.) tñ bipes eſt differentia volatilis, ⁊ alicuius greſſibilis, puta hominis, ⁊ pariter canis: ⁊ pecus. i. animal domeſticũ quod pabulo nutritur, vt boues ⁊ aſini ⁊c. illa (inquam) ſunt diuerſa genera non ſubalternatim poſita, ⁊ tamen habent eandẽ differentiam cõſtitutiuam, puta quadrupes: ergo prior pars regulę falſa. Item ſapor ⁊ ſonus ſunt diuerſa genera qualitatis non ſubalternatim poſita: ⁊ tamen acutum ⁊ graue ſunt differẽtię diuiſiuę ⁊ conſtitutiuę vtriuſq;: ergo. Qđ ſi quis dicat regulã intelligi de generibus ſolũ diuerſorum prędicamẽtorum: arguitur ſic. Subſtantia ⁊ quãtitas ſunt talia genera, ⁊ tamen eadem eſt differẽtia conſtitutiua alicuius ſubſtãtię ⁊ alicuius quãtitatis, puta corporeum: nam corpus eſt ſpecies p̃dicamenti ſubſtãtię ⁊ ſpecies prędicamẽti quanti-
Ad dubiũ. tatis. ¶Ad hoc dubium reſpondẽt nõnulli, ꝙ genera non ſubalternatim poſita ſunt duplicia: alia quorum neutrum eſt ſub altero neq; ambo ſub tertio, vt genera diuerſorum prędicamẽtorũ: alia vero quę, licet vnum non ſit ſub altero, tamẽ ambo ſunt ſub tertio, vt genera oppoſita eiuſdem prędicamẽti. Aiunt ergo iſti, ꝙ Ariſtoteles intelligit ſubalternatim poſita, ſiue primo, ſiue ſecũdo modo. Et ideo ad primum argumentũ reſpondent, ꝙ ſubſtãtia corporea ⁊ ſubſtantia incorporea cenſentur genera ſubalternatim poſita, puta ſub ſubſtantia: quapropter excluduntur a priori parte regulę ⁊ includuntur in ſecũda, hoc eſt habẽt eaſdem differẽtias, vt probat argumẽtum. Et idem rñdetur ad ſecundũ de animali greſſibili ⁊ animali volatili, ⁊ de cane ⁊ pecude. ¶Sed profecto reſpõſio hęc eſt contra textum: nam genera ſubalternatim poſita, vt aperte in verſione Argyropyli explicatur, nõ ſunt niſi illa quorum vnum eſt ſub altero: quare ſubſtantia corporea ⁊ incorporea nõ ſunt ſubalternatim poſita: nec animal greſſibile ⁊ volatile. Unde ad primũ argumẽtum reſpõdetur, ꝙ illa opinio Stoicorum eſt falſa, videlicet ꝙ rationale ſit differentia hoĩs ⁊ angeli. Imo, intellectuale, eſt differentia angeli, differens ſpecie a rationali: nam rationale dicit diſcurſum, qui eſt proprius hominis, cum angeli ſimplici intuitu intelligant obiecta naturalia. ¶Ad ſecundum reſpõdet Paulus, ꝙ ratio bipedis non eſt eiuſdem ſpeciei in homine ⁊ in volatili, ſicut nec ratio quadrupedis eſt eadem in cane ⁊ in pecude. Imo vero ſicut illę ſunt ſpecies diuerſę animalis, ita omnes earũ differentię ſunt diuerſę. Poſſet tamen forte ad rem proprius reſpõderi, ꝙ Ariſtoteles non dicit, niſi ꝙ genera non ſubalternatim poſita debent habere differentias aliquas cõſtitutiuas ſpecie diuerſas, ⁊ aliquas diuiſiuas: non tamẽ negat quin ſi illa genera cõtineantur ſub vno tertio genere, poſſint habere aliquam differentiã cõmunem, ſicut habent idem genus commune. Et ita greſſibile ⁊ volatile licet habeant ſuas cuiuſq; differẽtias proprias, nihilo minus poſſunt habere vnam rationem bipedis, quã profecto credo eſſe eandem ⁊ cõmunẽ: ſicut ratio quadrupedis eadem eſt in cane ⁊ in pecude. In generibus autem ſubalternatim poſitis quęcũq; differẽtia cõſtitutiua ſuperioris eſt etiã cõſtitutiua inferioris: ⁊ in hoc differunt hęc genera ab illis. Ad illud de ſono ⁊ ſapore reſpõdetur, ꝙ graue ⁊ acutum nõ ſunt eius proprię differentię, ſed metaphorice dicũtur de illis: acutum enim dicitur proprie de cuſpide ⁊ per metaphorã de vino. ¶Ad vltimũ reſpondetur, ꝙ corpus de prędicamento ſubſtantię ⁊ corpus de prędicamento quantitatis ſunt ęquiuoca: primũ eſt ſubſtãtia materialis, ⁊ ſecundũ quãtitas trinę dimenſionis, vt ſuo cuiuſq; loco videbitur.

¶Alterum dubiũ eſt de quibus 2. Dubium

differentijs intelligatur regula. Arguitur enim ſic. Generaliſſima diuerſorũ prędicamentorum ſunt nõ ſubalternatim poſita, ⁊ tamen non habent diuerſas differentias: quia generaliſſima ſicut non habent ſupra ſe genus, ita neq; proprie habent differentias. Secũdo arguitur. Animal eſt genus poſitum ſub viuente, ⁊ tñ ſenſitiuum, quod eſt differentia conſtitutiua animalis, nõ eſt cõſtitutiuum viuentis: nec eadẽ differentia, quę eſt diuiſiua viuentis, eſt diuiſiua animalis. ¶Reſpondetur regulam intelligi de differentijs vtriſq;, tam diuiſiuis, q̃ cõſtitutiuis, certa tamẽ lege. Prior pars regulę intelligitur, ꝙ ſi ſint genera diuerſorum prędicamẽtorum, tunc habent differentias tam diuiſiuas q̃ conſtitutiuas oẽs diuerſas, vt eſt exẽplum Ariſtotelis in ſciẽtia ⁊ animali. Pręterquã ꝙ generaliſſima non habent differentias, ſed modos diuerſos. Et per hoc ſoluitur primũ argumẽtum. Si vero ſint genera ſubalternatim poſita, quibus ſeruit ſecũda pars regulę, tunc quęcũq; differentia conſtitutiua ſuperioris generis eſt conſtitutiua inferioris, inadęquate tamen: at diuiſiua ſuperioris non eſt diuiſiua inferioris, ſed eius cõſtitutiua. Econuerſo differentia diuiſiua inferioris, eſt diuiſiua ſuperioris inadęquate: conſtitutiua vero inferioris nõ eſt conſtitutiua ſuperioris, ſed eius diuiſiua. Exempli gratia, animatũ, eſt differentia cõſtitutiua viuentis (nam viuens eſt corpus animatum) eadẽ ergo eſt conſtitutiua animalis, atq; adeo hominis. Eſt enim animal corpus animatum ſenſitiuũ, ⁊ homo eſt corpus animatum ſenſitiuum rationale. Senſibile vero ⁊ inſenſibile q̃ diuidunt viuens, non poſſunt diuidere animal. Econuerſo, rationale ⁊ irrationale quę diuidunt animal, diuidunt proinde viuens, inadęquate tamen: quia non comprehendunt plantas quę continentur ſub viuenti. Senſitiuum vero quod cõſtituit



ſtituit animal, non conſtituit, ſed diuidit viuens. Et per hęc ſoluitur ſecundum argumentum.

## De decem Prædicamentis generatim.

## CAP. IIII.

EORVM quæ nulla complexione dicuntur, ſingula aut ſubſtãtiam ſignificant, aut quãtitatem, aut qualitatem, aut aliquid, aut vbi, aut quando, aut ſitum eſſe, aut habére, aut agere, aut pati. Eſt autem ſubſtantia quidem, vt in ſumma dicamus, velut homo, equus: quãtitas autem, vt bicubitũ, tricubitũ: qualitas, vt albũ, grãmaticũ: ad aliquid, vt duplum, dimidium, maius: vbi verò, in foro, in Lyceio: quando autem, vt heri, ſuperiore anno: ſitum verò eſſe, vt iacet, ſedet: habêre autẽ, vt calceatum eſſe, armatum eſſe: agere verò, vt ſecare, vrere: pati, vt ſecari, vri. ¶Singula igitur eorũ quæ dicta ſunt, ipſa quidem ſecundũ ſe nulla cũ affirmatione negationéve dicũtur. horũ autẽ ad ſe inuicem cõplexione, aut affirmatio, aut negatio fit. Videtur enim om̃is affirmatio vel vera, vel falſa eſſe: eorum autem quæ ſecundùm complexionem nullã dicuntur, nihil neq; verũ neq; falſum eſt: vt homo, album, currit, vincit.

RAtionibus anteprædicamentorum pręiactis, quartũ hoc caput initiũ eſt prędicamẽtorũ, quã rem a diuiſione entis in decem prędicamenta exorditur Ariſtote. Complexis enĩ rebuſq; complexe ſignificatis a ratione prędicamentorum depulſis, res vniuerſas quatenꝰ incomplexe ſignificantur, partitur in decem prędicamenta. Et habet capitulum duas partes: in priori fit diuiſio ⁊ in altera probatur. Hãc diuiſionem Boetius ⁊ Alexander, perinde atq; ſuperiorem, interpretantur de vocibus eſſe principaliter: ⁊ Nominales tãtum eſſe de vocibus. Pro quibus facit verbũ, ſignificãt, dum ait: Eorum quę nulla complexione dicũtur, ſingula aut ſubſtantiã ſignificant ⁊c. ſignificare enim nõ cõuenit rebus, ſed vocibus. Nihilo minus tñ abunde id ſupra (vt reor) comprobauimus, quod Ariſtot. hic loquitur de rebus principaliter, ⁊ ſubinde de vocibus (quod in ſubſequentibus euidẽtius fiet) ob id q; viciſſim nunc loquitur de vocibus, nunc vero de rebus. Intendit ergo hic diuidere res incomplexe ſignificatas, ſed explicat illas per voces ſignificãtes. Unde licet diuiſionem videatur ponere de vocibus, exempla ſtatim ſubiungit de rebus ſignificatis dum ait, eſt autem ſubſtantia, vt homo ⁊ equus ⁊c. non enim intelligitur, ꝙ ly homo aut ly equus ſint ſubſtantia, ſed res. ¶Singula igitur ⁊c. Dixerat nihil poni in prędicamento niſi incõplexum: quia tãtum incomplexum diuiſerat decem prędicamenta: ⁊ ideo omnibus prędicamentis connumeratis, in ſecunda parte probat ſingula per ſe nõ eſſe complexa, nec ſignificari complexe: quia nullũ per ſe eſt affirmatio aut negatio: ſubſtantia nanq; per ſe aut quantitas non eſt affirmatio vel negatio, ſed ex illis aduenien te verbo fit affirmatio aut negatio. Et ꝙ per ſe ſingula nõ ſint affirmationes, probat, quia omnis affirmatio ⁊ negatio ſignificat vere vel falſe: ſubſtantia vero per ſe nec verum ſignificat nec falſum. ¶Cum diuiſio hęc ianua ſit ⁊ via ad intelligendam artẽ prędicamentorum, operę pretium eſt a prima linea rem deducere. Quam duabus quęſtionibus explicabimus. In prima examinabitur quo genere diuiſionis diuidatur ens in decem prędicamenta: ⁊ in altera, an diuiſio ſit ſufficiens.

### Quæſtio prima.

### Vtrùm diuiſio entis in decem prædicamenta ſit analogi in analogata, an generis in ſpecies.

ADuerſus partem affirmatiuã prioris mẽbri quęſtiõis, arguit Sco. 4. Meta. ⁊. 1. ſen. diſt. 3. q. 1. ⁊. q. 3. ⁊. diſt. 8. q. 3. prętendẽs ꝙ, ens, dicatur vniuoce de decẽ prędicamẽtis ⁊ de Deo ⁊ creatura: nam eadem eſt fere quęſtio. Primo. Omnis intellectus certus de vno cõceptu, ⁊ dubius de diuerſis, habet cõceptum de quo eſt certus, alium a conceptibus de quibus eſt dubius: ſed intellectus poteſt eſſe certus de aliquo quod ſit ens, ⁊ dubius an ſit ſubſtantia vel accidens: ergo conceptus entis eſt diſtinctus a conceptu ſubſtantię ⁊ accidentis. Exemplũ maioris. Dum quis a longe videt rem moueri, cõcipit illam eſſe animal, ambigit tñ, boſne ſit, an equus: illud eſt ſignum ꝙ conceptus animalis ſit diſtinctus ab illis conceptibus particularibus, ⁊ ꝙ ſit cõis illis. Exemplum minoris. Si gẽtilis videret hoſtiam conſecratam, certus eſſet illud quod videret eſſe ens, etſi Chriſtianus magnę authoritatis diceret illi, non eſſe illic ſubſtantiam ſed accidẽs per ſe, inciperet hęſitare an ſit ſubſtantia vel accidens: ergo conceptus entis eſt vnus ⁊ cõmunis ſubſtantię ⁊ accidenti: ⁊ per conſequens, ens, eſt vniuocum ad illa. Imo philoſophi cõueniunt quãtitatẽ eſſe ens: inter quos tamen Nominales putant non diſtingui a ſubſtantia, Reales vero eſſe accidens diſtinctum. Et ſimiliter probatur ens eſſe vniuocum Deo ⁊ creaturę: nã philoſophi antiqui, cum oẽs cõſentirent primũ principiũ rerũ eſſe ens, dubitabant eſſetne creatum an increatum: quare alij dixerunt eſſe infinitũ, alij ignem ⁊c. ¶Secundo arguitur. Si ens non eſſet vniuocum ſubſtantię ⁊ accidenti, ſequeretur ꝙ non poſſemus per cognitionem accidentis venire in cognitionem ſubſtantię: conſequens eſt falſum ⁊ cõtra Ariſtotelem, primo de anima tex. 11. vbi ait, ꝙ accidentia conferũt ad cognoſcẽdum quod quid eſt. Sequela probatur: quia ſi per accidentia cognoſcimus ſubſtantiam, eſt quia ab accidentibus ſenſu perceptis abſtrahimus conceptũ entis cõmunem ſubſtantię ⁊ accidenti, ⁊ inde inueſtigamus ens per ſe ſubſiſtens cui accidentia inſunt: ſi tñ ens non eſſet cõmune accidenti ⁊ ſubſtantię, periret iſte proceſſus. Eodẽ modo per creaturas cognoſcimus Deum, vt Apoſtolus docet ad Rom. 1. quod fieri nõ poſſet, niſi quia a creaturis abſtrahimus cõceptũ entis cõmunẽ Deo ⁊ creaturis, ⁊ inde remouendo imperfectiones creaturarum contẽplamur conceptum Dei, puta, ꝙ ſit ens incorporeũ, immortale ⁊c. qui diſcurſus ceſſaret niſi ens eſſet vniuocũ Deo ⁊ creaturę. ¶Accedit huc authoritas

ritas Ariſto.2.Meta.tex.4.vbi probat, ꝙ Deus eſt maxime ens ⁊ maxime verũ, qꝛ eſt cauſa vniuoca entiũ omniũ, ſicut ignis eſt maxime ⁊ per ſe calidus: qꝛ eſt cauſa vniuoca calidorũ, qui diſcurſus non valeret niſi ens vniuoce diceretur de Deo ⁊ creatura. Et Auicẽna.1.Meta.cap.2.⁊.5.ait ꝙ ſubſtantia ⁊ quantitas cõueniunt in communi intentione entis cuius ſunt quaſi ſpecies. ¶ Tertio ex his rationib⁹ arguit̃, ꝙ ens ſit genus ad decem prędicamenta, quod eſt ſecundum mẽbrum quęſtionis. Ens vniuoce prędicat̃ de decem prędicamẽtis ⁊ quidditatiue: qꝛ ens cum ſignificet eſſentiam in generali, eſt de eſſentia ⁊ quidditate oĩm rerum (vt videtur innuere Ariſto.4.meta.text.4.) ergo ens eſt genus. Patet conſequentia tum ex definitione generis, tum etiam quia alias daretur aliquod vniuerſale, quod non comprehenderetur ſub numero quinq; prędicabiliũ, aut quatuor prędicatorum quę ſtatuit Ariſtote.1.Topico. ⁊ tunc diminute eſſent locuti. ¶ Quarto arguitur. Ens ad minus eſt quidditatiue ſuperius ad ſubſtantiam: ergo quamuis non eſſet genus ad omnia prędicamẽta propter ęquiuocationem, ſaltem eſt generaliſſimum prędicamenti ſubſtantię.

¶ Quæſtio præſens duo habet mẽbra: duobuſq; ſubinde articulis abſoluetur, vt primus ſit de ſignificatione entis, an ſit vniuoca: ⁊ alter de eius diuiſione ⁊ prędicatione, an ſit gen⁹ cõe prędicamentorum. De primo ſunt tres opiniones.

Tres opiniones. Prima eſt Marſilij ⁊ Burid. (vt refert hic Paul⁹) tenentium, ꝙ ens dicitur analogice de ſubſtantia ⁊ accidenti mediantibus diuerſis cõceptibus formalibus, ſicut animal de viuo ⁊ picto. Secũda eſt Scoti locis citatis, tenẽtis, ens eſſe vniuocum omnibus in vniuerſum rebus: puta Deo ⁊ omnibus prędicamentis. Alia opinio eſt non eſſe vniuocum, ſed analogum ad ſubſtantiam ⁊ accidentia. Quam opinionem aſſcribunt S.Thomę, cum tñ ſit expreſſe Ariſtotelis: nec S. Thom. addit verbum ad verba Ariſto. Eſt tamẽ pterea opinio S.Tho. ꝙ ſit analogum ad Deũ ⁊ creaturas: de quo non locutus eſt expreſſe Ariſt. ¶ Rñdetur igitur ad primum mẽbrum quęſtionis quatuor concluſionibus.

1. Cõcluſio. Prima. Ens ſignificat ſubſtantiam ⁊ accidens, Deum ⁊ creaturam, mediãte eodẽ conceptu formali. Cõcluſionem hanc probãt argumẽta Scoti: ſed pręterea probatur concluſio ratione facili. Qui impoſuit hoc nomen ad ſignificandum, certe nec ſpecialiter conſiderauit Deum, nec creaturas, nec ſubſtantiã, nec accidens, ſed impoſuit illud ad ſignificandũ quicquid eſt, quomodocũq; ſit, abſtrahẽdo ab hoc ⁊ illo modo eſſendi. Et certe Latini oĩes ignorantes philoſophiam, per illud nomẽ nec concipiũt Deum nec creaturas, ſed generaliter quicquid eſt. Nec eſt dicẽdum Philoſophos alium conceptum formare ꝙ̃ Latini alij: ergo ens mediante eodem conceptu ſignificat omnia. ¶ Secundo arguitur. Ens inquãtum, ens, eſt obiectum metaphyſicę, quę ſciẽtia cõſiderat paſſiones entis in cõi quę cõueniunt illi, nõ in quãtum Deus aut ſubſtãtia ⁊c. (vt docet Ariſt.4.meta.tex.1.) hoc aũt fieri nõ poſſet niſi eſſet vnicus cõceptus entis: ergo. ¶ Et cõfirmatur ratio. Ens in communi eſt obiectum intellectus vt colligitur ex Ariſto.9.meta.tex.22. abſtrahendo ab hoc ⁊ illo (id enim quod de rebus primo concipimus eſt ens) ergo eſt vnus conceptus formalis entis. ¶ Tertio arguitur in cõmuni modo concipiendi, hę vniuerſales ſunt falſę, omne ens eſt accidens, oĩe ens eſt ſubſtantia, omne ens eſt Deus, omne ens eſt creatura: nõ alia de cauſa, niſi qꝛ ſubiectũ diſtribuit̃ pro ſubſtantia ⁊ accidenti, Deo, ⁊ creatura: tamen ſi pluribus cõceptibus ſignificaret ſubſtantiam ⁊ accidens, eſſent verę ſicut hę, oĩs hõ eſt pictus, oĩs homo eſt viuus, per illam regulam analogorum: Talia ſunt ſubiecta ⁊c. Concluſio eſt euidentior ꝙ̃ vt pluribus probationibus indigeat. Et eſt concluſio S. Thomę in primis ſtatim verbis de ente ⁊ eſſentia. Capreoli in.1.diſtin.2.quęſt.1.⁊ omnium huius ſcholę. Quare in conceptu formali entis nihil differt inter Scotum ⁊ S. Thomam.

¶ Secunda concluſio. 2. Concluſ. Conceptus formalis entis, ſignificat vnam rationẽ formalem in obiecto, ratione abſtractam a ſubſtantia ⁊ accidenti, Deo ⁊ creatura. Hanc negant nonnulli ex diſcipulis S.Thomę, quam Caieta. in principio ſtatim de ente ⁊ eſſentia optime concedit. Imo videtur mihi Ariſt. eam aſſerere.4.meta.text.7. vbi ait, ꝙ omnibus eſt prędicamentis cõe, eſſe ens. Et re vera ſequit̃ ex ſuperiori: ens enim nõ eſt impoſitum ad ſignificandum hoc aut illud, ſed in vniuerſum id quod eſt, ⁊ ita homines concipiunt. Atq; adeo hoc intelligit S.Tho. loco modo citato dicens, ens ⁊ eſſentia ſunt ea quę primo intellectu concipiuntur. Et eſt ſententia Auicennę.1.meta.c.5. Et confirma. Ariſt.7.meta.tex.5.dicit, ꝙ ſubſtantia eſt magis ens ꝙ̃ accidens: comparatio autem non fieret, niſi in aliqua ratione quodam modo conuenirent.

¶ Tertia concluſio: Ens nõ vniuoce, ſed analogice, ſignificat ſubſtantiam ⁊ accidẽtia. 3. Cõcluſio. Concluſio eſt expreſſa Ariſto.4.Meta.tex.2.vbi dicit, ens ſignificare accidentia per attributionem ad ſubſtantiam: veluti ſanum ſignificat vrinã ⁊ medicinam in ordine ad animal. Idem dicit.1. Ethico. cap.6.vbi ait, ꝙ bonum tot modis dicitur quot ens: Aequiuoce (inquit) nõ a caſu ſed a cõſilio. Et.11.meta.c.3.⁊ lib.12.tex.28.dicit, ꝙ nec ęquiuoce dicitur, nec vniuoce, ſed medio modo. ¶ Probatur concluſio ratione quę colligitur ex Ariſto. Analoga ſunt quorũ nomen eſt cõe, ratio vero nec oĩno eadẽ nec oĩno diuerſa, ſed proportionalis: talia ſunt ſubſtantia ⁊ accidens: ergo. Probatur minor. Subſtantia eſt ens: quia per ſe ſtat: accidens vero eſt ens, quia eſt aliqd ſubſtantię, puta quãtitas: quia eſt menſura ſubſtantię: ⁊ qualitas eſt ens, quia afficit ſubſtãtiam. ¶ Confirmatur ex modo cõcipiendi: quia re vera ſolę ſubſtantię apud hoĩes cenſentur eſſe entia, nec duo lapides exiſtimantur plura, ꝙ̃ duo entia, licet multa ſint illic accidentia. ¶ Quod ſi quis arguat contra. Quẽadmodũ genus mediante eodem conceptu formali ſignificat vnam rationẽ cõem pluribus ſpeciebus, ita ens ſignificat: ⁊ quẽadmodũ conceptus obiectiuus entis non eſt eiuſdem rationis in ſubſtãtia ⁊ accidenti, ita conceptus genericus nõ eſt eiuſdẽ rationis in ſuis ſpeciebus, vt cap.1.dictũ eſt: ergo nihil deficit enti vt ſit cõmune tanꝙ̃ genus. Reſpondetur, ꝙ ratio generica ſimpliciter cõuenit quibuſcunq; ſpeciebus, non tamẽ ratio entis. Exempli gratia. Corpus ſignificat ſubſtãtiã materialẽ: ⁊ quãuis materia, a qua abſtrahitur illa ratio, ſit alterius rationis in corporibus cœleſtibus ⁊ in inferiorib⁹, nihilo min⁹ eſſe materiale ſimpliciter cõuenit vtriſq; corporibus: ſicuti animal ſimpliciter cõuenit equo, quãuis forma ſenſitiua a qua abſtrahitur ratio animalis, ſit alterius ratiõis in equo ⁊ in homine. Sed tamẽ ratio entis ſoli ſubſtãtię conuenit ſimpliciter: accidentibus vero ſecundũ quid. Verba ſunt Ariſt.7.meta.text.2.ſ. ꝙ quantitas, qualitas ⁊c. non ſunt ens, ſed entis ens: ⁊ text.15.repetit, ꝙ ens dicitur de ſubſtantia ſimpliciter, ſed de cęteris prędicamentis ſecundũ quid. Quẽadmodum ſanum, ſimpliciter dicit̃ de animali, ſed de vrina ſm quid. Atqui punctũ

hoc



hoc eſt potiſſimũ adnotandũ ſane, quo entis explicat̃ analogia. Latet ergo fallacia ſub cõſequẽtia, dũ ex eo ꝙ ens vno conceptu formali ſignificat decem prędicamenta, infertur eſſe vniuocum, poſtquã non dicitur ſimpliciter de ſuis ſignificatis. Et profecto ratio Ariſt. eſt elegans. Ens enim dicitur ab eſſe, ſed accidentis eſſe nihil aliud eſt, quã ineſſe ſubſtãtię: ergo ens per prius dicitur de ſubſtantia ⁊ per attributionem de accidenti, quod eſt eſſe analogum. Sicuti, ſanum, eo dicitur analogice de animali ⁊ de vrina: quia vrinã eſſe ſanã nihil aliud eſt, quã ſignificare animal ſanũ. Vñ ſicut in definitiõe ſanitatis ponitur animal, ita in definitione eſſe accidẽtis ponitur ſubſtantia. ¶ Differt tñ inter, ſanum, ⁊ ens: vt.1.cap.dictum eſt, ꝙ ſanum, impoſitum fuit primũ ad ſignificandum animal ſanum: ⁊ ideo vno conceptu ſignificat illud, ⁊ alio ſignificat vrinã: tamen ens generalit̃ impoſitum fuit ad ſignificandum id quod eſt: ⁊ ideo vnico conceptu ſignificat oĩa. ¶ Hinc ſequitur, ꝙ in mente vltimata poteſt eſſe analogia quę eſt ſpecies ęquiuocationis: tametſi lib.1.Sũmularũ negauim⁹ in mẽte eſſe ęquiuocationẽ: tũc enim res nobis erat cum Sũmuliſtis: ⁊ ideo definiuimus terminũ ęquiuocũ eſſe, qui mediãtibus diuerſis cõceptibus ſignificat res: vnde cum conceptus vltimatus per ſe ipſe ſignificet, non poterit hoc modo eſſe ęquiuocus, nec analogus. At vero cum vnus conceptus formalis per ſe ipſe ſignificat vnam rationem obiectiuã, quę non eadẽ ſimpliciter, ſed ꝓportionabiliter eſt in ſuis ſignificatis, principaliter in vno, ⁊ per attributionẽ in aliis, hoc modo concedimus analogiam in mente vltimata: quamuis mera ęquiuocatio non ſit illic poſſibilis. ¶ Sequit̃ pręterea, ꝙ Nominales ſi concedant ens mediante eodem cõceptu ſignificare oĩa prędicamẽta, nullatenus negare poſſunt eſſe ſimpliciter vniuocum: quia nullũ ponũt conceptũ obiectiualem in quo ſit analogia. Et hac cauſa Marſilius ⁊ Buri. dixerunt ſubordinari diuerſis conceptibus.

¶ Quarta concluſio: Ens analogice dicitur de Deo ⁊ creaturis. 4. Conclu. Hęc cõcluſio quãuis obſcurior forſan ſit, ꝙ̃ dialecticis plene poſſit explicari: tñ qꝛ cum tertia affinitatẽ habet ſub breuibus exponetur ad mentẽ S.Tho.1.p.q.13.ar.5. Qñ effectus nõ adęquat virtutẽ cauſę, tunc nomen commune vtriq;, analogice dicitur de cauſa ⁊ de effectu: ſed creatura in ratione entis nõ adęquat virtutem Dei: ergo ens analogice dr̃ de Deo ⁊ creatura. Exẽplum maioris, calidum quod fit ab igne põt adęquare virtutem ignis.i.põt procedere vt efficiat̃ verus ignis (hoc eſt.n. effectũ adęquare cauſam) ⁊ ideo calidum vniuoce dicitur de igne ⁊ de aqua calefacta ab igne: nam poſtquam calor aquę poteſt procedere vſq; ad ignẽ, ſignũ eſt eſſe eiuſdẽ rationis cũ calore ignis. Sed calidũ productũ a ſole nõ poteſt eo procedere, vt efficiatur ſol: ſignũ ergo eſt nõ eſſe eiuſdem rõnis cum virtute calefactiua ſolis: ⁊ ideo calidum non dicit̃ vniuoce de ſole ⁊ de iſtis inferioribus: nec ſol eſt formaliter calidus, ſed habet virtutẽ excellentiorẽ, qua poteſt varios effectus producere. Eodem modo, cũ ens dicatur ab eſſe, ⁊ ratio eſſendi in creaturis nõ poſſit adęquare rationẽ eſſendi in Deo: qꝛ Deus per ſe ⁊ ex quidditate ſua habet exiſtere, creaturę autẽ id nõ habent ex ſua quidditate, ſed a Deo (alias creatura eſſet Deus) fit vt ens dicatur analogice de Deo ⁊ de creatura. ¶ Arguitur autẽ in contrarium. Ens dicit̃ analogice de ſubſtãtia ⁊ accidenti, eo ꝙ ſimpliciter dicit̃ de ſubſtãtia ⁊ ſecundũ quid de accidenti: at vero de Deo ⁊ creatura non eſt ita, imo ſimpliciter dr̃ de vtroq;: eſt eñ ſubſtantia creata ſimpliciter ens: ergo nõ dicit̃ analogice de Deo ⁊ creatura, ſed vniuoce. Reſpondet̃, ꝙ quodãmodo eſt ſimilis analogia ⁊ quodãmodo diuerſa. Eſt enim eadem, qꝛ ſicut ſubſtãtia eſt per ſe.i.non in alio, ⁊ accidentia dependẽt naturaliter a ſubſtantia, ita eſſe cõuenit Deo per ſe.i.non ab alio, ⁊ eſſe creaturarum dependet a Deo. Eſt tñ diuerſitas quã probat argumentum: vnde propter primã cauſam dixit S.Tho. loco modo citato, quod iſta analogia eſt ſicut vrinę ad animal in ratione ſanitatis: qꝛ ſicut ſanum in vrina nihil aliud eſt ꝙ̃ eſſe ſignũ ſanitatis, ita eſſe ⁊ perfectiones creaturarum non ſunt niſi expreſſiones perfectionũ quę ſunt in Deo: ſed propter ſecundam cauſam dixit in de veritate.q.2.ar.11. ꝙ eſt ĩter Deũ ⁊ creaturã analogia proportionalitatis: ſicut.n. eſſe Dei ſe habet ad Deum, ita eſſe creaturarũ ad creaturas: nã ſicut Deus per eſſe quod formaliter eſt in eo exiſtit, ita creatura. Ad modum quo ridere dicitur de homine ⁊ de prato: ſicut enim homo per riſum qui eſt in eo ridet, ita pratum per virorem qui eſt in eo dicitur ridere. Quare ens perfectiori modo dicitur de Deo ꝙ̃ de creatura. Si tamẽ ſit nomẽ metaphoricum, vt leo, per prius dicitur de animali, ⁊ ſolum per ſimilitudinem dicitur de Deo.

¶ Ad argumenta ergo Scoti reſpondetur, ꝙ primũ argumentũ eſt ad literã Auicẽ.1.Meta.c.5.quo ipſe tm̃ intendit concludere omnia prędicamẽta conuenire in vna intẽtione entis, vt.c.1.dixerat, quod nos cõcedimus: non tñ cõtendit eſſe vniuocũ, ⁊ tantundẽ concludit ſecundum argumentum. Et re vera Scotus ipſe loco citato.q.1.videtur ſe exponere, ꝙ ſolum intelligat vniuocationem entis ſecundum cõceptum formalẽ: niſi ꝙ.q.3.reſpondendo ad authoritates Ariſtotelis videtur ſentire ꝙ ſit vniuocũ quantũ ad cõceptũ obiectiualẽ ad modum gñis, non attendens quod non dicitur ſimpliciter de accidentibus. Scotiſtę dicunt ens eſſe, ⁊ vniuocum, ⁊ analogum: ſed tamen hoc, primo includit repugnantiã, ⁊ pterea eſt vbiq; cõtra Ariſt. ⁊ expreſſe.11.Meta.c.3.⁊ lib.12.tex.28.vbi ait, ꝙ non dicitur ens ęquiuoce nec vniuoce, ſed analogice. Itaq; non ſolum aſſerit eſſe analogum, ſed vbiq; negat eſſe vniuocum. ¶ Ad authoritatẽ Ariſtote. reſpondetur, ꝙ analogiam entis inter Deum ⁊ creaturã vocat vniuocationem: qꝛ magis accedit ad vniuocationem ꝙ̃ analogia entis de decem prędicamẽtis, eo quod ſimpliciter ens dicitur de Deo ⁊ de creatura.

¶ Secundus articulus eſt diſputare, an ens ſit genus ad decem prędicamẽta, vbi ſtatuitur negatiua cõcluſio. Secundus articulus. Ens nõ eſt genus ad decẽ prędicamẽta. Ens nõ eſt genus. Et quidẽ concluſio oĩbus eſt philoſophis receptiſſima. Quã vel hic maxime Ariſto. inſinuat, dum gñã decem rerum cõſtituit ſuprema ⁊ generaliſſima: ſi eñ ens genus eſſet oĩbus commune, nullum eorum eſſet ſupremum. At vero Scotus qui primus in ſcholas introduxit ens eſſe vniuocũ, difficile põt excludere ens a ratione generis: nam certe Ariſt. ⁊ quotquot fuerunt antea philoſophi, ea potiſſimum rõne negãt ens eſſe genus, quia non prędicatur vniuoce de ſubſtantia ⁊ de accidẽtibus. Et ratio eſt in promptu aduerſus Sco. nam ſi ens eſt vniuocum, ſignificat plura ſecundũ eandem rationem (ex definitione Ariſt.) ⁊ per conſequẽs ſignificat vnum conceptũ cõmunem, qui ſimpliciter cõuenit oĩbus ſignificatis, hoc eſt enim ſignificare ſecundũ eandẽ rationem: ſed animal, aut corpus, nõ alia ratione eſt gen⁹, niſi quia ſignificat vnum hoc mõ cõe multis: ergo ⁊ ens pari ratione eſt genus. Reſpondet Sco-

tus, ens non eſſe genus, ſed tamen ea ſola cauſa, quia eſt tranſcendens, hoc eſt, quia vniuerſaliter prędicatur de oĩbus. Et eandem cauſam prętendunt Nominales. ¶ Sed contra hanc cauſam arguitur. In definitione generis nihil aliud habetur, niſi ꝙ prędicetur de pluribus differẽtibus ſpecie in eo quod quid: ergo eſſe tranſcendens, nihil obſtaret ad rationem generis, ſi ens eſſet prędicatum vniuocum ⁊ quidditatiuũ, quę ambo cõcedit Scotus. Qđ ſi reſpõdeas obſtare authoritatẽ Ariſtotelis cõſtituẽtis decẽ gñaliſſima, petis principium. Hoc enim contendimus ꝙ Ariſt. non ſtatuiſſet decem generaliſſima, ſi videret ens eſſe vniuocũ ad omnia entia. Imo vero pręterea Plato, vt videbimus. q. ſequenti, non diſtinxit decẽ prędicamẽta: qꝛ credidit ens eſſe vniuocũ ⁊ vniuerſaliſſimum. Et ideo Ariſt. prius. 4. Met. ꝓbauit ens eſſe analogum, ⁊ ſubinde in quinto diſtinxit decem

*Ratio prima.*

generaliſſima. ¶ Probatur ergo cõcluſio. ſ. ens non eſſe genus duplici ratione Ariſt. Prima, qꝛ non dicitur vniuoce de oĩbus prędicamẽtis. Et hac vtitur in oĩbus locis ſupra citatis, ⁊ in aliis multis ſuorum operum. Quare Porphy. cap. de ſpecie. hac ſola ratione tanquam cõpertiſſima apud oẽs philoſophos vtitur dicens, Ens non eſt genus: quia ſi quis oĩa entia vocet, ęquiuoce nũcupabit ⁊ non vniuoce. Ubi oẽs quotquot ſunt expoſitores conſentiunt illam eſſe rationem Ariſtotelis. ¶ Secũda probatio Ariſto. eſt elegãtiſſima. Aſſerit. n. eandem concluſionem. 3. Met. tex. 10. ⁊ probat ens non eſſe genus hoc modo: Omne genus eſt extra eſſentiam ⁊ quidditatẽ dr̃ię: ſed ens eſt de eſſentia ⁊ quidditate rerum oĩm, ⁊ per conſequens cuiuſq; dr̃ię: ergo nõ poteſt eſſe genus. Probatur maior. Genus vt ait Porphy. cap. 3. habet ſe ad differentiã ſicut materia ad formã, eo quod genus cõtrahitur per dr̃iam: ſed contrahens debet eſſe omnino diſtinctũ ab eo qđ contrahitur: ſi enim animal (v. g.) includeretur in rationali, nõ cõtraheretur per rationale: nam cõtrahere eſt addere nouum gradum: ⁊ ſi rationale includeret animal, non adderet nouũ gradũ ſupra animal. Minor autem eſt manifeſta: qꝛ quicũq; grad⁹ rerũ, quomodocũq; abſtractus, includit ens. Quare nulla poteſt dari differentia quę cõtrahat rationẽ entis, ⁊ per cõſequens ens non poteſt eſſe genus.

*Secunda.*

¶ Hanc verũtamẽ rationẽ nõ recipit Scotus. 1. ſenten. d. 3. q. 3. vbi negat hanc minorem, videlicet, ens eſſe de eſſentia vltimarũ differẽtiarũ. Imo dicit, ꝙ rationale nõ includit ens. Mouetur hac ratione. Differẽtia eſt cõceptus ſimpliciter ſimplex, nã ſpecies reſoluitur in genus ⁊ dr̃iam, ⁊ genus rurſus reſoluitur in aliud ſuperius vſq; ad gñaliſſimũ: dr̃ia vero non reſoluitur in genus ⁊ differentiam: alias differentia ſecunda deberet iterum reſolui, ⁊ ſic reſolutio ſpeciei procederet in infinitũ, ↄtra doctrinã Ariſ. 8. met. tex. 19. Arguit ergo Sco. Si ens eſſet de eſſentia huius differentię. v. g. rationale, tunc eſſet reſolubile in conceptũ entis ⁊ aliam differentiã contrahentẽ, ⁊ rurſus illa ſecunda differentia eadẽ ratione includeret ens, ⁊ per cõſequẽs eſſet reſolubilis, atque adeo reſolutio procederet in

*Ens eſt de eſſentia differentię.*

infinitum. ¶ At vero in contrarium arguitur, quod ens ſit de eſſentia cuiuſcunq;. Primo, eſt ſententia Ariſtot. expreſſa loco citato, qua de cauſa negat eſſe gen⁹: ⁊ 4. Topi. cap. 6. ⁊ 10. Met. tex. 6. ⁊ frequẽtiſſime repetit, ꝙ ens ſequitur ad oĩa. Et eadẽ ratione 8. Met. tex. 16. probat ens nõ intrare definitionẽ aliquam quidditatiuã, qꝛ videlicet non dicit gradũ ſpecialẽ quidditatis non incluſum in quacũq; differentia. Sed pręter authoritatem Ariſtote. eſt ratio manifeſtiſſima: nam cũ ens dicatur ab eſſe, primũ quod de quacũq; re intellectus cõcipit, eſt eſſe ens: ⁊ ideo excludere aliquid a rõne entis, eſt aſſerere nihil eſſe. Unde ad argũ Scoti Ariſtoteles ipſe reſpondet 4. Met. tex. 3. vbi ait, adeo ens eſſe intimũ cuicunq;, vt nullã faciat cõpoſitionẽ: ſed idem eſt, ens homo, ⁊ homo: ens rationale, ⁊ rationale: quare licet ens ſit de eſſentia differẽtię, non propterea differẽtia eſt reſolubilis: qꝛ ens nõ eſt de eſſentia ſicut genus cõponens ſpeciem, ſed ſicut quid cõceptũ in quacũq; re, a qua nulla res eſt per abſtractionem ſeparabilis. Itaq; põt intellectus abſtrahere cõem rationẽ entis abſtractione vniuerſalis a quocũq; particulari, ſed nihil particulare abſtrahitur ab alio abſtractione formali, quin in conceptu abſtracto includatur ens. Et hac potiſſimum ratione non eſt genus. Tertiam rationem adiiciemus in ſolutione ad primum: quia videlicet ens non prędicatur quidditatiue.

¶ Ex his quae dicta ſunt colligitur in primis generaliſſima non conſtitui ex genere ⁊ differentia: qꝛ nec ens eſt genus eorũ, nec proinde contrahitur ad eſſe ſubſtantię ⁊ eſſe accidentiũ ꝑ differentias, ſed per modos intrinſecos: vt ſubſtãtia eſt ens ꝑ ſe, ⁊ accidens eſt ens in alio.

*Gñaliſſima carent genere ⁊ dr̃ia*

Differt inter modos intrinſecos ⁊ differẽtias rõne iam dicta: nempe ꝙ dr̃ia eſt extra rationem generis, vt rationale non includit in ſe rationẽ animalis, ſed dicit nouum gradum: attamen eſſe per ſe vel in alio, non dicit nouum gradũ entis: qꝛ eſſe per ſe vel in alio quomodocunq; abſtrahaꝼ includit ens: ⁊ ideo dicitꝛ modus intrinſecus entis.

*Primo diuerſa.*

¶ Sequitur ſecũdo, ꝙ generaliſſima non proprie dicunꝼ differre, ſed ſunt primo diuerſa. Nec eſt cõmentum Realiũ, ſed eſt ſentẽtia Ariſ. 10. Met. tex. 12. vbi ait, illas res ꝓprie differre quę cõueniãt in aliquo genere ⁊ habent diſtinctas differẽtias, vt homo ⁊ equus, animal ⁊ lapis ⁊c. illa vero ſunt primo diuerſa, quę nullo genere conueniunt, nec differunt per dr̃ias, ſed ſeipſis, vt ſunt gñaliſſima: ⁊ eadẽ rõne vltimę differẽtię, quę non conueniunt in genere. Hac de cauſa generaliſſima ⁊ vltimę dr̃ię cenſentur cõceptus ſimpliciter ſimplices. Un̄ quãuis oẽs res realiter diſtinctę gñali nomine dicantur differre, nihilo minus proprie non differunt niſi quę ſunt ſub eodem gñe. Ob idq; perſonę diuinę, ſunt quidẽ diſtinctę realiter, nõ tñ differentes: qꝛ vt capite ſequenti videbimus, in diuinis nec eſt genus nec differentia. Imo vero neq; indiuidua eiuſdem ſpeciei dicunꝼ proprie differre: qꝛ ſpecies non contrahitur per differẽtias ſicut genus: ſed dicuntur materialiter diuiſa ⁊ diſtincta. ¶ Sequitur tantem tertio, ꝙ nec generaliſſima nec vltimę differentię habent proprie definitiones quidditatiuas: ſed eſt quędam deſcriptio ſubſtantię, ſi dicas, quod eſt ens per ſe: ⁊ deſcriptio quantitatis: ſi dicas, ꝙ eſt menſura, ſuſtantię ⁊c. ¶ Ad tertiũ igitur argumentũ principale, partim reſponſum eſt, dũ negauimus ens eſſe vniuocũ: ſed ad aliud verbũ quo arguitur ens prędicari quidditatiue, nõ facilis eſt reſponſio ſaltẽ pro dialecticis. Nihilo minus neceſſarium illis eſt id non prorſus ignorare. Scotus. 1. d. 3. q. 3. vt aſſerit ens eſſe vniuocum, ita pro indubitato habet eſſe prędicatum quidditatiuũ, qꝛ ſignificat rerum eſſentias. Sed re vera hoc videꝼ cõtra Ariſtotelẽ, qui. 8. Met. tex. 16. negat ens intrare definitionẽ aliquã quidditatiuã.

*Eſſe nõ eſt de eſſentia creaturę*

¶ Idcirco notandũ eſt, ꝙ eſſe non eſt de eſſentia creaturarũ. Hoc eſt dicere: In definitione quidditatiua hoĩs non includitur vt ſit: nam vt. 2. lib. Sũmularũ dictũ eſt, ꝙ homo ſit animal rationale, eſt perpetuę veritatis, ⁊ erat verũ anteꝗ̃ mund⁹ eſſet: quare nõ ſequiꝼ, homo eſt animal rationale: ergo homo eſt. In Deo tamen eſſe, eſt de quidditate Dei: qꝛ a nulla alia cauſa



ſa id poteſt recipere. Solent ergo aliqui diſtinguere, ꝙ ens accipiꝼ dupliciter, ſcilicet aut participialiter aut nominaliter. Primo mõ (inquiunt) Significat eſſe ſeu exiſtentiã, ſicut currens curſum, ⁊ ideo non eſt prędicatum quidditatiuũ creaturarum. Secundo modo ſignificat eſſentiã: ⁊ hoc modo dicũt diuidi in prędicamẽta ⁊ ꝑdicari eſſentialiter ⁊ quidditatiue. Nec tñ ſequiꝼ vt ſit gen⁹: qꝛ non contrahitur vt dictũ eſt, per differentiã quę ſit extra rationẽ entis.

*Ens eſt participiũ*

¶ Mihi vero nõ videtur diſtinctio hęc admodũ neceſſaria, nec Ariſ. illam vnquã inſinuauit: Imo vero ens ſemper eſt participium verbi, ſum, ſicut exiſtens, verbi, exiſto. Quod quidem de formali ſignificat eſſe, ⁊ de materiali id quod habet eſſe. Unde. 1. Phy. text. 13. ⁊ alibi ſępe loco entis transfertur, id quod eſt. Et qꝛ prędicatio attenditur penes ſignificatum formale, ens nullatenus de creatura prędicaꝼ quidditatiue. ¶ Unde ad argumentũ Scoti concedimus, ꝙ ens ſignificat eſſentias rerum: quę eſt ſententia Ariſt. 5. Met. tex. 14. quã S. Tho. illic ⁊ vbiq; cõcedit, ⁊ hac ratione diuiditur in prędicamenta. Sed tñ ſignificare eſſentiam eſt ſignificare quidditatẽ in ordine ad eſſe: puta ea ratione qua põt habere eſſe: ⁊ qꝛ eſſe non eſt de quidditate creaturarũ, ideo non prędicantur de illis quidditatiue. Unde S. Tho. 4. met. lectione ſecũdo: nomen, inquit, res, imponitur a quidditate, nomen vero, ens, imponitur ab actu eſſendi: ſed qꝛ idem eſt quod habet quidditatẽ ⁊ eſſentiam, res, ⁊ ens, idem ſignificant. Unde colligitur ꝙ ſignificare eſſentiam, non eſt ſignificare quidditatẽ abſolute, ſicut nomen, res, ſignificat, ſed eſt ſignificare eam ſub ratione eſſendi. Eſſentia enim eſt nomen verbale ab, eſſe, ſicut exiſtentia ab exiſtere. Et quo me perſpicacius exponam, concederem ego quod res, quidditatiue prędicatur, non quidem vt genus, quia non dicit gradum diſtinctũ a differentia, vt ſupra expoſitũ eſt: ſed quia ſignificat abſolute quidditatẽ quãcũq; ⁊ quẽcunq; gradũ quidditatis realis. At vero, ens, qꝛ ſignificat eſſentiam. i. quidditatem ſub ratione eſſendi. i. quatenus põt habere eſſe, non prędicaꝼ quidditatiue. Dixerim, quatenus põt habere eſſe, qꝛ nõ ſupponit ſolũ pro eo quod actu eſt, ſicut ly exiſtens, imo ſicut eſt perpetuę veritatis, homo eſt animal, ita homo eſt ens. ¶ Quam ob rem S. Tho. 10. met. lectio. 2. dicit, ꝙ ens ſignificat decẽ ꝑdicamenta ſm̃ ꝙ ſunt, actu vel potẽtia. Atqui hęc eſt tertia ratio quare, ens, non eſt genus: nempe quia nõ prędicatur quidditatiue de creaturis. Et ita S. Tho. quodlib. 2. q. 2. ar. 1. dicit non eſſe prędicatum eſſentiale: ⁊ primo cõtra Gentil. c. 26. dicit, ꝙ ens nõ cadit in conceptu ſuſtantię. ⁊ 1. parte. q. 3. arti. 5. dicit, ꝙ ens de ſolo Deo diciꝼ quidditatiue. ¶ Sed cõtra reſponſionem arguitur. Sequeretur quod ens poneretur in prędicamento accidẽtis, ⁊ eſſet connotatiuũ poſtquã ſignificat eſſe, quod non eſt de quidditate ſubſtantię. Propter hoc argumentum Auicenna (vt. 4. Meta. refert Commen. commẽ. 2. ⁊ S. Thom. lectione ſecunda) opinatus eſt, ꝙ ens addit accidens ſupra ſubſtantiam, ſicut album albedinẽ:

*Ens eſt actus ſubſtãtię.*

quod tamen reprehendit illic S. Tho. nam eſſe, non eſt accidens ſubſtantię ſicut albedo, ſed eſt act⁹ ſubſtantię: quod eſt dicere, eſt terminus productionis ſubſtantię: rem enim produci, nihil aliud eſt, ꝗ̃ eſſe adquirere. Et ideo non ponitur in prędicamẽto accidentis, ſed reducitur ad prędicamentum ſubſtantię: quod propterea a S. Thom. ſępe appellatur prędicatum ſubſtantiale: nec cenſetur nomen connotatiuum, ſed abſolutum. Imo frequenter vtuntur doctores nomine, ens, vt omnino eodem modo ſignificet ſicut, res. ¶ Ad vltimum argumentũ, Marſilius ⁊ Buridanus tenẽtes ꝙ ens eſt analogum mediantibus diuerſis conceptibus concedunt, ꝙ omne ens eſt ſubſtantia, quia ſtat pro famoſiori ſignificato, ſicut hic, omne animal eſt viuũ: ac ſubinde concedũt, ꝙ ens eſt generaliſſimum primi prędicamẽti, quod proinde debet vocari prędicamentum entis. ¶ Hęc tamen opinio falſa eſt, vt ex dictis conſtat.

*Ens nõ dicit accidẽs*

Reſpondetur ergo, ꝙ ens non ſolum non eſt genus omnium prędicamentorum, ſed nec primi prędicamẽti: quia vel accipitur tanquam conuertibile cum ſubſtãtia: ⁊ hoc non, poſtquam ſubordinatur conceptui ſuperiori ⁊ communi ad omnia prędicamenta: vel accipitur tanquam ſuperius, ⁊ tunc excluditur a ratione generis propter rationes ſupra expoſitas.

## Quaeſtio ſecunda.

### Vtrũ diuiſio rerum in decẽ prędicamẽta ſit ſufficiens.

ARguitur ad partẽ negatiuam. Diuiſio reducẽda eſt ad ꝗ̃ pauciſſima mẽbra fuerit poſſibile: ſ; prędicamẽta nouem accidentiũ comprehenduntur ſub vno genere accidentis: ergo tantum ſunt duo genera ſuprema, puta ſubſtantia ⁊ accidens. Probatur minor. A quacũq; eſſentiali conueniẽtia abſtrahitur cõceptus cõmunis: ſed omnia accidentia conueniunt in hoc quod eſt ineſſe: ergo. ¶ Secũdo arguitur, ꝙ ſaltem ſufficerent tria prędicamẽta, ſcilicet ſubſtantia ⁊ accidens abſolutum, ⁊ reſpectiuum: nam quantitas ⁊ qualitas videntur habere eundem modum eſſendi abſolutum, quod eſt, eſſe in aliquo: ⁊ relatio cum ſex vltimis prędicamentis non videtur habere diſtinctum modum eſſendi: puta eſſe ad aliud. ¶ Tertio arguitur. Partes ſubſtantię, vt materia, forma, caput: ⁊ differentia, vt, rationale, cõtinẽtur ſub ente reali: tamen non ponũtur in aliquo decẽ prędicamẽtorũ: nã maxime in prędicamẽto ſubſtantię, quod eſt falſum: quia materia nõ eſt ſubſtantia, ſed pars ſubſtantię: nec differentia eſt ſubſtantia, ſed pars metaphyſica ſubſtantię: ergo aliud cõſtitui oportuit prędicamentum vbi hęc collocarentur. ¶ Et cõfirmatur. Punctum, vnitas, angulus, ſunt entia: quę tamen in nullo iſtorũ ſunt prędicamento: qꝛ maxime in prędicamento quãtitatis, quod eſt falſum: cum hęc nõ ſint quantitates ſed quãtitatũ principia, vt punctum lineę, vnitas numeri, angulus figurę: ⁊ pręterea priuationes, vt cęcũ, obſcurum, ⁊ ſimilia, nõ ſunt in his prędicamẽtis: ergo pro hmõi rebus omnibus addendum erat aliud prędicamentũ. ¶ Quarto arguitur. Entia rationis diſponuntur in linea prędicamẽtali vbi ens rationis eſt generaliſſimũ, ſub quo ponitur vniuerſale, cuius ſpecies ſunt quinq; vniuerſalia: ⁊ tñ hmõi entia non ponuntur in aliquo decem prędicamentorũ in quibus ſecundum Ariſt. 5. Meta. tex. 14. non ponuntur niſi entia realia: ergo addendum fuiſſet nouum prędicamentum entis rationis.

¶ De numero praedicamentorum varię fuerunt philoſophorũ ſententię.

*Plato.*

Plato opinatus ens vniuocũ eſſe ad res vniuerſas, iudicauit eſſe genus vniuerſale oĩm rerum, atq; adeo vnicum eſſe generaliſſimum prędicamẽtum: ſicut in familiis omnia reducuntur ad Iouem. Quã opinionẽ repudiauit Porphy. cap. de ſpecie: ⁊ Ariſto. 3. Met. text. 10. rationibus quas attulimus ſuperiori quęſtione.

*Pythagoras.*

¶ Pythagoras per contrariũ extremũ multi

plicauit p̄dicamēta viginti: decē videlicet poſitiua, totidemq; priuatiua, quę longum, difficile, atq; alienum a pręſenti negotio eſſet hic illa cōmouere. Redarguit illam opinionē Ariſt. 1. met. cap. 5. quā illic S. Tho. lc. 8. late tractat. ¶ Ariſt. ergo. 5. met. tex. 14. eleganter rerū oīm p̄dicamēta ad decē redegit. Ubi notandum eſt primum, ꝙ cum ens ſimpliciter dicatur de ſubſtantia, ⁊ per attributionē ad ſubſtātiam dicatur de accidentibus, primū prędicamentum eſt ſubſtantię: prędicamenta vero accidentium ſumenda ſunt per diuerſas habitudines ad ſubſtantiam.

Ariſto.

Entis partitio.

Unde primo diſtinguit ens in ens ratiōis ⁊ ens reale. Atqui entis rationis tres ſunt gradus. ſ. negatio, ⁊ priuatio, ⁊ ſecundę intētiones. Negatiōes ſunt res fictitię, quę nihil prorſus in re ponunt, vt Chimęra. Et dicūtur ens rationis, q: ſunt obiecta circa quę negotiatur intellectus: dicimus eñ ꝙ affirmatio. ſ. Chimęra eſt, cōtradicit negatiōi, vbi Chimęra conſideratꝛ per modū entis. Hęc q: nullam prorſus habent entitatem, a prędicamento penitus excludūtur. Secundus, genus eſt priuationum quę ponunt aptitudinē in ſubiecto, vt cęcum, dicit priuationem viſus in ſubiecto apto ad videndū. Hęc quāuis directe non ponātur in prędicamēto (q: de formali nō ſignificant aliquid poſitiuum) reductiue tamē ponūtur, vbi ponitur forma poſitiua, vt cęcum ⁊ tenebroſum ponuntur reductiue in prędicamento qualitatis, vbi directe ponitur viſus, ⁊ lumen. Tertius gradus eſt ſecundarū intentionū quę habent fundamētū in re: de quibus videbimus in ſolutione ad quartum. ¶ Reiectis entibus ratiōis adhuc ſecūdo notādū eſt, ꝙ inter entia realia ſecundū eundē Ariſt. 4. Met. tex. 2. ſunt gradus etiā tres: ſunt enim aliqua debiliſſima entia, quę licet non ſint priuationes, habent tñ aliquid admixtum de priuatione: ſicut motus qui conſiſtit in fieri, vt calefactio qua actu corrumpitur frigiditas ⁊ producitur caliditas. Et ideo motus, q: non tam eſt ens, quā via ad ens, nō pertinet directe ad prędicamentum, ſed ad poſtprędicamēta: tametſi reductiue augmētatio ponatur in prędicamento quantitatis, ⁊ alteratio in prędicamēto qualitatis. Secundus gradus eſt rerum quę nihil habent admixtū de priuatione, ſed habent eſſe cōpletum: nihilo minus non ſunt entia per ſe, ſed in alio, ⁊ hęc ſunt accidentia nouem prędicamentorū: atq; adeo ſupremus gradus entis eſt ſubſtantia quę per ſe exiſtit. ¶ Nouem ergo prędicamēta diſtinguūtur penes nouem modos eſſendi accidentiū in ſubſtantia: nā modi prędicandi (vt inquit Ariſto.) loco citato modos ſequuntur eſſendi. ¶ Ubi tertio notandū, tria eſſe in ſubſtātia cōſiderāda. ſ. materiam, formā, ⁊ compoſitum. Item in accidentibus conſiderandū eſt alia ineſſe ſubſtantię ab intrinſeco, ⁊ alia ab extrinſeco. Hinc S. Tho. 5. Met. lect. 7. colligit ſufficiētiam prędicamentorū. Prędicatum enim ad primā ſubſtantiam (quod eſt primum ſubiectū oīm prędicamentorū) tripliciter ſe habet: aut enim prędicat rem quę eſt ſubſtantia, vt cū dicimus, Socrates eſt homo, aut animal, ⁊ hmōi prędicata conſtituūt prędicamentum ſubſtantię. Secundo modo prędicatū dicit accidens quod ab intrinſeco ineſt ſubſtantię. Quod ſi abſolute cōuenit ei tunc vel ratione materię, ⁊ eſt p̄dicamentū quātitatis: aut ratione formę, ⁊ eſt prędicamentum qualitatis: nam quantitas ſequitur materiā: quare res immateriales non habēt quātitatem, qualitates vero ſequunꝛ formā: ⁊ ideo res diuerſarū ſpecierū, diuerſas habent qualitates. Si vero tale accidens intrinſecum conueniat, non abſolute, ſed in reſpectu ad aliud, eſt prędicamētum ad aliquid. Et hoc cōuenit ſuppoſito ratione totiꝰ: eo enim ꝙ Petrus eſt, referꝛ ad patrem, ⁊ eo quod eſt totum, eſt duplum ad medietatem ⁊c. Tertio modo prędicatū ſumitur ab eo qđ eſt extra ſubſtantiā. Et talia ſunt vltima ſex prędicamēta. Nam ſi omnino cōueniat ab extrinſeco, tunc ſi illud extrinſecum non ſit menſura ſubſtātię, eſt prędicamentum habitus, vt veſtitū eſſe, calciatum eſſe. Si autē ſit menſura: aut eſt mēſura quātitatis, ⁊ hoc eſt prędicamentum: vbi quare res quę non ſunt quātę nō ſunt in loco: ꝙ ſi addatur diſpoſitio partiū ad inuicē, eſt prędicamentum ſitus: vt iacere, ſedere ⁊c. Aut eſt menſura durātiōis ⁊ eſt p̄dicamentū qñ: puta tp̄is. Sed ſi prędicatum partim conueniat ab intrinſeco, ⁊ partim ab extrinſeco, tunc ſi principiū illius ſit intrinſecum, eſt prędicamentū actionis: ſi vero terminus ſit extrinſecus, eſt prędicamentū paſſionis: nā calefaciens prędicatur de igne in quo eſt principiū calefaciendi, ⁊ calefactū de aqua q̄ eſt terminus calefactionis. Quo fit vt ſicut quantitas ſequitur materiam, ita prędicamentū vbi, ⁊ prędicamentum ſitus, ⁊ prędicamentū paſſionis, ſequūtur quantitatē: quia nihil realiter patiꝛ, nec eſt in loco, niſi ratione quātitatis: ſpiritualia enim nec ſunt ꝓprie in loco, nec realiter patiuntur, ſed ſolū intentionaliter in intellectu ⁊ volūtate. Et ſicuti qualitas ſequitur formā, ita prędicamentum qñ, ⁊ prędicamentum actionis, ſequuntur formā: q: res nec menſuranꝛ tēpore, niſi ratione formę corruptibilis, nec realiter agūt, niſi per qualitates. Et ſicut relatio, ita ⁊ habitus conſequitur ad totum ſuppoſitum. ¶ Hinc primo conſiderato res eſſe principaliter in p̄dicamēto: nā alias quid opus erat Ariſtoteli diſtinguere ens prius in reale ⁊ rationis, deinde reale in decē prędicamenta. ¶ Secundo animaduertito dr̄iam inter tria priora prędicamēta accidētis ⁊ ſex vltima: nam tria priora dicunt res intrinſecas ſubſtātię, cętera vero ſumuntur ab extrinſeco. Itaq; prędicamentū ſubſtantię ſumitur ab eo quod eſt ſubſtantia: tria proxima, ab eo quod eſt in ſubſtantia: ſex vltima, ab eo quod eſt circa ſubſtantiā. ¶ Alij aliunde deducunt hanc diuiſionem, quos refert hic Paulus Uenetus. Alij nanq; ponunt nouem tantum prędicamenta, ponētes habitum in prędicamento quantitatis. Alij ponunt, quando, in prędicamento quantitatis, in quo poniꝛ tempus. Alij, vbi, in prędicamento relationis. Alij putant actionem ⁊ paſſionē eſſe idem prędicamentum. De quibus omnibus in locis cuiuſq; proprijs diſputabimus. ¶ Nominales qui res ad prędicamenta non admittunt, diſtinguunt prędicamenta penes varias cōnotationes, puta quod termini ſignificantes abſolute ſubſtantiam ſunt de prędicamento ſubſtantię, ⁊ termini connotantes quantitatem, ſunt in prędicamento quantitatis: ⁊ ita de cęteris. Attamē rationem reddere non poſſunt cur diſtinguanꝛ numero decem, niſi connotationes in dictos rerum eſſendi modos reſoluant.

Sufficientia prędicamētorum.

Res ſunt in prędi.

¶ Ad primū argumentū reſpōdere quis forſan poſſet, cōcedēdo accidēs eſſe vniuocū genus nouē prędicamentorū: ſed tunc (vt probat argumentū) prędicamēta reducerentur ad duo generaliſſima, qđ eſt cōtra Ariſtotelē. Rurſus per oppoſitū extremū, ne id cōcederet, quis forte negaret accidens eſſe vniuocum nomen ad nouem prędicamenta. At vero id etiam falſum apparet: nam accidens videtur ſignificare vnam rationē cōmunē, puta accidere ſubſtantię. Quocirca medio modo reſpōdeꝛ. Primo cōcedimus, ꝙ accidens eſt vniuocū ad nouē prędicamenta. Probaꝛ. Significat mediante eodem conceptu formali vnā rationē cōem q̄ ſimpliciter

Accidēs vniuocū non tñ genus.



citer eſt in oībus: ergo eſt vniuocū. Probatur antecedens. Accidens in cōmuni ſignificat accidere ſubſtantię, abſtrahendo ab hoc ⁊ illo modo inhęrendi: ⁊ hoc ſimpliciter conuenit omnibus (non enim poſſumus dicere ꝙ ſimpliciter conueniat quantitati aut qualitati, ⁊ ſecundum quid aliis) ergo ſignificat mediante eodem conceptu vniuoce. Secundo dicimus quod nō eſt genus. Paulus ⁊ alij quos viderim, neſcio quas rationes confingunt: ſed exiſtimo, vti de ly ens diximus, ita dicendum eſſe de ly accidēs. Primo, ꝙ non prędicatur quidditatiue: quia nō formaliter ſignificat quidditates accidentiū, ſed eſſe eorum in ſubſtantia. Et ſecundo (quod eſt adnotandū) dicimus, ꝙ quāuis ſignificet quidditatē, non tñ ſignificat diſtinctū gradū, vt poſſit cōtrahi per dr̄ias. Exēpli gratia, albedo cōſtat ex colore ⁊ particulari dr̄ia quę eſt extra rationē coloris: ſicut rationale, eſt extra rationē cōem animalis. Sed tñ accidens includitur in quocunq; gradu ⁊ quacunq; dr̄ia accidētis: ſicut ens in quocūq; gradu quidditatis realis. ¶ Et eodem modo rñdetur ad ſecundū argumentū, ꝙ nec accidens abſolutū eſt genus ad quantitatē ⁊ qualitatem, nec relatio ad prędicamentum relationis, ⁊ ad ſex vltima. Eo vel maxime quod ſex vltima forte nō ſunt formaliter relationes, vt ſuo loco videbimꝰ. ¶ Ad tertiū reſpondetur, ꝙ partes ⁊ differentię ſubſtantię non ſunt directe in prędicamēto: ſed reductiue ⁊ ad latus ponuntur in prędicamēto ſubſtantię: ⁊ ſimiliter reſpōdetur, ꝙ punctum, linea, ⁊ angulus non directe, ſed reductiue ponuntur in prędicamento quantitatis: ⁊ pariter priuationes reducuntur ad prędicamentum, vbi ſunt formę quarum priuationem ſignificant. ¶ Ad quartum in quo eſt maior difficultas multi ſunt modi reſpōdendi. Buridanus in fine Prędicamentorum, ⁊ alij multi putant entia rationis locari in prędicamēto relationis: q: ſignificant relationem aut generis, aut ſpeciei, aut aliū reſpectū rationis. Hoc nomē nō cōſonat veritati. Primo, q: in prędicamento relationis non ponuntur niſi relationes reales: ⁊ tamen relatio ſigni ad placitū ſignificātis eſt ens rationis, ſicut ⁊ relatio generis ⁊ ſpeciei. Et pręterea in prędicamēto relationis ponitur ſolum illud quod non habet aliud eſſe, quam comparari ad aliud: tamen eſſe genus non ſolum eſt comparari ad ſpeciem, ſed eſt eſſe aliquid eius: puta formam ⁊ prędicatū eius: ſicut pars ſubſtantię quāuis dicat comparationem ad ſubſtantiam, non eſt in prędicamento relationis: quare genus potius eſt relatiuum ſecundum dici, quam ſecundum eſſe, vt illic declarabimus. ¶ Alij dicunt, ꝙ entia rationis non ſunt in ſpeciali prędicamento, ſed communiter in omnibus: quia in quocunq; eſt genus ⁊ ſpecies ⁊c. Hoc tamen non eſt ſecundum Ariſtotelem, ſecundum quem nomina non ponuntur in prędicamento pro ſignificatis materialibus ſed pro formali: ⁊ quamuis ſubſtantia ⁊ quantitas ſint genera, ⁊ ſpecies, tamen intentio generis formaliter eſt accidēs rationis. ¶ Dicendū ergo eſt, ꝙ entia rationis ſunt extra decem prędicamenta: nam primo Ariſtoteles diſtinxit ens in reale, ⁊ rationis: ⁊ deinde reale, in decem prędicamenta. Quapropter aut entia (quod aſſerit Paulus Uenetus) rationis pertinent ad anteprędicamenta, vt prędicabilia generali nomine dicantur anteprędicamenta: aut fingendum eſt vndecimum prędicamentum quod ſit entium rationis ordinatio.

## De Subſtantia. Cap. V.

SVbſtantia autem, quæ quidem propriè, in primisq; & maximè ſic dicitur, eſt quæ neque de ſubiecto aliquo dicitur, nec in ſubiecto aliquo eſt: vt quidam homo, & quidam equus. Secundæ verò ſubſtantiæ, ſpecies hæ, in quibus quas in primis ſubſtantias appellabamus inſunt, dicuntur: & hæ quidem, & harum ſpecierum genera, vt quidam homo, in ſpecie quidem homine eſt: genus verò ſpeciei animal eſt. Secundæ igitur ſubſtantiæ hæ dicuntur, vt eſt homo atque animal.

Subſtātia max. ꝓpria quę.

Subſtātię ſecundę.

Tex. ij. Manifeſtum autem ex ijs quæ diximus eſt, quòd eorum quæ de ſubiecto dicuntur, neceſſe & nomen & rationem de ſubiecto prædicari: vt homo de ſubiecto quodam homine dicitur. Prædicatur etiam & nomē: hominem enim de quodam homine prædicabis, & ratio quoque hominis de quodam homine prædicabitur: quidam enim homo, & homo, & animal rationale mortale eſt: quare & nomē & ratio de ſubiecto prædicabitur. Eorum verò quæ in ſubiecto ſunt in plurimis quidem neque nomen, neque ratio prædicabitur de ſubiecto: in aliquibus autem nomen quidē nihil prohibet de ſubiecto prædicari interdū, ratione verò eſt impoſſibile: vt album, cùm in ſubiecto ſit corpore, prędicatur de ſubiecto: dicitur enim corpus album: ratio verò albi, de corpore nunquàm prædicabitur. Alia verò omnia, aut de ſubiectis dicuntur primis ſubſtantiis, aut in ſubiectis eis ſunt. Hoc autem manifeſtum ſingula depromenti fuerit: vt animal de homine prædicatur: ergo & de quodam homine prędicabitur: nam ſi de nullo quorundam hominum, neque omninò de homine. Rurſus color in corpore eſt: ergo & in quodam corpore. Nam ſi non in aliquo corporum ſingulorum eſt, nec omninò in corpore: quare alia omnia aut de ſubiectis primis dicuntur ſubſtantiis, aut in ſubiectis eis ſunt. Non exiſtentibus igitur primis ſubſtātiis, aliquid aliorum eſſe eſt impoſſibile. Omnia enim alia aut prædicantur de eis, aut in ſubiectis eis ſunt: quare nō exiſtentibus primis ſubſtantiis impoſſibile eſt aliorum aliquid eſſe.

Tex. iij. Secundarum verò ſubſtantiarum, magis ſubſtātia eſt ſpecies quàm genus: proprinquior enim eſt primæ ſubſtantiæ. Si quis em̄ prima ſubſtantia quid ſit ædat, euidētiùs cōuenientiusq; reddiderit, ſi ſpeciē quàm genus reddat: vt hominem quendā manifeſtiùs aſſignabis, hominem potiùs q̄ animal aſſignans: illud. n. propriū magis cuiuſdā hoīs, hoc autē cōmunius. Et cùm quandā arborē aſſignauerit, manifeſtiùs aſſigna-

bit, arborē aſsignādo quàm plantā. Prętereà primę ſubſtātię ideò quòd aliis oībus ſubiiciuntur, & omnia alia de ipſis vel prædicātur, vel in ipſis ſunt, ea gratia primæ ſubſtātiæ maximè dicunt̃. Vt autē primæ ſubſtātię ad oīa ſe habēt cætera, ita ſe ſpecies ad genus habet: ſubiicitur enim ſpecies generi: genera enim de ſpēbus prædicantur: ſpecies autē cum generibus non conuertuntur. Quare & ex his ſpecies genere ſubſtantia magis eſt. Ipſarū verò ſpērum quęcūq; genera nō ſunt, altera magis altera ſubſtantia nulla eſt. Nihilo enim accōmodatiùs aſsignabis de quodā homine hominē aſsignādo, quā de quodā equo equū. Similiter autē & in primis ſubſtātiis, nulla altera magis altera ſubſtantia eſt: nihilo enim magis quidā homo ſubſtātia eſt, quàm bos quidā.

Tex. iiij. Meritò igitur poſt primas ſubſtantias, ſolæ aliorū omniū ſpecies generaq; ſecūdæ ſubſtantiæ dicuntur. Sola enim hæc, eorum quę prædicantur primā ſubſtātiā indicant: quendā enim hoēm ſi quis ediſſerat quid ſit, ſpēm q̄ genus accōmodatiùs demōſtrabit: & manifeſtius q̄d ſit facies, hominē q̄ animal attribuendo. Aliorum verò omniū quicquid attribuat q̄s, tribuet extraneę: velut albū, aut currit, aut aliud quodcūq; hmōi depromendo. Quare meritò hæ ſolæ aliorū ſecundæ ſubſtantiæ dicuntur. Ad hæc primæ ſubſtātię eò quòd aliis oībus ſubiiciunt̃, & oīa alia de illis vel pręducant̃, vel in ipſis ſunt propriiſſimè dicuntur ſubſtantiæ. Sicut autē primæ ſubſtantiæ ad oīa ſe habēt cætera, ita gn̄a & ſpecies primarū ſubſtantiarū ad reliq̄ oīa ſe habēt: de his em̄ reliq̄ oīa p̄dicant̃: quēdā. n. hominē dices grāmaticū eſſe: ergo & hominē & aīal grammaticum dices eſſe: ſimiliter autem & in aliis.

Tex. v. Commune autē omni ſubſtantiæ eſt, in ſubiecto nō eſſe. Prima nāq; ſubſtantia nec in ſubiecto eſt, nec de ſubiecto aliquo dicit̃. Secūdarum verò ſubſtātiarū cōſtat quidē etiā ſic, in ſubiecto nullā eſſe. Hō enim de ſubiecto quidē hoīe quodā dicit̃, in ſubiecto verò nullo eſt: nec em̄ in quodam homine hō eſt. Similiter aūt & animal de ſubiecto quidē dicit̃ quodā homine, non etiā eſt aīal in quodā hoīe. Præterea eorū q̄ in ſubiecto ſunt, nomē quidē de ſubiecto pręducari interdū nihil prohibet: rationē verò, eſt impoſſibile. Secundarū verò ſubſtantiarū de ſubiecto & ratio & nomē pręducat̃: rationē em̄ hoīs de quodā homine prædicabis, & animalis ſimiliter: quare nō erit eorū ſubſtātia, q̄ ſunt in ſubiecto. Nō eſt autē propriū ſubſtantię: hoc quippe & dr̄ia eorū eſt, quæ in ſubiecto nō ſunt: bipes enim & greſſibile de ſubiecto quidē hoīe quodā dicit̃, in ſubiecto verò eſt nullo. Nec em̄ in homine bipes eſt, neq; greſſibile. Ratio quoq; dr̄iæ de illo prædicatur, de quocunq; ipſa differētia dicitur. Velut ſi greſſibile de homine prædicatur, & ratio greſſibilis de homine prædicatur: eſt enim homo greſſibilis. Neq; nos verò ſubſtantiarum partes conturbent, quaſi quæ in toto ſunt, etiam in ſubſtantia ſient: quæ ita in toto quaſi in ſubiecto ſint, nec fortè eas non eſſe ſubſtantias fatêri cogamur. Non enim ſic in ſubiecto quippiam eſſe, quemadmodùm partem eſſe dicitur.

Tex. vj. Ineſt autem ſubſtātiis differentiiſq́;, omnes vniuocè vt prædicentur. Oīa em̄ quæ ab his prædicata ſumuntur, aut de indiuiduis, aut de ſpeciebus prædicantur. A prima nāque ſubſtantia, prædicatio nulla eſt: de nullo enim ſubiecto dicitur. Secundarū verò ſubſtantiarū ſpēs quidē de indiuiduo prædicatur: genus aūt & de ſpecie p̄dicat̃, & de indiuiduo. Simil'r aūt & dr̄ię, & de ſpeciebus & de indiuiduis p̄dicant̃. Iam verò & rationē primæ ſubſtātiæ ſpecierū generūq; ſuſcipiūt, & ſpecies gn̄is: q̄cunq;. n. de p̄dicato dicūtur, eadē & de ſubiecto dicēt̃. Simil'r autē rōnē differentiarū ſuſcipiūt ſpecies & indiuidua. Vniuoca autē ſunt quorū & nomen commune eſt & ratio eadem: quare omnia quæ à ſubſtantiis differentiiſq́; ſunt, vniuocè prædicantur.

Tex. vij. Omnis aūt ſubſtātia hoc aliq̄d ſignificare videtur. In primis igitur ſubſtātiis indubitabile id verūq; eſt, hoc aliq̄d ipſas ſignificare. Indiuiduū enim vnūq; numero eſt, quod ſignificatur. In ſecundis verò ſubſtātiis, ſimiliter quidē propter appellationis figurā hoc aliq̄d ſignificare videt̃, cū q̄s aut hoīem aut animal dixerit: non tn̄ eſt verū, ſed q̄le q̄d poti⁹ ſignificat: nō eſt. n. vnum ipſum ſubiectū, vt ipſa ſubſtātia prima: ſed de pluribus ipſe hō & aīal dicit̃, verū nō q̄le quid abſolutè ſignificat, perinde ac album: nihil. n. aliud albū q̄ quale ſignificat. At ſpecies & genus circa ſubſtantiā quale ipſum definiunt: qualē. n. quādā ſubſtātiā ſanè ſignificāt. Gn̄e tn̄ amplior definitio q̄ ſpecie fieri ſolet, qui nanque animal dicit, is plura cōplectitur q̄ is quis hominē dicit.

Tex. viij. Competit p̄tereà ſubſtātiis, & nihil ipſis cōtrariū eſſe. Primæ nanq; ſubſtātiæ, vt alicui homini, aut alicui animali q̄dnā cōtrariū fuerit? nihil. n. prorſus his aduerſatur. At neque ipſi homini vel animali cōtrariū q̄cq̄ eſſe videt̃. Non tn̄ hoc ſubſtātiæ propriū eſt: & aliis. n. cōpetit, vt quātitati: bicubito. n. aut tricubito nihil contrariū eſſe videtur: neque ipſis decē, neq; taliū cuiq̄ quicq̄ aduerſatur. Niſi quiſpiā multum pauco, aut magnum paruo dixerit eſſe contrarium: attamen nihil eorum quæ definitæ ſunt quantitatis, cuiquam prorſus aduerſari videtur.

Tex. ix. At verò ſubſtātia nō ſuſcipe grad⁹ vr̄, vt ſit magis minúſue talis. Atq; nō dico ſubſtantiā ſubſtātia nō magis ſubſtātiā eē: hoc. n. iā diximus ita eſſe: ſed quāq; ſubſtantiā idipſum quod eſt,



eſt, non dici magis ac minùs eſſe: veluti ſi ſubſtātia eadem homo ſit, non eſt magis ac minùs, aut ſeipſo, aut alio, homo: non enim alius alio magis homo eſt: perinde atque album aliud alio magis ac minùs eſt album: corpus enim album magis albū nunc quàm priùs: & calidū magis nunc calidū ac minùs dicitur eſſe: ſubſtantia verò non magis dicitur, nec minùs: neq; homo magis nūc homo quàm priùs dicitur eſſe, neque cęterorum quicquā omninò q̄ ſubſtantię ſubeunt rationē: quare patet, ſubſtātiam gradus ſuſcipere nō poſſe, vt magis ſit vnquā id quod eſt, atque minùs.

Tex. 10. ¶ Maximè verò ſubſtantiæ propriū hoc eſſe videtur, idem inquā vnumq́ue numero permanens, contrariorū eſſe ſuſceptiuū: quale nihil in iis quę ſubſtātiæ non ſubeunt rationē proferre poſsis, quod vnum numero cùm ſit, recipere in ſe ſimul contraria poſsit: vt color vnus idemq́; numero, albus idem ac niger: negotiúmue idem nmmero, bonū malūq; vt dicatur: ac in cæteris ſimiliter, quæcūq; ſubſtātia non ſunt. Subſtātia autem vna eadēq; numero contrariorum eſt ſuſceptiua, veluti quidā homo vnus ac idem interdùm fit albus, interdum niger, & calidus atq; frigidus, & vitioſus ac ſtudioſus. Ad alia verò nulla idipſum accōmodari videt̃ niſi fortaſſè quiſpiā inſtaret, orationē opinionēq; dicēs contrariorū eſſe ſuſceptiuas. Eadem enim oratio falſa veraq́; eſſe videtur: nam ſi vera eſt hæc oratio, quempiā inquam ſedere, ſi ille ſurgat eadē hæc oratio falſa erit. Idem & in opinione fieri videtur. Nam ſi quiſpiam opinatur quempiam ſedere, ſi ſurgat ille, falſò nimirū opinabitur, qui de illo eandē habet opinionē. Enimuerò ſi quiſpiam & his illud accommodatū duxerit eſſe, in modo tamen habebit vtiq; differētiā: ſubſtātiæ enim ipſę ſuî mutatione cōtrariorū ſunt ſuſceptrices: ſi fit em̄ ex calido quippiā frigidū, mutat̃ ſanè, alterat̃ em̄ vt patet: & ſimiliter ſi nigrū ex albo fit, & ſtudioſū è vitioſo, & ī cęteris ſimili modo, vr ūquidq; mutationē ſuſcipiēs, cōtrariorū eſt ſuſceptiuum. In oratione verò atq; opinione non ita fit, ſed ipſæ quidē immobiles penit⁹ manēt: ſi res aūt moueatur, ibi tū euadūt circa eas cōtraria: oratio nanq; eadē manet, quēpiā inquā ſedere: re aūt mota, interdū vera, interdū falſa fit. Eadē circa opinionē etiā fiunt. Quare ſaltē hoc quidē modo ſubſtātię propriū erit, ipſam ſuî mutatione ſuſceptricē cōtrariorū eſſe. Quòd ſi quiſpiā & hoc acceptet, opinionē vt putet, orationémue ſuſceptiuas cōtrariorum eſſe, ſciat idipſum verū non eſſe. Oratio nāq; opinioue, non q̄a ſuſcipiūt aliq̄d, ideo ſuſceptiua cōtrariorū eſſe dicunt̃: ſed q̄a circa quippiā aliud accidit aliquid. Ex eo nāq; vera vel falſa oratio ac opinio dicit̃ eſſe, quia res ipſa eſt, aut nō eſt: non q̄a ipſę contrariorū ſunt ſuſceptiuę. Simpliciter enim à nulla re prorſùs aut oratio aut opinio mouetur, quare nō erunt ſuſceptiuę profectò cōtrariorū ſi paſſio in ipſis nulla efficiat̃. At ſubſtātia hoc ſuſceptiua cōtrariorū dicitur eſſe, quòd contraria ſuſcipiat ipſa. Morbum enim & ſanitatē, nigredinem atq; albedinē ſuſcipit: atq; vnumquodq; talium ipſa ſuſcipiens, ſuſceptrix contrariorum dicitur eſſe. Quare ſubſtātiæ proprium erit, ipſam vnum idemq; numero permanentem, mutatione ſuî ſuſceptricem eſſe contrariorum. Sed de ſubſtantia quidem hactenùs.

DIuiſione pręducamētorum pręmiſſa ad ſingulorum Ariſt. enarrationem deſcēdit. Nec adeo cognitu arduum eſt cur a ſubſtantia inchoauerit. Eſt enim ſubſtātia fundamentū vnde reliqua pręducamēta pendent, & cuius attributiōe diſtinguūt̃ & cognoſcunt̃. Atq; adeo ſubſtantia (vt. 7. Met. tex. 4. habet̃) eſt oīm rerū prima, ratione, cognitione, & tp̄e. Atqui cap. hoc. 5. in duo ſecatur principalia mēbra. In primo cōſtituit Ariſ. ſubiectū & pręducata in recta linea huius pręducamēti: & in altero exponit eius proprietates. In primo membro ſunt textus quatuor. Inſinuat enim primo diuiſionē ſubſtātię in primā & ſecundā: & vtrāq; definit. Mox comparat ſecūdas ſubſtātias ad pręducata aliorū p̄dicamentorū, & primā ſubſtantiā ad oīa pręducamenta. Deinde cōparat, & inter ſe ſecūdas ſubſtantias, & inter ſe primas. Poſtremo reddit rationem nominum illorum, ſecunda ſubſtantia, & prima ſubſtātia, q̄ in. 1. tex. fuerāt definita. In ſecūdo membro iuxta ſex ꝓprietates ſubſtātię ſex diſtinguuntur tex. Atq; adeo totū caput diſtribuitur in decē text.

¶ Ad intelligentiā definitionis primę ſubſtātię conſiderandū eſt, non eſſe duas definitiones vt aliqui putant, ſed vnam ſicuti admonet Albertus: vt definitū ſit totū illud, ſubſtantia q̄ proprie, in primiſq;, & maxime dicit̃, & reliquū ſit definitio Proprię, Ad differentiā accidentiū: nā ſm̄ Ariſ. 5. Met. tex. 15. ſubſtātia tertio mō accipit̃ ꝓ eſſentia cuiuſcūq; ſignificata per definitionem, & ſic eſſentia accidētis quodāmō dicit̃ ſubſtātia. At q̄ ſubſtātia, vt nomē ſonat, dicit̃ a ſubſtādo: q̄ vz ſubſtat aliis in eſſendo, & proinde in pręducādo: & accidētia non ſubſtant aliis accidētibus, niſi quatenus ipſa ſuſtentantur in ſubſtantia, ideo primū pręducamentū proprie dicit̃ ſubſtātia. ¶ In primis. i. principalit̃. Ad dr̄iam ſecūdarū ſubſtātiarū: nam ſecūdę ſubſtātię ſubſtant quidē accidentibus, ſ; tn̄ rōne primę ſubſtantię: hō em̄ aut animal, in cōmuni, nō eſt albū niſi q̄ Petr⁹ eſt albus: ſuppoſitū nāq; eſt primū ſubiectū accidentiū: atq; adeo inde dicitur ſuppoſitū. ¶ Maxime. i. q̄ plurimis ſubſtat: nā accidēs, vt quantitas, ſubſtat aliis accidētib⁹: ſecūdę vero ſubſtātię ſubſtāt plurib⁹: nā ſubſtāt etiā quātitati: ſed prima ſubſtātia ſubſtat plurimis, q̄n etiā vniuerſis: nā ſubſtat & ſecūdis ſubſtātiis. Hęc ergo ſubſtātia, quā ꝓprie & maxime vocant ſubſtantiā (ait Ariſt.) eſt q̄ neq; de ſubiecto dicitur, neq; in ſubiecto eſt. Et hęc eſt definitio. Cuius prima particula ſeparat primā ſubſtantiā a ſecūdis: ſecunda vero ſecernit eā ab indiuiduis accidentiū. Unde prima particula, vt notauim⁹. c. 2. accipit̃ ſcdę intētionalit̃, & ſcda primę intētionaliter. Nā per primā diſtinguit̃ inter ſcdam intētionē primę ſubſtantię, q̄ eſt ſubiici: & ſecundā intētionē ſcdę ſubſtantię,

Proprie. In primis. Maxime. Prima ſubſtantia.

que eſt predicari: ⁊ per ſecundam diſtinguitur inter naturam ſubſtātie, q̄ eſt per ſe eſſe, ⁊ naturā accidentis, q̄ eſt ineſſe. ¶ Nō ſi quis arguat cōtra definitionē, ꝙ conueniat partibus ſubſtātie: nā, hec manus nec de ſubiecto dr̄ (cū ſit ſingularis) nec in ſubiecto eſt cū nō ſit accidēs. Rn̄detur, ꝙ in definitione, cum dat negatiue, debet ſubintelligi genus: vt ſit ſenſus, Prima ſubſtātia eſt ſubſtātia q̄ nec de ſubiecto dicitur ⁊c. ⁊ accipit ſubſtantia pro eo qđ ponit in recta linea quo partes ſubſtātie non ſunt ſubſtantia. ¶ Simili proportione intelligitur definitio ſecunde ſubſtantie: niſi ꝙ litera eſt ſubobſcura.

Secunda ſubſtantia.

Sꝫ notato, ꝙ licet ſecūde ſubſtātie ſint in primis ad modū, quo forma vniuerſalis eſt in particulari: qꝛ formaliter predicant de illis, nihilo minus etiā prime ſubſtātie ſūt in ſecundis ad modū quo pars eſt in toto: nā vt. c. de ſpē expoſuimus, ſuperiꝰ eſt quodā totū reſpectu inferioris, qđ ꝯtinet in ſuperiori. Itē notato ly, in primis, accipi aduerbialiter ꝓ eo qđ eſt, principalr̄. Eſt ergo ſenſus. Secūde ſubſtātie dicūtur ſpecies he. i. ſpecies ille, in quibus, quas principaliter ſubſtātias appellabamꝰ, inſunt. i. ſub quibus prime ſubſtantie continētur. Species (inquit) he, ⁊ harū ſpecierū genera: ſicut enim hō ſingularis eſt in ſpecie, ita ſpēs eſt in genere. Quare vero dicantur ſecunde ſubſtantie, explicabitur in. 1. queſtione. Text. 2. ¶ In ſecūdo textu qui incipit, Manifeſtū eſt ⁊c. explicans latius Ariſt. rationē prime ſubſtantie cōparat primo ſcđas ſubſtantias ad vniuerſalia accidentiū, ⁊ ſcđo primā ſubſtantiā ad vniuerſas res omniū predicamentoꝝ. Dr̄ia ergo eſt inter vniuerſalia ſubſtantie ⁊ vniuerſalia accidētiū, ꝙ vniuerſalia ſubſtātie predicant de ſuis inferioribꝰ noīe ⁊ ratione: accidētia v̄o de ſubſtātia, q̄dam nec noīe predicant nec ratione: ⁊ quedam p̄dicant noīe, ſꝫ nō rōne.

Predicari nomi. ⁊ ratione.

Ubi notandū, ꝙ aliqđ p̄dicari de alio ſcđm nomē, eſt ꝙ nomē p̄dicati ſit nomen ſubiecti: ⁊ predicari ſm̄ rationē, eſt ꝙ definitio predicati ſit definitio ſubiecti. Accipitur enim ratio pro definitione, vt patet in exemplo Ariſtotelis. Species ergo ⁊ genus, predicant de Petro ſm̄ nomen ⁊ ſm̄ rationē: qꝛ Petrꝰ eſt hō, qđ eſt nomē ſpēi: ⁊ eſt aīal rōnale, q̄ eſt eius definitio. Et pariter eſt animal, qđ eſt nomē generis: ⁊ eſt viuēs ſenſibile q̄ eſt eius definitio. Accidētia vero ſi accipiant in abſtracto, neutro mō predicantur de ſubſtātia: qꝛ Petrus nec eſt albedo, nec eſt color diſgregatiuus viſus. In cōcreto vero accidēs predicat ſm̄ nomen, qꝛ nomen concretū albedinis eſt nomen corporis, nam corpus eſt album: tamen definitio albi non eſt definitio corporis. Tex. 3. ¶ In tex. 3. qui incipit, Secundarū ⁊c. facit Ariſto. tres cōparationes: primā, inter ſecundas ſubſtantias: vcꝫ ꝙ ſpēs eſt magis ſubſtantia, q̄ genus. Quā duabus rōnibus demōſtrat. Prima, qꝛ cum prima ſubſtantia ſit maxime ſubſtantia, id quod propius accedit ad primā ſubſtantiam ⁊ euidentius explicat eius quidditatem eſt magis ſubſtātia, hoc autem eſt ſpecies: querenti nanqꝫ quid eſt Petrus, euidentius rn̄debitur eſſe hoīem, q̄ eſſe animal: nā aīal, nō explicat totā eſſentiā Petri, ſicut hō. Secūdo, qꝛ prima ſubſtātia ideo eſt maxime ſubſtantia, qꝛ pluribꝰ ſubſtat, ſed poſt primā ſubſtantiā pluribus ſubſtat ſpecies, q̄ genus (nā ſpēs ſubſtat etiā generibus ipſis) ergo ſpecies eſt magis ſubſtantia. Eadem rōne genꝰ quāto inferius, tanto eſt magis ſubſtātia. ¶ Scđa comparatio eſt inter ſpēs ſpecialiſſimas ſub eodē gn̄e. Ait eñ nullā huius ſpērū eſſe magis ſubſtātiam alia, vt hō non eſt magis ſubſtātia q̄ equus. ¶ Atqꝫ adeo tertia cōparatio eſt inter primas ſubſtātias: inter quas eadem rōne nulla eſt magis ſubſtātia q̄ꝫ alia, vt hic hō, hic equus, hic lapis, equaliter ſunt prime ſubſtātie. Tex. 4. ¶ In. 4. ⁊ poſtremo tex. huius membri qui incipit, Merito ⁊c. Philoſophꝰ reddit rōnem quare ſcđe ſubſtātie dicant ſubſtātie: nam cū ſubſtantia dicatur a ſubſtādo, ⁊ ſcđe ſubſtantie non ſubſtent. i. non ſint prima ſubiecta, ſed predicata que ſe habēt vt forma reſpectu ſubiecti, potius deberent dici qualitates ſubſtantie. Rn̄det ergo, ꝙ recte dicūtur ſubſtātie: qđ probat duabꝰ rationibus ſumptis ex duabus acceptionibus ſubſtātie: nā ſubſtantia vt dictū eſt, accipit primo mō ſm̄ Ariſto. pro quidditate ſubſtantie, ⁊ ſcđo modo pro eo qđ ſubſtat tanquā ſubiectū alioꝝ. ¶ Prima rō procedit primo modo. Probatur eñ ſcđas ſubſtātias recte appellari ſubſtātias: qꝛ ꝑ eas reſpondet ad queſtionē qđ eſt prima ſubſtātia: licet per ſpeciem ꝓprius rn̄deat q̄ per genus: qꝛ ſpēs explicat vltimā drīam, atqꝫ adeo totā eſſentiā rei: querēti eñ quid eſt Petrus, rn̄detur ꝓprie ꝙ eſt hō, ⁊ cōfuſe ꝙ eſt aīal. Accidētia vero nō ſunt ſubſtantie: qꝛ nō explicāt quidditatē ſubſtantie. ¶ Scđa ratio ꝓcedit ex ſcđa acceptione ſubſtātie. Prime ſubſtātie eo dicunt prime, qꝛ ſubſtant vniuerſaliter oībus predicatis, ſed gn̄a ⁊ ſpēs poſt primas ſubſtātias ſubſtant etiā cūctis accidētibus: ergo merito dicuntur ſcđe ſubſtātie. Et ponit exemplum de accidenti ſpirituali, puta Grāmatica: ad denotandū ꝙ nō ſolū ſubſtāt accidentibꝰ corporalibꝰ q̄ inſunt mediāte quātitate, ſed oībus ſimpliciter. Atqui notandū ꝙ cū ait, ſi quidā hō eſt Grāmaticus, hō eſt Grāmaticus, non ſolū eſt ſermo cōditionalis, ſed cauſalis. Etenim accidēs priꝰ natura recipit in indiuiduo qđ eſt t̄mīus generationis, ⁊ propterea ineſt ſpeciei: hō nanqꝫ in cōi de ſe nō dicit, ꝙ ſit albus nec niger, ſed quia Petrus eſt albus, homo eſt albus.

## ¶ Textus quintus qui incipit,

Prima ꝓprietas.

Cōmune autē. initiū eſt ſcđi mēbri huius capitis, in quo ſex aſſignātur ſubſtātie ꝓprietates: cū. n. gn̄aliſſima predicamentoꝝ definiri nequeāt, cuiuſqꝫ proprietates Ariſto. enarrādo, eoꝝ deſcribit naturam. Quarū prima eſt, cōe eſſe oī ſubſtātie in ſubiecto nō eſſe. Hanc ⁊ ſequētes ꝓprietates Moīales t̄mīs accōmodāt, vt ſenſus ſit, ꝙ t̄mī ſignificātes ſubſtantiā abſolute nō inſunt ſubiecto. i. nō p̄dicant accidētaliter: itaqꝫ ineſſe apud ipſos, accipit hic ſcđe intentionaliter.

Moīalium expoſitio.

¶ Sed quāuis ita ſit, ꝙ hmōi t̄mī nō p̄dicant accidētaliter, id nihilo minꝰ accidit t̄mīs rōne rei ſignificate: enimuero qꝛ ſubſtātia nulli realiter ineſt, fit vt nec ipſa nec nomē eius predicet accidentaliter. Uñ Ariſt. ineſſe ſubiecto, intelligit hic prime intentionalit̄, vt ex modo eſſendi, modum venemur p̄dicādi: qđ ex cōceptu litere palā fiet. ¶ Tres particulas habet hic textus. Primo probat concluſionē dicēs, ꝙ primā ſubſtātiā manifeſtū eſt nō ineſſe ſubiecto. Sꝫ de ſecūdis poſſet quis dubitare: eo ꝙ ſcđe ſubſtantie predicātur de ſubiecto. Et cū predicatum habeat ſe vt forma, ⁊ ſubiectū vt materia, fit vt ſcđe ſubſtantie appareant eſſe in ſubiecto. Que verba oſtendunt, hoc qđ eſt, eſſe in ſubiecto, accipi prime intentionaliter: eſt eñ ad ſenſum manifeſtum, ſuppoſita ſuſtantialia ꝑ ſe ſubſiſtere ⁊ nulli ineſſe, qđ non eſt tam manifeſtū de predicatis ſubſtātialibus. Si vero eſſet ſermo de t̄mīs: tam notum eſſet, ly hō, nō predicari accidētaliter q̄ꝫ, ly Petrus. Probat ergo Ariſto. ſcđas ſubſtātias nō eſſe in ſubiecto duplici rōne. Primo, qꝛ quāuis hō dicatur de ſubiecto. i. ſit predicatum eſſentiale prime ſubſtantie, nihilominus nō ineſt prime ſubſtātie tanquā ſubiecto: hō eñ non eſt in quodā hoīe. i. hō non eſt qualitas inherēs Petro, ſed dicit eſſentiā Petri. ¶ Scđo id probat, quia ea q̄ ſunt in ſubiecto (vt iam mō dictū eſt) non predicant noīe ⁊ ra



⁊ ratione: ſicut ratio ⁊ definitio albi, nō eſt definitio corporis: ſed tamen ſcđa ſubſtātia predicatur noīe ⁊ ratione de prima: nā definitio hominis eſt definitio quidditatiua Petri.

Eſſe in ſubiecto.

Et nota vim rationū iſtarū in hoc conſiſtere, ꝙ eſſe in ſubiecto ſimpliciter, eſt eſſe in aliquo tanq̄ in ſuſtentante a quo recipit eſſe: at ſecunde ſubſtātie, nō ſunt hoc modo in primis: qꝛ potius cōſtituunt eſſentiā prime ſubſtātie. Et ideo ſecunde ſubſtantie ſunt in primis, tāquam in ſubiecto predicationis, ſed nō ſunt in illis, tāquā in ſubiecto inheſionis. ¶ In ſcđa particula textus, declarat hanc nō eſſe proprietatē ſolius ſubſtātie. Enimuero differētia nō eſt in ſubiecto, quia eſt de eſſentia rei ſicuti genus. Itē quia etiā predicatur noīe ⁊ ratiōe. Ratio eñ rationalis (que eſt vti ratione) eſt etiā ratio hoīs: ꝙ ſi quis arguat differentiā nō habere definitionem (vt ſupra dictū eſt) iam primo capite reſpōſum eſt, ꝙ ratio accipitur pro definitione in his que habent definitionē: in aliis vero definitione carētibus, accipitur, ratio, pro cōceptu obiectiuo: vel pro deſcriptione que accipit loco definitionis. ¶ In tertia particula reſpondetur dubitationi: quia videtur ꝙ hec proprietas nō cōueniat oñi ſubſtātie, que dubitatio prouenit a partibus ſubſtātie. Apparēt enim materia, ⁊ forma, ⁊ caput eſſe in ſubiecto: nā partes ſunt in toto. Reſpondet Ariſt. ꝙ partes nō ſunt in toto, inherentes illi tanquā ſubiecto, ſed ſunt cōponentes totū: ⁊ per ꝯn̄s pertinent ad eſſentiam rei. Itaqꝫ vult Ariſt. cōcludere hāc proprietatē nō ſolū ſubſtantie in recta linea, ſed partibꝰ quoqꝫ tam metaphyſicis, vt differentiis, quā phyſicis, vt eſſentialibus ⁊ integralibus, cōuenire: accidētia eñ ſunt in toto, ⁊ ſupponūt totū compoſitū a quo dependent: ſed partes ſunt in toto, tanquā cōponentes totū, qđ ab illis pēdet.

Scđa proprietas.

¶ In textu ſexto qui incipit, Ineſt autem. ſubditur ſecunda proprietas ſubſtantie: videlicet quod ſubſtantie omnes vniuoce predicantur. Que quidem proprietas ⁊ rebus conuenit, ⁊ ſubinde terminis. Ponitur plurale ad deſignandum ſpecies ⁊ genera: cū eñ ait, omnes ſubſtantie, intelligit oīa predicata predicamenti ſubſtantie: nam prima ſubſtantia non poteſt eſſe predicatū. Ubi notato id qđ diximus in cap. de ſpecie, indiuiduum ſubſtātie nullatenus predicari, nec de ſeipſo: nā Petrus eſt Petrus, nō eſt ſimpliciter predicatio, ſed ſcđm quid. Probat cōcluſionem. Oīa predicata predicamēti ſubſtantie predicantur de ſuis inferioribus noīe ⁊ ratione: ergo predicātur vniuoce. Utraqꝫ premiſſa iam modo probata eſt: ⁊ conſequentia patet ex definitione vniuocoꝝ. Ait vero hanc proprietatem etiam cōuenire differētiis. Et probat, ꝙ definitio ſecundarū ſubſtantiarū ⁊ definitio differētie ſit etiā definitio ſuoꝝ inferioꝝ: per regulā antepredicamentalem, quicquid cōuenit predicato, cōuenit etiam ſubiecto eſſentialiter inferiori.

Tertia proprietas.

¶ In textu ſeptimo qui incipit, Oīs autē ſubſtātia. ⁊c. ſubiungitur tertia proprietas ſubſtātie: videlicet ꝙ oīs ſubſtātia videt hoc aliquid ſignificare: ſola tamen prima ſubſtantia ſignificat hoc aliquid: ſecūda vero ſubſtātia non ſignificat niſi quale quid. Ad cuius euidētiam id in primis ex ſuperioribus meminiſſe opus eſt, ꝙ cū in predicamētis Ariſt. ⁊ de rebus principaliter, ⁊ ſubinde de t̄mīs tractet: nūc loquitur de rebus, nūc vero de t̄mīs. Et ideo hāc proprietatē ſubſtantie explicat per ſignificationem terminoꝝ, ꝙ vcꝫ nomē ſingulare ſignificet hoc aliqđ: nomē vero vniuerſale ſubſtātie, ſignificet q̄le qđ. ¶ Ubi ꝓ interp̄tatione terminoꝝ notādū eſt, ꝙ quēadmodū, ly aliquantū, ſignificat quātitatē de formali, ⁊ ly aliquale, ſignificat q̄litatē: ita ly aliqđ, ſignificat ſubſtantiā in cōi ſiue primā ſiue ſecūdā. At vero ꝓnomē demōſtratiuū deſignat id qđ oculis obiicit, q̄lia ſunt ſuppoſita: ⁊ ideo, hoc aliqđ, tm̄ valet ſicut, ſubſtātia hec ⁊ vna numero. Sed tñ, q̄le, cū ſimpliciter profert, ſignificat de formali qualitatē, q̄ eſt res quarti p̄dicamēti: nihilo minꝰ accipitur aliq̄ñ gn̄aliter ꝓ oī illo qđ ſe habet vt forma reſpectu alteriꝰ: ⁊ qꝛ natura ſubſtātie, in cōi ſignificata, habet ſe vt forma reſpectu ſuppoſitorum: idcirco noīa vniuerſalia p̄dicamēti ſubſtātie dicūtur ſignificare q̄le qđ. i. qualitatē ſubſtantialē. Itaqꝫ, cū, qđ vel aliquid ſignificet in cōi ſubſtantiā, hoc aliquid, ſignificat ſubm̄ primū ſubſtātie, ⁊ q̄le quid, ſignificat predicatū. Quocirca Ariſt. 5. met. tex. 15. dicit, ꝙ ſubſtātia, vno mō ſignificat ſubſtātiā ſingularē: alio mō accipit vt ſignificat, quod qđ eſt. i. quidditatē. ¶ Lucida ergo eſt ꝓbatio Ariſt. ait. n. ꝙ prima ſubſtantia manifeſte ſignificat hoc aliqđ, qꝛ prima ſubſtātia eſt vnū numero indiuiduum: ſed in ſcđis ſubſtātiis noīs figura eſt in cauſa, vt videātur ſignificare hoc aliquid: nam, hō, aīal. ⁊c, cū ſignificēt rem per ſe ſubſiſtentē, ⁊ nō ſubſiſtāt niſi ſuppoſita, videtur ſignificare hoc aliquid: ſicut, Petrus, ⁊ Paulus. Sed tñ cū non ſignificēt vnū numero: ſed ſignificēt naturā eſſentialē, q̄ eſt pluribꝰ cōis, potiꝰ ſignificāt, quale qđ. ¶ Et ſubdit, non ꝙ ſignificēt q̄le ſimpliciter, ſicut albū, nā albū, ſolū q̄le ſignificat, ſed ſignificāt quale qđ. i. naturam ſubſtantialē. Nō ſi arguas, ꝙ nomē vniuerſale, hō, ſignificat etiā indiuidua ꝓ quibus ſupponit: rn̄detur, ꝙ primariū ſignificatū eſt natura in cōi: ſed materialia, ſunt indiuidua. Atqui Ariſt. tā anxie ꝓbat, ſcđas ſubſtantias non ſignificare hoc aliqđ ſed quale quid, vt opinionī Platonis cōtradicat: nā Plato vniuerſales ſubſtātias dicebat eſſe ſeparatas: aduerſus quē. 7. Meta. tex. 45. ⁊ infra, ꝓbat inde ſequi illiꝰ modi ſubſtātias debere eſſe primas ſubſtātias, puta, ſubſiſtētes: ſicut Petrus, ⁊ Paulus, qđ manifeſtat eſſe impoſſibile: nā vniuerſalis ſubſtātia, cū ſit p̄dicatū formale indiuiduoꝝ, nō pōt eſſe ꝑ ſe ſubſiſtēs, ſed debet eſſe in indiuiduis tanquā eoꝝ forma. Et in hoc ſenſu cōcludit aduerſus illū, ꝙ vniuerſalia nō ſunt ſubſtātie. i. ſubſiſtentes: ⁊ hoc eſt qđ dicit hic, ꝙ nō ſignificāt hoc aliqđ, ſed q̄le quid. ¶ Subiūgit tandē Ariſt. ꝙ gn̄e amplior eſt definitio quā ſpē, qđ eſt dicere, genꝰ ampliorē formā ſignificat. i. naturā magis vniuerſalem quā ſpēs: ⁊ ꝑ ꝯn̄s magis ſignicat q̄le quid: nā ſpēs ſolum ſignificat naturā indiuiduoꝝ, genꝰ vero naturā pluriū ſpecierū.

Quarta ꝓprietas.

¶ In textu octauo, qui incipit, Cōpetit p̄terea. ſubdit ꝓprietas quarta ſubſtantie, puta ſubſtātie nihil eſſe cōtrariū. Et primo aſſerit proprietatē: deinde ſubiūgit nō cōuenire hoc ſoli ſubſtātie: qꝛ ⁊ quātitati etiam cōpetit: ⁊ tertio ſoluit dubitatiunculā, nēpe, ꝙ non ſit certū id oī quātitati conuenire. Proprietatē hāc Ariſt. nō aliter ꝓbat quā inductiue, quippe q̄ ſupponat ⁊ ex natura ſubſtātie, ⁊ ex prima eius ꝓprietate hāc eſſe manifeſtā. Contrariā eñ ea ſunt (vt in poſtpredicamētis videbitur) que ſunt ſub eodē gn̄e, ⁊ circa idē ſubm̄ mutuo ſe expellūt, vt calidū ⁊ frigidū: ſed ſubſtātia eſt qđ oībus aliis ſubſtat, ⁊ ipſa in nullo ſubiecto recipitur: ergo ſubſtantie nihil eſt contrariū. Exēpli gr̄a. Caliditas ⁊ frigiditas ſunt contraria: quia in eodem ſubiecto altera alteri ſuccedit, vt res que modo eſt calida poſſit eſſe frigida: ſed res que modo eſt homo, non poteſt poſt modū eſſe equus: nec res que modo eſt aqua, poteſt eadē eſſe ignis: ergo ſubſtātie nihil eſt contrariū. Et preterea: Unū contrariū non pōt alterius eſſe ſubm̄: ſecundo de genera. tex. 6. caliditas eñ eſſe nō poteſt frigiditatis ſubiectū: ſed ſubſtātia omniū in vniuerſum eſt ſubiectū accidētiū: ergo nullū eſt ſibi contrariū. Unde optime ſubnotauit Ariſto. proprietatem

hanc perſpicacius lucere in primis ſubſtantiis, quã in ſecundis: euidentius enim eſt primam ſubſtantiã nulli ineſſe: ⁊ per conſequens eſſe impoſſibile, vt res que modo eſt Petrus, ſit poſtmodum Paulus aut res alia: ſed de ſpecie aut gñe nõ eſt adeo manifeſtũ, cum (vt dictũ ſit) habeãt ſe vt forme primarũ ſubſtãtiarũ. ¶Hinc ſequitur, proprietatẽ iſtã cõgruentius adaptari rebus ꝙ terminis: negat enĩ Ariſt. ſubſtantiis realem cõtrarietatẽ qualis eſt inter qualitates: tametſi ratione rerũ conueniat etiã terminis predicamenti ſubſtãtie nõ eſſe proprie cõtrarios. Subiungit ſcđo Ariſt. hãc proprietatẽ cõuenire etiã quantitati, vt linee nihil eſt contrariũ, aut ſuperficiei. Non enĩ ſunt accidentia que ſe expellãt circa idẽ ſubm̃: ⁊ eadẽ ratione bicubite quãtitati non eſt cõtraria tricubita, que ſunt ſpẽs quantitatis cõtinue: ſicut nec cõtrariantur, binarius, ⁊ ternarius: q͛ ſunt ſpecies quantitatis diſcrete. ¶Addit tertio Ariſto. ꝙ forſan qs dubitabit, multa cõtrariari paucis, que ſunt ſpecies quantitatis diſcrete: ⁊ magnũ paruo, que ſunt ſpecies quãtitatis cõtinue. Videtur enim ex natura ſignificationis habere oppoſitionẽ, ſicut albũ nigro: ⁊ reſpõdet, ꝙ quicquid de iſtis ſit, tñ quantitates ille que ſunt certe ⁊ determinate, vt binarius, ternarius, bipedale, tripedale, nõ cõtrariantur. Magnũ ⁊ paruũ dicunt̃ quãtitates indeterminate, q͛ in quacunq; quantitate reperiuntur: nã ⁊ inter elephãtes reſpectiue eſt aliqs paruus: ⁊ inter formicas eſt aliqua magna. ¶In textu nono qui incipit, At vero ſubſtãtia. ſequit̃ ꝓprietas quinta ſubſtantie, nẽpe ꝙ ſubſtãtia nõ ſuſcipit magis ⁊ minus. Vbi primo Ariſto. exponit ſenſum proprietatis: ⁊ deinde inductiue indicat eã. Duplex enĩ eſt ſenſus ꝓprietatis huius, ſcđm qđ ſubſtãtia, aut accipitur ſecũde intentionaliter, pro re ipſa in quantũ ſubſtat ſecunde intẽtioni, aut acipitur prime intẽtionaliter pro re ſcđm ſuum eſſe abſolutũ. Nã primo modo ſupra dixerat Ariſto. ſubſtantiã recipere magis ⁊ minus: q͛ prima ſubſtãtia eſt magis ſubſtantia ꝙ ſcđa: eo ꝙ principaliter ⁊ maxime ſubſtat, ⁊ inter ſcđas ſubſtantias ſpecies eſt magis ſubſtãtia ꝙ genus. Vnde proprietas hec quinta ſolũ cõuenit ſubſtãtie ſcđo modo: hõ enim in quantũ homo, nõ ſuſcipit magis ⁊ minꝰ, nec aĩal in quantũ aĩal. ¶Atqui Noĩales proprietatẽ hãc ſolũ intelligunt ſcđe intẽtionaliter, in hoc ſenſu, ꝙ termini predicamẽti ſubſtãtie nõ predicãtur cum his aduerbiis magis ⁊ minus: q͛ vnus nõ eſt magis homo aut magis aĩal ꝙ alius. Attamẽ quãuis ita ſit ꝙ proprietas hec cõueniat terminis, nihilo minus tñ principaliter cõuenit rebus: terminis vero tãquã ſignis rerũ. Enimuero ſicut eo ꝙ albedo eſt intẽſibilis, ⁊ remiſſibilis, ly albũ, predicatur ſcđm magis ⁊ minus: ita eo ꝙ ſubſtãtia nõ eſt intẽſibilis, aut remiſſibilis, termini predicamẽti ſubſtãtie nõ predicãtur ſcđm magis ⁊ minus. ¶Nec iſtam proprietatem ſolicitus eſt Ariſto. aliter quã inductiue cõfirmare: q͛ ex prima ⁊ quarta ſit manifeſta. Ad cuius intelligentiam adnotandũ eſt, ꝙ rerũ omniũ eſſentie, ſiue ſubſtantia ſit ſiue accidẽs, cõſiſtunt in indiuiſibili, nec additionem recipiẽtes nec diminutionẽ. Enimuero, quemadmodũ nullus eſt magis homo quã alius, aut magis aĩal: ita neq; vna quãtitas eſt magis quantitas quã alia, neq; vna albedo magis albedo, neq; vna relatio magis relatio quam alia. Et hoc eſt vnũ eorũ in quibus ſpecies ſunt ſicut numeri, vt docet Ariſto. 8. Meta. tex. 10. ſicut enim numero additio fieri non poteſt, quin mutetur ſpecies: ita neq; rerum eſſentiis. Hinc fit vt intentio aut remiſſio ſolũ conueniat accidẽti in ordine ad ſubiectũ: quia videlicet perfectius eſſe habet in ſubiecto magis actuãdo ſubiectũ, aut minus

Quinta ꝓprietas.

perfectũ minus actuando. Cum ergo ſubſtãtia nulli inſit, non poteſt habere aliud, aut aliud eſſe in ſubiecto: ⁊ ideo ſuapte natura non ſuſcipit magis ⁊ minꝰ. Illi vero qui tenẽt intenſionem fieri per additionẽ gradus ad gradum: ⁊ per conſequens quod albedo etiam extra ſubiectum poteſt eſſe magis aut minus intenſa: non poſſunt tam euidentem adducere rationem huius proprietatis: nam ſi albedini ſeparate poteſt fieri additio, non poteſt euidenter reſponderi cur ſubſtantie non fiat. Nihilo minus reſpondebunt hanc eſſe naturam ſubſtantie ⁊ illam naturam accidentis. ¶Sequitur etiam hec proprietas ex quarta: quia accidentia corporalia per maiorem aut minorem admixtionem contrarii ſunt minus aut magis intenſa, vt calor, albedo, ⁊ alia. Corporalia inquam, que pertinent ad qualitates primas: nã lumen, quia non habet contrarium ſine mixtione, eſt magis aut minus intenſum. Cum ergo ſubſtantia non habeat contrarium, non eſt intenſibilis aut remiſſibilis. ¶In. 10. ⁊ poſtremo textu qui incipit. Maxime vero ſubſtantie. ⁊c. tandem cõcluditur vltima proprietas que maxime conuenit ſubſtantie, videlicet ꝙ vna ⁊ eadem numero ſubſtantia ſit ſuſceptiua contrariorum. Et habet hic textus particulas tres. In prima probatur excluſiua, videlicet, tantum ſubſtantie conuenit. ⁊c. Et primo probatur ex exponentibus, negatiua ſcilicet ꝙ nulli rei alius predicamenti quam ſubſtantie conuenit ſuſcipere contraria: idem enim color numero non ſuſcipit cõtraria. Addit, idem numero, quia in genere aliquis color eſt albus, ⁊ aliquis niger. Deinde probat affirmatiuam: quia vnus ⁊ idem homo ſucceſſiue modo eſt albus, poſtea niger. Et proprietas hec ſequitur ex tertia: ex hoc enim ꝙ ſubſtãtia ſignificat hoc aliquid, ſequitur ꝙ eſt primum ſubiectum omnium in vniuerſum accidentium: ⁊ per conſequens contrariorum ſucceſſiue. ¶In ſecunda particula arguit, ꝙ non ſit hoc proprium ſubſtantie: nempe ꝙ non cõueniat ſoli: nam, oratio, ⁊ opinio, recipit contraria ⁊ non eſt ſubſtantia. Oratio eſt propoſitio apprehenſiua ſignificans verum vel falſum: in quo autem ſit predicamento, cap. ſequenti videbitur. Opinio vero eſt propoſitio iudicatiua que pertinet ad predicamentum qualitatis, ⁊ vtraq; recipit verum vel falſum: vt ſi quis a lõge videat hominem ſedentem, quẽ iudicat ſedere: ⁊ ipſo ſurgente ſemper iudicet ſedere: oratio ⁊ opinio mutatur de vera in falſam. In tertia particula reſpondet dupliciter. Primo ꝙ licet concederetur orationem ⁊ opinionem recipere contrariam, nihilo minus non recipiunt contraria per ſui mutationem, ſed per mutationem rerum: mutatur enim oratio de vera in falſam: nõ quia ipſa aliquid perdat aut acquirat, ſed quia res ſignificata mutatur, puta, quia homo qui ſedebat ſurgit. Subſtantia vero recipit contraria per ſui mutationem: ⁊ ideo quamuis ſimpliciter ſuſcipere contraria non eſſet proprium ſubſtantie: tamen modus ſuſcipiendi, ſcilicet, per ſui mutationem, eſſet illi proprium. Secundo ad rem proprius reſpondet negando ſimpliciter, ꝙ oratio aut opinio ſuſcipiat contraria. Et ſolutio ſtat in hoc, quod oratio realiter non recipit contrarium, id eſt, contrarias qualitates: ſed ſolum denominationes contrarias: nam oratio propterea ꝙ nunc denominetur vera ⁊ poſtea falſa, nihil acquirit aut perdit: ſed res eſt que mutatur: ſicut ſi ego ſim nunc Petro dexter, ⁊ me immoto ipſe mutetur ad dexteram meam, ero illi ſiniſter ſine aliqua mutatione mea: atq; hac ratione pretendit Ariſtot. hanc proprietatem conuenire ſubſtantie tanquam proprium quarto modo.

Sexta ꝓprietas.

Queſtio



## Quæſtio prima.

## Vtrùm prima pars textus ſit vera.

A Parte negatiua arguit, Primo. Nulla eſt ſubſtantia que diuiditur in primã ⁊ ſecundã: ergo diuiſio illa ſupponit falſum. Probatur añs. Aut diuiditur hic ſubſtãtia, vt generaliſſimũ primi predicamẽti, ⁊ hoc nõ: q͛ cũ generaliſſimũ ſit ſecunda ſubſtantia, diuiſum conuerteretur cũ vno mẽbro diuiſionis: aut accipitur ſubſtãtia, vt eſt cõe ad primã ⁊ ad ſecundã ſubſtantiã, ⁊ hoc nõ: quia nõ poteſt eſſe vna intẽtio cõis prime ⁊ ſecũde ſubſtãtie: intẽtio enim prime ſubſtãtie eſt eſſe ſubiectum, ⁊ intẽtio ſecũde eſt eſſe predicatum: ergo nõ poteſt aſſignari vnicũ diuiſum illius diuiſiõis. Et cõfirmatur. Aut inter primã ⁊ ſecundã ſubſtãtiam eſt diſtinctio ex natura rei ſecluſa operatione intellectus: aut eſt ſola diſtinctio rationis, per operationem intellectꝰ: ſed nulla iſtarũ: ergo nullo modo diſtinguũtur: ⁊ per ꝯñs diuiſio ſupponit falſum. Probatur minor. Si eſſet diſtinctio ex natura rei, tũc ſecũda ſubſtãtia non predicaretur formaliter de prima ſubſtãtia: ⁊ per cõſequens, nõ eſſet ſpecies neq; genus reſpectu illius, cuius oppoſitũ aſſerit Ariſt. Quod autẽ diſtinguant̃ ſola ratione, vr̃ eſſe cõtra Ariſtotelẽ qui ait, ſolã primã ſubſtantiã eſſe principaliter ⁊ ſimpliciter ſubſtãtiã: ſecundã vero non eſſe ſubſtantiã, niſi cũ addito. Itẽ primã ſubſtantiã ſignificare hoc aliquid, ⁊ ſecundã quale qđ: qđ apparet maiorẽ arguere diſtinctionẽ ꝙ rationis. ¶Secũdo arguitur cõtra diſtinctionẽ prime ſubſtãtie. Aut definitur illic res aliqua ſingularis, ⁊ hoc nõ: quia (vt ex ſentẽtia Platonis, inquit Porphy. c. de ſpẽ) de ſingularibus non eſt ſcientia: ⁊ per ꝯñs nec eſt definitio: quod etiã teſtatur Ariſt. 2. Poſt. tex. 22. aut definit̃ aliqđ cõe ⁊ vniuerſale, ⁊ hoc nõ: quia prima ſubſtãtia eſt qđ ſingulare diſtinctũ, cõtra vniuerſale: ergo nõ põt aſſignari adequatum definitũ definitionis prime ſubſtãtie. ¶Tertio cõtra definitionẽ ſcđe ſubſtãtie arguitur, ꝙ genera ⁊ ſpẽs nõ debeãt appellari ſecunde ſubſtãtie. Vniuerſalia ſunt priora natura ꝙ ſingularia: nã vniuerſalia ſunt perpetua: ſingularia vero ſunt corruptibilia: ⁊ ideo dicuntur magis entia ꝙ ſingularia, vt. q. 1. ſup prolog. Por. dictũ eſt: ⁊ ſunt priora cognitione intellectus, vt habet̃. 5. me. tex. 16. Ergo potiꝰ gña ⁊ ſpẽs ſunt dicenda prime ſubſtãtie: ⁊ indiuidua, ſecũde ſubſtãtie. ¶Quarto arguitur cõtra ſecundũ textũ. Accidentia predicãtur noĩe ⁊ ratione ſicut ſcđe ſubſtãtie: ergo male in hoc cõſtituitur dr̃ia inter ſcđas ſubſtãtias ⁊ accidentia. Probat̃ añs. Albũ predicat̃ de hoc albo, noĩe ⁊ ratione, ⁊ albedo de hac albedine: nã nomẽ albedinis eſt nomen huius albedinis, ⁊ definitio eius eſt definitio huius albedinis: ſicut definitio hoĩs eſt definitio Petri, ⁊ idẽ eſt de albo ⁊ hoc albo: ergo ꝙ ſi dicas accidẽtia nõ predicari de ſubſtantia noĩe ⁊ ratione, cõtra hoc arguit̃: Sicut albũ predicat̃ de corpore: ita ⁊ diſgregatiuũ viſus, ꝗ eſt definitio albi, predicatur de illo. Etenĩ, qua ratione corpꝰ eſt albũ, eſt etiã diſgregatiuũ viſus: ergo nulla eſt in hoc dr̃ia inter ſubſtantiã ⁊ accidẽs. ¶Quinto arg̃r cõtra id qđ habetur in eodẽ textu, videlicet ꝙ deſtructis primis ſubſtãtiis, deſtruũtur ſcđe ſubſtãtie. Secũde ſubſtantie (vt dicebamꝰ) ſunt perpetue veritatis: nã añ creationẽ mũdi verũ erat dicere, hõ eſt aĩal rationale: ergo deſtructis oĩbus particularibꝰ hominibꝰ, adhuc manẽt vniuerſalia. ¶Et cõfir. ex Porphy. cap. 6. vbi per contrarium extremũ dicit, ꝙ deſtructis ſingulis aĩalibꝰ, remanet rõ aĩalis: ſed tñ deſtructo aĩali, nec remanet hõ nec aliqđ ſingulare: ⁊ hec eſt regula dialecticorũ, ꝙ a negatione inferioris ad negationẽ ſuperioris, non valet ꝯña, ſed cõtrario. ¶Sexto contra textũ tertiũ arg̃r authoritate Ariſt. qui. 8. me. tex. 2. ait, ꝙ genus eſt magis ſubſtãtia ꝙ ſpẽs, ⁊ ſpẽs ꝙ ſingularia: cui vr̃ repugnare textus iſte vbi ait, ꝙ ſpẽs eſt magis ſubſtãtia quã genꝰ. ¶Septimo arg̃r cõtra quartũ textum vbi ait, ſola gña ⁊ ſpẽs predicamenti ſubſtãtie cenſendas eſſe ſubſtãtias. Subſtãtia (vt habet̃. 5. met. tex. 15.) vno mõ accipit̃ pro eſſentia ⁊ quidditate rei: alio mõ pro hypoſtaſi ſubſiſtẽti: ⁊ in vtraq; acceptione accidẽtia ſuo mõ ſunt ſubſtãtie: ergo nõ ſola vniuerſalia primi predicamenti ſunt appellanda ſubſtãtie. Probat̃ minor. Accidentia habẽt etiã ſuo mõ eſſentias ⁊ qđditates: vt habet̃. 7. meta. text. 15. ⁊ quãtitas in ſacro altaris ſuſtinet oĩa accidentia ad modũ ſubſtantie: ergo etiã ſuo mõ accidẽtia ſunt ſubſtãtie. ¶Et confir. Saltẽ dr̃ie, vt rõnale, qđ eſt de eſſentia ſubſtãtie, debẽt cẽſeri ſubſtãtia quemadmodũ genꝰ. ¶Octauo principaliter arg̃r aduerſus diuiſionẽ ſubſtantie: Deus eſt ſubſtãtia, ⁊ tñ in Deo nõ eſt diſtinguere ſecũdam ⁊ primã ſubſtantiam: alias illic eſſet ſpecies cõpoſita ex genere ⁊ differẽtia, qđ repugnat ſimplicitati Dei: ergo diuiſio eſt inſufficiens. ¶Et cõfirmatur. Chriſtus in quantũ hõ, ponitur in predicamẽto ſubſtãtie, poſtꝙ eſt verus hõ ⁊ propriſſime hõ vniuoce nobiſcũ: ⁊ tñ Chriſtus nec eſt ſecũda ſubſtantia neq; prima: ergo diuiſio ſupponit falſum. Prima pars minoris nota eſt: quandoquidem Chriſtus eſt indiuiduũ: ⁊ ſcđa probat̃: Prima ſubſtãtia (vt ait Ariſtoteles) eſt in ſcđa, ſicut pars quidditatiue inferior in toto vniuerſali: ſed Chriſtus nõ eſt res quidditatiue inferior ad hominẽ: q͛ humanitas non eſt de eſſentia ⁊ quidditate Chriſti: ergo Chriſtus non eſt prima ſubſtantia. ¶In contrarium eſt authoritas Ariſtotelis.

¶Ad quæſtionem reſpondetur affirmatiue. In priori articulo reſpõdetur ad ſeptẽ priora argumenta, ⁊ in altero ad octauũ. Vnde circa primum argumentum ſupponẽda primũ eſt differẽtia inter Nominales atq; Reales. Nominales enĩ caput hoc totũ ſicuti ſequẽtia, de terminis tantũmodo interpretantur: quippe quos ſolos ponunt in predicamento. Aiunt ergo hoc nomẽ, ſubſtãtia, bifariã accipi: videlicet, prime ⁊ ſecunde intentionaliter. Prime intẽtionaliter ſignificat res per ſe ſubſiſtentes: puta, hominẽ, lapidẽ, ⁊c. Secunde intentionaliter accipitur pro terminis abſolute ſignificantibus ſubſtantiam, vt ſunt iſti termini, homo, lapis. Et hoc ſecundo modo accipiũt in preſentia, hoc nomen, ſubſtãtia. Atq; adeo ſic interpretantur diuiſionẽ hanc, ſubſtantiarũ. i. terminorũ abſolute ſignificantiũ ſubſtantiã, alia eſt prima ſubſtantia, ⁊ alia eſt ſecunda. i. alius eſt terminus ſingulariter ſignificans ſubſtantiã, vt ly Petrus: aliuſq; ſignificans cõiter ſubſtantiã, vt ly homo, ly aĩal. An vero conueniat expoſitio, vt termini ſignificãtes ſubſtantiã appellẽtur ſubſtãtie, ipſi ſint iudices. Re vera Ariſto. qñ dicebat, primã ſubſtantiã principaliter ⁊ maxime ſubſtare, non (vt exiſtimo) loquebatur de hoc termino, Petrus: ſed de re, vt exẽplis manifeſtat, dum ait, vt quidã hõ, quidã equus: nõ enĩ accipiũtur hec nomina materialiter, ſed perſonaliter, ac ſi dixiſſet, quidã deſignatus homo, vt puta, Petrus. Quod ſi prima ſubſtãtia accipitur pro re, pariter accipitur ſecunda, vbi id preterea animaduertendum eſt, quod apud Ariſto. quidam homo, quidam equus, ſunt ſingularia vaga.

Nominaliũ opinio.

¶Igitur

Subſtãtia.

¶Igitur ex mente Ariſto. hoc nomẽ, ſubſtãtia, nullatenus accipitur pro termino: ſed pro re quę per ſe ſtat. Accipitur tamen ſubſtantia tripliciter. Primo modo pro generaliſſimo ſubſtãtię: ⁊ ſecundo modo vt diſtinguitur cõtra accidẽs: videlicet vt includit partes ſubſtãtię, vt autor eſt Ariſt. 5. meta. tex. 15. Enimuero cũ ſubſtãtia ⁊ accidẽs diſtinguãtur per oppoſita. i. eſſe per ſe, ⁊ nõ eſſe per ſe, nõ eſt dare mediũ: ſed quicquid nõ eſt accidẽs, eſt ſubſtantia. Tertio modo accipitur pro eo quod eſt in recta linea primi prędicamenti: vt videlicet excludit differentias ⁊ partes ſubſtãtię, ⁊ comprehẽdit omne illud de quo directe prędicatur generaliſſimũ, ſiue ſit genus, ſiue ſpẽs, ſiue indiuiduũ. Primo modo nõ poteſt ſubſtãtia diuidi in primã ⁊ ſecundã, vt probat argumentũ: nec ſecundo modo, qꝛ illo modo noĩe ſubſtãtię includũtur etiã partes: ⁊ tamen partes ſubſtãtię nec ſunt genera, nec ſpecies ſubſtãtię, cũ nõ ſint in linea recta. Si enim pars animalis eſſet ſubſtãtia, eadẽ ratione eſſet ſubſiſtens, ⁊ eſſet aĩal, quę directe ponuntur ſub ſubſtãtia, quod eſt falſum: qꝛ materia, aut caput, non eſt aĩal. Subſtãtia ergo tertio modo diuiditur in primã ⁊ ſecundã. Eſt eñ in memoriã reuocãdum, Ariſtotelẽ tractare hic de rebus quatenus prędicantur

Diuiſionis ſenſus.

mediantibus terminis. ¶Et ideo ſenſus diuiſionis eſt iſte: Id quod eſt in recta linea primi prędicamẽti, aut eſt prima, aut ſecũda ſubſtãtia. i. aut eſt primũ ſubiectũ, aut eſt prędicatũ. Etenim quod in ſecundo capite dixerat, eorũ quę ſunt, alia neq; de ſubiecto dicũtur neq; in ſubiecto ſunt, alia de ſubiecto dicuntur ⁊ in nullo ſubiecto ſunt: hic dicit, ſubſtantiarum alia prima, alia ſecunda. Unde ad formã argumẽti conceditur, ꝙ iſtę duę intentiones, puta, eſſe primã, ⁊ eſſe ſecundã ſubſtantiã, quod eſt, eſſe ſubiectũ, ⁊ eſſe prędicatũ, nõ habẽt vnã intentionẽ cõmunẽ: ⁊ ideo Ariſto. non expreſſit formaliter diuiſum huius diuiſionis, ſed ſolũ expreſſit mẽbra diuidẽtia: nihilo minus

Tres diſtinctiones.

ſubintelligitur diuiſum ad ſenſum expoſitũ. ¶Circa materiã cõfirmationis admonitos eſſe oportet dialecticos ne in via S. Tho. decipiãtur. Sũt enim apud doctorẽ ſanctũ, tres diſtinctiones frequentes, quas

Eſſe ⁊ eſſentia.

falſo quis poſſet tanꝙ eandẽ cõfundere. Una eſt diſtinctio, eſſe ab eſſentia: altera, naturę a ſuppoſito: ⁊ tertia, vniuerſalis a particulari, ſeu magis vniuerſalis, a minus vniuerſali. De prima diſtinctione nihil certi apud Ariſtotelẽ habemus: ſed S. Tho. de ente ⁊ eſſentia, cap. 5. ⁊. 2. contra gentiles, cap. 52. ⁊ prima parte. q. 3. ar. 4. ⁊. alibi ſępe hãc cõſtituit differentiã inter Deũ ⁊ creaturas, ꝙ in ſolo Deo eſſe ⁊ exiſtere ſit de quidditate ⁊ eſſentia ſua: qꝛ cũ ſit prima cauſa, ſi de ſe nõ haberet eſſe, nullo modo poſſet ab alio habere: ſed tñ in creaturis eſſe nõ eſt de eſſentia: quia eſſentię ſunt perpetuę, ſed tñ eſſe recipiũt ex tẽpore a Deo, quod capite precedẽti, ⁊ ſuper prologũ Porphy. q. 1. obiter expoſuimus. Nec locus eſt hic latius id diſputãdi. Sed id ſolũ addiderim, ꝙ nõ eſt res tãti momẽti hãc diſtinctionẽ, aut cõcedere, aut nega-

Natura ⁊ ſuppoſitũ.

re: dũ modo nõ negetur differẽtia inter nos ⁊ Deũ, ꝙ eſſe ſit de eſſentia Dei ⁊ nõ ſit de eſſentia creaturę: ſicut qui negauerit ſeſſionẽ diſtingui realiter a ſedẽte, nihil magnũ negabit, dũ modo nõ cõcedat ſedere eſſe de eſſentia hoĩs: hanc enim antiqui appellabãt diſtinctionẽ ⁊ forte docte. ¶Nec de ſecunda diſtinctione muita hic expendentur, plura quã quę ſuper eundem prologũ. q. 3. adnotauimus: videlicet, ꝙ homo ⁊ humanitas cenſentur apud S. Tho. realiter diſtingui: eo ꝙ ſecluſa operatione intellectus illa eſt falſa, homo eſt humanitas, in ſenſu formali: quanuis in ſenſu identico cõcedendũ ſit, ꝙ homo eſt res quę eſt humanitas. Et ideo hanc, forſan eſt diſputare de noĩe, appellare diſtinctionẽ realẽ, aut formalem. Hic modis loquendi omĩbus antiquis philoſophis fuit ſemper receptiſſimus. Qui fundatur primo in Ariſtotele, tertio de aĩa, tex. 9. vbi ait, ꝙ aliud eſt magnitudo, ⁊ aliud magnitudinis eſſe. Et aliud eſt aqua ⁊ aliud eſt aquę eſſe. i. quidditas: ⁊. 1. de anima, tex. 64. dicit, ꝙ actiones non ſunt formarũ, ſed ſuppoſitorũ, vt aĩa nõ texit, ſed homo. Eadẽ ratione concedimus, ꝙ homo intelligit ⁊ ambulat: negamus tñ ꝙ humanitas ambulat aut diſputat. Itẽ cõcedimus, ꝙ Chriſtus aſſumpſit humanitatẽ, ⁊ negamus ꝙ aſſumpſit hominẽ. Quę loquutiones vidẽtur inſinuare aliquã diſtinctionem ex natura rei inter humanitatẽ ſignificatã in abſtracto, ⁊ hominẽ ſignificatũ in cõcreto: quę licet nõ ſit tãta quãta inter ſubſtãtiã ⁊ accidẽs, nihilo minus eſt tãta, quãta ſufficit ad negandã propoſitionẽ illã in ſenſu formali. ¶Quod ſi quis obijciat illud Ariſt. 7. Met. tex. 21. In his quę ſunt per ſe. i. in ſubſtãtijs, idẽ eſt quod quid eſt, ⁊ id cuius eſt: reſpõdetur, vt illic reſpõdet S. Tho. lect. 5. ꝙ quidditas ſignificata in abſtracto diſtinguitur a ſuppoſito: ⁊ hoc intẽdit Ariſt. loco citato. 3. de anima. quidditas vero in cõcreto non diſtinguitur ab illo: ⁊ hoc pretẽdit. 7. Meta. Quod eſt dicere, iſtę ſunt verę in ſenſu formali, homo eſt aĩal, homo eſt rationale: ſed iſtę ſunt falſę, homo eſt aĩalitas, homo eſt rationalitas. Et ratio eſt: quia homo dicit id quod habet humanitatem ⁊ oĩa accidentia: humanitas vero nõ eſt ſubiectũ accidentiũ: qꝛ non concedimus, humanitas ambulat, aut humanitas eſt alba, ſed homo. Et ideo

Humanitas non eſt ſpecies.

1. par. q. 3. arti. 3. cõcludit S. Tho. ꝙ in ſolo Deo vbi nullũ eſt accidẽs, Deus ⁊ deitas non diſtinguuntur realiter, ſed ſolũ ratione. ¶Unde. 7. Meta. infert, ꝙ neq; humanitas eſt ſpecies, ſed principium ſpeciei, nec animalitas eſt genus, ſed principiũ generis: qꝛ humanitas non eſt homo, ſed eſt id quo Petrus eſt homo. Atqui quod diximus de ente ⁊ eſſentia, dicimus de natura ⁊ ſuppoſito: videlicet, ꝙ non eſt graue peccatũ quantũ ad nomẽ, negare hanc diſtinctionem realẽ: dũ modo cõcedatur ꝙ homo diſputat, ſed humanitas nõ diſputat: ⁊ ꝙ homo eſt habens humanitatẽ, ⁊ tñ humanitas nõ habet hominẽ. Fateor tñ optime antiquos vocaſſe hãc diſtinctionem realem, poſtquã ſecluſa operatione intellectus eſt hęc dña.

Uniuerſale ⁊ particulare.

¶Tertia diſtinctio eſt ad propoſitũ inter vniuerſale ⁊ particulare, ſeu inter magis vniuerſale ⁊ minus vniuerſale. Quã ſuper prologũ Porphy. q. 3. ſecundũ Scotũ diximus eſſe formalẽ: ſecundũ S. Th. eſſe ſolũ rationis. Unde ad formã cõfirmationis reſpõdetur, ꝙ ſecunda ſubſtãtia ⁊ prima ſubſtãtia ſunt eadẽ res: ſed differũt per operationem intellectus: homo eñ in quantũ abſtrahitur a cõditionibus ſingularibus, eſt ſpecies, ⁊ in quãtum abſtrahitur a cõditionibus ſpecierũ, eſt genus: ſed prima ſubſtãtia eſt idem homo in quantũ cognitus notitia ſingulari: qua ratione eſt ſubiectũ omniũ prędicatorũ. Et hęc ſola diſtinctio eſt ſufficiẽs vt ſpeciẽs ⁊ gña appellẽtur ſcdę ſubſtãtię, ⁊ indiuidua appellẽtur primę. ¶Ex dictis ſequitur primo, ꝙ ſecunda ſubſtantia ⁊ prima ſubſtãtia, ſunt noĩa ſecũdę intẽtionis. ¶Sequitur ſecũdo, ꝙ illa diuiſio non eſt diuiſio generis in ſpecies (cuius meminit S. Tho. de potẽtia. q. 9. art. 2. ad. 6.) qꝛ vna ſpecies nõ prędicatur de alia oppoſita, vt album non prędicatur de nigro: ⁊ tñ ſecunda ſubſtãtia prędicatur de prima, vt homo de Petro: ſed eſt diuiſio eiuſdẽ naturę, vt ſubſtat diuerſis ſecũdis intẽtionibus: ⁊ eſt diuiſio analogi, ſecundũ Ariſt. qui ait ſolam primã ſubſtantiã eſſe maxime ſubſtantiã. i. ſimpliciter: ſecundę vero ſunt ſubſtantię ſecũdum quid: quia nõ per ſe ſubſiſtant, ſed ſunt in indiuiduis.

¶Ad



## ¶Ad ſecundum argumentum

principale, neſcio quid dñs Caietanus formidauerit cõcedere, ꝙ in definitiõe primę ſubſtãtię definia-

Definitur ſecunda intentio.

tur ſcda intẽtio: quippe cũ res clariſſima ſit intelligẽti quę in capite de gñe diximus, definiri hic ſecũdam intẽtionẽ, ad ſenſum illic expoſitũ. Definit eñ hic ſubſtãtia ea ratione, qua ſubſtat in prędicatione vniuerſis prędicatis cuiuſcunq; prędicamẽti: ⁊ quẽadmodũ dici de ſubiecto, connotat ſecundã intentionẽ: ita ⁊ eſſe ſubiectũ. Et cõfirmatur: quia prima ſubſtantia cõdiuiditur cõtra ſecundã ſubſtantiã: ſed ſecũda ſubſtãtia, dicit ſecundã intentionẽ: ergo ⁊ prima ſubſtãtia. Cauendũ tñ eſt (vt illic admonuimus) ne cõcedatur, ꝙ hoc nomẽ, prima ſubſtãtia, aut eius definitio ſupponat pro ſecũda intẽtione: qꝛ nõ ſecũda intẽtio, ſed Petrus, ⁊ Paulus, ſunt prima ſubſtãtia, quę neq; de ſubiecto dicitur, neq; in ſubiecto eſt: ſed ad hũc ſenſum cõcedimus definiri ſecundã intentionẽ: qꝛ definiũtur res ſingulares, ſecundũ ſuũ eſſe intentionale: qd̃ eſt eſſe primum ſubiectũ. Quod quidẽ eſt cõmune oĩbus primis ſubſtãtijs. Unde ad formã argumẽti reſpõdetur, ꝙ pro ſubſtrato ſeu ſignificato materiali, definitur quidẽ res ſingularis: ſed ꝓ formali, ſeu per ſe ſignificato, definitur intẽtio cõis primę ſubſtãtię. ¶Eſt tñ hic adnotanda differẽ-

Indiu. ſingula. pri. ſubſtantia.

tia inter hęc tria noĩa, indiuiduum, ſingulare, prima ſubſtãtia. Indiuiduũ dicit reſpectũ ad inferiora: eſt enim indiuiduũ id quod amplius diuidi non poteſt in quidditatiue inferiora: ſingulare vero dicit reſpectũ ad vniuerſale: appellatur nanq; ſingulare, eo ꝙ ratio vniuerſalis ſit iam facta hęc ⁊ incõmunicabilis per principia indiuiduationis: ſed prima ſubſtantia dicit reſpectũ ad oĩa prędicata tam ſubſtantię, ꝙ̃ accidentiũ: eſt enim prima ſubſtãtia id quod oĩbus ſubſtat. Quo fit, vt tam indiuiduũ ꝙ̃ ſingulare, reperiatur nõ ſolũ in recta linea ſubſtantię: ſed in partibus eius, ⁊ in omnibus prędicamẽtis accidẽtium, vt hęc manus, hęc albedo: ſed prima ſubſtãtia, ſolũ eſt ſubſtãtia cõpleta. Unde nec anima rationalis, quanuis per ſe poteſt ſubſiſtere, eſt prima ſubſtãtia: vt ait S. Tho. 1. part. q. 29. ar. 1. ad vlti. quia ſuapte natura eſt pars hoĩs. Atqui, quod philoſophi vocant primã ſubſtantiã, theologi appellãt ſuppoſitũ. Quod ſi fuerit ſuppoſitũ naturę rationalis, aut intellectualis,

Subſtãtia dupliciter.

appellatur perſona. ¶Circa tertiũ argumẽtum pro intelligẽtia huius capitis notandũ eſt, ꝙ Ariſto. 5. met. tex. 15. inter alias acceptiones, dicit, ꝙ ſubſtantia, vno modo accipitur, pro eſſentia et quidditate rei: alio modo pro ſuppoſitis ſubſiſtẽtibus. Subſtantia primo modo Gręce dicitur ouſia, id eſt, eſſentia: ⁊ ſecundo modo dicit, hypoſtaſis, id eſt, res ſubſiſtens. Et quia ſubſtãtia dicitur a ſubſtando, idcirco ſubſtantia ſimpliciter accipitur in ſecunda acceptione. Unde ad formã argumẽti reſpõdetur, ꝙ ſecũdę ſubſtantię appellantur magis entia, ⁊ magis ſubſtãtię: quia ſunt perpetuę ad ſenſum expoſitũ ſuper prologum Porphy. ſed nihilo minus ſimpliciter loquẽdo, illa eſt magis ſubſtãtia quę pluribus ſubſtat: ⁊ ita loquitur Ariſt. in hoc libro. ¶Et eſt hic conſiderãdum, ꝙ Ariſt. excogitauit hoc nomẽ, ſecũda ſubſtãtia, aduerſus Platonẽ. Cum eñ Plato poſuiſſet ſpecies realiter ſeparatas a ſingularibus, ſequebatur ex opinione ſua, illas per ſe realiter ſubſiſtere: atque adeo eſſe primas ſubſtãtias: quod eſſe impoſſibile probauit Ariſto. 7. meta. tex. 45. Si enim ſunt vniuerſalia non ſubſiſtunt niſi in ſingularibus. Et ideo ſimpliciter negauit vniuerſalia eſſe ſubſtãtias: atq; adeo impoſuit illis nomen, vt dicerentur ſecundę ſubſtãtię: quia non per ſe ſubſiſtunt, ſed in ſingularibus.

## ¶Ad quartum argumẽtum re-

ſpõdetur, ꝙ differẽtia quã cõſtituit Ariſt. inter ſecũdas ſubſtãtias ⁊ vniuerſalia accidentiũ, nõ eſt ſic intelligẽda, vt neget accidẽtia prędicari noĩe ⁊ ratione de ſuis inferiorib⁹ quidditatiue. Enimuero, ſicut homo de Petro, ⁊ animal de homine: ita album prędicatur de hoc albo, ⁊ coloratũ de albo, noĩe ⁊ ratione, vt probat argumentũ: ſed intelligit, ꝙ accidens de ſubſtantia nõ prędicatur noĩe ⁊ ratione. Unde ad argumentum cõceditur, ꝙ definitio albi prędicatur quidẽ denominatiue de ſubſtãtia: ſicut enim hęc eſt denominatiua, corpus eſt albũ, ita ⁊ hęc, corpus eſt diſgregatiuũ viſus: hoc tamẽ nõ ſufficit, vt albũ prędicetur ratione de corpore: ſed requiritur ꝙ definitio albi ſit definitio corporis: modo quãuis diſgregatiuũ viſus ſit definitio albi pro formali: qꝛ eſt definitio albedinis, tamẽ non eſt definitio corporis. Et eadẽ ratione quãuis definitio colorati, ſit definitio inadęquata albi: ſicut definitio animalis eſt definitio hoĩs, tamen nõ eſt definitio corporis. Differentia ergo Ariſt. conſiſtit in hoc, ꝙ omnia vniuerſalia prędicãtur de ſuis inferioribus noĩe ⁊ ratione: accidentia vero de ſubſtãtia nõ prędicantur niſi denominatiue. Ad replicã reſpondetur, ꝙ licet definitio albi prędicetur denominatiue de corpore, ſicuti, albũ, nõ ſufficit, vt prędicetur de illo ratiõe: quia definitio illa nõ eſt definitio corporis. ¶Ad quintum argumentũ reſpõdetur, ꝙ ſubſtãtię poſſunt cõſiderari, vel quãtum ad eſſentias, vel quantũ ad exiſtentias. Quãtum ad eſſentias, procedit argumentũ cũ ſua confirmatione: nam cum ratio ſuperioris includatur in ratione inferioris: ⁊ ratio inferioris addat aliquid ſupra ſuperius, ſequitur ꝙ id quod nõ eſt animal, nõ eſt homo: nõ tamẽ ſequitur, ꝙ ſi aliquid nõ ſit homo, continuo nõ ſit animal. Quin etiã quantũ ad exiſtentias, cum ſuperius in pluribus cõſeruetur ꝙ̃ inferius, non ſequitur, ſi nullus homo eſt, nullũ aĩal eſt, ⁊ econuerſo ſequitur: nec hoc vult negare Ariſt. in pręſentiarũ. Senſus ergo eius eſt, ꝙ cũ vniuerſalia nõ ſubſiſtant niſi in ſingularibus, ſi nullum exiſtit ſingulare alicuius vniuerſalis, nec vniuerſale ipſum exiſtit. Ex eo enim ante creationem mundi nõ exiſtebat homo in vniuerſali: quia nullus erat homo ſingularis in quo exiſteret. In quo etiã intendit cõdemnare Platonem, qui cenſebat vniuerſalia exiſtere etiã deſtructis ſingularibus. ¶Ad ſextũ argumentũ iam reſpõſum eſt, ꝙ Ariſt. vocat genera magis ſubſtãtias quã ſpecies: quia ſunt in ratiõe eſſentię magis abſtracta: ſed tamẽ in ratione ſubſiſtentię, contrario modo ſpecies ſunt magis ſubſtãtię, quã genera. ¶Ad ſeptimũ argumẽtum reſpondetur, ꝙ accidentia poſſent quodammodo appellari ſubſtantię, in illa ſignificatione, qua ſubſtãtia accipitur pro eſſentia, vt probãt authoritates Ariſt. ſed tamẽ qꝛ hic loquimur de ſubſtãtia ſecundũ propriam ⁊ abſolutã eius ſignificationẽ: nõ appellantur ſubſtantię, niſi ea quę dicunt quidditatem ⁊ eſſentiam ſubſtãtię. i. per quę reſpondetur ad quęſtionem factam per quid de ſubſtantia: qualia ſunt ſola genera ⁊ ſpecies. Quęrenti enim quid eſt Petrus? non reſpõdebitur, quod eſt rationalis, aut albus: ſed determinate, quod eſt homo: ⁊ confuſe, ꝙ eſt animal. Quare nec differentia eſt ſecunda ſubſtantia, nec ponitur in recta linea, nec conſtat ex genere et differentia: ſed eſt conceptus ſimplex, vt ca. proximo dicebamus.

## ¶Articulus ſecundus verſatur

Arti. 2.

in reſpõſionibus ad vltimũ argumẽtũ, ⁊ eius confirmationẽ. Argumentũ petit difficultatẽ illã celebrẽ,

an Deus

An Deus ponatur in prędicamēto.

an Deus ponatur in prędicamento. Quod inde in queſtionē venit inter Theologos, ꝙ res quę ponuntur in prędicamēto conſtant ex genere ⁊ differētia, ad modū materię ⁊ formę: ⁊ huiuſmodi cōpoſitio videt̃ ſummę ſimplicitati Dei repugnare. Nihilo minus ſunt duę opiniones. Vna eſt Holcot, Gregorij, ⁊ Gabrielis. 1. ſenten. diſt. 8. ꝙ Deus ponitur in prędicamēto. Probant opinionem ſuā, Primo: quia hoc nomen, ſubſtātia, vniuoce, ⁊ quidditatiue prędicatur de illo ⁊ de nobis: ⁊ hoc nomen, ſpiritus, vniuoce ⁊ quidditatiue prędicatur de Deo ⁊ de angelis: ergo Deus ponitur in prędicamēto, tanꝙ indiuiduū prędicamēti ſubſtātię. ¶ Secūdo, quia pater ⁊ filiꝰ ſunt nomina de prędicamento relationis, ⁊ tamen prędicantur de Deo: ergo ly pater, cū dicitur de Deo eſt in prędicamēto relationis: ⁊ eadē ratione ly Deus, erit in prędicamēto ſubſtātię. ¶ Et cōfirmatur autoritate Boetij in lib. de Trinitate, dicētis: tantū duo prędicamēta eſſe in Deo, puta, ſubſtātiam, ⁊ relationē. Alias multiplicat Gregorius autoritates Ariſtotelis, quę fines dialecticę tranſcendūt, nec vllā certe habent efficaciam. ¶ Alia eſt opinio negatiua magiſtri ſent. in. 1. diſt. 8. vbi ait, prędicamenta artis dialecticę, Dei naturę minime cōuenire. Quē ſequuntur Scotus eadē diſt. q. 3. ⁊ S. Tho. 1. par. q. 3. art. 5. ⁊ fere Theologorū nemo audet cōcedere Deū eſſe in prędicamēto. Scotꝰ, quia tenet hęc nomina, ens, ⁊ ſubſtantia, vniuoce prędicari de Deo ⁊ creaturis, ea ſola ratione probat Deū nō poni in prędicamēto: quia videlicet, eſt res infinita, ⁊ id quod ponitur in prędicamento eſt res finita: nam ſpecies prędicamētalis cōſtat ex genere quod eſt in potentia vt cōtrahatur per differentiā, tanquā per actū eius: quod autē eſt in potentia ad nouā perfectionē, nō poteſt eſſe infinite perfectū. Vnde ſequeretur eſſe aliquid in Deo quodāmodo imperfectū. At vero prędentē queſtionē per tres ſubiectas cōcluſiones ordine cōgruo diſſoluā. Eſt enim animaduertendū, ꝙ ex decē prędicamentis ſola duo, quę ſunt, ſubſtantia, ⁊ relatio, dicuntur proprie de Deo: cętera vero nō niſi metaphorice, vt quinto de Trinitate in principio autor eſt Auguſtinus.

1. Cōcluſio

¶ Vnde prima ⁊ manifeſta cōcluſio eſt hęc: Nullū attributū Dei, quod in nobis eſt accidēs, ponitur in aliquo prędicamēto. Vel (vt de terminis dicamus) nullus terminus octo prędicamētorum proprie prędicatur de Deo. Concluſio eſt illic Auguſtini, cap. vbi ait, Deū eſſe, bonū ſine qualitate, magnū ſine quātitate, ſine ſitu prędentē, ſine habitu oīa continentē, ſine loco vbiqꝫ totū, ſine tēpore ſempiternū, ſine vlla ſui mutatione mutabilia facientem, nihilqꝫ patientem. Quod eſt dicere, iſta generaliſſima, quātū, quale. ⁊c. non prędicari proprie de Deo, ſed metaphorice.

2. Cōcluſio

¶ Secunda concluſio. Deus nō eſt in prędicamento ſubſtātię vniuoce cū creatura. Et qꝛ ſubſtātia (vt ſupra dictū eſt) accipitur aut pro ſubſtātia, aut pro eſſentia, vtroqꝫ mō probatur. In primo ſenſu ex profeſſo eā aſſerit Auguſti. 7. de Trinitate, ca. 5. vbi ait, manifeſtū eſſe Deū abuſiue ſubſtantiam vocari. Et probatur ratione: nā ſubſtantia, non ſolū dicit id quod per ſe ſtat, ſed id quod accidentibus ſubſtat: hoc enim ſonat nomen, ſubſtantia, puta, ſuſtinere: ſed Deus nulli prorſus accidēti, aut formę ſubſtat: ergo nō eſt ſubſtātia vniuoce nobiſcū. ¶ Secundo probatur in ſecunda ſignificatione. Subſtantia vt ſignificat eſſentiā nō dicitur vniuoce de Deo ⁊ de nobis: ergo nō eſt in eodē prędicamēto nobiſcum. Non intendimus hic negare vnicū conceptū formalem ſubſtantię cōmunem Deo ⁊ nobis: ſed ſenſus antecedētis eſt, ꝙ ille cōceptus non ſignificat vnam rationem obiectiuā cōmunem Deo ⁊ nobis, vt capite ſuperiori latius expoſitū eſt. Probatur añs: ſicuti illic de cōceptu entis probatum eſt, Eſſentia dicitur ab eſſe: ſed aliter in nobis eſſentia ſe habet ad eſſe, ⁊ aliter in Deo: ergo nō eſt eadem ratio cōmunis Deo ⁊ nobis. Probatur minor. Eſſentia in nobis dicit̃, quia habet eſſe per ſe. i. nō in alio, licet habeat ab alio: eſſentia vero in Deo dicitur, quia habet eſſe per ſe. i. neqꝫ in alio nec ab alio: qꝛ eſſe Dei eſt de quidditate Dei: eſſe vero noſtrum non eſt de quidditate noſtra, ſed receptū a Deo. Et quāuis eſſe non diſtinguatur realiter a nobis: eſt nihilo minus concedendū, ꝙ nō eſt de quidditate noſtra: ⁊ ſic alia ratione Deus dicitur ſubſtantia, ⁊ alia ratione creatura eius. Et hanc concluſionē prętēdit Auguſt. 5. de Trinit. cap. 2. vbi ait, ꝙ Deus eſt ſubſtantia: vel (ſi melius hoc appellatur) eſſentia: ⁊ ſubiungit hoc nomē ſoli Deo propriiſſime conuenire: quia ita eſt de eſſentia, vt ſit ſuū eſſe. Vnde ſimpliciter Exodi. 3. ait Deus, ego ſum q̃ ſum. ⁊, qui eſt miſit me ad vos. Non quidem negat Auguſtinus quin creatura ſimpliciter ſit: ſed intelligit: ꝙ eſſentia quā ſignificat ſubſtantia, analogice dicitur de Deo ⁊ de nobis: ſicut, ridere, dicitur de hoīe ⁊ de prato: eſt enim eſſe noſtrū quędā participatio ⁊ ſimilitudo eſſe diuini.

3. Cōcluſio

¶ Tertia cōcluſio. Deus nullo modo ponitur in prędicamento, ſiue vniuoce nobiſcū, ſiue ęquiuoce (poſſet enim quis opinari in Deo eſſe genus ⁊ differentiam ſubſtantię ſicut in angelis, aut in ſole licet alterius rationis.) Probatur cōcluſio. Primo, quia ex ſententia Ariſtotelis. 3. meta. tex. 9. ⁊. 15. quam citat Porphy. c. de differētia, ſpecies cōſtat ex genere quod ſe habet vt materia: ⁊ differētia quę ſe habet vt forma (vt expoſitum eſt. c. de genere) ſed ſimplicitati Dei repugnat oīs cōpoſitio: ergo in Deo nulla eſt proprie ſpecies aut genus: ⁊ per cōſequēs nec ponitur in prędicamento. ¶ At vero Grego. ⁊ ſequaces eius, hanc rationē veluti cęteras quę a metaphyſica proficiſcuntur, nihil faciunt: aiunt enim ꝙ cōpoſitio metaphyſica ſpeciei nō eſt ex veris partibus: ſed ſunt diuerſi conceptus eādem eſſentiā ſignificantes, licet conceptus generis ſit magis vniuerſalis. Nihilo minus explicat̃ vis rationis huius, quę certe pluris debet eſſe apud philoſophos quam iſti exiſtimant. Genus (vt ſepe diximus) ſignificat rationē quę eſt extra eſſentiā differentię: alias non contraheretur per differentiā tanquā per nouū gradū perfectionis (⁊ hac potiſſimum ratione diximus ens nō eſſe genus: qꝛ eſt de ratione cuiuſcunqꝫ realis differentię) at eſſentia diuina eſt ita infinita, vt nihil in Deo ſit quomodocunqꝫ abſtrahibile, in quo realiter non includatur eſſentia. ſiue enim abſtrahas ſapientiam, ſiue bonitatem, illic realiter, ⁊ certe formaliter includitur eſſentia diuina: ſicut ens includitur in omnibus rebus: ⁊ in hoc cōſiſtit ratio infinitatis diuinę, puta ꝙ ſit omnino illimitata: itaqꝫ nulla ſit particularis ratio ſapiētię aut ratio bonitatis. ⁊c. quę nō includat eſſentiam.

Ratio infinitatis.

¶ Et hęc potiſſimum eſt ratio S. Thomę, ꝙ attributa diuina, imo relationes ipſę non diſtinguantur ab eſſentia, niſi ſola ratione: nā ſi formaliter diſtinguerentur (vt dicit Scotus) ſequeretur, ꝙ daretur aliquid in diuinis quod formaliter nō eſſet aliud: quod nō ſolum repugnat ſimplicitati Dei, ſed etiam infinitati: nam hoc formaliter nō eſſe hoc, dicit limitationē: ⁊ infinitas Dei in hoc ſtat, ꝙ ſicut eminenter eſt omnes creaturę, ita formaliter ſit quicquid eſt in ipſo.

Attributa Dei.

¶ Et inde rurſus ſequitur, ꝙ relationes, vt ſunt formaliter eſſentia, ita ſunt formaliter infinite perfectę: nam eadem perfectio quę in patre eſt generare, in filio eſt generari. Verbum hoc pręter fines dialecticę fecimus, vt oſtēderemus quo modo Dialectica Theologię ancillatur. ¶ Ad propoſitū redeuntes cōcludimus, ꝙ propter infinitatē eſſentię diuinę nulla eſt illic ratio contrahibilis neqꝫ ratio cōtrahens: ⁊ per conſequens neqꝫ ratio generis neqꝫ ratio ſpeciei. Et eadem ratione nec Deꝰ eſt definibilis, nec eius attributa poſſunt de illo a priori demōſtrari. ¶ Secundo probatur concluſio ratione S. Tho. loco citato. Si Deus poneretur in genere, deberet poni in genere entis: ſed ens ſecundum Ariſtotelē non eſt genus: ergo in nullo ponitur genere. Sequelā maioris rari ſunt qui intelligant, eſt tamē optima: quia Deus non pōt poni in genere ſubſtantię: primo quia nō ſubſtat accidētibus: ⁊ ſecūdo quia ſubſtātia videt̃ dicere aliquid limitatū: quia de ſe nō ambit oīa entia, ſed diſtinguitur contra accidētia: ⁊ ideo ſi in aliquo eſſet genere, deberet maxime eſſe in genere entis: tū quia eſſe, eſt de eſſentia Dei, tum etiā quia ens dicit eſſentiam illimitatā qualis eſt eſſentia diuina. Vna enim ratio qua ſupra diximus ens nō eſſe genus creaturarū, fuit, quia eſſe nō eſt de eſſentia creaturę. ¶ Quod ſi quis hic percontetur, vtrū Angelus ponatur in prędicamento: nam ex dictis videtur ſequi pars negatiua: cum enim Angeli non conſtent ex materia ⁊ forma, ⁊ genus ſumatur a materia, ⁊ differentia a forma, vt ſupra dictum eſt, videtur ꝙ illic nec ſit ratio generis nec ratio differentię.

Angelꝰ ponitur ī prędicamento

¶ Reſpōdetur, ꝙ angelus ponitur in prędicamento: nam ſubſtātia eſt genus ad nos ⁊ illos, nō obſtāte Commentatore qui in cap. de ſpecie oppoſitū opinatur. Nec genus (vt ſupra dictum eſt) dicitur ſumi a materia, propterea ꝙ tantū materiā phyſicā ſignificet: ſed quia id quod ſignificat genus, ſe habet vt materia ad id quod ſignificat differentia. Et ita eſt in angelis cuius genus eſt ſpiritus, quod quodā modo cōtrahitur ad eſſe huius aut illius ſpeciei per ſuas differētias. Doctrina eſt S. Tho. de ente ⁊ eſſentia cap. 3. ⁊ alibi ſępe. Tametſi in qualibet ſpecie angelorū non ſit niſi vnū indiuiduū, ſicuti in ſpecie ſolis.

Quę res ponūtur in prędi.

¶ Ex quo ſequitur tandē ad notitiā omniū prędicamentorū, ꝙ res oīs quę ponitur in prędicamento, quāuis nō ſit neceſſariū ꝙ cōponatur phyſice ex materia ⁊ forma: debet tamen cōponi ex genere ⁊ differentia: ⁊ per conſequens erit res, cuius eſſe non erit de eius quidditate. Quales ſunt omnes ⁊ ſolę creaturę. Igitur ad argumentū primū Gregorij ⁊ aliorū reſpōdetur, ꝙ quanquā nomē, ſubſtātia, ⁊ nomen ſpiritus, prędicentur de Deo ⁊ de nobis, non tamen prędicantur vniuoce vt dictū eſt: neqꝫ ly pater, prędicatur de Deo ⁊ creatura vniuoce: nā pater in creaturis eſt nomē accidentale: cū tamē eſſe patrē in diuinis non ſit accidens: qꝛ vt Auguſt. loco citato docet, in Deo nihil eſt per modū accidētis, ſed relationes diuinę ſunt ſubſiſtentes, vt docet S. Tho. 1. parte. q. 29. art. 4. ¶ Et ad confirmationem reſpōdetur, ſententiā Boetij ſolū eſſe, ꝙ cū nomina aliorū prędicamentorū improprie dicātur de Deo: ſubſtantia tamen ⁊ relatio dicuntur proprie: nō tamē vniuoce cū creatura. Nec vult dicere, ꝙ illic ſit ꝓpria ratio prędicamentalis. ¶ Ad octauum vero argumentū principale quod nos formauimus, cōcedimus ꝙ Deus, ſicut non eſt in prędicamēto, ita nec proprie eſt prima, nec ſecūda ſubſtātia ſecundū definitionē Ariſt. quia nec ſubſtat accidentibus, nec eſt illic ratio vniuerſalis, puta generis aut ſpeciei, aut ratio prędicabilis de pluribus per indifferentiam: ſed vna ſimpliciſſima, ⁊ infinitata eſt tres perſonę.

## ¶ Confirmationem ſubiecimus

octauo argumēto, eo ꝙ quantū colligi poteſt ex opinione Nominaliū Chriſtꝰ nō ponitur directe in prędicamēto ſubſtātię: quia hic nō ponūtur niſi termini abſoluti, ⁊ tamen, homo, vt ſupponit pro Chriſto ſecundū eos eſt terminus cōnotatiuus. Ratio in eorū gratiā poteſt hęc formari. Homo abſolute idē eſt qđ compoſitū ex materia ⁊ forma, Chriſtus nō eſt cōpoſitus ex materia ⁊ forma (quia Chriſtus ſupponit ꝓ ſuppoſito diuino) ergo Chriſtus nō eſt homo illo modo.

Homo tripliciter.

¶ Diſtinguunt ergo, ꝙ homo accipitur tripliciter. Vno modo abſolute pro compoſito ex materia ⁊ aīa rationali: ⁊ iſto modo dicunt humanitatē Chriſti eſſe hominē, ⁊ quālibet partem hoīs eſſe hominem. Alio modo connotatiue, ⁊ hoc dupliciter: primo vt ſupponit pro cōpoſito ex corpore ⁊ aīa rationali, connotando ꝙ per ſe exiſtat: ⁊ hoc modo quilibet noſtrū eſt homo, ⁊ humanitas Chriſti nō eſt hō. Vnde ad illam conſequētiam, Deus aſſumpſit humanitatē, humanitas eſt homo, ergo Deus aſſumpſit hominē: reſpōdent ꝙ ſi hō accipiat̃ primo mō, cōſequētia eſt bona, ⁊ cōſequens eſt verū: ſi autē accipiat̃ ſcđo modo, cōſequētia nō valet: quia variat̃ appellatio. ¶ Tertio modo accipitur, homo, vt ſupponit pro aliquo cōnotando ꝙ ſuſtineat humanitatem: ⁊ iſto modo ſupponit pro Chriſto. ¶ Et cōfir. ꝙ vt ſupponit pro Chriſto ſit cōnotatiuus: qꝛ nūc ſupponit ꝓ Chriſto, ⁊ poteſt deſinere ſupponere pro illo, ipſo manēte (ſi dimittat humanitatē) ergo eſt terminus cōnotatiuus ſicut albū. ¶ His tamē non obſtātibus ad hoc dubiū dicimꝰ tria: primū, ꝙ homo, vt dicitur de nobis, nullo modo eſt terminus connotatiuus: nam homo vt ſupponit pro nobis eſt terminus de prędicamento ſubſtantię. Secundū dictū eſt, ꝙ homo, eodem modo accipitur, vt ſupponit ꝓ Chriſto, ⁊ vt ſupponit pro nobis. Hoc probatur: quia homo vniuoce dicitur de Deo ⁊ de nobis, vt dicit S. Tho. tertio ſenten. diſt. 7. q. 1. art. 1. ad tertiū. Nam cū articulus fidei ſimpliciter ſit, ꝙ Chriſtus eſt homo, nō eſt tutū dicere, ꝙ nō eſt vniuoce nobiſcū homo. Et hoc ſignificat Apoſtolꝰ ad Philippen. ſcđo, dicens ꝙ eſt habitu inuentus vt homo. Tertio igitur reſpondetur ad argumentū, ꝙ hoc nomē homo nō accipitur niſi vno ſolo modo. ſ. vt abſolute ſignificat ſuppoſitum humanę naturę. i. ſuppoſitū ſubſiſtens in humana natura: quare nec humanitas Chriſti, nec aliqua pars hominis eſt aliquo modo homo. Admirabile eñ eſſet dicere, ꝙ caput meū eſſet aīal rationale. Vnde quādo Ariſt. in hoc capite partes ſubſtātię nō ponit in recta linea prędicamentali, nihil aliud vult dicere, niſi ꝙ pars hoīs non eſt ſubſtantia, ſed pars ſubſtātię, ⁊ per conſequēs ꝙ nec eſt animal neqꝫ homo.

Chrꝰ ſus in prędi.

¶ Et ideo ad confirmationem principalem negatur, ꝙ Chriſtus nō ponatur in prędicamento ſubſtantię. Imo ponitur tanquam prima ſubſtantia ſicut ego. Et negatur ꝙ non ſit quidditatiue inferior ad ly homo. Quin imo hęc eſt quidditatiua, Chriſtus eſt homo: ſicut hęc, Dominicus eſt homo. Nec requiritur ad hoc quod ſit quidditatiua, ꝙ humanitas ſit de eſſentia ſuppoſiti: ſed ſatis eſt ꝙ prędicatum dicit naturam ſubſtantialem in qua ſubſiſtit ſuppoſitum: ⁊ ita eſt quod Chriſtus ſubſiſtit in humanitate. ¶ Et eodem modo ad argumentum primum modo formatum negatur primo, quod homo idem ſit quod compoſitum ex materia ⁊ forma: ſed eſt ſuppoſitum humanę naturę, qualis eſt Chriſtus: quare non ſequitur ꝙ Chriſtus ſit cōpoſitum in materia ⁊ forma: ſed ꝙ habet humanitatem compoſitā ex materia ⁊ forma. Nihilo minus poſſumus quodammodo concedere, ꝙ Chriſtus ſecundum humanitatem eſt compoſitus ex materia ⁊ forma, ſicut concedit S. Thomas. 3. parte. q. 16. arti. 10. ꝙ Chriſtus ſecundum ꝙ homo eſt creatura, id eſt ſubſiſtit in natura creata, licet ſimpliciter non eſt concedendum ꝙ Chriſtus eſt creatura, vt dixerat ar. 8. ne ſuboriatur ſuſpicio

ſuſpicio ꝙ ſit creatura ſcðm diuinitatē, vt putabant Arriani. Hoc pariter mō licet nō concedat̃ ſimpliciter ꝙ Chriſtus eſt cōpoſitus, pōt tñ cū addito cōcedi, poſtquā habet humanitatē cōpoſitā. ¶ Ad vltimā cōfirmationē reſpōdet̃, ꝙ nō eſt ſignū efficax termini cōnotatiui, quāuis poſſit deſinere ſupponere manēte re ꝓ qua ſupponit: nā hoc eſt peculiare ī Chrō, ꝙ poſſit mō ſubſiſtere in natura ſubſtātiali, ⁊ mō nō ſubſiſtere: ⁊ ideo, hō, quod abſolute ſignificat ſuppoſitū naturę humanę, poteſt modo ſupponere ⁊ modo nō ſupponere pro eo. ¶ Ad aliā conſequentiā. Deus aſſumpſit humanitatē, humanitas eſt homo. ⁊c. nos negamus minorē. Et hęc eſt ratio quare Anſelmus in libro de natura verbi ait, vix poſſe concedi ſine errore, ꝙ homo ſit humanitas: nam illa cōceſſa ſequit̃, aut ꝙ Chriſtus aſſumpſit hominem, aut ꝙ homo eſt nomen connotatiuum: quorum vtrunq; eſt falſum.

## Quæſtio ſecunda.

## Vtrùm ſex proprietates ſubſtãtiæ ſint rectè à Philoſopho aſsignatæ.

A Parte negatiua arguitur, Elementa ſunt ſubſtātię: ⁊ tamen ſunt in mixto, vt videtur eſſe opinio Ariſt. ſecūdo de generatione textu. 49. Item forma ſubſtantialis eſt ſubſtātia, ⁊ tamē eſt in ſubiecto, puta in materia: ergo non eſt propriū ſubſtātię, nō eſſe in ſubiecto. ¶ Secundo cōtra ſecundam proprietatē arguitur. Oībus prędicamētis cōmune eſt eorū genera ⁊ ſpecies de ſuis inferioribus vniuoce prędicari: ergo illa non eſt proprietas ſubſtantię. Antecedens patet ex his quę dicta ſunt in priori quęſtione. Nam quemadmodum, aīal, noīe ⁊ ratione prędicatur de ſuis inferioribus, ita, color, prędicatur de albedine ⁊ nigredine: ⁊ quantitas continua, de linea ⁊ ſuperficie: ⁊ numerus, de binario ⁊ ternario. ¶ Tertio contra tertiā proprietatē arguitur. In alijs prędicamentis ſunt ⁊ indiuidua ⁊ vniuerſalia: vt puta, hęc quātitas, ⁊ quātitas, hęc albedo, ⁊ albedo: ergo in quocunq; prędicamento eſt dabile vnū primū ſubiectū, quod ſignificat hoc aliquid, ⁊ prędicata quę ſignificant quale quid: ⁊ per cōſequēs hoc nō eſt propriū ſubſtantię. Probatur conſequētia: quia ſignificare hoc aliquid, eſt ſignificare quidditatē ſingularem ⁊ demonſtrabilē ad ſenſum: ⁊ ſignificare quale quid, eſt ſignificare formā quę eſt de quidditate ſubiecti: ſicut enim quęrenti quid eſt homo, reſpondetur eſſe aīal, ita quęrēti quid eſt albedo, reſpōdetur eſſe colorē. ¶ Et cōfirmatur: qꝛ ſaltem differentia eſſentialis nō poteſt negari, quin ſignificet quale quid, poſtq̃ ſignificat eſſentiā ſpeciei. ¶ Quarto arguitur aduerſus quartā proprietatem. Elementa ſunt ſubſtantię: quę tamē ſibi inuicē ſunt contraria, vt ignis, aquę: ⁊ aer, terrę: quod expreſſe aſſerit Ariſt. ſcðo de generatione, tex. 24. ¶ Et cōfir. 1. forma ſubſtātialis eſt ſubſtātia poſtquā nō eſt accidēs, ⁊ tñ formę ſubſtātiali contrariatur priuatio, vt autor eſt Ariſt. 1. Phyſi. text. 80. nā homo fit ex non hoīe tanq̃ ex cōtrario. ¶ Et cōfir. 2. Differētię eſſentiales diuiſiuę generis, poſitiua ⁊ priuatiua: vt rationale ⁊ irrationale, ſunt ſubſtantię: quę tamē inuicē ſunt cōtrarię: vt colligitur ex Ariſt. 10. meta. tex. 13. ergo nō conuenit omni ſubſtātię nō habere cōtrariū. ¶ Quinto aduerſus quintā proprietatē arguit̃. Anima intellectiua eſt ſubſtātia, nō ſolū qꝛ eſt pars ſubſtantię, ſed quia poteſt per ſe ſubſiſtere: ⁊ tamen ſuſcipit magis ⁊ minus ſecundū perfectionem eſſentialem: vt videtur ſentire S. Thomas. 1. par. q. 85. articu. 7. Item elementa ſecundū Commentatorē tertio de coelo, cōmento. 67. ſuſcipiunt magis ⁊ minus: ait enim manere in mixto ſecundum eſſe remiſſum. Item genera videntur ſuſcipere magis ⁊ minus, vt ſuperius cap. de ęquiuocis allegatū eſt ex autore ſex principiorū dicente, ꝙ aīalia ſunt magis animantia quā plantę. Et S. Thomas. 1. par. q. 93. arti. 3. ad tertiū, videtur hanc proprietatē gloſſare de ſolis ſpeciebus ſpecialiſſimis: ergo ſubſtantia ſuſcipit magis ⁊ minus. ¶ Sexto aduerſus vltimā proprietatē arguitur. Neq; omni neq; ſoli ſubſtātię cōuenit ſuſcipere contraria: ergo id nō eſt maxime propriū ſubſtantię. Probatur prima pars antecedētis. Deus, intelligētię, ⁊ coeli, ſunt ſubſtātię: ⁊ tamē nō ſuſcipiunt cōtraria, alias eſſent alterabilia, quod eſt falſum, cū intelligentię nō habeāt materiā, ⁊ coeli nō habeant materiā, quę ſit in potentia ad alias formas: ergo nō oīs ſubſtantia ſuſcipit contraria. Et prędterea, forma ſubſtantialis eſt ſubſtantia (ſiquidē non eſt accidens) ⁊ tamē illa nō ſuſcipit cōtraria: quia forma nō eſt quę denominatur ab accidentibus, ſed ſuppoſitum. Secunda pars antecedētis probatur. Superficies recipit cōtraria, puta albedinem ⁊ nigredinē: ⁊ linea recipit rectū ⁊ curuū: hęc autē ſunt in genere quantitatis: ⁊ eadē actio numero eſt ſtudioſa ⁊ praua ſucceſſiue (ſi nunc non ſit prohibita ⁊ poſtea ſit prohibita) ⁊ tamen actio eſt de prędicamento actionis: ergo non ſola ſubſtantia ſuſcipit contraria. ¶ Et confir. Oratio recipit contraria per ſui mutationem: nam veritas (vt author eſt Ariſt. 6. meta. tex. 8. ⁊ S. Thomas. 1. parte. q. 16. arti. 2.) non eſt in rebus, ſed in intellectu: ⁊ per conſequens in ſe recipit veritatem ⁊ falſitatem: ergo male dicit Ariſto. quod oratio non ſuſcipit contraria per ſui mutationem. ¶ In contrarium eſt authoritas Ariſtotelis aſſerētis has ſex proprietates ſubſtantię.

## ¶ Ad quæſtionem reſpondetur

affirmatiue. Unde ad primum argumētum negatur elementa eſſe in mixto tanquā in ſubiecto: quia non ſunt formaliter in mixto, ſed virtualiter ſecundum ſuas qualitates. *Elementa.* Et quāuis eſſent formaliter in illo, nō tamen eſſent tanquā in ente cōpleto: quemadmodum accidentia ſunt in ſubiecto a quo ſuſtentantur: ſed eſſent tanquam partes ex quibus componeretur mixtū. Forma vero ſubſtantialis primo non eſt ſubſtantia cōpleta: ⁊ prędterea nec eſt in ſubiecto tanquā in ente completo a quo recipit eſſe: ſicut accidentia ſunt in ſubiecto, et ſicut negatur ſubſtantia eſſe in ſubiecto: ſed eſt in ſubiecto, puta in materia prima quę eſt ens in potentia cui forma dat eſſe. ¶ Ad ſecundum reſpōdetur vti ſuperiori quęſtione diximꝰ, quod hęc conditio quę eſt prędicari de inferioribus vniuoce nomine ⁊ ratione, non conuenit ſoli ſubſtantię: ſed oībus prędicamentis reſpectu ſuorū quidditatiue inferiorum. Nihilominus, quia, hic agitur de oībus prędicamentis reſpectu primę ſubſtantię, hoc eſt, proprium prędicatis de prędicamento ſubſtantię, prędicari nomine ⁊ ratione de ſubſtantia, ſiue ſit ſpecies, ſiue genus, ſiue differentia: nam alia prędicamenta non prędicantur de ſubſtantia nomine ⁊ ratione (vt ſupra diximus) ſed denominatiue. ¶ Ad tertium argumentū conceditur in alijs prędicamentis eſſe etiā indiuidua ⁊ vniuerſalia quę de illis quidditatiue prędicantur, ⁊ quodammodo quidditates (vt Ariſto. 7. meta. text. 2. ⁊ 15. docet) ⁊ ideo quodammodo poſſunt vocari ſubſtantię: nam vt habetur. 5. meta. tex. 15. ſubſtantia vno modo ſignificat quod quid erat eſſe omniū prędicamentorū. Attamē quia accidentia,



dentia, ſicut ſimpliciter non ſunt entia, ita ſimpliciter non habēt quidditates, ſed ſecundū quid, ⁊ ideo non appellantur ſecūdę ſubſtātię: ſed hoc nomē proprie ⁊ ſimpliciter cōuenit vniuerſalibus prędicamēti ſubſtātię quę ſunt in linea recta. Unde differentię nō ſunt ſecundę ſubſtātię: qꝛ nō prędicātur in quid: nam ſubſtātia ſolū eſt illud, per quod reſpondemus ad quęſtionē factam per quid. ¶ Hic tamē eſt obiter adnotandū, quemadmodum verba hęc Ariſt. album nihil aliud quā quale ſignificat, non eſſe adeo efficacia ad probandū album ſolū ſignificare albedinē: tametſi ad hoc propoſitū paſſim citentur, etiā a philoſophis ſuperioris notę. *Albū quale ſignificat.* Primo: qꝛ Gręce non habetur, ſolā qualinatē ſignificat, ſed, ſolum quale ſignificat, vt transfert Argyropylus: eſt enim poion, non poioteta. Et prędterea quia hic non eſt quęſtio apud Ariſtotelē de ſignificatione nominis denominatiui: videlicet an ſignificet ſubiectū materiale vel formā accidentalē: ſed ſolū vult explicare, ꝙ ſecūda ſubſtantia nō ſignificat quale ſimpliciter ſicut albū: quia albū (inquit) non niſi quale ſignificat, ſubſtantia vero ſignificat quale quid. i. quale ſubſtātiale. Nihilominus credo, ꝙ termini connotatiui ſignificant formā accidentalē, conſignificādo ſubiectū: vt. 5. Met. tex. 14. aſſerit Comment. aduerſus Auicennā. Qua de cauſa S. Thomas ſępe dicit, ꝙ nomē denominatiuū aliud ſignificat, puta formā: ⁊ pro alio ſupponit, puta pro ſubiecto illius formę quod denominat. Auicenna vero putabat, ꝙ potius ſignificat ſubiectū illud pro quo ſupponit. Quē Nominales ſequuntur. ¶ Ad quartū argumentū reſpōdetur, ꝙ cōtrarietas multis modis accipitur, vt in poſtprędicamentis videbimus: *Cōtrarietas.* omnia enim ſibi oppoſita ⁊ quomodocūq; repugnātia dicūtur generali noīe cōtraria: ſed vt loco modo citato ait Ariſt. cōtraria proprie ſunt illa, quę ſunt ſub eodē genere ⁊ mutuo ſe circa idē ſubiectū expellunt: vt calidū, frigidum: albū, nigrum ⁊c. Et in hac ſignificatione, ſubſtantię nihil eſt contrarium. Et ratio eſt quā in expoſitiōe literę inſinuauimus: qꝛ ſubſtantię nō recipiūtur in ſubiecto. Et prędterea qꝛ ſubſtātię nō ſe mutuo corrumpunt niſi mediantibus qualitatibus. Quapropter contrarietas per ſe primo conuenit qualitatibus: ⁊ ratione illarū cōuenit ſubſtantię. Unde elementa nō ſunt ſibi contraria niſi ratione qualitatū quas habēt cōtrarias. ¶ Ad primā confirmationē reſpōdetur, ꝙ forma dicitur cōtraria priuationi, nō proprie: quia priuatio, vt, nō homo, non eſt aliquid poſitiue: ſed improprie, qꝛ priuatio ⁊ forma fiunt ſucceſſiue circa eandē materiā: ignis enim nō fit ex igne, ſed ex nō igne. ¶ Quō ſi arguas, ꝙ formę ſubſtātiales etiā ſe expellūt circa eandem materiā: vt forma ignis, ⁊ forma aquę: ergo ſunt proprie cōtrarię: negatur cōſequentia, qꝛ nō ſe expellunt per ſe, ſed ratione qualitatum: eo enim ꝙ ignis per calorē depellit frigiditatē aquę, ſubſequēter corrumpit formā. ¶ Ad ſecundā confirmationē reſpōdetur: ꝙ differentię oppoſitę diuiſiuę generis non ſunt proprie cōtrarię, poſtq̃ nō ſe expellūt circa idem ſubiectū: quippe cū fieri nequeat, vt idem animal modo ſit rationale, ⁊ poſtmodū irrationale: ſed dicūtur cōtrarię, qꝛ vna eſt quodāmodo alterius priuatio. Cum enim ſpecies eiuſdē generis ſint perfectione inęquales, perfectiſſima, quę eſt aliarū menſura, cenſetur vt habitus, ⁊ reliquę imperfectiores habent ſe vt priuationes eius: ⁊ ideo prima explicatur noīe poſitiuo, rationalis, ⁊ reliquę oēs nomine priuatiuo, irrationales. ¶ Ad primā partē quinti argumēti de anima rationali reſpōdetur nō eſſe mentem S. Thomę, nec poteſt eſſe alicuius philoſophi, ꝙ anima ſecundū ſuā eſſentiā recipiat magis ⁊ minus, nec ſit vna eſſentialiter perfectior alia: quando quidē oēs ſunt eiuſdē ſpeciei. Sed tamen quod S. Tho. locis citatis ⁊ philoſophi concedunt eſt, ꝙ vna anima poteſt eſſe perfectior in vno q̃ in alio indiuidualiter ex parte corporis: qꝛ cū anima ſit actus corporis, debent ambo habere proportionem, vt in corpore melioris complexionis ſit anima quodāmodo melior, iuxta illud ſecundo de anima textu. 64. Molles carne, mente ſunt aptiores. ¶ Hoc tñ dupliciter poteſt intelligi. Uno modo, ꝙ vna anima ſit in ſeipſa perfectior quā alia: veluti vnus homo eſt maior aut pulchrior alio. Et hoc modo cenſet Caietanus loco citato prima parte vnā animā eſſe perfectiorē alia: vbi ait, cęcos eſſe qui hoc non vident. *Vna anima perfectior alia.* ¶ At ingenue fateor me eſſe in numero horum cęcorū, qui nunquā intelligere potui quomodo animas eiuſdem ſpeciei potuerit Deus facere inęqualiter perfectas: nam in perfectione eſſentiali nō poteſt eſſe inęqualitas. Sunt enim ſpecies in hoc ſicut numeri, ꝙ earū perfectio conſiſtit in indiuiſibili, vt habetur. 8. met. tex. 10. Quod ſi ſit perfectio accidētalis, hoc non poteſt eſſe niſi aut ratione intenſionis in ſubiecto, vt vnum eſt magis calidū q̃ aliud: aut ratione extenſionis, vt vnū corpus eſt maius quam aliud: aut ratione diſpoſitionis partiū, vt vnū eſt pulchrius alio: aut ꝓpter aliā ſimilē diſpoſitionē accidentalē, vt colligitur ex Ariſt. 7. Phyſi. tex. 29. vbi ait, ꝙ cōparatio nō fit niſi in ſpecie ſpecialiſſima, quę eſſentialiter eſt eadē in ſuis indiuiduis, ſed accidentaliter variatur: hęc tamen accidentalis variatio in anima, intelligi nō poteſt ſecundum ſeipſam ſecluſis habitibus, ⁊ actibus intellectus ⁊ voluntatis. ¶ Alio ergo modo intelligitur, ꝙ vna anima eſt perfectior alia: qa videlicet poteſt meliores actus producere tam ſpirituales, q̃ corporeos, propter meliora inſtrumenta ⁊ ſenſus ⁊ alia organa corporea quę illi contingunt ex meliorī diſpoſitione corporis. Et in hoc ſenſu concedendum eſt, ꝙ vnus homo eſt perſpicacioris ingenij q̃ alius, aut quod anima Chriſti fuit perfectior quacūq; alia creata. Nempe ꝙ temperatiſſimā corporis compoſitionē fuerit ſortita. Non loquimur de dotibus eius, tam intellectus quā voluntatis: ſed de nuda eſſentia animę. ¶ Unde nō ſequitur, ꝙ anima recipiat magis ⁊ minus. Imo nec ſecundū Caietanū id ſequitur: qꝛ perfectio illa quam anima ſortitur in ſua creatione non variatur poſtea, etiā ſi corporis cōplexio mutetur. Sed de hoc alias. ¶ Ad ſecundā partē argumenti reſpōdetur, ꝙ opinio illa Commentatoris non tenetur, nec eſt ad mentē philoſophi. Cenſet enim elementa manere in mixto, neq; omnino ſecundum eſſe cōpletū quod habent ſeparata: neq; tantū, ſecundū eorū qualitates, ſed medio modo, puta ſecundū ſuū eſſe ſubſtantiale, in eſſe tamē remiſſo. Itaq; putat, ꝙ eſſentię elementorū temperantur, ⁊ remittuntur in cōpoſitione mixti ad modū quo albedo ⁊ nigredo remittuntur in mixtione coloris viridis aut rubei. Et ita gloſſat iſtū locū Ariſtotelis (. ſ. ſubſtantiā nō ſuſcipere magis ⁊ minus) ꝙ intelligatur de ſubſtantiis perfectis ⁊ mixtis. ¶ Sed re vera hoc eſt ad libitum peruertere doctrinā Ariſt. Nam cum elementa ſint ſimpliciter ſubſtantię, non poſſunt eſſe in ſubieto ſicut accidentia, ⁊ per cōſequens, nec intendi nec remitti: ſed manēt in mixto tantūmodo virtualiter ſecundū ſuas qualitates, puta calorē, frigiditatē, humiditatē, ⁊ ſiccitatē. ¶ Ad tertiam partē argumenti patet reſponſio, ex his quę diximus cap. 4. Natura enim generis nō ſuſcipit magis ⁊ minus: ſed qꝛ natura. v. g. animalis non eſt alia natura ſpeciei, fit ꝙ eſſe aīal in hoīe ſit perfectius quā in equo: nō ꝓpter intenſionē, ſed propter differentiā ſpecificā: qꝛ natu

ra animalis ⁊ hoīs in Petro ſola ratione differunt. ¶ Ad vltimũ argumentũ reſpondet, ꝙ Ariſto. loquitur de ſubſtãtia quę eſt in pręd icamẽtis: Deum aũt iam diximus non eſſe in pręd icamẽto: nihil enim eſt in illo, aut mutabilitatis aut potẽtię. Intelligẽtias vero negamus nõ poſſe recipere cõtraria: nam in intellectu ſuapte natura poſſunt recipere verum ⁊ falſum, ⁊ in voluntate, bonũ ⁊ malũ: nõ tamẽ poſſunt recipere contrariũ, quod tendat ad corruptionem, aut generationem. Idem dicimus de cœlo, ꝙ non poteſt hoc modo recipere contrarium: ſed nihilo minus in coelo diſtinguimus, dextrũ, ⁊ ſiniſtrũ: ⁊ ſecundũ partes habet motus contrarios: nã pars quę modo mouetur in orientẽ, poſtea mouetur in occidentẽ: quãuis ſecundũ ſe totũ coelũ non habeat motus contrarios. ¶ Ad aliud de forma reſpondetur: ꝙ eo modo quo forma eſt ſubiectũ, recipit cõtraria: puta tanꝗ ſubiectũ quo (vt diximus de quantitate) quare habitus ineſt intellectui ⁊ aīę, ſʒ hoī tanquã intelligẽti. Animę vero ſeparatę quę habet modũ ſubſtãtię poſſunt ineſſe ſucceſſiue contraria. ¶ Ad ſecundã partẽ antecedẽtis eiuſdẽ argumenti reſpondet, ꝙ ſuſcipere cõtraria ſtat dupliciter: vno modo tanquã ſubiectũ quo. ⁊ hoc cõuenit ſuperficiei ⁊ lineę. Alio modo tanquã ſubiecto quod: ⁊ hoc eſt propriũ ſubſtantię. Volo dicere, ꝙ ſuperficies non ſuſciperet albedinẽ, niſi q2 ſubſtãtia ſuſtentat illã: nec linea fieret curua aut recta, niſi q2 ferrũ vbi eſt linea recipit curuitatem, ⁊ rectitudinẽ. Recipiunt tamen huiuſmodi accidentia mediante quantitate. ¶ Ad confirmationẽ reſpondet, ꝙ oratio aut iudiciũ per hoc ꝙ mutatur de veritate in falſitatẽ, ſolũ amittit ⁊ acquirit reſpectũ nouũ: eſt enim veritas adęquatio ſigni ad ſignatũ: ⁊ Ariſt. loquitur de cõtrarietate proprie, quę eſt rerũ abſolutarũ. Eodẽ modo reſpõdetur de actione, ꝙ eadẽ actio numero in eſſe naturali, poteſt mutari de bona in malã moraliter: nõ tamẽ per mutationẽ realem ſui, ſed per mutationem legis aut temporis. v. g. cœnare carnes feria quinta in medio noctis ante duodecimam eſt bona actio: poſt duodecimam eſt mala actio propter mutationem temporis prohibiti. Et lectio hęc mea quę modo eſt bona, fieret mala ſi prohiberetur.

Duplex ſubiectũ.

## De Quantitate. Cap. VI.

QVantum autem partim eſt continuum, partim diſcretum: & partim ex habentibus poſitionem partibus, partim è nõ habẽtibus conſtat. Atq; diſcretũ quidem eſt, vt numerus atq; oratio: continuum autem, vt linea, ſuperficies, & corpus: & inſuper præter hæc, tempus & locus. ℭ Partium enim numeri nullus terminus communis eſt, quo ipſæ copulantur, ceu quinque & quinq; ſi ſint denarij partes, nullo communi termino copulãtur: ſed ſunt ſeiuncta. Similiter tria & quinq; communi termino nullo copulantur. Neq; omninò fit, vt numeri partium terminus cõmunis vllus ſumatur, ſed ſemper partes ſeiunctæ ſunt: quare diſcretum numerus eſt. Similiter & oratio diſcretum eſſe videtur: nam quantum ipſam eſſe ex eo patet, quia longa breuiq; ſyllaba menſuratur. Eam verò orationem dico, quæ fit cum voce: etenim nullo partes ipſius communi termino copulant: neq; enim terminus cõmunis vllus eſt, ad quẽ ſyllabæ coaleſcãt: ſed quæq; per ſe ſunt ſeiunctæ. ℭ Linea verò continuũ eſt, ſumi nanq; cõmunis terminus, quo partes lineæ copulentur, punctum poteſt: itidem vt ſuperficiei linea. Plani nanq; partes communi quodam termino copulantur. Similiter & in corpore ſumere aſſignareq; lineam ſuperficiémve communem terminum potes, quo partes corporis copulantur. ℭ Porrò autẽ & tempus & locus generis huius ſunt: tempus enim pręſens cum exacto futuroq; copulatur. Rurſùs & locus cõtinuus eſt: corporis enim partes, quę quidem aliquo cõmuni termino copulantur, locum occupant: igitur & loci partes, quas quæq; pars corporis occupat, eodem ſanè termino copulantur, quo copulantur & partes corporis. Quare locus etiã continuus erit, quippe cùm partes ipſius vno cõmuni termino copulentur. Tex. ij. ℭ Prætereà partim, vti diximus, ex habentibus poſitionem partibus, partim è non habentibus conſtat: nam lineæ quidem partes poſitionem habent: quęque enim ipſarum alicubi ſitum habet: atque quâ in parte plani quæq; ſita eſt, quâq; cum parte copulatur, ſumere aſsignareq; potes. Similiter & plani partes poſitionem quandam nimirum habent: ſimili nanq; modo quæq; partium vbi iacet, quâq; cum parte copulata eſt, aſsignabitur. Partes etiam ſolidi lociue poſitionem identidẽ habent. At in numero nemo demonſtrare partes ipſius poſitionem quam habeãt, aut vbi ſint ſitæ, aut quæ quibus cũ copulentur, poteſt. Nec item in tempore: nulla enim pars temporis permanet: quod autem non permanet, id quónam pacto poſitionem habebit? Sed ordinem habere potiùs dices, propterea quòd hæc pars ſit prior temporis, hęc poſterior. Et in numero ſimili modo: ex eo planè, quia priùs vnum ꝗ duo, & duo ꝗ tria, & tria quàm quatuor numerantur. Atque hoc quidem pacto ordinem quendam habent, poſitionem autem ipſarum non vtique ſumas. Oratio quoq; ſimiliter ſeſe habere videtur: nulla enim ipſius pars permanet: ſed iam quæ dicta eſt, prehendi ampliùs non poteſt. Quare partium ipſius poſitio ſanè non erit, cùm nulla prorſus permaneat. Quæ cùm ità ſint, patet, partim ex habentibus poſitionem partibus, partim à non habentibus poſitionem conſtare. Tex. iij. ℭ Atqui hęc ſola quę dicta ſunt, propriè quanta dicũtur: cętera verò vniuerſa per accidẽs. Ad hoc enim aſpicientes, & cætera quãta dicimus: velut albũ, ex eo multũ dicitur, quia multa ſuperficies



eſt: & actio longa, motúſue, quia tempus eſt longum: non enim per ſe vnumquodq; horum dicitur quantum. Etenim ſi quiſpiam quantánam ſit actio aſſignauerit, tempore ſanè ipſam definiet, biennem dicendo, aut triennẽ eſſe, aut alio ſimili modo. Et album etiam quantum ſit ſi aſſignauerit, ſuperficie nimirum definiet: quanta enim eſt ſuperficies, tantum dicet & album eſſe. Quare ea ſola quæ dicta ſunt, propriè & per ſe quanta dicuntur: cæterorum verò nihil per ſe, ſed per accidens dicitur quantũ. Tex. iiij. ℭ Prætereà quantitati nihil eſt contrarium. Indefinitis enim quantis nullam omninò cõtrarietatem eſſe, patet: ceu bicubito, aut tricubito, aut ſuperficiei, aut alicui tali: nihil eſt illorũ omninò contrarium. Niſi quiſpiam pauco multum, aut paruo magnum dixerit contrariũ eſſe. ℭ At horum nihil eſt quantum, ſed potiùs eſt ad aliquid. Nihil enim per ſe magnum vel paruum dicitur, ſed ad aliud ſanè refertur: ceu mons quidem paruus dicitur, milium autem magnũ: propterea quòd hoc maius, ille minor hiſce quæ generis eiuſdem ſunt exiſtat. Ad aliud igitur eſt ipſorum relatio: nam ſi paruum quicquam magnúmue per ſe diceretur, nunquàm mons quidẽ paruus, milium verò magnum vtiq; dicatur. Rurſus in pago quidem multos homines, Athenis autem paucos dicimus eſſe, qui tamen longè ſunt illis plures: & in domo quidem multos, in theatro verò paucos, qui quidem & ipſi multo ſunt illis plures. Prætereà bicubitum quidem atq; tricubitum, & talium vnumquodq; quantũ ſignificat: magnũ autem & paruum, quantum non ſignificat, ſed magis ad aliquid. Alterius enim contemplatione magnum paruũq; intelligitur. Quare patet, hæc ex his eſſe, quæ ad aliquid ſunt. Prætereà ſiue quanta hæc quiſpiam eſſe ponat, ſiue non ponat, nihil eſt ipſis contrarium: quod enim per ſe ipſum ſumi non poteſt, ſed ad aliud ſemper refertur, ei quonam parto contrarium quicquam fuerit? Prætereà ſi magnum ac paruum contraria ſunt, fiet vt idem contraria ſimul ſuſcipiat, & eadem ſibiipſis contraria vt ſint. Fit enim interdum, vt magnũ atq; paruum ſit idem. Eſt enim ad hoc quidem paruũ, ad aliud verò magnum: quare fit, vt idem eodem tempore magnum ſit atque paruum. Quòd ſi hæc contraria ſint, idem profectò contraria ſimul ſuſcipiet: at nihil videtur ſimul ſuſcipere contraria poſſe: ſubſtantia nanq; ſuſceptrix quidem contrariorum eſſe videtur, non tamen valet ſimul atq; ægrotat quiſquam: neq; ſimul album eſt quicquam atq; nigrum, neq; cæterorum quicquam quod quidẽ contraria ſuſcipiat ſimul. Fit etiam, vt ipſa ſibiipſis cõtraria ſint. Nam ſi magnum contrarium paruo eſt, cùm idem corpus & magnum ſit & paruum eodem tempore: maximè ſequens videtur, vt idem quoque ipſum ſibi contrarium fateamur. Sed vt quicquam ſit ipſum ſibi contrarium, fieri nequit. Ergo nec magnum paruo cõtrarium eſſe poteſt, neque pauco multum. Quare etſi quiſpiam hæc non ad aliquid, ſed quanta eſſet dicet, contrarium tamen nullum prorſus habebunt. Maximè autem quantitatis contrarietas verſari circa locum videtur. Supernum enim infero contrarium ponunt, locum qui eſt in medio inferum eſſe dicentes: propterea quòd medij ad fines ipſius mundi diſtantia, maxima eſt. Cæterorum quoq; definitionem contrariorum, ab his afferre ac aſſignare videntur. Quæ nanque plurimùm inter ſeſe ſub eodem genere diſtant, ea contraria eſſe dicunt. Tex. v. ℭ Porrò autem, quanto magis ac minùs eſſe non competit, vt bicubito: non eſt enim aliud alio bicubitũ magis: neque in numero, vt tria magis quàm quinq;, tria vel quinq; econtráue dicãtur. Neq; tempus aliud alio magis tempus dicitur: neque in eorum vllo omninò quæ dicta ſunt, magis minúſue dicitur. Quanto itaq; nõ magis ac minùs eſſe competit. Tex. vj. ℭ Proprium autem quantitatis eſt maximè, æqualitas & inæqualitas, vt hac æquale vel inæquale vnumquodq; eorum quæ rationem quantitatis ſubeunt dicatur, vt corpus æquale ac inæquale, & numerus & tempus æquale inæqualéue ſimiliter dicitur, & de cęteris quæ iam dicta ſunt, ſimili modo. Reliqua verò quæ non ſunt quanta, non omninò æqualia ac inæqualia videbuntur: veluti diſpoſitio æqualis inæqualíſue non omninò dicitur, ſed ſimilis potiùs, atq; diſſimilis: & albũ itidem æquale inęqualéue, non omninò, ſed ſimile dici atque diſſimile ſolet. Quare quantitati maximè proprium erit, æquale ac inæquale vt dicatur.

PRoximum ſubſtantię prędicamentũ eſt quantitas: ꝙ ſi cui forte dubitatio ſubierit, ꝙ prędicamentum qualitatis quãtitati fuiſſet pręferendũ: eo ꝙ qualitas (vt. c. 4. dicebamus) ſequitur formã, quantitas vero conſequitur materiam, ⁊ forma dignitate excellit materiam: item quia qualitas conuenit perfectiſſimis ſubſtantiis, puta intelligẽtiis, quibus repugnat quãtitas: Reſpondetur, quod Ariſtoteles non tam conſiderauit ordinem dignitatis, quam ordinem ſubſtandi: exorditur enim conſiderationem prędicamentorum a prima ſubſtantia, quę eſt omnium ſubiectum: ⁊ poſt ſubſtantiam ſubiectum omniũ aliorũ accidentiũ eſt quantitas: nam oĩa corporalia accidẽtia inſunt ſubſtantię mediante quantitate: ⁊ ideo qua ratione primam ſubſtantiam prętulit ſecundę, prędicamentum quantitatis antepoſuit cęteris omnibus. ¶ Secunda ratio eſt: quia inter omnia accidentia quantitas eſt quę prius conuenit ſubſtantię corporeę: ratio enĩ corporis conſiſtit in hoc quod eſt habere trinam dimenſionem: ratione cuius corpus eſt ſubiectũ cęte-

Ordo prędicamentorum.

 rorum

*Quātitas ſubſtantię ſimillima.*

rorũ accidentiũ: ⁊ qꝛ cognitio noſtra incipit a ſubſtātia corporea, ordine cōgruo quātitas pręponitur reliquis prędicamētis. ¶ Et pręterea, qꝛ quantitas eſt ſubſtantię omniũ accidentiũ ſimillima: recipit enim per ſe diuiſionē ſicut ſubſtātia: ⁊ ratione quātitatis numeramus ſuppoſita: ⁊ in ſacramēto altaris quantitas vice ſubſtantię ſuſtinet accidentia reliqua: ⁊ quantitati conueniunt paſſiones ſubſtantię: nempe nō habere cōtraria, nō ſuſcipere magis ⁊ minus. In ſumma, qua ratione Ariſto. 1. Phyſi. prius diſputauit de materia quā de forma, prius hic agit de quantitate ꝙ de reliquis accidentibus.

*Partitio.*

¶ Atqui capitulũ hoc ſextũ: vti pręcedens in duo membra ſecatur. In primo enumerat Ariſto. exponitq́ ſpecies quantitatis, ⁊ in ſecundo ſubdit eius proprietates. Primum membrum tres habet textus iuxta tres diuiſiones quantitatis: ⁊ ſecundũ tres itē, iuxta tres proprietates eius: vnde totũ caput per ſex diſtribuitur textꝰ. ¶ Tres ſunt diuiſiones quantitatis. Prima eſt (quā Ariſt. non explicat, ſed ſupponit) in per ſe ⁊ per accidens. Secunda eſt quantitatis per ſe in continuā ⁊ diſcretā: ⁊ tertia quantitatis etiā per ſe, in poſitionē habentē, ⁊ nō habentē poſitionē in continuo. In primo textu tractat ſecundam diuiſionem: ⁊ in ſecundo tertiam: quę ſunt omnes per ſe quātitates: ⁊ in tertio ſubdit ea quę ſunt quanta per accidens.

¶ Proponit ergò, quanti aliud continuũ aliud diſcretũ: ⁊ aliud quidē ex partibus conſtat poſitionē ad ſe inuicē habentibus, ⁊ aliud ex non habētibꝰ poſitionē. Profert ambas diuiſiones ſimul: qꝛ nec coincidũt, cum ex cōtinuis aliquod habeat poſitionē ⁊ aliud non habeat: nec rurſus ſecunda eſt ſubdiuiſio alicuius mēbri prioris diuiſionis: quia ſecundũ membrũ, ſcilicet, non habere poſitionem, includit omnē quātitatē diſcretā ⁊ aliquā continuam, vt quam primũ videbimus. Prępoſuit vero diuiſionem in continuũ ⁊ diſcretũ, qꝛ illa eſt generis in ſpecies, alia vero eſt ſubiecti in accidētia: vel quia habere poſitionem ſupponit partes eſſe continuas, ⁊ addit aliud, vt ſtatim dicturi ſumus. ¶ Et textus iſte habet particulas quatuor. In prima proponit diuiſiones ⁊ cōnumerat ſpecies vtriuſq́ membri prioris diuiſionis. Ait enim quantitatis diſcretę duas eſſe ſpecies, quę ſunt, numerus ⁊ oratio: ſed quantitatē continuam habere quinq́ ſpecies, quę ſunt linea, ſuperficies, corpus, ⁊ pręterea tempus ⁊ locus. Ad cuius intelligentiā notandum eſt, ꝙ eſſe quantitatis, eſt eſſe menſuram ſubſtantię: ſed poteſt quantitas eſſe menſura ſubſtantię, aut intrinſeca. i. formaliter inhęrens ſubſtantię: aut extrinſeca. i. adiacens ſubſtantię. Atqui ea quę metimur, aut ſunt continua, aut diſcreta: ⁊ rurſus aut ſunt permanentia, aut ſucceſſiua. Diſcretorum ergo permanētium mēſura eſt numerus: ſucceſſiuorum vero, eſt oratio. Continuorum autē permanētium ſunt tres ſpecies intrinſecę, puta, linea, ſuperficies, ⁊ corpus, ⁊ vna extrinſeca videlicet locus: at continuorum ſucceſſiuorum mēſura extrinſeca eſt tempus.

*Septē ſpecies quantitatis.*

¶ Unde ſeptem ſpecies quantitatis colliguntur: quinq́ intrinſecę: vt numerus, oratio, linea, ſuperficies, ⁊ corpꝰ: ⁊ duę extrinſecę, puta, tempus ⁊ locus. Rurſus, duę diſcretorũ, ſcilicet, numerus ⁊ oratio, ⁊ reliquę quinq́ continuorum. Atque adeo quinque permatium, puta, numerus, linea, ſuperficies, corpus, ⁊ locus: ⁊ duę ſucceſſiuorum, puta, tempus pro continuis, ⁊ oratio pro diſcretis. Hinc fit punctum ⁊ vnitatem non eſſe quantitates, ſed principia quantitatis. ¶ In ſecunda particula textus deſcendit Ariſtote. ad ſingulorum enarrationē. Et quāuis in propoſitione diuiſionis continuũ pręlulerat diſcreto, hic tamē vice verſa prius narrat diſcretũ quam continuum. Nec caſu id putes, ſed cōſulto factũ. Nam quantũ ad rationē eſſendi, continuũ eſt prius diſcreto: qꝛ (ut autor eſt Ariſt. 3. Phyſi. tex. 68.) ex diuiſione cōtinui fit numerꝰ: ⁊ ideo nos prius cognoſcimꝰ continuũ quam diſcretũ: vt puta vnam rem quam plures, ⁊ hac ratione propoſuit prius continuũ quam diſcretũ. Attamen ſi conſiderētur huiuſmodi quantitates in ratione menſurę (quemadmodũ hic conſiderantur) numerus pręcedit quantitatē continuā: nam (vt docet Ariſt. 10. Metaphyſi. tex. 2.) vnitati, quę eſt principium numeri, primo ⁊ maxime conuenit eſſe menſuram: quia mēſura eſt id quod eſt indiuiſibile (qualis eſt vnitas) quam ob rem continua ipſa vnitatibus multiplicatis metimur: vt pannũ vlnis.

*Unitas eſt prima menſura.*

¶ Exponit ergo in hac ſecunda particula Ariſto. quomodo numerus ⁊ oratio ſint quantitates diſcretę. Et numerum quidē non probat eſſe quantitatē, ſed tanquam manifeſtũ pręſupponit: exponit autē eum eſſe quantitatem diſcretam. Eſt enim diſcreta quantitas illa cuius partes non copulātur vno termino cōmuni.

*Copulari termino cōmuni.*

Ad cuius euidentiā notandũ eſt, ꝙ partes copulari ad vnũ terminũ communē, eſt ꝙ idē numero ſit terminus vtriuſque partis. Exempli gratia. In linea quodcunq́ mediũ punctũ deſignaueris, illud idem eſt terminus vtriuſq́ partiũ in illud concurrentiũ, ⁊ hac ratione linea eſt cōtinua: ꝙ ſi lineam incidas, tunc aliud punctũ terminat vnā medietatē ⁊ aliud reliquam, ⁊ hac ratione partes inciſę ſunt quantitas diſcreta. Nec refert punctum eſſe rem diſtinctā a ſubſtātia necne: quia verba Ariſt. intelligi non poſſunt, niſi punctis ⁊ lineis ⁊ ſuperficiebus indiuiſibilibus, aut aſſertis, aut per intellectũ fictis. Ad hoc enim propoſitũ dixit. 2. Phyſi. ꝙ abſtrahentiũ non eſt mendaciũ. ſ. conſiderantiũ lineā, vt diſtinctā a ſuperficie, ⁊ ſuperficiē vt diſtinctā a corpore. Numerus igitur eſt quantitas diſcreta: qꝛ quinq́ ⁊ quinq́ quę ſunt partes denarij nullo termino copulantur qui ſit vtriq́ partiũ cōis: nā partes illę ſeiũctę ſunt.

*Oratio.*

¶ At vero de oratione, qꝛ vtrũq́ eſt obſcurũ, vtrunq́ manifeſtat Ariſto. ſ. ⁊ ꝙ oratio ſit quantitas, ⁊ quod ſit quantitas diſcreta: loquitur enim de oratione vocali, quę eſt ens ſucceſſiuum. Et ꝙ ſit quantitas probat hac ratione. Longum ⁊ breue eſt paſſio quantitatis: ſed ſyllaba eſt longa ⁊ breuis (ſi enī dicas, temporis, prima ſyllaba tantũ cōſumit tempus, quantũ ambę ſequentes) ergo oratio quę conſtat ex ſyllabis eſt quātitas. Quod vero ſit quantitas diſcreta, probat: qꝛ partes dictionis nō copulantur vno termino cōi, ſicut nec partes numeri: ſi enī dixeris, Dñs, tres diſtinctas ſyllabas protuliſti. Quō ſi qs arguat, Ariſtotelē potius probare ſyllabā eſſe quantā, quā eſſe quantitatē, reſpondet ſatis eſſe probaſſe, ꝙ vel ſyllaba eſt quātitas, vel habet quātitatē: nō enī hic diſputat an quantitas diſtinguatur a re quanta.

*Tres dimēſiones.*

¶ In tertia particula oſtendit Ariſto. tres ſpecies quantitatis continuę, quę ſunt, linea, ſuperficies, ⁊ corpus. Ad cuius expoſitionē adnotandũ eſt, ſolas eſſe tres dimentiones in corpore quas mathematicorũ more ſic eſt intelligere: Si punctum indiuiſibile (qualem cuſpidē acus demus) ſuper planā ſuperficiē cogitatione deduxeris, veſtigiũ reſtat diuiſibile ſecundum longitudinē, ⁊ ſecundũ latitudinē indiuiſibile: quod appellatur linea. Quod ſi lineam verſus latus rurſus traxeris, ſuperficies reſtat longa ⁊ lata, ſed non profunda. At ſi ſuperficiem ſurſum leuaueris, reſtat corpus, longum, latum ⁊ profundũ. Non ꝙ corpus ex his indiuiſibilibus cōſtet cōtra doctrinā Ariſt. 6. Phyſi. ſed ꝙ iſto modo imaginari poſſumus hmōi

quan-



quantitates. Ait ergo Ariſt. ꝙ linea eſt quātitas cōtinua, eo ꝙ partes eius vno cōmuni termino copulanꝫ qui eſt punctũ: ⁊ eadē ratione ſuperficies cuiꝰ partes copulātur linea: atq́ adeo corpus cuius partes copulantur ſuperficie. Ubi id conſiderandũ eſt, quomodo punctũ nō eſt quātitas, cũ ſit quid indiuiſibile: ſed eſt terminus partiũ quātitatis.

*Tempus.*

¶ In quarta ⁊ poſtrema particula huius textus cōcludit Ariſtot. ꝙ etiā tempus ⁊ locus ſunt quędā quantitates continuę: ſunt enim extrinſeca mēſura ſubſtātię: locus quidē eſt menſura magnitudinis corporis: nam tāta eſt magnitudo quātus eſt locus quo cōtinetur: ⁊ tēpus eſt menſura durationis rei. Et probat tempus eſſe quantitatē continuā: qꝛ partes tēporis, vt pręſens, pręteritũ, ⁊ futurũ, copulātur vnico termino cōi, ſicut linea. ¶ Ad cuius notitiā notandũ eſt, ꝙ quemadmodũ partes linęę cōtinuantur per indiuiſibilia puncta, ita partes tēporis per indiuiſibilia inſtantia, ⁊ partes motus (qui tēpore menſurātur) copulantur per indiuiſibilia quę dicũtur, mutata eſſe. An vero ſint accidētia diſtincta a ſubſtātia. q. 2. vtcunq́ dicturi ſumus. Quod ſi quis arguat nullũ eſſe tēpus pręſens, qꝛ nihil tēporis poteſt eſſe pręſens niſi ſolũ inſtās, reſpōdetur ꝙ cũ Ariſt. modo rem nō tractet metaphyſice, ſed dialectice, loquitur de tempore ſecundũ publicā vocem grammaticorũ: apud quos diſtinguitur tēpus, in pręſens, pręteritũ, ⁊ futurũ. Tempus ergo eſt quātitas cōtinua: qꝛ inſtans pręſens vnicũ, eſt terminus pręteriti tēporis ⁊ futuri: eſt enim vltimũ inſtans pręteriti, ⁊ primũ futuri, vtrũq́ tēpus coniũgens.

*Locus.*

¶ Secũdo probat, locũ eſſe etiā quantitatē continuā. Et ꝙ ſit quātitas pręſuponit vt notũ: nam cũ ſola corpora quāta ſint ĩ loco, fit vt locus ſit quātus, quemadmodũ ⁊ locatũ: ſed ꝙ ſit cōtinuā quātitas probat: qꝛ partes loci, quemadmodũ ⁊ partes locati, cōtinuantur termino cōi. v. g. ſi concauā ſuperficiē vaſis aqua pleni cōferas cũ ſuperficie conuexa aquę, cuicunq́ puncto ſuperficiei aquę intelliges reſpōdere in eodē ſitu aliud punctũ ſuperficiei vaſis. Et hoc eſt quod dicit Ariſt. partes loci eodē termino copulari, quo partes locati. Non enī intelligit, eodē numero (vt multi falſo putāt) nā cũ ſint ſuperficies diſtinctę ⁊ tantũmodo contiguę, nō poſſunt partes vtriuſq́ eodē numero termino copulari: ſed eodē intelligit. i. in eodē ſitu. Textus. 2.

*Poſitio.*

¶ In ſecũdo textu qui incipit, Pręterea partim ⁊c. explicat Ariſt. mēbra ſecundę diuiſionis. Ad cuius intelligentiā notandũ eſt, ꝙ poſitio, dupliciter accipitur, vno modo vt dicit ordinē ⁊ habitudinē partiũ in toto ĩ ordine ad locũ, vt ſtare, ſedere, iacere, ⁊ hoc eſt vnũ ex ſex vltimis prędicamētis. Alio modo accipitur, vt dicit ordinem partiũ in toto inter ſe: qđ eſt eſſe ſurſum, aut deorſum, ante vel retro, dextrorſum vel ſiniſtrorſum. Has enim ſex differētias poſitionis diſtinguit Ariſt. in de aīalibus, ⁊. 2. de coelo text. 12. Unde partes quātitatis habere poſitionē eſt vt poſſimus inter eas deſignare, quę qua ſit ſuperior, aut anterior, aut dexterior. ¶ Ad quod duę ſunt requiſitę cōditiones: requirit enim ⁊ ꝙ partes ſint continuę, ⁊ pręterea ꝙ ſint permanētes: nec opus eſt addere tertiā: puta, ordinē (quā qdā addũt) qꝛ ordo ſtatim conſequit ex his duabꝰ cōditonibus: nec deficit ordo, niſi ex defectu alterius iſtarũ duarũ. Et dicere, ꝙ requiritur ordo, eſt dicere, ꝙ requirit poſitio partiũ: qđ eſt idē per idē exponere. Exēpli gratia. Partes linęę, ⁊ partes ſuperficiei, ⁊ partes corporis, habent inuicē poſitionē: qꝛ ſunt ⁊ cōtinuę, ⁊ permanētes: poſſumꝰ enī inter partes linęę aſſignare, an̄ ⁊ retro, ſi ſit an̄ pedes iacēs in rectũ deducta: ⁊ inter partes ſuꝑficiei aſſignabimus ꝑter hęc, dextrorſum ⁊ ſiniſtrorſum: ac demũ inter partes corporis, oēs diſcernemꝰ dr̄ias poſitiōis. At vero numeri partes nō habēt poſitionē ex defectu ꝑoris cōditionis: qꝛ vz partes numeri termino cōmuni nō copulanꝫ: vñ ſtatim ſequit, non habere ordinē ſcđm ſurſum, aut deorſum aut an̄ ⁊ retro: nā numerꝰ denarius nō dicit, niſi decē res diſtinctas: nec de ſe dicit ꝙ hęc ſit an̄ illā, nec ſupra illā. ¶ Neq́ partes tp̄is habēt poſitionē ex defectu ſcđę cōditionis: qꝛ vz non ſunt permanentes. Un̄ pariter ſequit nō habere ordinē, vt poſſimus in tp̄e ſignare q̄ ſit pars ſuperior aut inferior ⁊c. Subiungit vero Ariſt. ꝙ tā partes tp̄is ꝙ numeri habēt ordinē: non quidē poſitionis, ſed prioris ⁊ poſterioris, vt pręteritũ eſt prius pręſenti, ⁊ pręſens futuro: atq́ binarius eſt prior ternario, ⁊ ternarius quaternario. Tametſi partes priores tp̄is per metaphorā ſolemus etiā appellare ſuperiores, qñ dicimus ſuperioribus tp̄ibus hoc aut illud contigiſſe. Hinc ſequitur, ꝙ partes orationis non habēt poſitionē ex defectu vtriuſq́ cōditionis: qꝛ nec ſunt cōtinuę nec permanentes. Partes vero loci poſitionē habēt ſicuti partes locati. Atq́ adeo ex ſeptē ſpeciebus quātitatis quatuor quātitates cōtinuę habēt poſitionē, ſed ambę diſcretę, ⁊ tēpus poſitione carēt, nec ſolũ partes cōtinui permanētis, ſed pũcta quibꝰ cōtinuanꝫ habent etiā poſitionē, puta ſurſum deorſum ⁊c. nam Ariſ. 5. met. tex. 12. hanc differentiā ponit inter punctũ, qđ eſt principiũ quātitatis cōtinuę, ⁊ vnitatē, q̄ eſt principiũ numeri, ꝙ punctũ habet poſitionē: vnitas vero, nō. Tex. 3. ¶ In tertio textu q̄ incipit, Atq́ hęc ſola ⁊c. poſt enuntiationē quantitatũ quę ſunt quātitates per ſe, addit ea q̄ ſunt quāta per accidēs. Quāta per accidēs ſunt illa quibus non cōuenit vt ſint mēſurę de per ſe, ſed menſurātur aliquo iſtorũ enumeratorũ. Et ponit exemplũ in p̄dicamēto qualitatis ⁊ in prędicamēto actionis, dicit enī ꝙ albũ dr̄ multũ de ꝑaccidens, qꝛ ſuꝑficies ſuꝑ quā extendiꝫ eſt multa: ⁊ actio longa aut motus, qꝛ tēpus durationis eſt longum, vt longa lectio, longus curſus.

*Quāto nihil eſt contrarium.*

Tex. iiij. ¶ In textu quarto qui incipit, Pręterea quātitati, ſubſequiꝫ ſecundũ membrũ huius capitis, in quo tres enarranꝫ ꝓprietates quātitatis. Prima eſt, ꝙ quātitati nihil eſt ꝯtrariũ. Atqui textus iſte tres continet particulas. Primo manifeſtat hanc proprietatē in ſpeciebꝰ determinatis quantitatis: ait enī manifeſtũ eſſe bicubito ⁊ tricubito, nihil eſſe cōtrariũ: ſicut nec linęę, aut ſuperficiei, aut corpori. Et eodē modo pōt eſſe exemplũ in quātitate diſcreta: ternario enī aut quaternario nihil eſt cōtrariũ. Neq́ id probat Ariſt. ſed tanꝙ notũ reliquit ex ſuperiori capite, vbi dixit hāc ꝓprietatē nō ſoli ſubſtātię cōuenire, ſed etiā quātitati. In cuiꝰ expoſitione eadē ratione explicuimus quātitati nihil eſſe contrariũ, qua ſubſtātię ipſi nihil eſt contrariũ. ¶ In ſecunda particula Ariſt. ſubdit obiectionē quā illic etiā ſubdiderat: qꝛ apparet magno contrariari paruum, ⁊ multis pauca: quę videntur eſſe ſpecies quędā quantitatis: ſed latius r̄ndet ꝙ illic, dat enī ſolutiones duas. Primo negat has eſſe quātitates: ⁊ ſcđo eo admiſſo, negat eſſe cōtraria: ait enī magnũ ⁊ paruũ, multũ ⁊ plura, eſſe potius noīa de prędicamēto ad aliquid. Et probatio ſtat in hoc, ꝙ magnum ⁊ paruũ, non ſignificant ſimpliciter ⁊ abſolute quātitates certas: magnũ enī nō dicit certā quantitatē, ſicut bicubitũ, aut quātitatē mille cubitorũ: ſed magnum ſignificat exceſſum reſpetu alterius, ſicut grauũ milij dicitur magnũ, in genere ſuo: ⁊ mōs dicitur paruꝰ, in ratione mōtis: ⁊ in pago ſunt multi vicini, quia excedũt quantitatē iuſtā pagi: ⁊ Athe-



nis

nis pauci, quando non adęquant iuſtam quantitatem ciuitatis: atqui ſignificare exceſſum pertinet ad prędicamentum relationis: ſicut duplum ⁊ triplum: quemadmodũ enim duplum dicit certum exceſſum: ita magnũ dicit exceſſum indeterminatum. Eſt ergo magnũ ⁊ paruum, paſſio quantitatis pertinens ad prędicamentum relationis: diximus namq; cap. de proprio, ꝙ paſſio vnius prędicamẽti ponitur in alio: ⁊ hoc eſt quod dicit hic Ariſto. ꝙ bicubitum quantitatẽ ſignificat. ſ. certã ſpeciem quãtitatis: at vero magnũ non ſignificat quantitatẽ, ſed exceſſum reſpectu alterius, quę eſt relatio quantitatis. ¶Secunda reſponſio ad obiectionẽ eſt, ꝙ etiam ſi admitteret̃ hęc ſignificare quantitatẽ: nihilominus magnũ ⁊ paruũ, nõ ſunt cõtraria. Quod probat tripliciter. ¶Prima ratio ſtat in hoc: cõtraria ſunt quę circa idem ſubiectum mutuo ſe expellunt: ſed tamen id quod eſt magnũ reſpectu alterius nõ expellit ab eodẽ ſubiecto eſſe paruũ: quia ſtat, id quod eſt magnũ reſpectu vnius eſſe paruũ reſpectu alterius, vt pagus qui eſt magnus inter alios pagos, eſt paruus vt ſit ciuitas. In capite ſequenti hoc latius explicabitur, quomodo relatio nõ expellit relationẽ oppoſitã: eo enim ꝙ ſimile non dicitur abſolute ſicut calidũ, ſed reſpectiue, nihil obſtat ꝙ id quod eſt ſimile reſpectu vnius, ſit diſſimile reſpectu alterius: ⁊ propterea ſimile ⁊ diſſimile nõ ſunt ſimpliciter contraria: ſed cum addito ⁊ ſecundũ quid, puta, reſpectu eiuſdẽ. ¶Secũda ratio eſt expoſitio prioris deducendo ad inconueniẽs. Si magnũ ⁊ paruũ eſſent contraria, ſequeretur ꝙ cõtraria ſimul conuenirẽt eidẽ ſubiecto: quod eſt cõtra naturã contrariorum: nam idẽ (vt modo dicebamus) eodem tẽpore eſt magnum reſpectu vnius: ⁊ paruum reſpectu alterius. Unde prima ratio procedebat a priori: ⁊ hęc ſecunda a poſteriori. ¶Tertia ratio eſt fere eadem. Si magnum ⁊ paruũ cõtrariarent̃, ſequeret̃, ꝙ idem eſſet ſibiipſi contrariũ: nam eadẽ quantitas eſt excedens ⁊ exceſſa reſpectu diuerſorum, ⁊ per cõſequens magna ⁊ parua. ¶In tertia particula textus, inſinuat Ariſto. aliã nouã obiectionẽ contra hanc proprietatem: nam locus, ſpecies quędã eſt quantitatis, vt ſupradictum eſt, ⁊ tamen in locis eſt contrarietas, puta, ſurſum, deorſum. Et probat Ariſto. minorẽ: cuius probatio (quę ſubobſcura eſt) ſic intelligitur. Contraria ſunt illa, quę maxime ſub eodẽ genere diſtãt: ⁊ per quorũ habitudinem, ⁊ reſpectũ, alia intermedia opponuntur: vt late probat Ariſt. 10. meta. text. 13. ⁊ infra. v. g. album ⁊ nigrum, ſunt cõplete cõtraria: quia color recedens a nigro nõ poteſt vltra progredi, quam vſq; ad album: ⁊ viride incõplete cõtrariatur nigro, quia tendit ad albũ: ⁊ pallidũ contrariatur magis nigro: quia magis accedit ad albũ: ſed inferus locus, puta centrum mundi, ⁊ locus ſupremus. ſ. conuexum primi cœli, maxime diſtant in genere quantitatis, vtpote per maximã lineã: ⁊ quanto aliquid propius accedit centro, eſt inferius: ⁊ quanto longius ab illo diſtat, eſt ſuperius, vt ſecundo de cœlo habetur: ergo centrũ terrę, ⁊ conuexum primi cœli ſunt cõtraria. Itaq; nõ intẽdit hic Ariſt. probare quęcũq; loca, ſuperiorẽ, ⁊ inferiorẽ, eſſe contraria: ſed ſpecialiter id vult probare de centro terrę ⁊ conuexo primi cœli, per illã doctrinã, contraria ſunt quę maxime diſtant. ¶Sed reſtat dubium, cur Ariſt. nõ reſponderit ad hanc obiectionẽ: vtrũ conceſſerit huiuſmodi loca eſſe contraria, an vero illud negauerit. Reſpondetur: ꝙ Ariſ. non concedit loco, in quantũ eſt quantitas, eſſe aliquid contrariũ (hoc enim putabãt antiqui philoſophi, propter hoc argumentũ Ariſtotelis) ſed ſupponit ſolutionẽ lucidam eſſe ex his quę de paruo ⁊ magno dixerat. ¶Ad cuius intelligentiã notandũ eſt, ꝙ locus dupliciter accipitur. Uno modo ſecundũ propriã ſignificationẽ, vt eſt ſpecies quãtitatis: ⁊ hoc modo locus idem eſt, quod ſuperficies vltima continentis: vt. 4. Phyſi. definitur. In qua ſignificatione loco nihil eſt cõtrarium: quia nec dicit ſurſum eſſe nec deorſum: ſed ſolum dicit eſſe menſuram locati abſtrahendo ab eſſe in hoc vel illo puncto reſpectu cẽtri terrę. Alio modo accipitur locus pro hoc aut illo puncto reſpectu centri terrę: ⁊ hoc vocat Ariſtot. vbi: quod eſt vnum ex ſex poſtprędicamentis. Et in hac ſignificatione non ſignificat quantitatem aut menſuram locati: ſed eſſe in hoc aut illo puncto reſpectu centri terrę, puta magis aut minus diſtans ab illo: ſicut aqua eſt in inferiori loco, ⁊ aer in medio, ⁊ ignis in ſuperiori loco: quia aqua minus diſtat a centro quam aer, ⁊ aer quam ignis. Aut propinquius orienti, aut occidenti (quam vocant Coſmographi longitudinem) aut propinquius ſeptentrioni, aut meridiano (quã appellant latitudinem.) Et reſpectu hominis dicit̃ hoc eſſe a dextris, illud vero a ſiniſtris, ⁊ iſto modo, accipiendo pro vbi, aliquid eſt contrariũ. Unde non ſequitur, ꝙ quantitati aliquid ſit contrarium: ſed, vbi, quod dicit reſpectum: ſicut quamuis magno aliquid eſſet contrarium, non ſequeretur quãtitati aliquid eſſe contrarium: quia magnum non ſignificat quantitatem certam: ſed exceſſum reſpectu alterius, ⁊ eſt relatiuum ſecundum dici, vt cap. 7. ⁊. 9. explicabimus. Text. 5. ¶In textu quinto qui incipit, Porro autẽ. ſubditur ſecunda proprietas quantitatis: nempe, ꝙ quantitas non ſuſcipit magis, nec minus: in quo etiã aſſimilatur ſubſtantię. Probat hoc inductiue per oẽs ſpecies quãtitatis: qꝛ bicubitum (quę eſt ſpecies quãtitatis continuę) nõ ſuſcipit magis ⁊ minus: nec enim vnũ tricubitũ eſt magis tricubitũ ꝙ aliud: nec magis quantũ ꝙ bicubitum: nec vna dies eſt magis dies quã alia: nec magis quanta quã vna hora. Proprietas hęc cõſequitur ad primã, vt in ſuperiori capite adnotauimus: nam accidentia corporalia a ſuo ſimili intenduntur: ⁊ a ſuo cõtrario remittuntur. Unde quãto accidẽs minus habet admixtum contrariũ, eſt intenſius: ⁊ quãto plus habet mixtionis, tanto eſt remiſſius. Sed quãtitas nõ habet contrariũ: ergo nec eſt intenſibilis nec remiſſibilis. ¶Scdo. Intẽſio ⁊ remiſſio cõuenit accidenti reſpectu ſubiecti: qꝛ magis aut minꝰ actuat ſubiectũ, quãtitas vero cõſequit̃ ſtatim ſubſtantiã genitã, ad modum proprię paſſionis. Unde ſicut propria paſſio nõ ſuſcipit magis ⁊ minus, ita nec quãtitas. Tex. 6. ¶In textu ſexto ⁊ vltimo qui incipit, Proprium autem: concluditur tandẽ tertia ⁊ vltima proprietas quantitatis, quę eſt propriũ eius quarto modo, puta, quia cõuenit, omni, ſoli, ⁊ ſemper: videlicet quod propriũ eſt quantitati ſecundũ eam ęquale, aut inęquale dici. Quod eſt dicere: Quãtitas per ſe habet eſſe ęqualẽ vel inęqualem alteri quantati: vt linea per ſe eſt ęqualis lineę, ⁊ numerus numero, tempus tempori: ⁊ reliqua oĩa prędicamenta id habẽt a quãtitate: vt ſi homo eſt maior cane ⁊ minor elephãte, ⁊ ęqualis alteri hoĩ, oĩa hęc habet ratione quãtitatis. Et eodẽ modo ſi duę actiones ſunt ęquales, aut inęquales, hoc eſt ratione temporis quę eſt ſua quantitas: ⁊ ſi albedo vnius folij papyri eſt ęqualis albedini alterius, id eſt, qꝛ extenditur per ęqualẽ ſuperficiem: ſed ſecundum qualitatem res non dicuntur ęquales: album enim in quantũ album, non eſt alteri ęquale, ſed ſimile. Et ratio huius ꝓprietatis eſt: qꝛ proprium eſt quanti, eſſe menſurã: ⁊ menſura eſt id quo rerũ ęqualitates, aut inęqualitates metimur.

Magnum ⁊ paruum.

Locus.

Locus dupliciter.

Aequale vel inęquale.





## Quæſtio prima.

## Vtrũ text. quãtitatis ſit verus.

ADuerſus partem affirmatiuã arguitur primo. Quantitas priꝰ deberet in genere definiri quã diuideret̃ in ſpecies: poſtquã quantũ eſt genus ad diſcretũ ⁊ continuũ: ergo ineptum eſt Ariſt. initiũ. ¶Et cõfir. oĩs quãtitas continua eſt diſcreta: ergo non ſunt illę duę ſpecies. Probatur antecedens. Diſcretum eſt id cuius partes ſeparant̃: ſed verbũ in definitione dicit aptitudinẽ: ergo idem eſt diſcretũ quod diuiſibile in plures partes: ⁊ talis eſt quantitas cõtinua: ergo. ¶Et cõfir. ſecundo. Ratio quãtitatis eſt, eſſe menſurã ſubſtãtię, vt cõſtat ex vltima proprietate quãtitatis: ſed oĩs menſura reducitur ad vnitatẽ, cui per ſe primo conuenit ratio menſurę ſecundũ Ariſ. 10. meta. tex. 2. ⁊ vnitas eſt principiũ quantitatis diſcretę: ergo quãtitas cõtinua reducitur ad diſcretã: ⁊ per conſequẽs non ſunt duę ſpecies. ¶Secundo principaliter arguitur. Accidẽtia in cõcreto non ponũtur in prędicamento per ſe primo, ſed in abſtracto: ergo male Ariſt. diuiſit quantũ in concreto. Probatur antecedẽs. Id per ſe ponitur in prędicamẽto, quod eſt ſimplex prędicatum, ſcilicet ſimpliciter ſignificãs rem illius prędicamenti, ⁊ ratione cuius alia ponunt̃ in eodẽ prędicamento: ſed accidẽs in abſtracto ſignificat ſimpliciter formã accidentalẽ, in concreto vero ſignificat illã quodã modo cõpoſitiue concernendo ſubiectũ: ⁊ ideo concretũ ratione abſtracti quod eſt ſignificatũ formale ponitur in prędicamento: ergo abſtractum per ſe primo ponitur in prędicamento. ¶Tertio principaliter arguitur. In ſubſtãtiis ſpiritualibus eſt numerus: nam decies centena milium miniſtrant Deo: quin etiã in Deo ipſo eſt numerus triũ perſonarũ: ⁊ tamẽ illic nõ eſt quãtitas (cũ nihil ſit illic materiale) ergo numerus nõ eſt ſpecies quãtitatis. ¶Quarto arguitur. Oratio, ſi accipiatur in mente, eſt de genere qualitatis, puta habitus vel diſpoſitio: ſi vero accipiatur in voce (vt dicit Ariſtot.) tunc, aut accipitur in quantũ ſignificatiua: ⁊ ſic eſt in genere ſigni, vt cap. 4. dictũ eſt: aut accipitur in quantũ eſt quoddã ens naturale: ⁊ tunc, ſi oratio eſt verberatus aer (vt aliqui opinantur) eſt in prędicamento ſubſtãtię, vti oratio ſcripta: ſi vero ſit accidẽs ex reuerberatione productũ in aere, tunc eſt in prędicamẽto qualitatis. Quod ſi accipiatur vt eſt quędã actio, tunc eſt in prędicamẽto actionis ſicut ambulatio: ergo nulla ratione oratio ponitur in prędicamẽto quãtitatis. ¶Et cõfir. Quęlibet per ſe ſyllaba eſt quãtitas continua (vt puta quę vnico ſpũ profertur) ⁊ eſt oratio: ergo oratio non eſt ſpecies quãtitatis diſcretę: vel ſaltẽ exemplum poſitũ in textu de ſyllaba nõ eſt aptũ. ¶Quinto principaliter arguit̃. Si linea, ſuperficies ⁊ corpus eſſent ſpecies quantitatis, ſequeretur ꝙ oẽs paſſiones eorum eſſent in eodem prędicamẽto: conſequẽs eſt falſum, ergo ⁊ añs. Probatur minor. Triangulus, quadrangulus, ſunt paſſiones linearũ ⁊ ſuperficierũ: ⁊ cubus eſt paſſio quędã corporis: nã cubus eſt corpus conſtans ex oĩbus ſuis lateribus ęqualibus, vt teſſera: ⁊ tamen cũ ſint figurę, pertinent ad prędicamentũ qualitatis. Itẽ aſperũ ⁊ lene, ſunt paſſiones quãtitatis, nã aſperum eſt ſuperficies dura quę habet partes ſubſultãtes alias. ſ. aliis prominentes: ⁊ lene eſt ſuperficies quę habet partes ęquales, vt ſpeculum: ⁊ tamen iſta pertinent ad prędicamentũ qualitatis. ¶Et confir. Linea infinita (qualis ponitur linea gyratiua, aut ſi imaginaret̃ linea recta infinita) non poſſet eſſe menſura, vt docet Ariſt. 5. met. tex. 18. ſed de ratione quãtitatis eſt, eſſe menſurã: ergo talis linea nõ eſt in prędicamẽto quãtitatis. ¶Sexto arguit̃. Philoſophus 5. meta. tex. 18. enumerat tẽpus, motũ, ⁊ locũ, inter quãtitates per accidens: hic vero cõnumerat inter quãtitates per ſe, licet extrinſecas, vt patet in tertio textu: ⁊ illic nihil meminit de oratione: ergo eſt ſibi cõtrarius. ¶Et confir. Locus eſt ſuperficies corporis continentis, vt habetur quarto met. ergo ſuperficies, ⁊ locus, nõ ſunt duę diſtinctę ſpecies. ¶Et confir. ſecundo. Locus baculi cuius medietas eſt in aqua ⁊ medietas in aere, non eſt quãtitas continua, cũ aqua non ſit continua aeri: ergo locus non eſt ſpecies quãtitatis cõtinuę. ¶Septimo contra proprietates quantitatis in genere, arguitur. Quemadmodum ſubſtãtię, prima proprietas eſt, nõ eſſe in ſubiecto, ⁊ ſecũda prędicari nomine ⁊ ratione de ſuis inferioribus: ita ⁊ cuicũq; accidẽti cõuenit eſſe in ſubiecto, ⁊ prędicari de ſuis inferioribus noĩe ⁊ ratione: vt cap. ſuperiori dicebamus: ergo has etiã proprietates debuiſſet attribuere quantitati. ¶Et cõfir. qꝛ quãtitas nõ ſolũ eſt ſimilis ſubſtãtię in hoc, quod eſt non habere contrariũ nec ſuſcipere magis ⁊ minus: ſed etiã in hoc, ꝙ quãtitas vna numero, recipit ſucceſſiue contraria (eadẽ enim ſuperficies modo eſt alba, ⁊ poſtmodũ nigra) ergo diminutus fuit Ariſt. in aſſignatiõe harum proprietatũ. ¶Octauo cõtra primã proprietatẽ arguitur. Longũ contrariatur breui, vt per ſe eſt manifeſtũ: tamẽ longũ eſt de prędicamẽto quãtitatis (idẽ enĩ eſt longũ quod linea: ſicut, latũ idẽ qđ ſuperficies, apud Ariſto. ⁊ corpus, idem quod longũ, latũ ⁊ profundũ) ergo quãtitati aliquid eſt contrariũ. Eodẽ modo arguitur de magno ⁊ paruo: nam magnũ idẽ eſt ꝙ longũ, latũ ⁊ profundum. Unde ſi longũ eſt de prędicamento quantitatis, pari ratione, magnũ. ¶Et cõfir. ꝙ magnum ⁊ paruum ſint contraria cõtra Ariſtotelẽ. Augmẽtatio ⁊ diminutio ſunt motus contrarij, vt habetur in poſtprędicamẽtis: ſed motus contrarij ſunt illi qui ſunt ad terminos cõtrarios (.5. phyſ. tex. 48.) ⁊ magnũ, eſt terminus augmẽtationis, ⁊ paruũ, terminꝰ diminutionis, ergo magnũ ⁊ paruũ ſunt cõtraria. ¶Et confir. ſecundo. Aequale cõtrariatur magno ⁊ paruo ſecundũ Ariſt. 10. meta. tex. 17. tanq̃ mediũ duobus extremis: ergo a fortiori magnũ cõtrariatur paruo. ¶Et confir. tertio, ꝙ locus cõtrarietur loco contra intentionẽ Ariſt. puta accipiendo locũ pro ſuperficie continente locatũ. Ait enim ipſe. 4. phyſi. tex. 4. ⁊ text. 44. ꝙ corpora cõtraria naturaliter feruntur ad loca cõtraria: qꝛ habẽt virtutes conſeruatiuas contrarias, vt grauia mouentur ad centrũ, ⁊ leuia mouentur ſurſum: vnde manifeſte loquitur de loco conſeruante locatum: ſed locus hoc modo videtur pertinere ad quantitatẽ: ergo quãtitati aliquid eſt contrariũ. ¶Nono principaliter cõtra ſecundã proprietatem arguit̃. Longum eſt ſpecies quãtitatis, ſicut calidũ eſt ſpecies qualitatis: ſed ſicut per alterationẽ aliquid efficitur magis calidũ, ita per rarefactionẽ efficit̃ magis longũ: ergo ſicut qualitas recipit magis ⁊ minus, ita ⁊ quantitas. Et id confir. authoritate S. Tho. 1. 2. q. 52. ar. 2. ad primũ. ⁊ ſecũda ſecundę q. 24. ar. 5. ad primũ argumentũ: vbi expreſſe dicit, ꝙ quantitas habet propriũ augmentũ, ſicut alię formę accidẽtales per modũ intẽtionis eiꝰ in ſubiecto, ſicut patet in his quę rarefiunt. In quã ſententiã citat Ariſt. 4. phyſi. tex. 84. ¶Decimo ⁊ poſtremo arguit̃ cõtra vltimã proprietatẽ. Aequale vel inęqua-

le non eſt propriū quarto modo quātitatis: ergo male dicit Ariſt. illud eſſe maxime propriū. Antecedēs probatur tripliciter. Primo, q2 ſubſtātie id cōuenit non ſolū ratione quātitatis, ſed ratiōe eſſentie: ſunt eñ ſpecies animaliū inequales in gradu eſſentiali perfectionis: vnde in quocūq; genere eſt vna ⁊ perfectiſſima ſpecies que eſt metrū ⁊ menſura aliarum. Secundo probatur. Quia in predicamēto qualitatis eſt equalitas, ⁊ inequalitas ſecundum qualitatē: due enim albedines inequaliter intenſe ſunt quidē ſimiles, ſed tamen equales non ſunt, niſi ſint equaliter intenſe. Et tertio probatur antecedens. Quia equale vel inequale pertinet ad predicamentum relationis: ergo non eſt propria paſſio quantitatis.

¶ In contrarium eſt authoritas Ariſtote.

Ratio quātitatis.

¶ Ad quæſtionem affirmatiuè reſpōdetur. Unde circa primū argumentū adnotandū eſt, ꝙ prima ⁊ per ſe ratio quātitatis eſt, eſſe rationē extenſionis: nempe ratione cuius ſubſtantia habet partē extra partē: ⁊ huic proximū eſt, ꝙ ratione quātitatis ſubſtantia ⁊ accidētia corporalia ſunt diuiſibilia in partes ſecundū extenſionē: cui annexa eſt tertia proprietas quantitatis que eſt, eſſe menſuram ſubſtātie: ac demū, vt ratione quātitatis ſubſtātia, ⁊ res omnes corpore ſint equales vel inequales, finite vel infinite. Unde de quātitate tractat Ariſt. 5. met. tex. 19. ⁊ hic: ſub diuerſis tamen rationibus. Nam illic tractat de quātitate ſecundū eius eſſe naturale: qđ eſt extēſio ⁊ diuiſibilitas: hic autē tractat de illa in ordine ad ſubſtantiā: puta ī quantū eſt mēſura ſubſtantie.

Definitio quātitatis

¶ Et ideo illic definit quantitatē in genere dicēs. Quantū dicitur quod eſt diuiſibile in ea que inſunt, quorū vtrunq; vel vnūquodq;, vnū qđ aptū eſt eſſe. Quod eſt diuiſibile, ad differentiā Dei ⁊ intelligentiarū: que ideo nō ſunt proprie quanta, q2 nō ſunt diuiſibilia. In ea que inſunt, ad explicandā diuiſionē propriā quātitatis. ¶ Ubi adnotandum eſt, ꝙ corpus tripliciter eſt diuiſibile. Uno modo in elemēta que nō ſunt formaliter in mixto, ſed virtualiter: in que non diuidit niſi per corruptionē mixti. Dicit ergo: In ea que inſunt. i. in partes que formaliter ſunt in toto: ad excludendū diuiſionē mixti in elemēta: que nō eſt diuiſio quātitatis. Secūdo diuiditur corpus in materiā ⁊ formā: que quidē per ſe ſeparate naturaliter eſſe nō poſſunt: ⁊ ideo ad excludendū hanc diuiſionē dicitur in definitione. Quorū vtrūq; aut vnūquodq; vnū quid eſſe poteſt. i. ꝙ ſi diuiſio fiat in duas partes, vtraq; per ſe manere pōt: etſi fiat in plures, quecunq; etiam manet. Et hec eſt diuiſio ſecundū extenſionē: que eſt propria quantitatis conueniēs vniuoce quātitati cōtinue ⁊ diſcrete, tanꝙ genus ſuis ſpeciebus. ¶ Quod ſi quis arguat, generaliſſimū (quale eſt quantū) nō definiri: reſpōdetur, ꝙ eſt hec deſcriptio quedā: ſicuti eſſe per ſe, eſt deſcriptio ſubſtantie. ¶ At vero accipiēdo quantitatē in ratione mēſure, vt hic cōſideratur, continuū, ⁊ diſcretū, non cōueniunt in vna ratione mēſure. Continua eñ quātitas metitur magnitudinē rei: diſcreta vero metiť multitudinē. Et hac de cauſa Ariſt. nō definiuit hic quantitatē in genere: ſed ſtatim rē inchoauit ab ſpeciebus: veluti fecit capite ſuperiori de ſubſtātia.

Interrogationes quāti.

Unde diuerſa ſunt noīa ad interrogandum ⁊ reſpondendū de mēſura cōtinui, ⁊ de mēſura diſcreti. Nam de cōtinua interrogamus, quanta ſit: ⁊ reſpondemus, ꝙ eſt magna vel parua, bicubita vel tricubita ⁊c. ſed de diſcreta interrogamus quot entia ſunt: ⁊ reſpōdemus, ꝙ ſunt multa vel pauca, vnū aut plura: quāuis de cōtinuo quod eſt facile diuiſibile (qualia ſunt liquida) etiā reſpondemus, ꝙ eſt multum vel paucū: vt ꝙ eſt multū aut paucū vinū, vt docet Ariſ. x. met. tex. 20.

Quātitas cōtinua nō eſt diſcre.

¶ Ad primā confirmationem reſpōdetur, ꝙ ſatis mirari nō poſſum, qua ſibi ratione doctores huius temporis perſuadere potuerint, omnē quantitatē continuā eſſe diſcretā: dicentes, ꝙ quātitas ⁊ quātitas diſcreta, cōuertuntur: cū Ariſ. aſſerat manifeſte duas eſſe diſtinctas ſpecies. Neq; definitio illa quā aſſignāt quātitati diſcrete, eſt Ariſtot. ſed illi potius cōtra Ariſtotelē eā excogitarūt. Nam quātitas diſcreta ſecundū Ariſt. nō definitur, ꝙ ſit oīs quātitas diuiſibilis in plures partes: ſed illa ſola quātitas cuius partes nō copulātur vno cōmuni termino. i. quantitas cuius partes ſunt actu diuiſe: ita vt ſit nomē collectiuū. Unde quātitas cōtinua nō magis eſt diſcreta, ꝙ̄ diſcreta ſit continua. Mirabile eñ eſt, ꝙ vnus lapis ſit binarius ⁊ ternarius ⁊c. cū illic non ſint actu duo aut tria. Nec ſequitur, ſunt due medietates: ergo ſunt duo entia: q2 ille partes non habent vnitates diſtinctas: imo ille due partes nō ſunt niſi vnū. Quo fit vt vnū ⁊ multa opponātur nō ſolū ratione, ſed realiter: qđ docet Ariſt. 10. met. tex. 17. ¶ Ad ſecundā confirmationē reſpondetur, ꝙ quāuis continuū ⁊ diſcretū habeant diuerſas rationes menſure, vt iā modo dicebamus: tamē menſura cōtinui reducitur ad vnitatē, vt eſt ſententia Ariſt. loco modo citato: vbi docet, ꝙ cū prima ratio mēſure debeat eſſe indiuiſibilis, prima omnium menſura eſt vnitas.

Unitas eſt prima menſura.

Exēpli gratia. Stadiū, quod eſt vnū continuū metimur paſſib9 centūvigintiquinq;: ⁊ paſſum, quinq; pedibus: ⁊ pedē palmis quatuor: ⁊ palmū, quatuor digitis: atq; adeo digitum quatuor granis tritici: quo grano vtimur tanꝙ indiuiſibili vnitate. Et eodē modo in pōderibus: Talentū metimur libris: ⁊ librā, vnciis: ⁊ ita deſcendendo vſq; ad ſcrupulos: que ſunt veluti vnitates indiuiſibiles. Pariq; ratione in tēpore: annū metimur mēſibus, ⁊ menſes diebus ⁊c. ¶ Ad ſecundū argumentum, diuerſi ſunt modi reſpondendi. Paulus Uenetus hic ⁊ ſuperius cap. 4. cenſet, ꝙ abſtracta primo ponuntur in predicamēto: nec tamē aliā rationē adducit, ꝙ̄ ꝙ Ariſt. in abſtracto dixit, quātitatis aliud continuū ⁊c. Et eadē videtur eſſe ſentētia S. Th. op. 42. cap. 19. vbi ait, ꝙ accidentia in concreto non ſunt in genere niſi per reductionē. Ex alia parte, cū predicamenta accidentiū diſtinguantur ſecundum diuerſos modos predicandi de ſubſtātia: ⁊ nō predicētur de illa niſi in cōcreto, videtur ꝙ potius cōcreta ſint in predicamento quam abſtracta. Et preterea: quia quāuis Boetius transferat in abſtracto, quātitatis aliud ⁊c. tamen in Greco non eſt niſi in concreto, vt vertit Argyropylus. Eſt enim poſoi. i. quanti, non poſotetos. i. quātitatis.

Diſcreta primo ſunt in predica.

¶ Nihilominus vtrouis modo dicamus parum refert. Tametſi argumentum principale quod nos formauimus plus me mouet, vt abſtracta principalius ponantur in predicamento. Et id maxime tenendo res predicari: nam albedo ipſa eſt forma que predicatur de ſubſtantia (licet non predicetur niſi in cōcreto) ⁊ cum diſtinctio predicamentorum ſit formalis, videtur quod abſtracta principalius ponātur in predicamento. At vero Ariſtote. parum de hoc curat: aliquando enim explicat res predicamentorum in abſtracto, aliquando in concreto, vt generaliſſima, puta quantum, quale, ad aliquid, in concreto ſunt: ⁊ duplum, ſubduplū, calidum ⁊c. Sed tamen ſpecies quantitatis, propter ſimilitudinem quam habent cum ſubſtantia, explicat in abſtracto, vt linea, ſuperficies, ⁊ eius figure vt triangulus, quadrangulus ⁊c. ¶ Quod autem de rebus dictum eſt, de terminis proportionabiliter intelligať: quippe qui in predicamento tanquā rerum ſigna ponātur. Tametſi nō ſit concedendum, ꝙ ly albū ponatur in predicamēto ratione de ly albedo: ſed tam res que eſt albū, quā nomē, albū, ponitur in predicamento ratione albedinis. ¶ Id tñ adnotandum eſt per totum caput, ꝙ tam ſpecies quā proprietates quantitatis exponi non poſſunt apte de terminis, ſed de rebus, vt nōnulli ex Nominalibus etiam cōcedunt. Nam quis dicat ꝙ linea, ſuperficies, ⁊ corpus, accipiantur pro illis tribus: que certe non ſunt linee nec ſuperficies, ſed nomina linearum ⁊ ſuperficierum.

Unitas dupliciter.

¶ Ad tertiū argumentum rñdetur, ꝙ vnitas dupliciter accipitur. Uno modo tranſcendentaliter, vt cōuertitur cū ente tāquam paſſio eius. Nā ens ⁊ vnū cōuertuntur, vt docet Ariſt. 7. me. text. 16. ⁊. 57. tanquā paſſio ⁊ eius ſubiectū, que vt diximus cap. de proprio, ſola ratione diſtinguūtur ſm S. Tho. et ſcđm Scotū diſtinguuntur formaliter. Et iſto modo quecunq; res mundi ſiue corporea, ſiue incorporea, eo qđ eſt res, eſt vna: ⁊ iſto modo in angelis ⁊ in Deo eſt numerus. Unde cū nomen res (propter eius tranſcendentiam) ſupponat tam pro eſſentia quā pro perſona, vtrūq; concedimus in Deo. ſ. ⁊ ꝙ Deus eſt vna res, ⁊ ꝙ eſt tres res: atq; adeo ꝙ eſt vnus ⁊ trinus. Alio modo accipitur vnitas vt ſequitur diuiſionem quantitatis (etenim in quot partes diuiditur continuū, tot reſultāt vnitates) que vnitas dicitur vnitas predicamētalis: quia eſt principium numeri que eſt ſpecies quantitatis: ⁊ hec in rebus ſpiritualibus nō reperitur.

Oratio.

¶ Ad quartum argumentum rñdetur: ꝙ oratio vt eſt ſpecies quātitatis, nō accipiť aliquo illorū modorū qui enumerātur in argumento, vt argumentū probat: ſed accipitur vt eſt nomen mēſure rei ſucceſſiue diſcrete. Et ideo dicitur in textu, Dico autē orationē illā q̄ eſt in voce, quā particulam Boetius dicit addidiſſe ad tollendā equiuocationem orationis mentalis. Sed tamē particula eſt in Greco, vt vertit etiā Argyropylus. Hec quidē ſpēs quātitatis ante Ariſtotelē forſan erat incognita: ⁊ primus ille hanc ſpeciē appellauit orationē. ¶ Ad cuius euidentiam notandum eſt, ꝙ ad rationē orationis in preſentiarū impertinens eſt, eſſe vocē ſignificatiuā necne: imo neq; eſſe vocem, aut aliū ſonū. Eſt enim menſura qua metimur, non ſolum numerum partium diſcrete quātitatis ſucciſſiue: ſed quātitatē ⁊ durationem cuiuſq; partis in eodē ſitu (quod expoſitores ſilētio preteriiſſe miror.) Exempli gratia. Siue dicas Cicero, ſiue Cecido, eadē eſt ſpēs orationis (quanuis ſecūda dictio nō ſit ſignificatiua) nō ſolū, quia vtraq; dictio cōſtet ex trib9 ſyllabis: ſed q2 vterq; pes ſit tribrachus, conſtans ex tribus breuibus: attñ ſi dicas, Ciroci, non eſt eadem ſpecies quantitatis: quia prima ſyllaba efficitur longa, tametſi Boetius reputet eandem ſpeciem: non reſpiciens mutationem quātitatis ſyllabe. Eadem ratione, domini, ⁊ blitiri, ſunt eadē ſpecies orationis: nam vterq; pes eſt anapeſtus, cōſtans ex duabus breuibus ⁊ vltima longa: ſed tēpora, eſt alia ſpecies, q2 eſt dactylus, conſtans ex priori longa ⁊ duabus breuibus. Atqui (vt ſemel finiam) oratio eſt ſpecies ſubalterne quātitatis, habens ſub ſe tanquam ſpecies ſpecialiſſimas cunctas ſpecies pedum in carmine, vt ſpondeus, conſtans ex duabus lōgis, vt gentes: pyrrichius, ex duabus breuibus, vt Deus: iambus, ex breui ⁊ longa, vt Deos: trocheus, ex longa ⁊ breui, vt tempus. Et eodem modo in triſyllabis, moloſſus, ex tribus longis: tribrachus, ex tribus breuibus, dactylus, anapeſtus ⁊c. In hac ſpecie quātitatis ponūtur etiam nomina metrorū, vt metrū, carmē, Hexametrum, Pentametrum, Sapphicū, Adonicū ⁊c. Nec ſolum voces, ſed ſi tuba aut cithara ſonos ſm metri quātitates reſonēt, illi ſunt in eadem ſpecie quātitatis, ac ſi voce proferrentur.

Syllaba.

¶ Ad cōfir. conceditur, ꝙ vna ſyllaba que vnica cōtinua prolatione profertur, nō eſt menſura diſcreta, ſed cōtinua. Et ita in. 2. lib. Summu. diximus ſonum vnius ſyllabe eſſe accidens paruiſſimo tempore permanens in aere. Attñ oratio ponitur ſpecies diſtincta a tēpore: tum quia de per accidēs eſt, ꝙ ſyllaba vnica prolatione an pluribus proferatur, tñ maxime, quia tota dictio ⁊ oratio eſt vna quantitas conſtans ex partibus diſcretis. Et propterea hanc ſpeciem non appellauit Ariſt. ſyllabam, ſed orationem. ¶ Circa quintum argumentū id maxime cōſiderādū eſt, que res aut termini in quo predicamento ponātur. Quēadmodū enim ludus Summuliſtarū eſt adducere inſtantias (quas vocant) in materia oppoſitionis, aut ſyllōgiſmorū: ita negotium dialecticorum in predicamētis, debet eſſe diſquirere diſcernereque res ⁊ trōs cuiuſcunq; predicamenti: in hunc enim vſum inuenta eſt ars hec Ariſt.

Fundamentum.

¶ Ubi hoc fundamētum iacere oportet, quanuis multi etiam graues doctores contrariū putēt. Nullus terminus ſcđm eandem ſignificationem, nullaq; prorſus res formaliter accepta, conſtituitur in diuerſis predicamentis: alias rueret tota ars Ariſt. cuius negotiū fuit diſtinguere decem genera rerū que eſſent primo ⁊ per ſe diuerſa. Inſpicienda eſt natura rei formaliter ſignificata, ⁊ ſcđm illam ⁊ res ⁊ nomen collocanda ſunt in predicamento. Exempli gratia. In predicamento quantitatis, ſunt due ſpecies ſubalterne, puta, cōtinuum, ⁊ diſcretum: ⁊ ſub continuo ſunt tres ſpecies intrinſece quātitatis. ſ. linea, ſuperficies, ⁊ corpus. Atqui, ſi iſte ſpēs accipiantur ſecūdum eſſe abſolutum quantitatis, quod eſt eſſe diuiſibile ſeūndum extenſionem, ſunt ſpecies ſpecialiſſime: quia non ſunt niſi tres ſpecies dimenſionis, ⁊ per conſequens diuiſionis, ſcilicet, ſecundum longitudinem, latitudinem, ⁊ profunditatē. Si vero accipiātur ſcđm rationem menſure, tunc ſunt ſpecies ſubalterne: nam ſub linea ponuntur omnes quantitates dicētes menſuram, vt bicubitū, tricubitū, item ſtadiū, paſſus, pes, palmus, vlna, ⁊ alia id genus, que ſunt directe in predicamento quantitatis. Unde, pes, ſi accipiatur tanquam pars hominis eſt reductiue in predicamento ſubſtantie: ſed ſi ſit nomen menſure eſt predicamenti quantitatis: ſicut paſſus, vt dicit actionem eſt in predicamento actionis, ſi tamen menſuram, eſt in predicamento quantitatis. Eodem modo, modius, amphora, dolium, ⁊ ſimilia, ſi accipiantur vt ſignificant figuram vaſis, ſunt in predicamento qualitatis: ſed ſi accipiantur in ratione menſure, ſunt in predicamento quantitatis. Eadem ratione, vncia, libra, talentum, ſunt in predicamento quantitatis. ¶ Eodem modo dicendum de quantitate ſucceſſiua, puta, tempus, ſi accipiatur enim ſecundum eſſe abſolutum eſt ſpecies ſpecialiſſima: nam tēpus eſt ſpecies cuiuſcunq; tēporis magni vel parui: ſed tamen in ratione menſure eſt ſpecies ſubalterna, cuius ſpecies ſunt, hora, dies, menſis, ⁊ annus, ſeculū, etas.

Tēpus.

Eodem modo ſpecies numeri ſunt, binarius, ternarius ⁊c. ſed iſte ſunt ſpecies ſpecialiſſime, ſicuti, locus: vtpote quibus nō eſt aſſignare alias inferiores ſpecies: nam binarius hominum, ⁊ binarius equorum, eiuſdem ſpeciei ſunt in genere quantitatis, licet in genere ſubſtantie differant ſpecie: ſicuti locus terre, et locus ignis, eiuſdem ſunt etiam ſpeciei, in hoc genere: licet habeant naturas ⁊ proprietates differentes ſpecie phyſica.

Figure quātitatis

¶ Igitur ad argumentum reſpondetur, ꝙ quanuis, linea, ſit in predicamento quantitatis, nihilominus, triangulus, circulus ⁊ ſimilia (que fiunt ex lineis) ſunt in predicamēto qualitatis:

quia iſta de formali dicūt figuras que ſunt paſſiones qualitatis: ⁊ in predicabilibꝰ diximus, ꝙ paſſio vniꝰ predicamenti aliqñ ponitur in alio. Eodem modo, cubus, qui eſt corpus vndecūqꝫ quadratum, eſt in predicamento qualitatis, ſicut, teſſera, ſphera, ⁊ pyramis, ⁊ corpus ouale, lenticulare, ⁊ reliquę id genus figurę corporū. Imo vero adnotandum eſt hic, hmōi etiā figuras accidere numeris, quos Ariſt. 5. Meta. tex. 19. vocat numeros compoſitos: quemadmodum enim in ſuperficie, triangulus eſt figura plana, ⁊ in corpore, cubus, eſt figura corporalis: ita, nouenariꝰ, dicitur numerus ſuperficialis triangularis ęquilaterus, vt puta qui conſtat ex ter tribus: nam tres ternarij ſe habent vt tria latera trianguli: ⁊ numerus vigeſimus ſeptimus, eſt numerus corporalis cubus: nam ter tria ter, ſunt vigintiſeptem. Unde quāquam numerus nouenarius, ⁊ numerus vigeſimus ſeptimus, ſint in predicamento quantitatis: tñ ſi dicas, numerus triangularis, aut numerus cubus, eſt in predicamento qualitatis, vt illic dicit Ariſtote. Nec ſequitur eandem rem eſſe in diuerſis predicamētis: quia numerus nouenarius, ſolū dicit quantitatem: ſed numerus triangularis dicit figuram.

**Aſperum.** ¶ Et eodem modo reſpondetur ad aliā partem argumenti, ꝙ, aſperum, ⁊ lene, nullo modo ſunt de predicamento quātitatis (vt aliqui falſo putant) ſed ſunt de predicamento qualitatis, quia dicunt figuram: quāuis aſperum dicat figuram ex partibus ſubſiliētibus in corpore duro. Eodem modo, rarum ⁊ denſum, durum ⁊ molle, graue ⁊ leue, omnia pertinent ad predicamentum qualitatis: quāuis grauitas, duricies, ⁊ raritas, fundentur in quantitate, tanquam paſſiones eius.

**Linea infinita.** ¶ Ad confirmationem reſpondetur, ꝙ Ariſtote. illic ſolum intendit dicere, ꝙ linea infinita in actu non poteſt eſſe menſura ſecundū ſe totam, poteſt tamen ſm partem finitam eſſe menſura. Et ideo linea ſm Mathematicos, qui tractant de linea recta inquātum conſtituit angulum, definitur, ꝙ ſit longitudo clauſa inter duo puncta: quod ſolum cōuenit linee finite. Nihilominus linea infinita eſt etiam in predicamento ſicut linea finita: ⁊ in ratione quantitatis ſunt eiuſdem ſpeciei: nam linea licet ſit infinita extenſiue, eſt tamē finita ⁊ limitata ſcdm eſſentiam (poſtquam eſt creatura, vt dicit S. Thom. p. p. q. 7. articu. 3. ¶ Ad ſextum argumentū reſpondetur, cum S. Thom. in eodem loco, ꝙ cum Ariſt. in. 5. met. tractet de quātitate ſcdm eſſe naturale, que eſt ratio diuiſionis: tempus ⁊ motum collocauit inter quantitates per accidēs, eo ꝙ, motus non per ſe diuiditur: ſed diuiditur ad diuiſionem ſpatij per quod fit motus: eſt enī prior pars motus, illa q̄ mobile mouetur ſuper primā partē ſpatij: ⁊ poſterior eſt illa, qua mouetur ſuper ſecundam partem: ⁊ pariter tēpus diuiditur ad diuiſionem motus: eſt nanqꝫ prius ⁊ poſterius in tempore, ſicut in motu primi mobilis. At vero, accipiendo in ratione menſurę tempus eſt per ſe quantitas ⁊ menſura durationis: ⁊ ideo hic poſuit tempus inter quantitates per ſe: nihil tamen hic meminit de motu, quia nō eſt in motu alia ratio menſurę, q̄ in tēpore. Eadē de cauſa nihil meminit illic de oratione, qr in rōne quātitatis nō diſtinguitur tempus ⁊ oratio: nā quelibet ſyllaba eſt quantitas continua: ſed tamen in ratione menſurę, oratio, que eſt menſura diſcreta, diſtinguitur a tempore, qđ eſt menſura continua. Uel dicendum eſt, ꝙ oratio in ratione quantitatis cōtinetur ſub nomine numeri: quia in ratione numeri nihil refert, ꝙ ſit permanēs vel ſucceſſiua: ſed tñ in ratione mēſurę differt, ꝙ ſit menſura permanentis vel ſucceſſiui.

**Locus.** ¶ Ad primam confir. reſpondetur, ꝙ quāuis eadem res ſit ſuperficies ⁊ locus, nihilominus hec habet reſpectu diuerſorū: nam reſpectu corporis locātis eſt ſpecies quātitatis intrinſeca: ſed reſpectu locati eſt ſpecies quantitatis extrinſeca: qr eſt terminus intrinſecus locantis, ⁊ extrinſecus locati. Et his rationibus diuerſis pertinet ad diuerſas ſpecies quātitatis. ¶ Ad ſecundam confirmationem reſpondetur, ꝙ quanuis aqua ⁊ aer continentes baculum ſint duo in genere ſubſtantię: ⁊ ſuperficies earum verſus baculū ſint etiā due tanquam termini intrinſeci aeris ⁊ aquę: tamē in ratione loci ſunt vnus locus: quia adęquate ambiunt idem locatum.

¶ Ad ſeptimum argumeutum (quod contra ſecundam partem textus formatum eſt) reſpondetur, ꝙ non eſſe in ſubiecto, eſt proprium quarto modo ſubſtātię, nulli cōueniens accidenti: ⁊ ideo cōnumeratum eſt inter proprietatem ſubſtantię: tamē, eſſe in ſubiecto, non eſt propriū quātitatis, ſed eſt omni accidenti cōmune, ⁊ ideo nō debuit poni proprium quantitatis: at per oppoſitum extremū colligitur ex proprietate ſubſtantię. Eodem modo predicari de ſuis quidditatiue inferioribus nomine ⁊ ratione, quia eſt omnibus predicamentis commune, ſatis eſt expoſitum eſſe in predicamento ſubſtantię, cui per ſe primo conuenit hec proprietas: nam predicari nomine ⁊ ratiōe, eſt predicari nomine ⁊ definitione: ⁊ accidentia, quia non habent quidditatem ita proprie ſicut ſubſtantia, nec habent ita proprie quidditatiuam definitionem. ¶ Ad confir. reſpondetur, ꝙ quantitati non cōuenit eo modo, cum ſit vna numero recipere contraria, quomodo eſt proprium ſubſtantię: nam quantitas, non recipit contraria, niſi tanquā ſubiectū quo: ſubſtantia vero eſt que ſuſtinet accidentia: ⁊ quātitas in ſacramento altaris ſupernaturaliter fungitur hac vice ſubſtantię.

**Lōgum.** ¶ Ad octauum argumentū reſpōdetur, ꝙ lōgum vno modo accipitur abſolute, ⁊ ſignificat dimenſionem linee: dicimus enim lineam eſſe longitudinem ſine latitudine: ⁊ ſuperficiē, latitudinem ſine profunditate ⁊c. ⁊ iſto modo, longum, eſt de predicamento quantitatis: qr nullum dicit exceſſum nec reſpectum. Unde Ariſt. 2. de coelo, text. 12. dicit, ꝙ longitudo animalis eſt diſtantia a ſurſum vſqꝫ deorſum: ⁊ latitudo a dextro in ſiniſtrum: ⁊ profunditas ab ante retrorſum. Quare, longum, ⁊ latum, iſto modo non habent contrarium: nam quicquid eſt diuiſibile ſcdm longitudinem, quātūcunqꝫ breuiſſimū, eſt lōgū: ſicut quicquid eſt diuiſibile ſcdm latitudinem, quātūcunqꝫ anguſtiſſimum, eſt latum. Sed alio modo, longum accipitur vt dicit exceſſum, ⁊ ſic non pertinet ad quātitatem, ſed ad relationem: ⁊ opponitur breui, non ſimpliciter, ſed reſpectu eiuſdē, vt in expoſitione textus dictum eſt. Et idem prorſus dicendum eſt de magno ⁊ paruo. ¶ Nam magum vno modo accipitur abſolute, vt dicit Ariſt. 5. Meta. text. 18. (quod notat illic S. Tho. lec. 13.) ⁊ iſto modo non habet contrarium ⁊ pertinet ad quātitatem: ⁊ alio modo accipitur reſpectiue de quo loquitur hic Ariſt. tex. 4.

**Magnū et paruum.** ¶ Ad confir. reſpondetur, ꝙ magnum ⁊ paruum adhuc accipitur dupliciter. Uno modo, vt dicit ſolum quantitatem abſtrahendo a quocūqꝫ ſubiecto naturali (vt modo dicebamꝰ, vel abſolute, vt pertinet ad quantitatē: vel reſpectiue, vt pertinet ad relationem.) Alio modo accipitur vt dicit terminos rei naturalis. Ait enim Ariſt. 2. de anima, tex. 41. ꝙ vnicuiqꝫ viuentiū datus eſt certus terminus augmenti ⁊ decrementi. Procedit augmentatio a minimo naturali vſqꝫ ad maximū: ⁊ diminutio retrocedit e cōuerſo. Et inter hos t'os eſt cōtrarietas: nō quidem inquantū ſunt

de



de predicamento quātitatis, ſed inquantum reductiue ponuntur in predicamento ſubſtātię, tanquā termini ſubſtātię. ¶ Quod ſi qs adhuc arguatur. Bicubitū ⁊ tricubitū expellunt ſe mutuo circa idē ſubiectū, vt patet in rarefactione cerę qñ caleſit: ergo ſicut frigidū ⁊ calidū cōtrariantur: ita bicubitū ⁊ tricubitū. Rñdetur, ꝙ quantitates non augentur, aut minuuntur, aut corrūpūtur, niſi per actionē primarū qualitatū. Unde ſicut diximus elemēta non eſſe per ſe cōtraria, ſed ratione qualitatū: ita dicēdū de quantitate.

**Locus.** ¶ Ad tertiā confirma. diſtinguitur de loco ſicut modo diſtinguebamus de magno ⁊ paruo. Accipitur enī locus. tripliciter. Uno mō vt ſolū dicit ſuperficiē cōtinētis. Alio modo pro, vbi, vt dicit certū reſpectū ad centrum terrę vel ad aliud punctum fixum. Et primo mō hactenus diximus pertinere ad quantitatē ⁊ nō habere cōtrarium: ⁊ ſecundo modo, diximus habere contrariū, ⁊ eſſe relatiuū ſcdm dici. Sed tertio modo accipitur ꝓ loco rei naturalis: vt dicit nō ſolum ſuperficiē cōtinētis, ſed virtutem naturalē conſeruatiuā locati, ſicut locus radicis arboris eſt terra, ⁊ nō aqua: ⁊ cauea eſt locus conſeruatiuus vini. Et hoc modo locus cōtrariatur loco, vt locus ignis, loco aquę: ⁊ loci calidorū, locis frigidorū ratione qualitatum conſeruatiuarum. ¶ Ad nonum principale negatur conſequentia: nam magis ⁊ minus albū accipitur ſm intenſionē ſub eadē extenſione, ſecundū ꝙ albedo magis aut minus actuat ſubiectum, aut plures, aut pauciores habet gradus albedinis: ſed tñ magis aut minus lōgum ſolū dicitur ſecundū extenſionē. Unde qñ Ariſt. dicit, ꝙ quantitas non ſuſcipit magis aut minus, intelligit ꝙ non magis aut minus radicatur in ſubiecto aut non plures gradus acquirit. ¶ Ad autoritatem S. Tho. reſpondetur, ꝙ forſan locis citatis non eſt legendum, intenſionis, ſed, extenſionis: ꝙ ſi legatur, intenſionis, nihil aliud vult ſentire S. Thomas, niſi quod quemadmodum qualitas, aliquando augetur extēſiue additione nouę qualitatis per maius ſubiectum, (vt quando calor ſucceſſiue penetrat partes interiores ferri) aliquando vero augetur per maiorem radicationem in ſubiecto ſine additione nouę qualitatis (quod augmentum vocatur intenſio:) ita quantitas aliquando augetur per additionem nouę quātitatis (quemadmodum augetur animal per additionem noui alimenti) aliquādo vero augetur ſine additione nouę quantitatis per extenſionem eiuſdem quę antea erat, vt in rarefactione, in quo habet ſimilitudinem cum intenſione qualitatis, non tamen ꝙ hec proprie ſit intenſio. ¶ Ad decimum ⁊ poſtremum reſpondetur, ꝙ quando Ariſto. dicit proprium eſſe quātitati ęquale vel inęquale, intelligit de ęqualitate in extēſione. Nihilominus adeo proprium eſt quantitati, ęqualitas vel inęqualitas ⁊ ratio menſurę, vt perfectiones ſubſtantię ⁊ intenſionis qualitatis nō dicantur ęquales aut inęquales, niſi per ſimilitudinem ad quātitatē: quia omnia mēſurantur vnitatibus: nam ſubſtantię dicuntur ęqualiter perfectę que habēt eoſdem gradus perfectionis: ⁊ qualitates ſunt ęquales in intenſione, que habent eoſdem gradus intenſionis. Quin etiam in diuinis metaphorice eſt illic ęqualitas, quia metaphorice eſt illic quātitas: nam ſcdm Auguſtinum. 8. de Trinitate. In his que non mole magna ſunt, idem eſt maius, quod melius. ¶ Ad tertiam probationem antecedentis eiuſdem argumenti reſpōdetur communiter, ꝙ ęquale ⁊ inęquale formaliter ſignificat relationem, tamen fundamentaliter dicit quantitatem. ¶ Nihilominus (ni fallor) vtrunqꝫ quoddāmodo dicit formaliter. Enimuero ratio qua vnū eſt ęquale alteri certe eſt quātitas, ſicut ratio qua aliquid eſt albū eſt albedo: ſed quia ęqualitas non eſt niſi inter duo extrema, ęquale dicit relationē. Et ideo vtrunqꝫ concedendum eſt ſuo modo formaliter. ſ. ⁊ ꝙ res formaliter ſunt ęquales quantitate, ⁊ ꝙ ſunt formaliter ęquales relatione. Niſi ꝙ quantitas eſt fundamentum proximum relationis. Et ideo ęquale ⁊ inęquale poteſt poni ratione fundamenti in predicamento quantitatis (vt diximus capite de proprio) quandoquidem quantitas eſt ratio ęqualitatis: ⁊ hoc modo mathematici loquuntur de ęquali: Et nihilominus ponitur in predicamento ad aliquid, ratione relationis: ſicut maius ⁊ minus, duplum ⁊ ſubduplum. Tametſi hec relatio ſit paſſio quantitatis.

## Quæſtio ſecunda.

### Vtrùm quantitas diſtinguatur à re quanta.

ADuerſus partem affirmatiuam ſtatim ſeſe offert argumentum illud vulgatum, Fruſtra eſt pluralitas ſine neceſſitate: ſed omnia que philoſophi de quantitate predicant, ſaluari optime poſſunt ſine diſtinctione quantitatis a ſubſtantia, ⁊ qualitate, dicendo ꝙ ſubſtantia eſt ſua magnitudo ⁊ qualitas item ſua: ergo non eſt huiuſmodi diſtinctio aſſerenda. Probatur minor. Officium primum quantitatis eſt (vt hactenus dictum eſt) extendere partes ſubſtantię, et facere eas loco diſtare vt ſint aptę diuiſioni: ſed hoc ſubſtātia per ſe habere poteſt ⁊ qualitas per ſe: ergo intentum. Minor oſtenditur. Si quantitas diſtinguitur a ſubſtantia, poterit Deus, ſeparata quantitate, ſeruare ſeorſum ſubſtantiam (ſicut enim in ſacramento altaris ſeruatur quantitas ſine pane, potuiſſet Deus ⁊ panem ſine quantitate ſeruare) tunc ſubſtantia panis eſſet vna: ergo haberet partes continuas, ⁊ diſtantes loco ⁊ ſitu ſicut antea, (nam poteſt Deus illam ſeruare ſicuti erat) atqꝫ adeo eſſet diuiſibilis ſecundum extenſionem, ⁊ occuparet locū: ergo ſine diſtincta quantitate poterit per ſe ſubſtantia habere quicquid quantitati attribuimus: ⁊ per conſequēs quātitas non eſt accidens diſtinctum. ¶ Et confirmatur preterea. Partes ſubſtantię ſeipſis vniuntur, vt caput collo ⁊ collum ſcapulis: ergo ſeipſis extenduntur. Antecedens probatur, quia partes ſubſtantię non videntur poſſe vniri mediante accidenti.

¶ Secundo arguitur. Si quantitas eſſet accidens diſtinctum a ſubſtantia, ſequeretur ꝙ eſſet ſubiectū aliorum accidentium (vt aſſerit iſta opinio) ⁊ per cōſequens eſſet vna numero ſuſceptiua contrariorum: quod eſt contra Ariſtotelem ſuperiori capite aſſerentem, hoc eſſe proprium ſubſtātię. ¶ Tertio arguitur. Si quantitas ponitur accidens diſtinctum, vt faciat partes ſubſtantię loco ⁊ ſitu diſtare, ſequitur ꝙ in rarefactione, vbi partes magis diſtant q̄ priꝰ, noua quātitas acquiritur: nam ſi per eandem numero quantitatem partes ſubſtantię, nunc minus nūc vero magis diſtarēt, idem poſſemus attribuere ſubſtātię, vt ſeipſa haberet partes magis aut minus diſtantes. Quod autem acquiratur noua quantitas, videtur eſſe contra Ariſtotelem quarto Phyſicorum text. 84. vbi inſinuat, ꝙ in rarefactione nihil nouū acquirit, ſed ſolę partes magis extēduntur. ¶ Quarto principaliter arguitur. Si quantitas diſtinguere

tur

tur a ſubſtantia ⁊ qualitate, ſequeretur ꝙ eadem ratione ſpecies quantitatis eſſent inter ſe diſtinctę, vt puta punctum, linea, ſuperficies, ⁊ corpus: cõſequẽs eſt falſum: ergo ⁊ antecedẽs. Probatur minor: ſi pũctum diſtingueretur a linea, ſequeretur, ꝙ eſſet accidens indiuiſibile continuans partes lineę. Contra quod tripliciter arguitur. ¶ Primo quia accidens indiuiſibile non poteſt eſſe niſi in ſubiecto indiuiſibili: ſed tam ſubſtantia quã linea ſunt ſubiecta diuiſibilia: ergo nec in ſubſtantia, nec in linea ſubiectaretur: ⁊ per conſequens in nullo eſſet ſubiecto. ¶ Secundo ſequeretur, ꝙ diuiſa linea, produceretur nouum punctum quod antea non erat: nam vnicum eſt punctum continuans medietatem lineę: ſed tamen facta diuiſione, vnum eſt terminans vnam medietatem, atq; alterum, alteram. ¶ Et tertio arguitur. Si puncta ſunt accidentia diſtincta a linea, Deꝰ tunc poterit ſeparare omnia illa accidentia a linea: ⁊ tunc vel partes lineę manebunt continuę, ⁊ ſic pũcta ſunt ſuperflua: aut diſcontinuę, ⁊ ſic continuum erit diuiſum in quamlibet ſui partem: quod contradictionem implicare videtur. ¶ Similia argumenta formari poſſunt aduerſus lineam, quę eſt indiuiſibilis ſecundum latitudinem, ⁊ aduerſus ſuperficiem, quę eſt indiuiſibilis ſecundum profunditatem: de qua perſpicacius procedit ſecunda ratio cum frangitur baculus: nam tunc duę reſtant ſuperficies terminantes partes fractas, cum tamen ante fractionẽ nõ eſſet niſi vnica cõtinuans ambas: ⁊ quęritur a quo producta eſt illa noua ſuperficies, quę certe non videtur per ſolam diuiſionẽ poſſe produci. ¶ De tempore poſſet etiam argumentum fieri, ꝙ non ſit accidens diſtinctum a motu coeli: ſed de illo nec locus eſt hic, nec nobis eſt animus vſque ad quartum phyſicorum dicere. ¶ Quinto principaliter arguitur. Si quantitas continua eſſet accidẽs diſtinctum, ſequeretur pari ratione, ꝙ quantitas diſcreta (puta numerus) diſtingueretur a rebus numeratis ſuiſq; vnitatibus, videlicet ꝙ ternarius eſſet vna forma, ⁊ quaternarius alia ⁊c. ſed conſequẽs eſt falſum: ergo ⁊ antecedẽs. Probatur minor: quia ſi ternariꝰ. v. g. Papę ⁊ Imperatoris, ⁊ Regis Francię diſtingeretur ab illis, deberet eſſe in omnibus ſimul tanquam in ſubiecto adęquato: eſt tamen impoſſibile, ꝙ vna res ſit in tribus ſubiectis diſtinctis atque adeo diſtantibus. ¶ Et confirmo. Eadem ratione ſequeretur, ꝙ vnitas quę eſt principium numeri eſſet res indiuiſilis, ſicut punctum quod eſt principium quãtitatis: cõſequens eſt falſum: quia certe in tribus lapidibus non videtur quid aliud ſit, quã tres quãtitates ſeparatę quę ſunt ternarius. Quibus colligitur, ꝙ quãtitas nõ diſtinguitur a re quãta. ¶ A parte affirmatiua quęſtionis videtur ſtare autoritas. Ariſt. in hoc capite, vbi loquitur de quantitate tanquã de accidente diſtincto: dicẽs ꝙ linea. ſuperficies ⁊c. ſunt per ſe quãtitates: cętera vero nõ ſunt quantitates, nec ęqualia vel inęqalia niſi ratione iſtorum. Et idem latius enuntiat. 5. me. tex. 18.

## ¶ In hac quæſtione quæ prima

mota eſt de diſtinctione prędicamentorũ, operę pretium eſt in priori articulo de diſtinctione omniũ in genere vnũ verbum pręfari: ⁊ deinde in ſecundo deſcendemus ad particularẽ reſponſionẽ de quantitate. ¶ Haud nos latet ꝙ ſit perſuaſu difficile, omnia decem prędicamẽta ſic eſſe realiter diſtincta, vt ex realibus multi videntur cõtendere, nẽpe ꝙ diſtinguantur omnia ſicut albedo diſtinguitur a ſubſtantia, quã in ſacramento altaris ſine ſubſtantia certo credimꝰ exiſtere. Quinetiã mihi nunquã perſuaſum erit, relationẽ, ⁊ ſex vltima prędicamenta hoc modo a ſubſtantia eſſe realiter diſtincta. Nihilominus (vt citra iniuriam dixerim hominum alias doctorũ, quibuſq; honorẽ ſemper deferã) modum loquendi aliquorum Nominalium ſatis in hac parte probare nõ poſſum: ſane qui hmõi propoſitiones concedunt, ſubſtantia eſt quãtitas, ſubſtantia eſt relatio, ſedens eſt ſeſſio, ⁊ ſimiles. Non ꝙ ego ſim tanti, vt contendam eas omnino repudiare: ſed certe ꝙ videntur pugnare, non ſolum cum doctrina Ariſtotelis, ſed etiã cũ cõmuni modo concipiendi. Et ideo excogitandus illis eſſet modus aliquis quo non concederentur, etiam ſi negarent omnia prędicamẽta eſſe realiter prorſus diſtincta tãquam ſubſtantiam ⁊ colorẽ. ¶ Quocirca ſtatuitur hic cõcluſio tanquã fundamentum diſtinctionis prędicamentorũ. Nullum prędicamentũ formaliter prędicatur de alio, niſi prędicatione denominatiua. Quod eſt dicire: In concreto, ſubſtantia eſt quanta, ⁊ qualis, ⁊ alba, ⁊ ſimilis. Et ita in reliquis vnum prędicamentum prędicatur de alio. Sed tñ in abſtracto, ſubſtantia, nec eſt quantitas, nec relatio, nec ſeſſio, nec actio ⁊c. Probatur concluſio.

*Fundamentum.*

¶ Primũ omniũ manifeſtum eſt, hanc eſſe intentionem Ariſt. 5. meta. tex. 14. diſtinguẽtis ens reale in decẽ prędicamẽta: nam metaphyſica non eſt de terminis, ſed de rebus: cum ergo animus eſſet illic tractandi de ente, quod eſt ſubiectum metaphyſicę, diſtinxit ens in decem genera rerũ oĩno diuerſa: ſicut qui tractaret de arboribꝰ, diſtingueret diſtincta genera arborum: niſi ꝙ ens non dicitur de illis vniuoce. Et ideo apud Ariſtotelem multo perſpicaciores ſunt hmõi negationes, ſubſtantia non eſt quantitas, ſubſtantia nõ eſt qualitas, quãtitas nõ eſt qualitas, ſubſtantia nõ eſt ſeſſio, non eſt habitus ⁊c. ꝙ̃ iſtę, homo non eſt equus, equus nõ eſt bos ⁊c. ergo qui contrarias affirmatiuas cõcedit, artem Ariſtotelis palam confundit. ¶ Secundo probatur ex eodẽ Ariſt. qui. 5. met. tex. 12. dicit, ea tantũ ſpecie differre quęcunq; cõtinentur ſub eodẽ prędicamento: ſed ea differre genere, quę differunt prędicamenti figura. Et 10. meta. text. 15. tantam cenſet eſſe differentiam inter prędicamenta, vt nõ concedat ea differre, ſed eſſe primo diuerſa. Itaq; quẽadmodum Ariſto. 7. me. tex. 59. docet prędicationẽ idẽticam, puta, homo eſt homo, eſſe immediate verã, neq; quęrenti quare homo eſt homo, reddendam eſſe aliam cauſam veritatis, niſi qꝛ homo eſt homo: ita. 10. met. intelligit negationem rei vnius prędicamenti de re alterius eſſe immediate veram: nec quęrenti, quare ſubſtãtia non eſt ſeſſio, reddẽda eſt alia ratio, niſi quia ſunt rationes primo diuerſę. ¶ Et tertio id patet: qꝛ vbicunq; Ariſt. quęrit quidditatem alicuius rei, ſtatim diſcurrit per omnia prędicamenta: ad denotandum ꝙ ſunt res diuerſiſſimę. Primo de anima ſtatim quęrit anima an ſit ſubſtantia, an vero quantitas: ⁊. 1. Phyſic. tex. 13. contra Parmenidẽ ⁊ Meliſſum, aſſerentes omnia eſſe vnum, ſtatim percontatur, ſint ne omnia vna ſubſtantia, an vna quãtitas, an vna qualitas ⁊c. Quo argumento nõ vteretur niſi apud omnes philoſophos, etiã apud ipſum Parmenidem, receptiſſimum eſſet, prędicamenta eſſe per ſe primo diuerſa. Et iſte eſt manifeſte ſenſus verborum, quicquid alij dicant, ſi ſubſtantia ⁊ quantitas ſunt, duo ſunt: ⁊ credo idem dixiſſet de quocũq; alio prędicamento, puta, ſi ſubſtantia ⁊ relatio ſunt ⁊c. niſi, ꝙ poſuit exemplum de quantitate, quę eſt res ad ſenſum magis cognita. ¶ Et quo ſemel finiam, tanta eſt diſtinctio inter accidentia omnium nouem prędicamentorum ⁊ ſubſtantiam, vt. 7. meta. tex. 2. doceat accidentia, nõ habere proprie quidditates, nec eſſe ſimpliciter entia,



ſed entis entia. ¶ Quarto arguitur, ꝙ concedere ſubſtantiam eſſe quantitatem, aut aliud cęterorum prędicamentorũ ſit cõtra cõmunem modũ concipiẽdi: nam quęrenti quid ſit homo, reſpondetur, ꝙ eſt ſubſtantia, ⁊ non reſpõdemus, ꝙ eſt quantitas: nõ ſolum propter cõnotationes terminorũ, ſed re ipſa videntur eſſe duo, hõ ⁊ quantitas. Itẽ concedimus, ꝙ quantitas eſt accidens hominis: ⁊ tñ nullus cõcederet, ꝙ ſuſtantia eſt accidens. Item concedimus proprium eſſe quãtitati, ſecundũ eam ęquale vel inęquale dici: quod tñ non eſt propriũ ſubſtantię. Et concedimus, ꝙ propriũ eſt relatiuorũ dici ſimul ad cõuertentiã: quod non eſt proprium ſubſtantię aut quãtitatis. Et cõcedimus, ſeſſionẽ eſſe diſpoſitionem partium in ordine ad locum: ſed nullus concederet, ꝙ ſubſtãtia dicit diſpoſitionẽ in ordine ad locum. Item cõcedimus, ꝙ tempus eſt accidens coeli, eſt menſura durationis: ⁊ tñ coelum non eſt menſura durationis. Omnia iſta profecto cõfundunt qui concedunt res diuerſorum prędicamentorum de ſe inuicem formaliter affirmari. ¶ Et hinc proplapſi ſunt, vt cõcedant ꝙ intellectus eſt voluntas, ⁊ ꝙ volũtas eſt ſenſus, ⁊ ꝙ voluntate intelligimus, ⁊ intellectu amamus, ⁊ vtroq; ſentimus: quas profecto enuntiationes extra ſcholas nemo proferret. Adde, ꝙ Occhã ipſe. 1. parte Logicę. cap. 44. ait: Quãtitas non diſtinguitur a re quanta: ſiue iſta propoſitio, ſubſtantia eſt quantitas, ſit concedenda, ſiue non. Vbi inſinuat, ꝙ licet non diſtinguatur, nihilominus illa propoſitio eſt neganda. Niſi ꝙ diſcipuli eſſe pergunt ſuper magiſtrum.

## ¶ Attamen dubium reſtat quo

modo poſſet hmõi affirmationes euitare qui nõ concederet inter ſedẽtem ⁊ ſeſſionem eã diſtinctionem, quę eſt inter duas res (quam neq; ego profecto concedere poſſum.) Nam ſi nõ ſunt duę res: ergo eadem res quę eſt ſedens, eſt ſeſſio. Vnde cõtinuo ſequitur, hęc res eſt homo (demonſtrando hominẽ ſedentem) ⁊ eadem res eſt ſeſſio: ergo ſedens eſt ſeſſio. ¶ Fateor hunc ſyllogiſmum, potuiſſe conuincere (ſicut coegit Occham ⁊ eius diſcipulos) vt illius modi prędicationes cõcederentur. Attamen ⁊ Ariſto. ⁊ antiqui philoſophi negant cõſequẽtiam. Et certe quãuis ſit apparentiſſima potius eſt negãda, quã ſint cõcedendę propoſitiones ſupra impugnatę. ¶ Ad cuius igitur intelligentiam notandũ eſt, duplicem eſſe prędicationem apud antiquos. ſ. idẽticam ⁊ formalem. Prędicatio identica eſt illa, in qua denotatur rem ſignificatam per prędicatum, eſſe eãdem cum re ſignificata per ſubiectum. Prędicatio vero formalis eſt illa, in qua denotatur rem ſignificatã per prędicatũ eſſe formã ſeu rationẽ rei ſignificatę per ſubiectũ. Vnde qñ prędicatũ eſt terminus cõnotatiuus in concreto, ſemper facit ſenſum formalẽ: ſed qñ accipitur in abſtracto, tunc poteſt vtroq; modo accipi. Dicebãt ergo antiqui, ꝙ ex pręmiſſis in ſenſu identico, nõ ſequitur prędicatio formalis: ⁊ talis defectus cõmittitur in dicto ſyllogiſmo, nam illi termini res, ens, id qđ, faciunt ſenſum identicum. ſ. hęc res eſt ſedens, hęc res eſt ſeſſio (quia ens, ⁊ res, eſt tranſcendens pertinens ad omnia prędicamenta) ſed conſequens puta, homo eſt ſeſſio, facit ſenſum formalem: quia extrema ſunt diuerſorum prędicamentorum. ¶ Poſſumus iã modo defectum iſtum reducere, ad defectum appellationis. Vbi habeatur pro regula: ꝙ quando res vnius prępicamẽti in abſtracto, prędicatur de re alterius, denotatur, ꝙ ratio ⁊ definitio rei ſignificatę per prędicatum, eſt ratio ⁊ definitio rei ſignificatę per ſubiectum. Vnde perinde eſt arguere, hęc

*Prędicatio idẽtica ⁊ for.*

*Regula appellationis*

res eſt homo, ⁊ hęc res eſt ſeſſio, ergo homo eſt ſeſſio, ac ſi argueres, hęc res eſt homo, ⁊ hęc res eſt ſeſſio, ergo homo inquantum homo, eſt ſeſſio inquantum ſeſſio, aut (quod idem eſt) ratio hominis eſt ratio ſitus. Et ideo concludẽdum eſſet, res quę eſt homo eſt ſeſſio: quę propoſitio ad modũ concipiendi verum ſonat. In concretis vero optime ſequitur, Petrus diſputat, Petrus eſt homo: ergo homo diſputat: oĩs homo eſt albus, omne riſibile eſt homo, ergo omne riſibile eſt album. ¶ Sed ſunt contra iſtum modum dicendi argumenta duo. Primũ, qꝛ non videtur defectus iſte ſyllogiſmi fundamentum habere in dilectica. ¶ Ad quod reſpondetur fundamentũ eſſe primo, quia cũ mediũ puta, res, aut ſi dicas hoc ens, ſint termini tranſcendentes ſignificãt rem cuiuſcunq; prędicamenti: ⁊ ideo cum quibuſcunq; talibus poſſunt facere ſenſum identicum. ¶ Et pręterea. quia deffectus appellationis ⁊ alij dialectici nõ habuerũt fundamentũ aliud ꝙ̃ modũ concipiendi hominum: vnde ſicut in iſtis ſyllogiſmis, Petrus eſt monachus ⁊ Petrus eſt albus: ergo Petrus eſt monachus albus: cognoſco Coriſcum, Coriſcus eſt veniens, ergo cognoſco venientem, propter modũ concipiendi dicimus eſſe peccatum appellationis, eadẽ ratione in propoſito. ¶ Et poſtremo defectus iſte habet fundamentum in Ariſto. qui. 3. Phy. tex. 19. ⁊ infra cõcedit actionẽ ⁊ paſſionẽ eſſe eundẽ motum: motus enim ad calorẽ, vt exit ab igne, eſt actio, ⁊ vt recipitur in aqua, eſt paſſio: ſicut eadem (inquit) eſt via a Thebis ad Athenas, quę eſt ab Athenis ad Thebas: vbi negant hanc conſequentiam, hic motus eſt actio, ⁊ hic motus eſt paſſio: ergo actio eſt paſſio, quia inquit eſt eadem res actio ⁊ paſſio: ſed alia eſt ratio actionis, ⁊ alia eſt ratio paſſionis. ¶ Atq; doctrinam hanc intelligere mihi videor apud Ariſto. capite de ſubſtantia in hoc libro, vbi ait, ꝙ genera ⁊ ſpẽs prędicantur de ſuis inferioribus noĩe ⁊ ratione. Accidẽtia vero licet prędicẽtur de ſubſtantia, nomine, tñ ratione vnum prędicamentum non prędicatur de alio. Quod verbũ pręſertim ad hoc propoſitum cõmendatum eſſe velim: eſt enim dicere, ꝙ vnũ prędicamentum in concreto prędicatur de alio: ſed tñ in abſtracto non prędicabitur, quippe qua prędicatione denotabitur rationem vnius prędicamenti eſſe rationem alterius. Habemus ergo, ꝙ quãuis concedatur, ꝙ res quę eſt homo eſt relatio, aut ꝙ homo eſt res quę eſt actio ⁊c. tñ nequaquã concedendũ eſt: homo eſt actio, vel homo eſt relatio: ⁊ ſic de alijs prędicamentis. ¶ Secundum ac maius argumẽtum eſt, aduerſus modum iſtum dicendi. Nempe, ꝙ videmur id in creaturis admittere, quod in diuinis confitemur altiſſimũ eſſe myſterium. Concedit enim fides catholica: ꝙ res quę eſt Pater eſt Filius, negans, ꝙ Pater ſit filius: atq; adeo negat illam conſequẽtiam, Hęc eſſentia diuina eſt Pater, ⁊ hęc eſſentia diuina eſt Filius: ergo Pater eſt Filius. Quod ſi nos pariter in creaturis damus, nihil magni attribuimus Deo. ¶ Reſpõdetur nihilo minus latiſſimã eſſe hic ⁊ ibi diſtantiã: hic enim ſolũ negamus hmõi ſyllogiſmos propter varios modos ſignificandi terminorũ, quia videlicet pręmiſſę faciunt ſenſum idẽticum, concluſio vero ſenſum formalem: illic vero nõ ſolum propter ſignificationem terminorum, ſed propter ipſam naturam rei quę vna ſimpliciſſima nõ ſolum realiter, ſed formaliter eſt plures res: ⁊ illę plures nõ ſolum ſunt plures formaliter propter ſignificationem terminorũ: ſed plures res. i. plura ſuppoſita. Exẽpli gratia. Cõcedimus, ꝙ actio non eſt paſſio: aut ꝙ homo nõ eſt ſeſſio: nõ tñ dicimꝰ ꝙ hę ſunt duę res. Item in ſenſu identico cõcedimus illas pręmiſſas,

ſas, hoc eſt actio, ⁊ hoc eſt paſſio, ſed non in ſenſu formali. In diuinis vero non ſolum in ſenſu identico, ſed in ſenſu formali: eſſentia eſt Pater, ⁊ eſſentia eſt Filius: ⁊ concluſio eſt falſa, Pater eſt Filius: imo Pater diſtinguitur a Filio tanquam res a re. Itaq; ſunt realiter ⁊ formaliter eadem res, id eſt eadem eſſentię: ⁊ formaliter ⁊ realiter diſtinctę res, id eſt diſtinctę perſonę. Nam res (cum ſit tranſcendens) ⁊ pro eſſentia ⁊ item pro perſona ſupponit. ¶ Et per hęc item patet differentia inter has propoſitiones: homo eſt humanitas, ⁊ Deus eſt deitas: prima enim eſt falſa, ⁊ ſecunda vera: quia homo dicit id quod habet humanitatem cum cęteris alijs accidentibus (in quo differt ab humanitate) Deus autem ſimpliciſſimus nihil habet, ſed omnia eſt. Unde antiqui in creaturis inter ſuppoſitum ⁊ naturam appellabant diſtinctionem realem, ſed in diuinis non niſi diſtinctionem rationis ex ſolo modo ſignificandi terminorum. Hęc ſatis eſt pro primo articulo adnotaſſe, vt qui conformiter ad Ariſtotelem ⁊ ad communem modum concipiendi citra tantam diſtinctionem prędicamentorum loqui velint, modũ habeant quo ſuos defendant ſermones.

**Articulus ſecundus.**

¶ His præfatis in articulo ſecundo videndum nobis eſt proprie de quantitate, diſtinguatur ne a ſubſtantia ⁊ qualitate realiter: quemadmodum albedo diſtinguitur a ſubſtantia, vt non ſolum negemus ſubſtantiam eſſe formaliter quantitatem in ſenſu iam expoſito, ſed neq; concedamus, ꝙ ſubſtantia eſt res quę eſt quãtitas. De qua quęſtione (alijs omiſſis) ſunt duę opiniones. **Duę opiniones.** Una Occham in prima parte ſuę logicę cap. 44. ⁊ 45. quam fere Nominales ſequũtur. Et alia eſt Realium omnium. ¶ Prima opinio eſt, ꝙ nulla ſpecies quantitatis diſtinguitur a ſubſtantia vel qualitate, ſed lignum eſt ſua quantitas: ⁊ materia ligni ſua: ⁊ forma, item ſua: ⁊ quotquot pręterea ſunt accidentia corporalia in ligno, tot ſunt quãtitates: vt color ſit ſua, ⁊ ſapor ſit ſua ⁊c. Quocirca omnes illas ſpecies quantitatis exponunt ſecunde intentionaliter. Exemplĩ gratia, iſte terminus, linea ſignificat rem, cõnotando ꝙ ſit diuiſibilis ſecundum vnam dimenſionem: ⁊ ly ſuperficies, ſignificat rem connotando ꝙ ſit diuiſibilis ſecundum duas: ⁊ ly corpus, ſignificat rem connotando ꝙ ſit diuiſibilis ſecũdum tres dimenſiones. Neq; concedunt rem aliquam eſſe in corpore quouis modo indiuiſibilem. Rationes huius opinionis pręcipuę ſunt illę quę in principio quęſtionis ſunt propoſitę. ¶ Reales vero omnes ſunt in contraria ſententia, videlicet quantitatem a re quanta diſtingui, vt S. Tho. p. p. q. 77. articu. 2. ⁊ Scot. 2. d. 12. ⁊ 4. d. 12. Quorum opinio ſic intelligitur: Quemadmodum albedo eſt quoddam accidens, quo ſubſtantia formaliter eſt alba: ita quantitas cõtinua eſt accidẽs, quo partes ſubſtantię extenduntur, puta, vt caput ſit in alio loco quã collum: ⁊ collũ in alio quã pect⁹ ⁊c. Et ratione eius ſubſtantia diuiditur, ⁊ mouetur ⁊ habet oẽs alias actiones corporales. Quo fit vt corpus de prędicamento ſubſtantię ſit ſubm̃ corporis de prędicamẽto quãtitatis. Ratio. n. ſubſtãtię corporalis cõſiſtit in hoc, quod eſt, eſſe capacem quãtitatis: nec aliud eſt ſubſtantiam eſſe ſuapte natura indiuiſibilẽ, quã eſſe incapacem quantitatis. Quo modo partes corporis de prędicamento quantitatis vniantur per ſuperficies, ⁊ ſuperficies per lineas, ⁊ lineę per puncta, ſupra expoſitum eſt. ¶ Neutra iſtarum opinionũ eſt adeo demonſtrabilis, quin altera ſit probabilis. Nihilo minus ad quęſtionem reſpondetur duabus concluſionibus quę ſunt vero ſimiliores.

¶ Prima concluſio, quantitas **1. Cõclu.** quo ad tres eius ſpecies nominatas diſtinguitur a ſubſtantia: ⁊ punctũ a partibus lineę. Hęc concluſio primum, ⁊ potiſſimum probari ſolet ex illo Ariſtot. 1. Phyſi. text. 13. contra Parmenidem: Si ſubſtantia, ⁊ quantum, ⁊ quale ſunt, non vnum, ſed multa ſunt. Quod infra textu. 15. repetit. Si ſubſtantia, ⁊ quantum ſunt, duo ſunt. Ad hanc authoritatem reſpõdet Occham prima parte logicę, cap. 45. ꝙ non intelligit Ariſtoteles ſubſtantiam ⁊ quantitatem eſſe duas res diſtinctas, ſed ꝙ ſi ſubſtantia eſt quanta, habet plures partes. ¶ At certe ſenſus iſte accommodari non poteſt literę. Primo, quia Parmenides aſſerens totum mundum eſſe vnum ens, non negabat illum habere partes: ſed dicebat totum mundum eſſe vnũ, ſicut ego ſum vnus: ⁊ ideo Ariſt. nõ volebat probare ſolum, ꝙ mundus haberet partes, ſed eſſent plura genera rerũ. Et ideo facit argumentũ: aut illud vnũ eſt finitum, aut infinitum: ⁊ ſiue ſit finitum ſiue infinitum, debet eſſe quantum: nam finitũ ⁊ infinitũ ſunt paſſiones quantitatis: ⁊ rurſus ſi ſubſtantia ⁊ quantitas ſunt, duo genera rerum ſunt. ¶ Unde min⁹ cõſonat alia expoſitio aliorũ (videlicet ꝙ loquitur Ariſt. de ſubſtãtia ſpirituali: intelligens ꝙ ſi ſubſtantia ſpiritualis ⁊ ſubſtantia materialis ſunt, duę ſubſtantię ſunt.) Minus (inquã) hęc expoſitio conuenit literę: nam ſi eſſet ſermo de ſubſtantia ſpirituali, nõ aſſumpſiſſet Ariſto. aut eſt finita, aut infinita. Item quia Parmenides nihil ſuſpicabatur de ſubſtantijs ſpiritualibus: alias non eſſet tam hebes, vt diceret ſubſtantias corporales ⁊ ſpirituales eſſe vnum ens. **Ariſto. contra Par.** ¶ Sed quid pluribus opus eſt? luce clarius eſt argumẽtum Ariſto. aduerſus Parmenidem. Nihil enim aliud voluit illi obijcere, niſi ꝙ ſi oĩa ſunt vnũ, quodnã vnum: an ſubſtantia, an quantitas, an qualitas, ſicut. 1. de anima inquirens, quid eſt anima, quęrit ſitne ſubſtantia, an quantitas, an qualitas ⁊c. Erat enim receptiſſimũ inter oẽs philoſophos, eſſe plura rerũ genera: ſaltem illa tria notiſſima quę ſunt, ſuſtantia, quantitas, ⁊ qualitas. Nec Parmenides hoc negabat, ſed erat in opinione quã nunc ſuſtinent Nominales. ſ. ꝙ ſubſtantia ⁊ quantitas ſunt eadem res: ⁊ addebat ꝙ eadem res erat qualitas. Quod niſi fides nos doceret accidentia in ſacramento altaris eſſe ſine ſubiecto: qui ſuſtinẽt quãtitatem non diſtingui a ſubſtantia, idem (reor) dicerent de qualitate. Et ideo quantum conijcio Ariſto. arguebat contra Parmenidem ex conceſſis ab illo: puta ꝙ ſubſtantia, quantitas, ⁊ qualitas erant tria genera rerũ: ⁊ inde inferebat, ꝙ eſſent res diſtinctę. Unde ſi aliqua reſpõſio poſſet Nominalibus fauere, eſſet ſecundum dicta in ſuperiori articulo: videlicet Ariſtotelem concludere, ꝙ in ſenſu formali, ſubſtantia nõ eſt quantitas, ⁊ ita debẽt reſpondere ad ſimiles oẽs autoritates Ariſto. ¶ Nihilominus profecto Ariſt. plus intendebat conludere: nã forſan in ſenſu formali non cõceſſiſſet Parmenides, ꝙ ſubſtãtia eſt quantitas, aut qualitas propter modum diuerſum ſignificandi: ſed in ſenſu idẽtico dicebat, ꝙ eadem res quę eſt ſubſtantia, eſt quãtitas, ⁊ qualitas, ⁊ homo, ⁊ equus, ⁊ aer, ⁊ ignis ⁊c. Et ideo Ariſto. volebat concludere, ꝙ nec in ſenſu identico ſubſtantia eſſet quãtitas, aut qualitas. ¶ Unde nos ſumimus nouum argumentum. Tantam diſtinctionem poſuit illic Ariſtoteles inter ſubſtantiam ⁊ quantitatem, quantam inter ſubſtantiam ⁊ qualitatem: ſed inter ſubſtantiam ⁊ albedinem eſt diſtinctio realis: ergo eadem eſt inter ſubſtantiam ⁊ quantitatem ſecundum Ariſto. Et confirmatur: quia poſtquam vtrunq; eſt accidens



dẽs abſolutũ, eadem eſt ratio diſtinctionis vtriuſq;. Et certe vt paulo ante dicebam⁹, niſi fides ſacramẽti altaris id vetaret: qui negant quantitatem diſtingui: idem negarent de omni qualitate. **Alię autoritates.** ¶ Alia multa loca Ariſtote. adduci poſſent ad hanc concluſionem. Nam. 5. me. tex. 17. ex profeſſo probat aduerſus antiquos, punctum, lineam, ⁊ ſuperficiem non eſſe ſubſtantiam, ſed accidentia ſubſtantię: quod non poteſt gloſſari ſecunde intentionaliter. i. ꝙ linea ſupponit pro ſubſtantia cõnotando ꝙ aliqualiter ſe habeat: nã in hoc non cõtradiceret antiquis, quia idem cõcederent: ſed expreſſe probat, ꝙ ſubſtantia non eſt linea aut punctum. Et certe apud Ariſto. barbarus eſſet qui hmõi propoſitiones concederet. Et. 7. meta. tex. 8. dicit, ꝙ materia nec eſt, quid, nec quãtitas. Et breuiter vbicunq; de ſubſtantia ⁊ quãtitate incidit ſermo, loquitur tanquam de duabus rebus. Quocirca euidentiſſimum eſt apud Ariſto. ſaltem in ſenſu formali nunquam debere concedi, ꝙ ſubſtantia eſt quantitas aut linea. Quod primo articulo ſatis puto perſuaſum eſſe. Sed eſt pręterea maximum argumentũ, ꝙ omnino quantitas realiter diſtinguatur a ſubſtantia, ſicut qualitas. Nam ex ęquo vbicunq; diſtinguit hęc tria. Imo frequentius diſtinguit quãtitatem ꝙ̃ qualitatem. ¶ Rationibus etiam multis corroborãt **Argũ. 2.** philoſophi hanc concluſionẽ: quas paſſim quiſq; videre poteſt. Nos vero hoc potiſſimum vtimur argumento: quod ſit hic ſecundum. Si quantitas non diſtinguitur a re quãta, ſequitur, ꝙ tot ſunt quantitates in ſuppoſito, puta in ligno, quot ſunt illic res corporeę: nempe ꝙ materia ligni eſt ſua quantitas: ⁊ forma, ſua quantitas: ⁊ calor, item ſua: ⁊ color, ſua ⁊c. cõſequẽs eſt falſum: ergo ⁊ antecedens. Sequelã autores opinionis ipſi cõcedũt: ſed probatur minor. Si plures eſſent quãtitates in eodẽ ſuppoſito penetratiue ſe habentes, ſequeretur, nullam poſſe aſſignari rationem naturalem, cur duo diſtincta corpora non poſſent ſe naturaliter penetrare in eodem loco: quod tamen natura abhorret. Sequela ſic oſtendit: Quod lapis ⁊ lignum non poſſint ſimul ſe penetrare in eodem loco, nulla eſt alia ratio, niſi quia duę quantitates non poſſunt eſſe ſimul eodem loco (hac eñ de cauſa concedimus ⁊ plures angelos ſimul eſſe in eodẽ loco: ⁊ ſacratiſſimũ corp⁹ Chriſti in ſacramẽto altaris eſſe ſm̃ oẽs partes in eodẽ puncto: quia videlicet nõ eſt ad modũ quãtitatis.) Sed plures quãtitates, puta materię ⁊ formę ligni ⁊ oĩm accidẽtiũ, ſunt ſimul coextenſę in eodẽ loco: ergo eadẽ ratione nihil vetaret, quo minus lignũ ⁊ lapis ſimul ſe poſſint penetrare. ¶ Nã qui rñderet lignũ ⁊ lapidẽ non poſſe eſſe ſimul, qr non vniuntur vt faciant vnũ: materiam vero ⁊ formã eſſe ſimul, quia faciũt vnũ: profecto nõ ſatiſfaceret argumento. Primo, qr ſolutio videt petere principiũ: hoc enim contendit argumẽtum, ꝙ ſi materia ⁊ forma haberent diſtinctas quantitates, nullo modo forma informaret materiam: quia non poſſent ſe penetrare magis quã lignum ⁊ lapis: nam ea ratione qua quantitates non poſſunt penetrare, repugnaret illis vniri in eodem loco adęquate: aut ſi nõ repugnaret illis vniri, pari ratione nec repugnaret eſſe ſimul licet non vnirentur. ¶ Et pręterea, quia ſi Deus amoueret quanntitatem a lapide, poſſet eſſe ſimul in eodem loco cum ligno, veluti angelus: quãuis non informaret lignũ: ergo repugnantia exiſtendi in eodem loco, non eſt ꝙ non vniantur, ſed re vera ꝙ ſunt duę diſtinctę quantitates. Argumentum profecto concludit, non eſſe in vno ſuppoſito, niſi vnam ſolam quãtitatẽ qua extenduntur, ⁊ partes ſuppoſiti, ⁊ partes materię, ⁊ partes formę: atq; adeo partes oĩm, quę illic ſunt, corporalium accidentium. Et cum non appareat quod iſtorum ſit illa quantitas, colligitur eſſe vnum accidens ab omnibus diſtinctum. Quocirca opinionem Nominalium facilius defenderet, qui diceret ſolam materiam eſſe quantitatem ſuppoſiti, qua forma ⁊ accidentia extenduntur. ¶ Tertio arguitur, ꝙ punctũ **Argũ. 3.** diſtinguatur tanquam quid indiuiſibile. Primo id aſſerit Ariſt. 5. meta. 12. vbi ait, punctum eſſe quid indiuiſibile, habẽs poſitionẽ in continuo. Et. 4. phyſ. tex. 90. dicit, ꝙ punctũ non poteſt eſſe immediatũ alteri pũcto. **Argũ. 4.** Et tex. 107. dicit, ꝙ punctũ non eſt pars lineę, ſed continuans eius partes. Et. 6. phyſi. text. 88. dicit, ꝙ continuum non cõponitur ex pũctis. Et tertio de cœ. tex. 14. dicit, ꝙ punctum eo modo ſe habet ad lineam: quo linea ad ſuperficiem: ⁊ ſuperficies ad corpus. Et multa alia id genus paſſim offenduntur apud Ariſto. quę videntur exprimere diſtinctionem inter punctum ⁊ tres quantitatis ſpecies. ¶ Sed ratione argr̃ (quod fuerit hic quartum argumentũ:) Si detur globus perfecte ſphęric⁹ ſuperficiei planę ſuperpoſitus, cõtingere eam nõ põt niſi pũcto indiuiſibili, ergo dabile eſt hmõi punctũ. Probatur antecedens. Dato oppoſito, videlicet ꝙ globus tangat ſuperficiem ſecundum aliquam breuiſſimam lineam rectam, ſequitur ꝙ globus ille non erat perfecte ſphęricus, vt vel ad oculum patere poteſt ignoranti geometriam: nam geometra facile id demonſtraret, ſignata illa linea recta in ſuperficie globi. Tunc enim ductis tribus lineis a centro illius ſphęre, vna ad punctum medium illius lineę, ⁊ alijs duabus ad extremitates, illę lineę non erunt ęquales (quia media erit minor) ⁊ per conſequẽs ſuperficies globi non eſt perfecte circularis: quandoquidem non oẽs lineę ductę a centro ad circunferẽtiam ſunt ęquales. Ducito lineam rectam tranuerſalem in pariete ſuper quã circulum deſcribito, quę illam tangat, ⁊ fiet res manifeſta. ¶ Reſpõdebũt (ſcio) autores cõtrarię opinionis, ꝙ globus ille tanget ſuperficiem, non ſecundum aliquã partem adęquate, ſed ſcd̃m aliquã inadęquate. Quod eſt dicere: Data particula globi verſus ſuperficiem, illã tanget ſuperficiem non ſecũdũ ſe totã, ſed ſecũdum medietatem ſui, quę eſt verſus ſuperficiem: nec illa medietas tangit ſecundũ ſe totam, ſed ſecundum quartã, ⁊ quarta ſolũ ſecundũ octauã: ⁊ ita in infinitũ. ¶ Sed profecto eſt mirabile, ꝙ globus tangat planum, ⁊ tñ nihil in globo ſignari poſſit quod ſe toto tangat planum. ¶ Simile argumentũ fit de linea: ſi enim ſuper planã ſuperficiem ponas taxillum, nõ plane ſed ſcd̃m lineã angularẽ, videbis ꝙ taxillus tñ tãgit planũ ſecundũ lineã diuiſibilẽ ſcd̃m longitudinem, ⁊ indiuiſibilẽ ſecundum latitudinem. Quod ſi plane ſuperponas taxillum, videbis ꝙ tangunt ſe duo ſuperficies indiuiſibiles ſecundum profunditatem. Imo nulla duo corpora tangere ſe poſſunt, niſi ſecũdum ſuperficies. Quę ſi non ponantur indiuiſibiles ſecundum profunditatem, nihil poteſt ſignari in corpore qđ ſe toto adęquate tangat aliud corpus. Nam data quacunq; parte, illa erit diuiſibilis ſecundũ profunditatem: ⁊ ſecundũ partẽ interiorẽ non tanget aliud corpus. ¶ Quintum poteſt fieri de linea argumentum, **5. Argũ.** in area plana, vbi lumen ſolis obiecta vmbrę facit lineam. Signetur in concurſu illo ſolis ⁊ vmbrę, linea diuidens lumen ⁊ vmbrã quę procedit in longũ. Illa eſt indiuiſibilis ſcd̃m latitudinẽ: nam dato oppoſito, ſi diuidatur ſecundum latitudinem, medietas erit in lumine, ⁊ medietas in vmbra: ⁊ per cõſequens non eſt data linea quę ſe tota diuidat lumen ⁊ vmbram. ¶ Sexto arguitur. **6. Argũ.** Cum video parietem albũ, ſolã video ſuperficiem longam ⁊ latam, ⁊ non profundam:

dam: ergo dabilis eſt talis ſuperficies. ¶ Reſpondetur, ꝙ nulla eſt dabilis pars ſcḋm profunditatẽ adȩquate viſa, ſed quacũqꝫ data, illa videt ſcḋm particulam anteriorem verſus ſuperficiem. At cõtra hoc arguitur. Nihil videt niſi mediãte lumine: ergo id ſolum parietis videtur qḋ recipit lumen, ſed paries nõ recipit lumen ſm partes interiores, ſed ſolũ ſm ſuperficiem: ergo illa ſola adȩquate videtur. ¶ Formant alij prȩterea argumentũ. Si acũ ſm cuſpidem moueas continuo per mẽſam planã vſqꝫ ad lineam extremã, tunc nõ finietur (inquiunt) motus quoad vſqꝫ cuſpis ſit in vltima linea indiuiſibili terminãte menſam: nam in quocũqꝫ puncto menſȩ ſit actus, vel reſtat aliquid vltra diuiſibile, ⁊ tunc non erit terminus motus, quia aliquid reſtat pertranſeundum: vel nihil reſtat, ⁊ tunc ſequitur, ꝙ acus eſt in linea indiuiſibili terminante mẽſam. Hoc tñ argumẽtum facile aduerſarij diluerẽt, dicentes: ꝙ motus acus nõ terminatur intrinſece, ſed extrinſece in primo inſtanti non eſſe acus in menſa, puta quando exiuit. Et ita ſoluentur omnia argumenta de motu, quȩ proinde nos miſſa facimus.

7. Argũm. ¶ Eſt tamẽ vltimũ argumentum de ſac[illegible]tiſſimo myſterio Euchariſtiȩ: nam fidei lumen m[illegible] etiam naturalia illuſtrat. Et myſterium Euchari[illegible]ȩ multo ſit nobis intelligibilius ſi ponamus quantitatem eſſe in ſacramento, velut ſubiectũ aliorum accidentium: quod cum ſit accidens materiale per ſe extenſum quo mediante panis ſuſtinebat accidentia, poteſt abſente pane ipſius officium retinere: alias qualitates eſſent illic diſiunctȩ, ⁊ cum hoſtia caleſit, tunc calor in nullo reciperetur ſubiecto: multaqꝫ alia ſequerentur inconuenientia: quȩ poſita quantitate, euitantur.

2. Concluſ. ¶ Secũda cõcluſio. Neq; numerus qui eſt quãtitas diſcreta diſtinguitur ab vnitatibus ex quibus cõponitur: neqꝫ vnitas a quantitate continua. Ad cuius intelligentiam notãdum eſt, opinionem hactenus Realium eſſe, ꝙ vnitas cuiuſcunqꝫ indiuidui quanti eſt quȩdam res omnino indiuiſibilis addita eius quantitati: ⁊ prȩterea ꝙ numerus, puta ternarius triũ lapidũ pro per ſe ſignificato, nec eſt tres lapides ſimul ſumpti, nec eiꝰ vnitates: ſed ſignificat de formali vnã ſimplicẽ formã, q̃ eſt in oĩbus tribus, a qua habẽt vt ſint ternarius. Ratio prioris partis eſt, ꝙ Ariſto. 5. meta. tex. 12. expreſſe dicit, ꝙ tam vnitas (quȩ eſt principiũ numeri) q̃ꝫ punctum (quod eſt principium quãtitatis) ſunt indiuiſibilia: niſi ꝙ punctũ habet poſitionẽ in continuo, vnitas vero, non. Et. 10. meta. eo dicit vnitatem eſſe primã mẽſuram, q2 eſt indiuiſibilis. Ratio vero ſecundȩ partis opinionis eſt: q2 nihil formaliter ponitur in prȩdicamento, niſi ſit ens reale ⁊ ſimplex: cum ergo ternarius, quaternarius ⁊c. ſint diſtinctȩ ſpẽs formales quãtitatis, ſequitur ꝙ quẽadmodum linea dicit rem quȩ eſt vna, ⁊ ſuperficies dicit rem aliã: ita ternarius dicit vnam formã ſpecificã, ⁊ quaternarius vnam aliam: ⁊ cum tres lapides non ſint vna res, ſequitur ꝙ ternarius dicit de formali, ſeu de per ſe ſignificato vnam formam exiſtẽtem in tribus lapidibus per quã illi lapides ſunt ternarius. Cõtra hãc imaginationẽ ſtatuimus ſecundã cõcluſionem. ¶ Et ꝙ vnitas qua ego ſum vnus in genere quãtitatis nõ ſit res indiuiſibilis diſtincta a quãtitate mea, certe abunde mihi perſuadet, ꝙ nõ eſt id neceſſariũ ad ſaluandum ea quȩ philoſophi dicunt de vnitate: quẽadmodũ enim quȩcunqꝫ res mundi eo ipſo ꝙ eſt ens, eſt vnum vnitate traſcendentali, ita quȩcunqꝫ res corporea, eo ipſo ꝙ eſt quanta, eſt vna vnitate prȩdicamentali: nec eſt credibile aliud inidiuiſibile eſſe in me, vt ſim initium numeri. Quod vero neqꝫ numerus dicat aliquã ſimplicem formam exiſtentem in rebus numeratis, ſatis perſuaſum mihi habeo quinto argumento ſupra formato. Intelligere enim nõ poſſunt quomodo vna numero res ſit in tribus diſtinctis ſubiectis. Atqꝫ hãc mihi legem, in his prȩſertim metaphyſicis diſtinctionibus conſtitui, vt niſi prius intellexero, non credã: cum de ſolis fide reuelatis ſcriptum ſit, Niſi credideritis, nõ intelligetis. Iam enim ſȩcula illa abierunt quando prȩcipua homines ſtudia in his metaphyſicis ponentes, nec res aut intelligere, aut exponere adeo curabãt, dum modo verba ſyllabatim, vt ſcripta legebant, defenderẽt.

Unitatis indiuiſibilitas. ¶ Ergo vnitatem eſſe indiuiſibilem ego ſic intelligo. Quãquã ratio quantitatis cõſiſtat in hoc quod eſt eſſe diuiſibile, tamen alia eſt diuiſio magnitudinis, quȩ eſt quantitas continua: ⁊ alia multitudinis, quȩ eſt quantitas diſcreta: nam ratio magnitudinis eſt, ꝙ ſit diuiſibilis in partes quȩ non erant actu plura, ſed potentia (cum eſſent continuȩ) ⁊ per diuiſionem ſiũt actu plura. Sed ratio multitudinis eſt, ꝙ ſit diuiſibilis in partes quȩ ante diuiſionem erãt actu plura, ſicut ſenarius ſex hominũ diuiditur in duos ternarios, aut in tres binarios. Et ideo pũctum (quod eſt principium magnitudinis) eſt ſimpliciter indiuiſibile, vt opponitur primȩ diuiſioni: ſed vnitas (q2 eſt principiũ multitudinis) eſt indiuiſibilis ſolum, vt opponitur ſecundȩ diuiſioni. Itaqꝫ quãtitas mea quãuis in ratione continui ſit diuiſibilis, tamen in ratione vnitatis eſt indiuiſibilis. Exempli gratia: numerus octonarius hominum diuiditur in duos quaternarios: ⁊ quaternarius in duos binarios: ⁊ binarius in duas vnitates: vnitas vero (qualis ego ſum) nõ eſt amplius hac ratione diuiſibilis: ſed ſi ego diuidar tanquã quantitas continua, deſinam eſſe vnitas ⁊ efficiar binarius. Et hac de cauſa dixit Ariſt. 8. meta. text. 10. ꝙ diuiſio quantitatis cõtinuȩ procedit in infinitũ: diuiſio vero numeri, minime. Unde quãtitas mea eo eſt vnitas, quia nõ eſt actu plura. Et ita eſt gloſſandus Ariſt. ⁊ S. Tho. Et certe credo ſi illi eſſent modo interrogati, ita cõcederent. Quod ſi quis contenderit verba illorum aliud ſonare: ꝓfecto nihil authoritatis detractũ erit ſummis philoſophis, quãuis nõ credamus has indiuiſibiles vnitates aut numeros. ¶ Eadẽ ratiõe dico, ꝙ tres quantitates trium lapidum ſunt ternarius. Nec opꝰ eſt aliã indiuiſibilẽ atqꝫ inintelligibilẽ vnitatẽ ſuperaddere. Et ad argumentum, ꝙ ternarius, ⁊ quaternarius ſunt diſtinctȩ ſpecies, ⁊ per conſequens debet eſſe in quocunque vna forma ſpecifica, reſpondemus cum S. Thoma. 8. meta. lectione. 3. ꝙ vltima vnitas adueniens numero dat illi ſpeciem. Ultima inquam ſcḋm cõſiderationem intellectus. ſ. ꝙ vnitas addita binario, facit ternarium: ⁊ addita ternario, facit quaternarium. ¶ Ex hoc ſequitur ſenſus illius diuiſionis numeri. Alius eſt enim numerus numerãs. ſ. aĩa vel eius cõceptus: ⁊ alius numerus numeratus, qui eſt in rebus. Et hic eſt duplex. ſ. formalis ⁊ materialis: formalis eſt vnitates, vt abſtractȩ ab hac, ⁊ illa materia: ⁊ materialis eſt tres homines, tres lapides ⁊c. Unde ternarij omnes ſunt formaliter eiuſdem ſpeciei, licet materialiter ſpecie differãt. ¶ Cõtra hãc tñ expoſitionẽ videtur eſſe authoritas Ariſt. 5. meta. tex. 19. vbi ait, ꝙ ſex non ſunt bis tria, ſed ſemel ſex: vbi videtur negare, ꝙ ſenariꝰ ſit aggregatum ex duobus ternarijs. ¶ Reſpondetur, ꝙ potius authoritas eſt pro nobis: nam dicit, ꝙ ſenarius eſt ſemel ſex vnitates: ſed quando dicit, ꝙ ſex non eſt bis ter, loquitur de ſenario, vt diximus quȩſtione prima, inquãtum eſt numerus ſuperficia-

lis



lis triangularis: nam tres binarij faciunt numerũ triangularẽ: ⁊ ideo ſunt ſicut figura numeri: ⁊ quia figura non eſt ſubſtantia rei, ſed accidens eius, ideo dixit ꝙ ſenarius non eſt ter duo. ¶ Ultimam authoritatem ſcio mihi obijciẽt omnes Thomiſtȩ. 7. met. lectione. 13. vbi S. Thomas ſupra textum. 49. dicit, ꝙ dualitas non eſt duȩ vnitates, ſed aliquid ex duabus vnitatibus compoſitum. ¶ Reſpõdetur primo, ꝙ S. Thomas non dicebat hoc ex propria opinione, ſed vt exponeret opinionem Democriti, quam illic impugnabat Ariſtote. Et propterea ipſe expoſuit. 8. met. vt modo citatum eſt. Et quando S. Thomas id credidiſſet, ꝙ numerus eſt res ſimplex diſtincta a rebus numeratis, nihil perdet authoritatis, licet rem tam parui momenti non credamus.

¶ Supereſt ad argumenta principalia reſpondere. Ad primum negatur ſuperflue poni quantitatem diſtinctam: Imo eſt neceſſarium ad illud officium vt extendat partes ſubſtantiȩ in loco, quia non poſſumus rem corpoream ab incorporea aliter diſtinguere, niſi quia corporea eſt capax quantitatis: incorporea vero non. Unde Auguſtin. 5. de Trinita. cap. 10. in his quȩ magnitudinis participatione magnȩ ſunt, aliud eſt magnitudo, aliud quod ab ea magnitudine magnum eſt. Et prorſus non hoc eſt magnitudo, quod eſt magna domus. Et quãuis ſint qui non admittant ſubſtantiam per Dei omnipotentiam ſeruari ſine quantitate (vt. 2. Senten. diſt. 18. refert Capreolus:) Nihilominus admittitur caſus.

Subſtãtia ſine quãtitate eſſe valet per potẽtiã diuinã. Hoc tamen admiſſo dicit Paulus Venetus. 5. metaph. (quem multi ſequuntur) ꝙ omnes partes ſubſtantiȩ fluerent ad punctum medium. Attamen ſalua authoritate grauiſſimi philoſophi, certe illud eſt falſum: nam res corporea, nec mouetur, nec agit, nec patitur, niſi ratione quantitatis. Et ideo ſubſtantia, remota quantitate, eſt omnino immobilis quocunqꝫ genere motus, quare partes non fluerent ad punctũ: eo vel maxime, ꝙ ſi ad imaginationem daretur corpus infinitum, non poſſet ſignari punctum medium ad quod partes fluerent. ¶ Reſpondetur ergo, quod partes tunc manebũt in eodem ſitu quo antea erant. Sed inde non ſequitur quantitatem eſſe ſuperfluam: quia nos loquimur ſecundũ naturas rerum, cui nõ repugnat Deum per miraculum ſupplere vicem quantitatis: ſicut non ſequitur, Deus poteſt ſine ſole mundum miraculo ſe illuminare: ergo ſuperuacaneus eſt ſol. Itaqꝫ quãuis quantitas ſit naturalis ratio extẽdendi partes, ⁊ ponendi eas in loco: amota vero ſupernaturaliter quantitate manebunt in eodem loco ⁊ ſita ſicut antea, non tamen occupabant locum: imo poterit in eodem loco penetratiue ſe habere cum illa ſubſtantia aliud quantum.

Partes ſubſtantiȩ. Nec tamen illa ſubſtantia poterit agere quicquam aut pati, aut diuidi naturaliter, niſi a ſolo Deo per miraculum: potius quã corpus Chriſti in ſacramẽto altaris. ¶ Sed circa materiam confirmationis profecto dubium eſt, Utrum partes integrales ſubſtantiȩ vniantur formaliter per quantitatem. Integrales inquã, quia eſſentiales non vniuntur per quantitatem, ſed forma ſeipſa immediate vnitur materiȩ tanquam proprius actus propriȩ potentiȩ. Sed dubium eſt vtrum caput vniatur collo, ⁊ collum pectori formaliter per quantitatem. Quod quanuis hactenus apud Reales in quȩſtionem non viderim reuocatum: ſed omnes videantur ſupponere partẽ affirmatiuã, poteſt tamen eſſe dubium. Primo, quia non videtur ꝙ partes ſubſtantiȩ vniantur per aliud, ſed per ſeipſas. Et prȩterea quia Ariſto. nunquã videtur hoc attribuiſſe quantitati, ſed ſolum dicit hic, ꝙ partes corporis de prȩdicamento quãtitatis vniuntur per ſuperficies, ſicut ſuperficies per lineas: nõ tamen dicit, quod partes ſubſtantiȩ vniantur per quantitatem. ¶ Item, quia videtur poſſe Deum ſupernaturaliter facere, vt forma equi vniatur materiȩ ſine quantitate, ⁊ tamen ꝙ habeat caput ⁊ pedes, ⁊ manus. Sicut Durandus. 4. d. 10. q. ſecunda opinatur, quod in ſacramẽto altaris ſit corpus Chriſti ſine propria quantitate: quod licet non credam verum eſſe de facto, videtur tamen eſſe poſſibile. Et tamen ſi partes integrales formaliter vnirentur per quantitatẽ, videtur quod nec ſupernaturaliter poſſint vniri ſine illa: poteſt enim Deus ſupplere vicem cauſȩ efficientis, non tamen formalis: vt licet poſſit ſine igne calefacere, nõ tamẽ poteſt facere ꝙ paries ſit albus ſine albedine. Et ſic certe videtur ꝙ partes ſubſtantiȩ licet extendantur per quantitatẽ, non tamen vniantur. Et ſm hoc reſponderemus ad confirmationẽ, quod ſecluſa quantitate partes ſubſtantiȩ manerent entitatiue ⁊ ſubſtantialiter per ſeipſas vnitȩ: ⁊ illa ſubſtantia eſſet vna tranſcendẽtaliter, nihilominus naturaliter non eſſet diuiſibilis, q2 diuiſio naturaliter nõ fit niſi per quantitatem vt habetur. 1. phyſi. tex. 18. At quãuis cõcederetur, ꝙ partes ſubſtantiȩ entitatiue vniuntur ſine quãtiuate, non tamen poſſent naturaliter habere aliquam figuram, nec aliquod prorſus accidens corporale (niſi de potentia Dei abſoluta) quia hȩc omnia conueniunt ſubſtãtiȩ ratione quantitatis. ¶ Attamen tenendo communem opinionem Realium: ꝙ videlicet partes ſubſtantiȩ formaliter vniuntur per quantitatẽ: tunc forte negandus eſſet caſus argumenti, videlicet, ꝙ poſſet Deus conſeruare ſubſtantiam ſine quantitate. Sicuti iam modo negaturi ſumus, ꝙ poſſit Deus ſeparare omnia pũcta a linea: vtpote q2 tunc ſequeretur, lineam eſſe diuiſam in omnem ſuam partem, quod implicat contradictionem. Et idem ſequeretur de ſubſtantia: quia certe vt dicebamus effectum cauſȩ formalis Deus non poteſt ſupplere. ¶ Poteſt nihilominus illo dato reſpõderi, ꝙ non eſt tam formalis effectus quãtitatis vnire partes ſubſtantiȩ, q̃ꝫ albedinis dealbare, aut q̃ꝫ puncti vnire partes lineȩ, ſed eſt quodammodo effectus extrinſecus. Unde quemadmodum partes ſubſtantiȩ poteſt Deus ſupernaturaliter ſeruare extenſas ⁊ figuratas, quãuis naturaliter iſti ſint effectus formales quodãmodo quantitatis: ita quãuis ſit effectus quantitatis vnire partes ſubſtãtiȩ, poſſunt nihilominus manere vnitȩ ſupernaturaliter ſine quantitate. Naturaliter vero quodcunqꝫ agens corrumperet quantitatẽ, corrumperet ſubinde ſubſtantiam. ¶ Ad ſecundũ argumentum reſpondetur, ꝙ ſuſcipere cõtraria tanquã ſubiectũ, quod, hoc eſt propria ſubſtantiȩ: ſed tanquã ſubiectũ quo, vnũ accidens põt eſſe ſubiectũ alterius: q2 qualitas recipitur in ſubſtantia mediante quãtitate, vt dicit S. Tho. 3. p. q. 77. ar. 2. Subm̃ quo ¶ Et q2 hoc, etiam illi qui cõcedunt quantitatẽ diſtingui a re quãta, nõ credũt: libet hac ratione id explicare. Quãtitas eſt accidẽs cõſequẽs materiam (quia ratio materialitatis conſiſtit in hoc, ꝙ res ſit capax quantitatis) qualitas vero conſequitur formã (nam diuerſas formas ſubſtantiales ſequũtur diuerſȩ qualitates.) Hinc fit vt quẽadmodum ſubſtantia nihil agit, niſi mediante accidente tanquã virtute agendi (vt ignis mediãte calore) ita ſubſtãtia nihil corporale patiatur, niſi mediãte quantitate: hac enim ratione corpus Chriſti in ſacramento, nec eſt alterabile, nec corruptibile: q2 non eſt per modum quantitatis, ⁊ hoc eſt quãtitatẽ eſſe ſubiectũ quo. i. ratione cuius ſubſtantia recipit

h accidentia

accidētia corporea. At ſicut materia eſt primū ſubm̄ reſpectu formę ſubſtantialis: ita quantitas ſit ſubm̄ quo, reſpectu aliorū accidentium. ¶ Hinc rurſus fit, vt quemadmodum calor ſeparatus tanquam virtus ignis calefaceret, ita quantitas in ſacramento altaris tanquam virtus paſſiua ſubſtātię ſubſtineat alia accidentia. Vñ certe corroboratur opinio, ꝙ quātitas ſit accidēs diſtinctū, nā alias debet cōcedi, vt cōcedit cōtraria opinio, ꝙ oīa accidētia illic ſunt ſeorſum diſiuncta, vt puta color a ſapore ⁊ ſapor a calore ⁊c. qđ certe eſt cōtra experientiā. ¶ Itē ex hoc corroborat̄ argm̄ ſecūdū ſupra factū, puta ꝙ ſunt illic plures quātitates penetratiue ſe habentes in eodē loco, ⁊ non facientes vnū, ⁊ ideo non poſſet dari ratio, quare lignū ⁊ lapis non poſſint ſe penetrare: niſi dicant ꝙ pręter exiſtentiam accidentiū ſine ſubiecto, eſt nouū miraculū ꝙ ſe penetrēt, qđ profecto eſt mere gratis dictū: imo eſſet miraculū ſi non manerent ſimul. ¶ Ad tertium varij ſunt modi rñdendi, Gregorius. 2. d. 12. q. 2. opinatur quantitatem adeo eſſe coęuam materię, vt nulla matatione naturali corrumpi

rarefactio poſſit. Itaq; non ſolū in rarefactione cerę, vbi nulla ſubſtantia noua accreſcit pręteritę, ſed neque in augmentatione vbi additur ſubſtantia per nutritionem, neq; in generatione vbi acquiritur noua forma in eadē materia, acquiritur nec deperdit̄ noua quantitas: ſed illa antiqua extēditur aut conſtringitur. Hęc tamen opinio eſt falſa: nam quęcūq; ſubſtātia adducit ſecum ſua propria accidentia: ⁊ ideo in augmentatione animalis, neceſſe eſt dicere, ꝙ addit̄ noua quantitas pręterite. Et in generatione corrūpitur tota quātitas pręterita ⁊ acquitur noua: quia quantitas eſt accidens totius ſuppoſiti: quo corrupto, neceſſe eſt ⁊ eius accidentia corrumpi. Scotus in. 4. d. 12. q. 4. Quāuis vtrāq; partē ſub dubio relīquat, videt̄ tñ tanquā probabile opinari per cōtrarium extremū, ꝙ non ſolū in gñatione aut augmēto viuētis, ſed etiam in rarefactione acquiritur noua pars quātitatis: q2 rarefactio ⁊ cōdenſatio ſunt motus cōtrarij, ⁊ ꝑ ꝯñs termini, puta maior vel minor quātitas debēt eſſe contrarij: qđ fieri non poſſet niſi quantitas maior eſſet alia a quātitate minori. At vero. S. Tho. medio modo incedit. ſ. ꝙ in gñatione tota quātitas corrupti perditur, ⁊ tota geniti acquiritur. Et in augmentatione acquirit̄ noua pars quantitatis, ſicut noua pars ſubſtātię, q2 accidens ſequit̄ mutationē ſubiecti. Sed tñ in rarefactione ⁊ cōdenſatione, ſicut nec acquiritur, nec deperditur ſubſtantia: ita neq; quātitas, vt habetur. 1. 2. q. 52. arti. 2. ad primū. Et. 2. 2. q. 24. ar. 5. ad primū. Et certe hęc videtur eſſe ſententia Ariſtot. 4. phyſi. tex. 84. vbi dicit rarefactionē fieri ſine alicuius rei acquiſitione, pręterꝗ̄ ꝙ eadem materia maiorem occupat locum. ¶ Ad quartū conceditur, oēs ſpecies quātitatis eſſe per ſe diuiſas ⁊ punctum a partibus linee. Vñ ad primā impugnationē reſpondetur, ꝙ punctum non eſt neceſſe habere ſubiectū adęquatū indiuiſibile, ſicuti ipſum eſt: q2 punctū non eſt per ſe primo in ſubſtantia, ſed rōne linee, ⁊ linea rōne ſupficiei, ⁊ ſuperficies rōne corporis. Vñ corpus eſt in ſubſtātia tanꝗ̄ in ſubiecto adęquato, reliquę vero ſpēs ſunt in ſubſtantia quodāmodo inadęquate. ¶ Ad ſecundā impugnationē conceditur, ꝙ per diuiſionē continui producuntur noua puncta ⁊ lineę ⁊ ſuperficies: nā diuiſo baculo, ſuperficies illę duę terminantes partes, vbi facta fuit diuiſio, nō erāt ante diuiſionem immediatę: q2 duę ſuperficies nō poſſunt eſſe immediatę, ſicut nec duo puncta, vt ait Ariſ. 4. phy. tex. 90. Nec ſuperficies ꝗ̄ continuabat illas partes potuit diuidi in duas: cū eſſet indiuiſibilis ſm̄ profunditatem. Quare illę ſuperficies non erāt actu, ſed factę ſunt actu per diuiſionē. Eadem ratione ſi partes illę reunirentur, iterum corruperent̄ illę duę ſuperficies, ⁊ produceretur vna noua continuās. ¶ Quod ſi quis arguat Ariſtotelē. 3. met. tex. 17. dicere, ꝙ puncta ⁊ lineę ⁊ ſuperficies non generātur, nec corrumpunt̄: Rñdetur, ꝙ nihil aliud illic vult, niſi ꝙ huiuſmodi dimenſiones non ſunt ſubſtantię, ſed accidentia: ⁊ ideo non generantur ſimpliciter, ſicut nec reliqua accidentia: ſed congenerantur ⁊ corrumpuntur ad generationē ſubſtantię. Quod eſt dicere: ſicut per diuiſionē non producūtur ſimpliciter duo, ſed partes quę potētia erāt duo, fiunt actu duo, ita ſuperficies fiunt actu quę erant in potētia in cōtinuo. ¶ Ad tertiam impugnationē negatur per aliquā potentiam poſſe ſeparari omnia pūcta lineę, aut oēs lineas ſuperficiei: quia ſequeretur continuum eſſe diuiſum in omnes ſuas partes: quod implicat contradictionem. ¶ Quinto argumēto eiuſq; confirmationi, iam ſuas conceſſimus concluſiones.

## De his quæ ad aliquid Cap. VII.

EA verò dicuntur ad aliquid quæ id quod ſunt aliorum eſſe, aut ad aliquid aliquo alio modo dicuntur: veluti duplum, id quod eſt cuiuſpiam dicitur, duplum enim alicuius ſcilicet: & maius id quod eſt, alio dicitur maius: aliquo nanq; maius dicitur: ſimiliter & cætera, quæ iſtiuſmodi ſunt. Sunt & hæc etiam ex hiſce quæ ad aliquid ſunt, vt habitus, diſpoſitio, ſcientia, atque poſitio: omnia enim hæc id quod ſunt aliorum eſſe, aut ad aliud aliquo alio modo dicuntur: & non aliud quicquam. Habitus enim cuiuſpiam habitus, & ſcientia alicuius ſcientia, & poſitio alicuius poſitio dicitur eſſe, cæteraque ſimili modo. Ea igitur ſunt ad aliquid, quæ id quod ſunt aliorum eſſe, aut ad aliquid aliquo alio modo dicuntur: ceu mons magnus ad aliud dicitur: ad aliquid enim mons magnus dicitur. Simile quoque cuipiam ſimile dicitur: & cætera etiam talia ad aliquid eodem modo dicuntur. Sunt autem & recubatio, & ſtatio, & ſeſsio, poſitiones quædam: poſitiones verò ad aliquid ſunt. Recubare autem, aut ſtare, aut ſedere, poſitiones non ſunt: ſed à dictis poſitionibus denominatiuè dicuntur.

Textus. ij. Eſt autem & contrarietas in hiſce quæ ad aliquid ſunt: virtus nanque vitio contrarium eſt, quorum vtrunque ad aliquid eſt: & ignorationi ſcientia. Non tamen vniuerſis contrarietas ineſt: duplo nanque & dimidio, & ſimilibus, contrarium eſt nihil.

Textus. iij. Videntur etiam ea quæ ſunt ad aliquid & gradus ſuſcipere, vt magis minúsve talia ſint: ſimile nanque & magis & minus dici-





tur ſimile & diſſimile, & æquale & inæquale ſimiliter: quorum vtraque ad aliquid ſunt. Quippe cùm ſimile cuidam ſimile, & diſſimile cuidam diſſimile, & inæquale cuidam inæquale dicatur. Non vniuerſa tamen hanc ſubeunt legem: duplum enim non magis minúsve dicitur duplum, neque quicquam talium vllum.

Textus. iiij. Atqui vniuerſa quæ ſunt ad aliquid, ad ea dicuntur quæ conuertuntur: ſeruus enim heri dicitur ſeruus, & herus ſerui dicitur herus: & duplum dimidij duplum, & dimidium dupli dimidium dicitur, & in cæteris ſimili modo: quanquàm interdum dictio caſu differt. Scientia enim ſcibilis ſcientia, & ſcibile ſcientia ſcibile, & ſenſus ſenſibilis ſenſus, & ſenſibile ſenſu ſenſibile dicitur. Verùm interdum conuerſio fieri non videbitur, ſi ad id ad quod dicitur, non accommodatè fuerit aſſignatum, ſed qui aſſignat errauerit: veluti ſi ala auis fuerit aſſignata, non conuertitur auis alæ: non enim primò accommodatè eſt aſſignata ala auis: nam non hoc ala ipſius dicitur, quo eſt auis, ſed quo eſt ales: complurium enim & aliorum alæ ſunt, quę aues non eſſe conſtat. Quare ſi accommodatè fuerit aſsignata, fiet conuerſio ſanè: veluti ala alitis ala, & ales ala eſt ales. Atqui interdum & nomen facere neceſſe eſt, ſi poſitū nomen ad quod accommodata fuerit aſſignatio, non ſit: ceu ſi clauus nauigij aſſignabitur, non accommodata ſit aſſignatio, non enim eò clauus ipſius dicitur, quo nauigium eſt, ſunt enim nauigia, quorum claui non ſunt. Sed forſitan accommodatior aſſignatio fuerit, ſi clauus clauati clauus, aut aliquo alio ſimili modo dicatur, non enim poſitum nomen eſt. Atqui conuertitur, ſi accommodata fuerit aſſignatio: clauatum enim clauo eſt clauatum. Idem fuerit & in cæteris modus: veluti caput accommodatiùs fuit aſſignatum, ſi capitati caput, quàm ſi animalis eſſe dixerimus: non enim eo caput habet, quo animal eſt: complura nanque animalium capite vacant. Hoc autem pacto facillimè quidpiam eorum nomina ſumet, quibus nomina poſita non ſunt, ſi à propoſitis primùm vocibus, etiam his imponat nomina, quæ cum primis conuertuntur: vt in prædictis intueri licet, vbi ab ala ales, & à clauo clauatum aſsignabatur. Vniuerſa igitur ea quæ ſunt ad aliquid, ſi accommodatè quis reddat, ad ea ſanè dicuntur quæ conuertuntur. Nam ſi ad quoduis vnūquodque, & non ad id ad quod dicitur aſſignetur, non ſit ſanè conuerſio: neque enim quicquam eorum, quæ ſine controuerſia ad ea dicuntur quæ conuertuntur, nomenque habent, conuertitur: ſi non ad id quod dicitur, ſed ad accidentium aliquid aſsignetur. Veluti ſi ſeruus non heri, ſed hominis, aut bipedis, aut cuiuſpiam ſimilium fuerit aſsignatus, non fuerit ſanè conuerſio: non enim accommodata eſt aſsignatio. Præterea ſi accommodatè ad id quod dicitur fuerit aſsignatum, ſublatis quidem cæteris omnibus quæ ſunt accidētia, relicto autem eo ſolo ad quod eſt aſſiignatum accommodatè, ad illud ſanè dicetur: ceu ſi ſeruus ad herum dicatur, ſublatis quidem cæteris vniuerſis quæ accidunt hero, bipede inquam, ſcientiæ ſuſceptiuo, hoc homine: relicto autem tantummodò hero, ſeruus ad ipſum ſemper dicetur: ſeruus enim heri dicitur ſeruus. Quòd ſi non accommodatè ad id, ad quod tandem dicitur, fuerit aſſignatum, cæteris quidem ſublatis, eo verò ſolo relicto ad quod eſt aſsignatum, non ad ipſum ſanè dicetur. Aſsignatus enim ſit ſeruus hominis, alaque auis: atque ab homine herus auferatur, non ad hominem ſanè ſeruus dicetur. Nam cùm herus non ſit, neque ſeruus eſt ſanè. Similiter & ab aui ales auferatur, non vlterius ala profectò ad aliquid erit: ſi enim ales non ſit, neque erit ala cuiuſquam. Quare quodque aſsignetur ad id, ad quod tandem dicitur accommodatè, oportet. Atque ſi ſit quidem poſitum nomen, facilis aſsinatio fit: ſin verò non ſit, nomina fortaſſè ponantur neceſſe eſt. Quòd ſi hoc aſsignentur modo, ea quæ ad aliquid ſunt, vniuerſa ad ea ſanè dicentur quæ conuertuntur, vt patet.

Textus v. At verò ea quæ ſunt ad aliquid, ſimul natura eſſe videntur: atque in plurimis quidem vera eſt hæc ſententia, in quibuſdam autem vera non eſt. Simul enim duplum eſt & dimidium: & ſi eſt dimidium, duplum eſt, & contrà: & ſi ſeruus eſt, herus eſt etiam, ſimiliter & in cæteris. Quin & mutuò hæc interimunt ſeſe. Nam ſi duplum non eſt, dimidium non erit: & ſi dimidium non eſt, duplum non erit. Idem eſt & in cæteris modus, quæ rationis ſunt ſimilis. Non tamen in vniuerſis quæ ſunt ad aliquid, verum hoc eſſe videtur, ſimul inquam natura vt ſint: ſcibile nanque ſcientia prius eſſe videbitur. Plærunque enim rerum quæ anteà ſunt, ſcientias nos accipimus: in paucis enim, aut nulla in re prorſus, ſcientiam fieri quiſpiam cum ſcibili ſimul videbit. Præterea ſi ſcibile tollatur, tollitur & ſcientia: ſcientia verò ſi tollatur, non tollitur ſcibile. Nam ſi ſcibile non ſit, ſcientia non eſt: nullius enim prorſus ſcientia erit. Scientia verò etiam ſi non ſit, ſcibile eſſe nil prohibet: quadrationis enim circuli & ſi ſcibilis eſt, ſcientia quidem nondum eſſe videtur: eſt autem ſcibilis ipſa. Præterea animali ſublato, ſcientia quidem animalis non erit, cùm complura interim quæ ſcibilia ſint animalium exiſtant. Sic & in ſenſu res ſeſe habe-

re videtur: ſenſibile enim antecedere ſenſum videtur: ſi ſenſibile nanque tollatur, tollitur & ſenſus: at ipſum ſi ſenſus auferatur, non tollitur. ſenſus enim circa corpus & in corpore ſunt: itaque ſenſibili ſublato, corpus è medio tollitur: eſt enim & ipſum corpus ſemſibile: ſi corpus verò non ſit, etiam ſenſus aufertur. Quare fit, vt ſecum ſenſibile ſenſum auferat. At ſenſus ſecum ſenſibile non tollit: nam ſi animal tollatur, tollitur quidem ſenſus, ſenſibile verò non tollitur. Eſt enim ſenſibile corpus: vt calidum, frigidum: dulce, amarum, & cæteomnia quæ ſunt ſimilis generis. Præterea ſenſus quidem cum ſenſitiua ſimul emergit: nam vnà cum animali, & ipſe ſenſus efficitur. Senſibile autem eſt & anteà, quàm ſenſus ſit ortus: eſt enim ignis, & aqua cæteraque talia, è quibus animal conſtat, & anteà quàm ſit omninò animal, aut ſenſus: quare ſenſibile priùs ipſo ſenſu videbitur eſſe.

Textus. vj. Exiſtit autem hoc loco dubitatio quædam, vtrùm nulla ſubſtantia dicatur ad aliquid, quemadmodùm & videtur: an hoc in aliquibus ſubſtantiis ſecundis contingat: in primis nanque ſubſtantiis verum eſt. Nam neque tota, neque partes ad aliquid ſanè dicuntur: quidam enim homo non dicitur cuiuſdam quidam homo, neque quidam equus cuiuſdam quidam equus. Et itidem in partibus, quædam enim manus non cuiuſdam quædam manus, ſed cuiuſdam dicitur manus: & quoddam caput, non cuiuſdam quoddam caput, ſed cuiuſdam dicitur caput. Eadem & in pluribus ſecundis ſubſtantiis dici poſſunt: homo nanque non cuiuſdam dicitur homo, nec equus alicuius dicitur equus, nec lignum alicuius dicitur lignum, ſed alicuius poſſeſsio dicitur. Talia igitur patet non ad aliquid eſſe. In quibuſdam autem ſecundarum ſubſtantiarū eſt dubitatio: caput enim alicuius dicitur caput, & manus alicuius dicitur manus, & unumquódque tale eodem modo dicitur: quare hæc videbuntur ad aliquid eſſe.

Textus. vij. Si igitur eorum quæ ſunt ad aliquid, definitio eſt aſſignata, aut omninò eſt difficile aut impoſſibile, nullā ſubſtantiā ad aliquid eſſe oſtendere: ſin verò non ſufficienter eſt aſsignata, ſed ea ſunt ad aliquid, quorum eſſe idem eſt ei quod eſt ad aliquid aliquo modo ſe ſe habere, fortaſſe ad hæc aliquid dici poteſt.

Textus. viij. Prior autem definitio ſequitur quidem ea, quæ ſunt ad aliquid, omnia: non tamen idem eſt, propterea quod ipſorum ad aliquid eſſe, eſt id quod ſunt aliorum eſſe dici. Ex his igitur patet, ſi quiſpiam aliquid eorum, quæ ſunt ad aliquid, definitè ſcit, ſimul id quod ad illud dicitur definitè ſciet. Hoc autem patet quidem ex his ipſis. Nam ſi ſcit quiſpiam hoc aliquid eſſe, eſt autem eorum quæ ſunt ad aliquid eſſe, idem ei quod eſt ad aliquid aliquo modo ſeſe habere: & illud profectò ſciet, ad quod hoc aliquo modo ſe habet. Si enim neſcit omninò id, ad quod hoc aliquo modo ſe habet, neque ſi ad aliquid hoc modo ſe habet ſciet. Patet autem & ex ſingulis: nam ſi quiſpiam hoc ſcit definitè duplum eſſe, & id cuius duplum eſt continuò definitè ſciet. Nam ſi nullus definitè duplum ſcit illud eſſe, neque ſi eſt duplum omninò ſcit: ſimiliter & hoc ſi ſcit præſtabilius eſſe, & quo præſtabilius eſt definitè ob hæc eadem ipſum ſcire neceſſe eſt. Nec indefinitè ſciet, hoc præſtabilius eſſe deteriore: hæc enim opinatio eſt, non ſcientia. Non enim exactè iam deteriore præſtabilius eſſe ſciet: nam ſi fortè ſic accidat, nihil eſt deterius ipſo. Quare patet neceſſarium eſſe, vt quicquid eorū quę ſunt ad aliquid quiſpiam definitè ſciat, & id itidem ad quod illud dicitur vt ſciat.

Textus. ix. Fit autem vt caput & manus, & quæcunque taliū quæ ſubſtantiæ ſunt, id quod eſt ipſum definitè ſciatur: at non fit neceſſariò, vt id ad quod definitè ſciatur. Cuius enim hoc caput, aut cuius eſt manus, non fit vt definitè ſciatur: Quare hæc non ad aliquid erunt. Quòd ſi hæc non ſunt ad aliquid, verè dicere licet, nullam ſubſtantiam ad aliquid eſſe. Difficile autem eſt fortaſſè, de talibus væhementer aſſerere eum, qui non perſæpe cogitationem in his poſuerit. circa tamen vnumquodq; ipſorum non eſt inutile dubitaſſe.

AD aliqd, Zeno aliiq; Platone antiquiores philoſophi (vt ex Alexādro refert Albertus) nō cēſebāt prędicamentū eſſe diſtinctum ab alijs, ſed eſſe oībus permixtū tanquam communem omnium conditionē ⁊ proprietatem. At enim omnibus prędicamētis commune eſt habere genus aut ſpeciem, ita ⁊ referri: nam in prędicamento ſubſtantię ſecunda ſubſtantia dicitur reſpectu primę: ⁊ in prędicamento quantitatis eſt magnum ⁊ paruū: ⁊ in prędicamento qualitatis ſimile ⁊ diſſimile. At vero Plato primꝰ docuit hoc eſſe ſpeciale genus entis: ita vt quemadmodum in rebus aliud eſt eſſe quid, aliud quantum, aliud quale: ita ſit ſpecialis ratio entis eſſe ad aliquid. Cui ſubinde, cū antea habitudo hęc relatio appellaretur, nomen primus impoſuit, ad aliquid: Horum rationem quęſtione prima expoſituri ſumus. [Ad aliquid] ¶Attamen circa ordinē heſitare quis merito poteſt, cur prędicamentū hoc fuerit quantitatis prędicamento antepoſitum: cum ordo naturalis rerum poſtulabat, vt accidentia abſoluta precederent relatiuū: ſiquidē relatio omnis in rebus abſolutis fundetur: ⁊ res omnis prius natura in ſe ſit q̄ȝ referatur: vnde. 5. phyſi. tex. 10. relatio non producitur per ſe, ſed comproducitur ad productionem [Ordo.]



ductionem alicuius abſoluti. ¶Et ſecundo, quia relatio inter entia realia minime eſt entitatis, vt ait Cōmentator. 12. meta. com. 19. quia non habet eſſe fixū ſed pendēs a termino: poteſt enim res quęcunq; in ſe eſſe ſubſtantia, ⁊ quanta, ⁊ qualis: ſimilis vero aut maior aut minor non, niſi poſito termino ad quem referatur. ¶Et poſtremo, quia in quinto metah. vbi Ariſt. ordinem naturalem rerum cōſiderauit, prędicamento, ad aliquid, prędicamentum prętulit qualitatis. ¶Boetius ⁊ Ammonius aliā cauſam huius ordinis nullam aſſignant, niſi quod in prędicamento quantitatis factus eſt ſermo de magno ⁊ paruo q̄ dicuntur, ad aliquid, ⁊ hac de cauſa ne diutius protraheretur cognitio relatiuorum, ſtatim appoſita ſunt prędicamēto quātitatis. Sed certe hęc nō erat tanta neceſſitas, quę cogeret naturalē ordinem peruertere. ¶Et ideo iudicio meo forte dicēdum eſt, vt cap. ſuperiori dicebamus, ꝙ hic non ſeruat Ariſt. or ordinem naturę, aut perfectionis rerum, ſed ordinē quo cętera prędicamenta prędicantur de ſubſtantia (quia tractat hic logice de prędicamentis non ſcđm ordinem eſſendi, ſed ſm ordinem prędicādi, ⁊ de ſubſtantia poſt quantitatem prius prędicatur eſſe ad aliud, ꝙ eſſe quale: nam ſtatim conſiderata ſubſtantia quanta, ſecluſa quacunq; alia qualitate, menſuratur quantitate, ⁊ eſt dupla ad ſuam medietatem, ⁊ tripla ad ſuam tertiam, ⁊ habet ſurſum, deorſum ⁊c. quę omnia dicunt relationem. ¶Atqui caput pręſens in tria diuiditur membra. [Diuiſio.] In primo, qui vnicus eſt textus, cōſtituitur ⁊ explicatur definitio huius prędicamenti, quę tempore Ariſtotelis circunferebatur inter Dialecticos. In ſecundo exponuntur quatuor eius proprietates: quod propterea in quatuor ſecuimus textus. In poſtremo vero, quod quatuor item textus habet, terminatur dubitatio de partibus ſubſtantię, an ſint ad aliquid: atq; adeo concluditur exacta definitio eorum quę ſunt ad aliquid ſecundum propriam ſententiam Ariſt. Quo fit vt totum caput per nouem textus ſit diſtributum.

[Definitio.] ¶ Ea (inquit) dicuntur ad aliquid, quę id quod ſunt, aliorum eſſe dicuntur, aut ad aliquid aliquo modo. Tranſlatio Boetij ſic habet: Ad aliquid talia dicuntur, quęcunq; hoc ipſum qđ ſunt aliorum dicūtur, vel quomodolibet aliter ad aliud. Atqui Albertus, Paulus ⁊ alij in ſingulis verbis myſteria ſcrutantur. At talia, ⁊ quęcunque conſulto exiſtiment eſſe poſita, ad denotandū quod cuiuſcunq; relationis fundamentum eſt accidens (qđ exprimitur per ly talia) tamen primum ſubiectum eſt ſubſtantia (quod per ly quęcunque deſignatur.) At vero Grece non eſt illud verbum, talia: nec ſunt plura verba quā Argyropyli habet traductio. Nec cenſeo quicquam illic latere myſterij. ¶Aiunt pręterea ⁊ Boetius, ⁊ Ammonius dictum eſſe pluraliter quęcunq;, ⁊, dicuntur, ad ſignificandum quod vna res ſingulariter non dicitur ad ſe relatiue (ſicuti vna res poteſt eſſe qualis ⁊ quāta) ſed relatio ſemper eſt inter duo extrema, puta fundamentum ⁊ terminum. Attamen quanuis tantorum hominum expoſitio contemnenda non ſit, nihilominus verbum hoc plurale non videtur deſignare duo extrema eiuſdem relationis: alias dictum eſſet potius, Ad aliquid ea dicuntur quorum eſſe vnius eſt ad alterum. Et ideo forte plurale accipitur loco ſingularis, qui frequens eſt mos Ariſtotelis, vt ſit ſenſus, [Sēſus defi.] Ad aliquid dicitur illa res, cuius eſſe, alterius dicitur, aut ad aliquid alio modo refertur: terminus enim relationis exprimitur, credo, per nomen obliquum potius quam nomine plurali includatur. Niſi ad hunum ſenſum intelligas, quęcunque aliorum ſunt, id eſt, quęcunque ſic inuicē ſe habent vt vnum eorum ſit ad alterum. ¶Vexantur hic expoſitores quod idem definiatur per idem, ſcilicet ad aliquid dicitur id cuius eſſe ad aliquid dicitur. Sed tamen omnes mihi apparēt in ęquiuoco laborare: nam, ad aliquid, in definitione non accipitur loco vnius nominis, ſicuti eſt definitum, neque eſt relatiuum: ſed eſt ly aliquid, tranſcendens; ac ſi dixiſſet, cuius eſſe dicitur ad aliquod ens, vt exprimatur terminus relatiōis. ¶Potuiſſet enim dicere cuius eſſe eſt ad aliud, niſi quod eſt aliqua relatio eiuſdem ad ſeipſum conſideratum vt duo, vt identitas. ¶Nominales more ſuo definitionem hanc contendunt etiam terminis accommodare: dicentes quod relatio accipitur prime intentionaliter pro rebus, ⁊ ſecunde intētionaliter pro terminis: vt iſti termini, pater ⁊ filius, ſint relationes. At vero abuſus eſt terminos appellare relationes: non enim eſſe horum terminorum eſt eſſe ad aliud: ſed id quod in re eſt eſſe patrē, hoc eſt eſſe ad aliud: termini vero dicūtur nomina relatiua, id eſt, nomina ſignificantia relationes. Et ideo definitio Ariſtote. ſolum conuenit rebus: ſed termini ſunt in hoc prędicamento tanquā ſigna relationum. ¶Sed eſt pręterea hic adnotandum ad definitionis ⁊ exemplorum intelligentiā, quod terminus relationis aliquādo exprimitur ſola reflexione obliqui caſus; aut genitiui, aut datiui, aut ablatiui: aliquādo vero per accuſatiuum cum prępoſitione: mons enim dicitur magnus cuius terminus non poteſt exprimi niſi cū prępoſitione accuſatiui: eſt enim magnus ad paruum, id eſt, reſpectu parui: ⁊ ideo dicitur aliorum vel ad aliud aliquo modo. Item reflectione obliqui dupliciter, aut quod ſimili obliquo referantur ambo extrema, vt pater eſt filij pater, ⁊ filius patris filius: ⁊ ſimile eſt alteri ſimile ⁊ alterū huic: ⁊ maius eſt minore maius, ⁊ minus maiore minus. Aut diſſimili, vt ſciētia eſt rei ſcibilis ſciētia, ſcibile vero non eſt ſciētię ſcibile, ſed ſciētia ſcibile. De quibus omnibus ſubdit Ariſto. exempla. Veluti duplum, ſubdupli eſt duplum: ⁊ ſubduplum, dupli ſubduplum. Apud Grecos genitiuus eſt pro ablatiuo: ⁊ ideo tantum valet, ſubdupli duplum, ac ſi dicas ſubduplo duplum: conſtruitur enim duplum cum ablatiuo, ſicut maius ⁊ minus. Latini vero dicunt hoc eſſe duplum ad illud. ¶Subiungit Ariſtotel. Sunt ⁊ hęc etiam ad aliquid, habitus, diſpoſitio ⁊c. Vbi (dum hoc quęſtione prima latius exponimus) interim notandum eſt hanc definitionem non eſſe poſitam ab Ariſtote. tanquam bonam, ⁊ ex propria ſua ſententia: ſed eſt definitio quę ſuo tempore circunferebatur: quam Boetius dicit fuiſſe Platonis. Et ideo in toto capite vſque ad textum ſeptimum, multa dicit quę non ſunt intelligenda tanquam a ſe approbata: ſed potius ſunt inducta ab illo, vt egregie notauit Ammonius, tanquam inconuenientia quę conſequuntur ad hanc definitionem: quibus manifeſtēt eius inſufficientiam atque adeo ſuam propriam concludant. Et inſufficientia ſtat in verbo, dicuntur, quod Ariſtote. mutat in verbum, eſt: ſtat enim vera ratio ad aliquid in hoc ꝙ tota eius quidditas ſit eſſe ad aliud, (quę appellantur relatiua ſecundum eſſe) vt tota quidditas huius quod eſt eſſe duplum, eſt eſſe ad ſubduplum: ſed tamen definitio poſita includit omnes res quę dicunt reſpectum ad aliud, licet quidditas earum non ſit eſſe ad aliud: quę propterea dicuntur relatiua ſecundum dici, vt habitus non eſt relatiuum ſecundum eſſe: quia quidditas eius non eſt eſſe ad aliud, ſed eſt perfectio quę nō poteſt exprimi niſi per reſpectum ad ſubiectum: eſt

enim habitus perfectio rei habituabilis: ⁊ diſpoſitio, perfectio rei diſponibilis. Et ideo poſt exemplũ eorum quę vere ſunt ad aliquid, vt duplũ ⁊ maius, ſubiungit. Sunt etiam, id eſt, ſecundũ poſitam definitionem dicuntur etiam ad aliquid, quę tamen vere non ſunt ad aliquid, vt habitus ⁊ diſpoſitio quę dicunt reſpectum ad ſubiectum: eſt enim habitus perfectio ſubiecti ad ſuum finem: vt virtus, perfectio ſtudioſi ad agendum ſecundum rationem: ⁊ ſcientia quę dicit reſpectum ad obiectum: ⁊ poſitio quę dicit habitudinem partium in ordine ad locum, vt recubatio, ſtatio, ſeſſio ⁊c. Addit tamen ꝙ quãuis abſtracta ſint relationes, tamen concreta vt cubare, ſeu cubans, ſtans ⁊ ſedens non ſunt relationes ſed ſubſtantię, quę illis relationibus denominantur.

## ¶ In textu ſecundo qni incipit,

**1. Proprietas.** Eſt autem ⁊ contrarietas. Incipit ſecundum membrum, vbi ſtatauntur quatuor proprietates huius prędicamenti. Quarũ prima eſt, ꝙ relatiuo aliquid eſt contrarium, vt virtus vitio: ſcientia ignorantię. ¶ Dubium eſſet hic, ꝙ Ariſtote. videtur ſibi contrarius: cum capite ſuperiori dixerit relatiuo nihil eſſe contrariũ: niſi ex iam modo dictis diſſolueretur: non enim ex propria ſententia hanc aſſerit proprietatem: ſed ſecundũ poſitã definitionē quam explicando impugnat. Et ideo non ponit exemplũ niſi de relatiuo ſecundum dici: nam virtus ⁊ vitium, ſcientia ⁊ ignorantia, non ſunt relatiua ſecundum eſſe: ſed ſunt in prędicamento qualitatis. Eſt tamen virtus, ſicuti habitus, relatiuum ſecundũ dici, quia eſt qualitas ſecundum eſſe abſoluta: licet dicat ordinem ad ſubiectum: eſt enim virtus ſtudioſi habitus: ⁊ vitiũ, vitioſi vitium. ¶ Subiungit tamen Ariſt. ꝙ hęc proprietas non conuenit omnibus relatiuis: imo ⁊ intelligit ꝙ nullis vere relatiuis quę ſunt relatiua ſecundum eſſe, aliquid eſt contrarium. **2. Proprietas.** Duplo nihil eſt contrarium: nec ſimili, aliquid eſt contrarium: quia idem eſt ſimile ⁊ diſſimile reſpectu diuerſorum. ¶ In tertio textu qui incipit, Videntur etiam. ſubditur ſecunda proprietas, videlicet quod relatiua vidētur ſuſcipere magis ⁊ minus: nam iſtę duę proprietates vniuerſaliter ſe conſequuntur: quia per minorem mixtionem contrarij fit intentio: ⁊ per maiorem, remiſſio. Dato enim ſumme calido, quod ſit. v.g. vt octo, calidum vt ſeptem eſt illi magis ſimile, quã calidum vt ſex. Item quadricubito tricubitum eſt magis ęquale quã bicubitum: ⁊ bicubitum, magis inęquale. Subiungit Ariſtote. ꝙ hęc non conuenit omnibus relatiuis: nam duplum non ſuſcipit magis ⁊ minus: tam duplus enim eſt quaternarius ad binarium, quam octonarius ad quaternarium. ¶ In textu **3. Proprietas.** quarto qui incipit, Atqui vniuerſa, ſubſequitur tertia proprietas quę re vera proprietas eſt relatiuorum, videlicet, Relatiua conuertuntur. Quod Boe**Dici ad cõuertentiã.**tius vertit, Dicuntur ad conuertētiam. Vt ſeruus, heri eſt ſeruus: ⁊ herus, ſerui eſt herus. ¶ Dici ad cõuertentiam, nec quis hic fallatur, non eſt quod affirmatio vnius inferat alterius affirmationem, ⁊ econuerſo: vt ſi ſeruus eſt, herus eſt: hoc enim pertinet ad quartam proprietatem, quę eſt, relatiua ſimul eſſe natura. Neq; eſt ꝙ termini relatiui ſint conuertibiles. Relatiua ergo cõuerti eſt, ꝙ vtrũq; de ſe ipſũ prędicetur cum alterius geminatione in obliquo exprimente relationem, vt herus eſt ſerui herus: ⁊ ſeruus eſt heri ſeruus. ¶ Quocirca ꝓprietas hęc nihil aliud eſt quam explicatio quędam naturę relatiuorum. Itaque ſicut homo ⁊ riſibile, ſunt termini conuertibiles: quia ſi homo eſt, riſibile eſt: ita ſeruus, et heri ſeruus, herus ⁊ ſerui herus, conuertuntur.

Quę poteſt etiam appellari reciprocatio. Significantius Argyropylus traduxit herus quam Boetius, dominus: nam dominus non ſolum dicitur reſpectu ſerui, ſed reſpectu dominij quaruncunq; rerum: vt eſt illud Vergilij, Romanos rerum dominos. Eſt etiam nomen honoris, quod Gręce dicitur, Cyrios. Sed tamen, deſpotes quod hic eſt Gręce, Latine eſt, herus, qui ſolum dicit reſpectum ad ſeruum. ¶ Sunt autem in hoc textu (qui longiuſculus eſt) particulę quinque. In prima vt viſum eſt conſtituit proprietatem. In ſecunda quę incipit, Verum tamen ⁊c. incipit exponere dictam proprietatem. Ait enim, quod vt relatiua dicantur ad conuertentiam ⁊ reciprocationem, neceſſe eſt apte fieri nominum accommodationem. Si enim quis dicat, ala ⁊ auis, eſſe relatiua, fallitur: quia non dicuntur ad conuertentiam: nam habere alam, ſuperius eſt quam eſſe auem. Vnde licet ſequatur, ſi auis eſt, alas habet, non tamen vice verſa: nam ſcarabęi ⁊ veſpę habent alas: quę tamen animalia, non eſſe aues, monſtrat ariſtoteles in libro de animalibus. Correlatiuum ergo alę eſt ales: nam ſcarabęi aut veſpę non dicuntur alites. Et forte melius vertiſſet Argyropylus, vti Boetius, Ala alati ala: eſt nanque Gręce, pterotou, quod eſt alati. Quo nomine ſignificantius promitur relatio alę: eſt enim ala, alati ala: ⁊ alatum ala alatum. Nec ita proprie dicere poſſumus, quod ales ſit ala ales: cum ales ſit nomen abſolutum: alatum vero eſt denominatiuum ab ala. ¶ At quia huiuſmodi fallacia in aſſignandis correlatiuis aliquando prouenit ex ignorãtia denominatiui, vt in exemplo modo poſito: aliquando vero ex inopia nominum quę non ſunt impoſita. Et ideo ſubiungit ſecundi exemplum in tertia particula, quę incipit, Atque interdum. Ait enim quod aliquando neceſſe eſt nomen facere vnius correlatiui ſecundum alterius vocem: quam Gręci vocant, onomatopoeiam, **Onomatopoeia.** vt ſi quis opinatur, clauus ⁊ nauigiũ, eſſe relatiua, decipietur: nam quanuis omnis clauus (qui eſt temo) ſit nauigij clauus, non tamen omne nauigium habet clauum: ſunt enim paruę ſcaphę quę clauo non gubernantur. Boetius tranſtulit, remus, ſed tamen Gręce eſt, pedalion, quod Latine eſt clauus, ſeu temo, quo puppis gubernatur. Faciendum eſt ergo nomen denominatiuum a clauo, vt dicamus, clauus eſt clauati clauus: ⁊ clauatum, clauo clauatum. Eodem modo, caput ⁊ animal, non mutuo reciprocantur. Sunt enim animalia multa capite carentia, vt cancri, vermes, conchylia, ⁊ alia multa: ergo ſi volumus ad conuertentiam dicere, faciamus a capite, capitatum: eſt enim caput, capitati caput: ⁊ capitatum, capite capitatũ. Et ita vniuerſaliter concludit Ariſt. ꝙ ſi ſecundum vocem abſtracti faciamus nomen concretũ, in vniuerſum dicentur ad conuertentiam. ¶ Ex quo infert ad maiorem declarationē in quarta particula: quę incipit, Nam ſi ad quoduis, infert inquam, ꝙ ſi aſſignatio vnius relatiui fiat ad quoduis aliud nomen quod accidentaliter cõuenit alteri correlatiuo, tunc non dicentur ad conuertentiam. Et intelligit accidere alteri, non ſolum illa quę ſunt vere accidentia, ſed illa omnia quę non ſunt de intellectu alterius correlatiui. V.g. herus eſt herus ⁊ eſt bipes ⁊ eſt homo: ſeruus tñ non dicitur ad conuertētiam niſi cum ly herus: non enim ſequitur, quod ſi ſit ſeruus ſit bipedis aut hominis ſeruus: nec econuerſo ſequitur, quod ſi eſt homo eſt ſerui homo. ¶ Quod confirmat Ariſto. tali ratione. Secluſis omnibus aliis, id eſt, dato per impoſſibile, herus nec eſſet ſuſceptiuus diſciplinę, nec bipes, neq; homo, dũmodo eſſet herus, dicerētur

ad



ad conuertentiam ſeruus ⁊ herus. ¶ In quanta tandem ⁊ poſtrema particula quę incipit, Quod ſi non accõmodate ⁊c. concludit canonem huius proprietatis: videlicet quod ad aſſignandum proprium correlatiuũ, aſſignandum eſt tale nomen, vt ſublatis cę**Canon.**teris omnibus, illud conuertatur cum ſuo correlatiuo: illo tamen dēpto, nulla ſit cõuertentia, vt in exēplis factum eſt manifeſtum. ¶ In text. 5. qui incipit, At vero ea quę ſunt ad aliquid. ponit Ariſtot. quartam ⁊ vltimam **4. Proprietas.** proprietatem huius prędicamenti: videlicet quod ea quę ſunt ad aliquid ſunt ſimul natura: quia ſimul ſe ⁊ inferunt ⁊ perimunt. Quam ob rem ſolent relatiua comparari duobus lignis ſibi inuicem obnitentibus, quorũ altero ſublato, alterum haudquaquam ſtabit. Et habet hic textus particulas tres. In prima enim explicat proprietatē. Et in ſecunda facit argumentũ de ſcientia ⁊ ſcibili: quę cũ appareant eſſe relatiua, non tamen videntur ſimul eſſe natura. Et tertio facit argumentum de ſenſibili ⁊ ſenſu. ¶ Ad euidentiam proprietatis huius con**Simul natura.**ſiderandum eſt (vt egregie adnotauit Paulus Venet⁹) duo exigi vt aliquę res ſint ſimul natura. Primum, quod mutuo ſe inferant mutuoq; ſe tollãt per verbum ſubſtantiuum ſecundum adiacens. Et pręterea, ꝙ neutrum ſit cauſa alterius. Quę conditiones expreſſe ſunt Ariſt. in poſtprędicamentis, cap. de ſimul. Vbi ait ea eſſe ſimul natura, quę cum eſſendi conſequentia conuertuntur, neutrum tamen eſt alterius cauſa: quare ſol ⁊ lumen eius non ſunt ſimul natura: licet ſequatur, ſol eſt, ergo lumen eſt, ⁊ econuerſo: quia ſol eſt cauſa luminis. Et eadem ratione neq; ſubiectum ⁊ propria paſſio ſunt ſimul natura. Itaq; ſimul natura ſunt quę ſeſe mutuo inferũt ⁊ tollunt per cõſequentiã cõditionalē: neutrũ tñ infert aliud per notam cauſalem: vt duplum ⁊ ſubduplum ſunt ſimul natura: quia ſi duplum eſt, ſubduplum eſt: ⁊ ſi duplum non eſt: ſubduplũ non eſt: non tamen quia duplum eſt, ſubduplum eſt aut econuerſo. ¶ Quod ſi quis hinc inferat, pater ⁊ filius, non eſſe relatiua neque cauſa ⁊ cauſatum: quia pater eſt cauſa filij: et in vniuerſum cauſa eſt cauſa cauſati. Negatur ſequela: nam in relatiuo eſt conſiderare et ſubiectum materiale, ⁊ fundamentum, ⁊ relationem ipſam. Res quę eſt ſubiectũ vnius relatiōis eſt cauſa rei quę eſt ſubiectũ alterius: ⁊ eſt cauſa per fundamentum proximũ talis relationis: tamē relatio vna non eſt alterius relationis cauſa. Exempli gratia. Paulus pater eſt cauſa Dominici filij: ⁊ id quidem per generationem quę eſt fundamentum proximum pate[r]nitatis: tamen paternitas ſeu eſſe patrem, non eſt cauſa huius quod eſt, eſſe filiũ, potius quam econuerſo. Ita Deus fuit cauſa oĩs creaturę: ⁊ id quidē per creationē quę fuit fundamentũ proximum relationis: ſed tamen eſſe actu cauſam (quod eſt creare) non eſt cauſa nec prius ꝙ creari, ſed ſunt ſimul. Et ideo relationes creatoris ⁊ creaturę ſunt ſimul natura. Eodem modo res quę eſt binarius prior eſt ꝙ quaternarius: tamen binarius nunquã erit ſubduplus quoaduſq; ſit quaternari⁹. Et ideo non eſt pri⁹ ſubduplus quã quaternarius ſit duplus. Quo fit vt conditio hęc ſit propria relatiuorum quarto modo: **Scientia ⁊ ſcibile.** omnibus enim ⁊ ſolis relatiuis conuenit. ¶ In ſecunda particula quę incipit, Non tamen. facit argumētum de ſcientia ⁊ ſcibili quod non dicantur ſimul natura: imo ꝙ ſcibile ſit prius quam ſciētia. Quod probat triplici ratione. Primo quia ſcibile eſt obiectũ ſcientię: obiectum autem eſt cauſa ſcientię (ſumuntur enim ſcientię a rebus) ergo ſcibibe eſt prius quã ſcientia. ¶ Inſerit tamen parentheſim quandam, videlicet ꝙ in paucis aut in nulla re prorſus ſcientia ⁊ ſcibile ſunt ſimul. Ad cuius notitiam notanda eſt differentia inter ſcientias ſpeculatiuas in nobis et ſcientias practicas: ſpeculatiuę enim omnes ſumuntur a rebus: ſciētię vero practicę ſunt cauſę rerum. In nobis inquam, quia ſcientia diuina non eſt ſumpta a rebus, ſed fuit cauſa omnium rerum: vt prima parte, quęſtione. 14. articul. 8. notauit S. Thomas. Ammonius ergo dupliciter exponit hanc literam, primo in paucis, puta in rebus quę nullum habent eſſe, vt Chimęra, obiectum non pręcedit ſcientiam, ſed intellectus per ſcientiam confingit obiectum. Sed additur correctiue, aut in nullis, quia cum huiuſmodi res non ſint vere ſcibiles, nulla eſt inſtantia. Secundo exponit de omnibus ſcientiis practicis vt ſunt morales ⁊ mechanicę, quę ſunt paucę reſpectu ſpeculatiuarum. In quibus ſcientia videtur pręcedere ſcibile: qui enim primus excogitauit ſcientiam nauis, prius habuit ſcientiam, ꝙ eſſet ſcibile: ⁊ ita in eo qui primus excogitauit organa aut alias artes. Sed additur etiam correctiue, aut in nullis, quia adhuc in iſtis quodammodo obiectũ antecedit ſcientiã: quanuis enim non fuerit nauis ante primum inuentorē, tamen nullus inuenit talē ſcientiam, niſi quia forte vidit natare tabulã ſuper aquã, aut aliquid aliud, vnde excogitauit artē: ⁊ ideo ſemper quodammodo ſcibile antecedit ſcientiam. ¶ Forſan congruentior eſt alia expoſitio quam inſinuat Paulus: nã Ariſ. nõ dicit, ꝙ in paucis aut nullis ſcientia pcedit ſcibile: ſed ꝙ in paucis aut nullis ſcibile ⁊ ſcientia ſunt ſimul natura. Inſtantię vero adductę non oſtendunt niſi quod ſciētia aliquando pręcedit ſcibile. Et ideo forſan Ariſto. intelligit de ſcientiis ſubſtantiarũ ſeparatarum (quę paucę ſunt apud Ariſtote.) quę cum ſint perpetuę ⁊ actu intellectuales, non ſumunt ſcientias a rebus: ſed ſimul natura in illis eſt ſcibile ⁊ ſcientia: vt ſimul natura fuit ſcientia intelligentię motricis orbis, ⁊ orbis ipſe. Dicit tamen correctiue, in nullis, quia adhuc in illis quanuis ſcibile ⁊ ſcientia ſecundum ipſum ſint perpetua, tamen ratio obiecti inquantum obiecti natura pręcedit rationem ſcientię. ¶ Secunda ratio quã ſcibile probatur eſſe prius ꝙ ſcientia, eſt, qr ex negatione ſcibilis ſequitur negatio ſcientię, non tñ econuerſo vt patet (inquit) de quradratura circuli: quę eſt ſcibilis, cuius tamen hactenus non eſt ſcientia.

¶ Ad cuius intelligentiam notandum eſt, ꝙ quadrare circulum nõ eſt inuenire circulum ⁊ quadratum **Quadrare circulum.** quorũ peripherię. i. lineę terminantes aream, ſint ęquales: nam facile idem filum quod habet formam circuli potes formare in quadratum: tamē area quadrati non erit tãta quãta area circuli: quia circulus eſt capaciſſima figura: quod nõ eſt hic locus explicare. Quadrare ergo circulum eſt, ꝙ ſignato quouis circulo inueniatur vnum quadratum cuius area ſit ęqualis areę circuli: quod Ariſt. 1. Phy. tex. 11. pbauit eſſe poſſibile, qr ſi datur intra circulum quradratum minus, ⁊ extra circulũ quadratum maius, poſſibile eſt dare ęquale: ⁊ tamen talis ſcientia nondũ eſt inuenta. Non ergo ſequitur, non eſt ſcientia quadraturę circuli, ergo circulus non eſt quadrabilis.

¶ Tertiam rationem ſubdit illic Ariſtot. Pręterea animali ſublato, ⁊ Gręce quidē non ſunt niſi hęc ſola verba quę tranſtulit Boetius. ſ. animali ſublato non eſt ſcientia, cũ tñ ſint ſcibiliũ plura: ⁊ eſt tũc litera clariſſima. Argyropylus vero neſcio cur addidit: ſcientia quidē animalis non erit, exiſtunt tñ cõplura ſcibilia animaliũ. Demãtur ergo, animalis, ⁊ animalium, quę literam obſcurant. Et ratio ſtat in hoc: Si animal nõ eſt, ſcientia non eſt: quia cum ſcientia non ſit niſi in homine (loquitur enim de ſcientia hu-

 mana

mana) ſi non eſt animal nullum eſt ſubiectũ ſciẽtie: ⁊ per conſequẽs nec eſt ſcientia: ⁊ tñ ſublato animali, adhuc reſtãt multa corpora inſenſibilia que ſunt ſcibilia: ergo ſcibile eſt prius ſcientia, ⁊ per cõſequens non ſunt ſimul natura. ¶ In tertia particula textus q̃ incipit, Sic ⁊ in ſenſu. facit ſimile argũ ꝙ ſenſus ⁊ ſenſibile nõ ſint ſimul natura, q2 ſenſibile eſt prius ſenſu: nam ex negatione ſenſibilis, ſequitur negatio ſenſus ⁊ nõ ecõuerſo. Nomine ſenſus intelligit ſemper ſenſationem. Et facit etiam duas rationes. Prima eſt. Omnis ſenſus ⁊ circa corpus eſt (ſcilicet tanquã circa obiectũ) ⁊ in corpore, ſ. tanquã in ſubiecto (puta in animali) tũc ſic: Si ſenſibile nõ eſt, neq; corpus eſt (q2 cõuertũtur) ⁊ ſi corpus nõ eſt, animal non eſt: et ſi animal nõ eſt (quod eſt ſubiectum ſenſus) nec ſenſus eſt: ergo de primo ad vltimũ ſi ſenſibile non eſt, ſenſus nõ eſt. Econuerſo tñ non ſequitur, ſenſus nõ eſt: ergo ſenſibile nõ: quia ſublato animali (qđ eſt ſubiectũ ſenſus) nõ tollitur ſenſibile: quia adhuc reſtant corpora inanimata, puta calida ⁊ frigida, que ſunt ſenſibilia. ¶ Facit ſecũdã rationẽ illic, preterea ſenſus, q̃ talis eſt: Senſus nõ incipit eſſe niſi quando incipit eſſe animal: ſed prius natura q̃ ſit animal ſunt ſenſibilia elementa ex quibus componitur: elementa vero, vt ignis ⁊ aqua, ſunt ſenſibilia: ergo ſenſibile eſt prius ſenſu. Attamen fueritne intẽtio Ariſto. ex propria ſcientia determinare quod ſcientia ⁊ ſcibile, ⁊ ſenſus ⁊ ſenſibile, ſint relatiua, ⁊ non ſint ſimul natura, queſtione prima videbimus.

¶ In textu ſexto qui incipit, Exiſtit autem hoc loco ⁊c. inchoatur tertium membrũ huius capitis: vbi mouet Ariſtot. dubitationem de partibus ſubſtãtie, an dicantur ad aliquid: cuius intentio eſt manifeſte aperire, q̃ ſit inſufficiens definitio poſita Platonis: poſtquã enim oſtendit ex illa definitione ſequi accidentia abſoluta dici, ad aliquid, vt habitus ⁊ diſpoſitio, item poſitionẽ eſſe ad aliquid, ⁊ per conſequẽs ſex vltima predicamẽta: cõcludit tandẽ ꝙ ſcđm eandem definitionẽ etiam ſubſtantia, atq; adeo omnia predicamẽta dicerẽtur, ad aliquid. ¶ Et ſunt hic quatuor textus. In primo facit argumentũ contra definitionem, ⁊ argumentũ eſt hoc: Si definitio poſita eſt bona, ſequitur ꝙ partes ſecunde ſubſtantie dicuntur, ad aliquid, vt caput, manus ⁊c. Ait ergo primam ſubſtantiam manifeſtum eſſe non dici, ad aliquid, Petrus enim nõ eſt alicuius Petrus, nec alicuius homo (eſto ſit patris filius aut heri ſeruus) nec partes prime ſubſtantie, puta hoc caput, hec manus dicuntur, ad aliquid (qđ ſtatim explicabimus.) Item ſecunde ſubſtantie que ſunt in recta linea non dicuntur, ad aliquid, homo enim nõ eſt hominis homo, aut equi homo. Et quanuis equus ſit hominis equus, non tñ genitiuus ille explicat relationem, ſed poſſeſſionem equi. Partes vero ſecunde ſubſtantie, dicuntur ad aliquid, vt caput eſt alicuius caput. ¶ Sed eſt hic ſtatim dubium quomodo caput in genere dicatur, ad aliqđ, ⁊ tñ in indiuiduo, hoc caput, non dicatur ad aliquid, *Dubium.* nam per regulã antepredicamentalẽ, quicquid conuenit generi aut ſpeciei cõuenit indiuiduo. ¶ Boetius exponit caput dici relatiue (vt dictũ eſt in tertia proprietate) reſpectu capitati: ⁊ ſm hoc clarum eſt, ꝙ caput eſt capitati caput: tamen hoc caput non refertur vt ſit huius capitati hoc caput: nam hoc caput nõ eſt propriũ abſtractum huius capitati: cum potuit hoc eſſe capitatum alio capite, ⁊ hoc eſſe caput alterius capitati: ſed tamen caput in communi non poteſt eſſe niſi capite capitatum. Si vero mens fuerit Ariſt. arguere, ꝙ partes ſubſtantie referuntur ad ſubſtantiam, non ſolum vt abſtractum ad denominatiuum: ſed tanquã pars ad totum (eſt enim caput pars, ⁊ per conſequens alicuius pars) tunc proportionabiliter dicendum eſt (vt Ammonius inquit ⁊ Albertus) ꝙ hec pars quatenus hec pars nõ refertur ad hoc totũ alia relatione quã pars in cõmuni refertur ad totum in communi: quia ſingularitas illa nõ dicit relationem, vt hoc ſit huius hoc: cum hoc caput non includat in ſua ratione, ꝙ ſit huius animalis, ſicut caput quod ſit animalis. Licet inquantum eſt hoc ens, indiuiduatur per hoc quod eſt in hoc ſuppoſito. ¶ In textu ſeptimo qui incipit, Si igitur ea ⁊c. Ariſto. ex ſuperius dictis, ⁊ potiſſimum ex hac dubitatione concludit definitionẽ poſitam non eſſe ſufficientem, et per conſequens veram definitionem eſſe hanc. Ea ſunt ad aliquid quorum eſſe idem eſt ei quod eſt ad aliquid aliquo modo ſe habere. *Propria definitio.* Neminem confundat datiuus, ei, ſenſus enĩ eſt: Quorum eſſe eſt idem illi eſſe, id eſt, eſt tale eſſe quale eſt ad aliquid aliquo modo ſe habere. Vel (ſicut vertit Boetius:) Ad aliquid ſunt quibus hoc ipſum eſſe, eſt ad aliud quodam modo ſe habere. Et ſubiungit Ariſto. ꝙ ex definitione priori ſequuntur inconuenientia hactenus deducta, que tamen oĩa per hanc ſecundam facile diluuntur: nã illa que datur per ly dicuntur, competit relatiuis ſecundum dici: hec autem que datur per ly eſſe, ſolum conuenit relatiuis ſecundum eſſe, vt partim ſupra expoſitum eſt, ⁊ latius iam modo exponetur. ¶ In textu octauo infert Ariſto. hoc corollarium ex hac ſecunda definitione, videlicet quod ſi quis definite nouerit vnum relatiuorũ, definite etiam nouit ⁊ reliquũ. *Si q̃s definite nouit,* Que poteſt conſtitui quinta proprietas relatiuorũ ſecundũ eſſe. Ratio corollarij eſt manifeſta: nam ſi tota quidditas relatiui eſt, eſſe ad aliud, definitio quidditatiua eſſe non poteſt, niſi explicet terminũ illius habitudinis: nam cum habitudo ſit inter duo extrema, quidditatiue cognoſci non poteſt, niſi extremis cognitis: vt ſi tota quidditas dupli eſt bis continere ſubduplum, qui nouit hanc quiddittatem, cognouit ⁊ quidditatem ſubdupli: que eſt bis contineri a duplo. ¶ In textu demum nono ⁊ poſtremo qui incipit, Fit autem ⁊c. per datam definitionem, ⁊ corollarium reſpondet ad dubitationem de partibus ſubſtantie: quas inde conſtat non eſſe, ad aliquid, quia ſtat definitiue cognoſcere quid eſt caput, non cognita natura animalis. Ponit exemplum in ſingulari, vt ſi quis videat manum alicuius, homine non viſo (qui ſcilicet ſit velata facie aut oſtendat manum per feneſtram) cognoſcetur tunc manus, non cognito cuius ſit. Sed tamẽ adhuc in genere poteſt quis habere definitionem capitis aut manus non cognoſcendo quidditatiue animal. Eſt enim caput pars animalis talis figure qua definitione non explicatur quidditas animalis. Et eadem ratione omnia relatiua ſecundum dici excluduntur a ratione relatiuorum: vt ſubſequenti queſtione palam fiet.

## Quæſtio prima.
## Vtrùm textus Ad aliquid verus ſit.

A Parte negatiua arguitur primo cõtra definitionẽ. Prima definitio cõpetit omnib9 relatiuis ſecundum dici: ſed relatiua que tantũ ſunt relatiua ſcđm dici, nullo modo per



pertinent ad hoc predicamẽtum: ergo illa definitio nihil ad rem huius predicamenti faciebat. Probatur minor. Si relatiua ſecundũ dici pertinẽt ad hoc predicamentũ, tunc (vt docte infert Ammonius) omnia accidẽtia quomodocunq; abſoluta eſſent in hoc predicamẽto: q2 accidẽs in genere dicit reſpectũ ad ſubiectũ: imo quantitas inquantum quantitas dicit menſurã ſubſtantie: ⁊ qualitas, diſpoſitionem eius. Quinetiã ſubſtãtia, cũ dicatur eo ꝙ ſubſtat accidentibus (qui eſt quidam reſpectus) pertineret ad hoc predicamentũ: vnde ſequeretur predicamentorũ cõfuſio. ¶ Secundo principaliter arguitur. Ad aliquid ſolum dicit cõparationem ⁊ relationẽ vni9 ad aliud: ſed referri eſt actus intellectus: quemadmodũ enim ratio generis, aut ratio ſpeciei ſolum habet eſſe per operationẽ intellectus abſtrahẽtis, ita relatio dicit actũ intellectus comparãtis vnũ ad aliud: ergo, ad aliquid, nõ dicit ens reale, ſed ſolum ens rationis: et per conſequens nõ adnumeratur decem predicamẽtis: que ſecundum Ariſto. 5. Meta. tex. 14. ſunt entia realia. ¶ Tertio principaliter arguitur. Si relatio eſſet ens reale, aut realis habitudo (non enim diſputamus modo an relatio diſtinguatur a fundamento) ſequeretur, ꝙ relatio vere produceretur ſicut alia accidẽtia: nam accidẽs reale nõ eſt niſi producatur: ſed Ariſt. 5. Phyſi. tex. 10. ait ad relatione non eſſe per ſe motũ: ergo hoc predicamentũ nõ pertinet ad entia realia. ¶ Quarto aduerſus primã proprietatẽ arguitur: aut illã proprietatẽ intelligit Ariſt. ſecundum propriam opinionem de relatiuis ſecũdũ eſſe: ⁊ hoc nõ, quia cap. de ſubſtãtia dixerat relatiuo nihil eſſe cõtrariũ: aut intelligit eã ſecundũ definitionem antiquorũ ſolũ de relatiuis ſecundum dici: ⁊ contra hoc arguitur. Relatiua ſecundũ eſſe vere ſunt cõtraria reſpectu eiuſdẽ: q2 nihil poteſt eſſe ſimile ⁊ diſſimile reſpectu eiuſdẽ, aut equale ⁊ inequale, aut pater ⁊ filius. ⁊c. ¶ Quinto aduerſus ſecundã proprietatẽ arguitur. Si aliqua relatiua ſuſciperẽt magis ⁊ minus, maxime eſſent illa duo quorũ extant Ariſto. exempla, puta ſimile ⁊ diſſimile, equale vel inequale (nã duplo ⁊ alijs ipſe negat cõpetere hãc proprietatẽ) ſed illa nõ ſuſcipiũt magis ⁊ min9: ergo nulla. Minor colligitr ab ipſo autore. 5. Met. tex. 20. vbi ait, ꝙ ſimilitudo ⁊ eq̃litas cõſiſtit in vnitate: ait inq̃ ꝙ vnitas in ſubſtãtia facit idẽ: vnitas in q̃litate facit ſimile, ⁊ vnitas in quãtitate facit eq̃le: ſed vnitas nõ ſuſcipit magis ⁊ minus: ergo nec ſimile nec equale, ſicut neq; idẽ. ¶ Sexto pricipaliter arguitur cõtra tertiã proprietatẽ. Alia quã relatiua dicuntur ad conuertentiã: ergo hec nõ eſt proprietas relatiuorũ: ſaltem quarto modo vt inſinuauimus. Minor oſtenditur. Quodcunq; denominatiuum cuiuſcũq; ſit predicamenti, dicitur ad conuertentiam cum ſuo abſtracto: etenim ſi quãtum eſt, quãtitate quantũ eſt: ⁊ ſi quantitas eſt, quanti quantitas eſt: ⁊ ſi calidum eſt, calore calidũ eſt: ⁊ ſi calor eſt, calidi calor eſt: que tamen nõ ſunt ad aliquid. ¶ Septimo principaliter aduerſus quartã proprietatem arguitur. Aut illa proprietas cõſtituitur tanquã generalis proprietas omniũ relatiuorũ ſecundũ eſſe ⁊ ſecundũ dici: aut tanquã propria relatiuorũ ſecundũ eſſe: non primũ, quia ſtatim Ariſt. ſcibile, ⁊ ſcientiã, que ſunt relatiua ſecundum dici, excludit ab hac proprietate: ſed ꝙ non cõueniat ſolis relatiuis ſecundũ eſſe, arguitur in ipſo eodem exemplo Ariſto. Scibile ⁊ ſcientia ſunt ſimul natura: ergo male id negauit Ariſtot. Probatur antecedens. Si ſcibile in actu eſt, ſcientia in actu eſt: ⁊ ecõuerſo: et ſi ſcibile in potentia eſt, ſcientia in potentia eſt et econuerſo. Et in exemplo Ariſtote. id patet: nam ſi quadratura circuli eſt ſcibilis in potentia, certe poſſibilis eſt ſcientia de illo. Inſtantie vero Ariſt. ſolũ probant ꝙ nõ ſequitur, ſi ſcibile in potentia eſt, ſcientia in actu eſt: que nihil videntur probare, q2 ſcibile in potentia ⁊ ſcientia in actu non dicuntur relatiue. ¶ Octauo ⁊ poſtremo contra quintam proprietatem arguitur. Si cognoſcens definite vnũ relatiuorũ, definite cognoſceret ⁊ reliquũ, ſequeretur ꝙ in definitione vnius relatiui deberet poni et reliquum: ſed hoc eſt falſum: ergo ⁊ antecedẽs. Probatur minor. Definitio debet eſſe clarior definito, vt habetur. 1. Topic. cap. 4. et lib. 6. cap. 3. ſed ſi vnũ relatiuum definiatur per aliud ⁊ econuerſo, nõ poteſt definitio eſſe clarior definito: quia eſſet circulatio: ergo vnum non debet definiri per alterum.

¶ Ad quæſtionẽ (vt authoritas eſt Ariſt.) reſpõdetur affirmatiue. Unde circa primũ argumentũ ad euidentiam totius huius capitis notandum eſt, duplicia eſſe relatiua (que ſit prima diuiſio atq; adeo baſis ⁊ huius predicamenti ⁊ vltimorũ ſex) alia quidem ſunt relatiua ſecundũ eſſe, alia vero ſecundũ dici: vt meminit S. Tho. prima parte. q. 13. art. 7. ad primũ: ⁊ de potentia. q. 7. ar. 10. ad vndecimũ. *Relatio ſecundũ eſſe ⁊ ſecũdum dici.* Relatiua ſecundũ eſſe ſunt illa que ſunt impoſita ad ſignificandũ habitudines ipſas relatiuas. Relatiua vero ſecundum dici ſunt, quando nomina ſunt impoſita ad ſignificandum qualitates vel res alias abſolutas: quas cõſequuntur quedam habitudines. Exempli gratia, ſimile ⁊ diſſimile ſunt relatiua ſecũdum eſſe: quia hec nomina nõ ſunt impoſita ad ſignificandũ qualitatẽ (ſicut ly albũ) ſed ad ſignificandum habitudinẽ inter duo alba. At vero ſcientia quanuis ſignificet qualitatẽ, quã cõſequitur relatio ad obiectũ (eſt enim ſcientia cognitio obiecti) nõ tamen illud nomẽ impoſitum eſt ad ſignificandũ illã habitudinem: ſed qualitatem ipſam, prout eſt habitus perficiens intellectũ. Eodẽmodo mouens quãuis ſignificet de formali motum quẽ ſequitur ordo ad mobile, tamen non ſignificat ordinẽ illum ⁊ habitudinẽ, ſed motum: ⁊ ideo ſciẽtia ⁊ mouens ſunt relatiua ſecundũ dici. Eodẽ modo caput eſt relatiuũ ſcđm dici: q2 nõ ſignificat de formali habitudinẽ capitis ad capitatum, ſed partẽ que certã habet figurã. Et quãuis per noĩa id explicemus, nihilominus res ipſe ſunt relationes ⁊ relatiua que principaliter in predicamẽto ponuntur. Unde quo vno verbo rẽ explicem9, relatiuũ ſcđm dici eſt res, cuius quidditas nõ eſt eſſe ad aliud: ſed tñ explicari nõ poteſt, niſi per ordinẽ ad aliud. Relatiuũ vero ſcđm eſſe, eſt illa res, cuius quidditas nihil aliud eſt q̃ eſſe ad aliud. *Quid ſit relatiuũ ſecundũ eſſe et quid ſecundũ dici* Quidditas enim intellectus aut voluntatis non eſt eſſe a aliud: imo ſunt res abſolute: ſed explicari non poſſunt, niſi per ordinẽ ad obiecta. Eſt enim intellectus potentia cognoſcitiua vniuerſalium: attamẽ duplũ in quantũ duplum, nullã rem dicit abſolutã ſed habitudine ad ſubduplũ. Et hac de cauſa inuenta ſunt hec noĩa, ſecundũ dici, ⁊ ſecũdum eſſe: que ſumpta ſunt ex differentia diffiniotionũ Ariſto. quarũ prima dabatur per ly dicũtur: ⁊ ſecunda per ly ſunt. Et eſt attente notãdũ, ꝙ relatiua eo dicunt̃ ſcđm eſſe, q2 ſimpliciter ⁊ in rei veritate ſunt relatiua: atq; alia eo dicuntur ſecũdum dici, q2 vere non ſunt relatiua: ſed ſunt res que dicunt reſpectus. i. que vnũ ſignificant, ⁊ aliud reſpiciunt: ⁊ ideo ſunt relatiua ſcđm quid: vt illa particula ſecundum dici, ſit diminuens: ſicut Aethiops eſt albus ſecundum dentes. *Nota.* Huius inconſideratione (ſi nos non fallimus) decepti ſunt qui his temporibus de predicamentis ſcripſerunt. ¶ Tripliciter ergo exponunt hunc textum. Doctores enim huius temporis vtraq; hec relatiua equaliter reponunt in hoc

pꝛędicamēto ad aliquid, decepti coꝛtice literę: quia
Ariſt. vtraq; cōnumerat. Et ita ſecūdum iſtos, habi-
tus, diſpoſitio, ſcientia, ęqualiter ponuntur in pꝛędi
camēto qualitatis, ꝛ in hoc. ¶ At Paulus Venetus,
hanc modificans opinionem, dicit ꝙ nulla res ęque
pꝛincipaliter ponitur in diuerſis pꝛędicamētis: ſed
relatiua ſecundū dici ponuntur pꝛincipaliter in pꝛę
dicamento ſecundū pꝛimariū ſignificatū: ꝛ ſecunda-
rio ponuntur in iſto. Exempli gratia. Habitus, diſpo
ſitio, ꝛ ſcientia, virtus ꝛ vitium, pꝛincipaliter ponū-
tur in pꝛędicamento qualitatis: ſed minus pꝛincipa
liter in iſto: ſtans ꝛ ſedēs pꝛincipaliter ponuntur in
pꝛędicamēto ſitus, ꝛ hic minus pꝛincipaliter: eſſe in
gymnaſio pꝛincipaliter ponitur in pꝛędicamēto vbi,
ꝛ minus pꝛincipaliter hic: ꝛ caput ꝛ manus ſecundū
pꝛimarium ſignificatum reductiue ſunt in pꝛędica-
mēto ſubſtātię, ꝛ ſecūdario in iſto. ¶ Nihilominus, ſi
Concluſ. 1. mētem Ariſt. attigimus, repetimus hic concluſionē
quam in cap. ſuperioꝛi diximus eſſe fundamentum
huius artis. Nulla res aut nomen vniuoce ꝛ foꝛma-
liter ponitur in diuerſis pꝛędicamentis. Foꝛmaliter
inquā, qꝛ ſi relatio nō diſtinguatur a ſubſtātia, nihil
vetat Petrū inquantū eſt homo eſſe in pꝛędicamen
to ſubſtātię: ꝛ inquantū eſt pater, eſſe in pꝛędicamen-
to ad aliquid: ſed foꝛmaliter intelligo, ꝙ idem nomē
ſecundū eandē ſignificationē, aut eadē res ſecūdum
eādem rationem non eſt in diuerſis pꝛędicamentis.
Concluſ. 2. ¶ Huic annectimus ſecundā concluſionem: ꝙ in hoc
pꝛędicamento tantūmodo ponitur ſimpliciter rela-
tiua ſecundū eſſe. Pꝛobatur pꝛimo ex ipſo noīe: nam
relatiuū ſecundū eſſe hoc ſignificat: ꝙ ſit vere relati
uū ꝛ vere ad aliquid: reliqua vero ſunt non relatiua,
ſed reſpectiua. ¶ Et cōfirmatur, qꝛ nomē ponitur in
pꝛędicamento ſecundū eius foꝛmale ſignificatū: ſed
relatiua ſecundū dici nō ſignificant de foꝛmali habi
tudinē ꝛ relationē: ſed qualitatē potius aut rem aliā
abſolutā quā cōſequitur relatio: ergo illa nō ponun
tur in hoc pꝛędicamento. ¶ Et ſecundo pꝛincipaliter
arguitur. Si eadē res poneretur in diuerſis pꝛędi-
camētis, tota machina pꝛędicamentoꝛū rueret, quā
Ariſt. intendit decē rerū genera impermixta conſti
tuere (vt patet. 1. Poſte. text. 21.) et eſſet recidere in
opinionē Zenonis ꝛ alioꝛū antiquoꝛū: qui ea de cau-
ſa nō putabant, ad aliquid, eſſe ſpeciale pꝛędicamen-
tū: quia cēſebāt omnia relatiua ſecundū dici eſſe ve-
re relatiua: vnde ſequebatur oīa accidentia, ꝛ etiam
ſubſtantiā eſſe relatiua: quā opinionē Ariſto. inten-
dit in hoc capite repudiare. ¶ Et confirmatur: quia
certe ſi habitus, ꝛ diſpoſitio, ꝛ virtus, ꝛ ſcientia, ſunt
in hoc pꝛędicamento: eadē ratione intellectus ꝛ vo-
luntas, ꝛ omnes potentię, ꝛ omnes foꝛmę, quinetiā
ꝛ quātitas ꝛ ſubſtātia, omnia pertinerēt ad hoc pꝛę-
dicamentū: nō ſolū materialiter, ꝙ eadē res diuerſis
rationibus eſſet in diuerſis pꝛędicamētis: ſed foꝛma
liter ſecundū eādem rationē: nam ratio ſubſtātię ex
pꝛimitur per hoc quod eſt ſubſtare accidentibus: et
ratio quātitatis per oꝛdinē ad ſubſtantiā: ꝛ ratio po
tentię per oꝛdinē ad obiectū: quod ſi ſufficeret ad ra-
tionem relatiuoꝛū, oīa accidentia ſecūdum pꝛopꝛias
rationes pertinerēt ad hoc pꝛędicamentū. ¶ Tertio
id pꝛobatur. Quicquid ſit de ſcientia, tamē habitus
ꝛ diſpoſitio, ꝛ virtus ꝛ vitiū manifeſtiſſimū eſt, quod
nullo modo ſunt in hoc pꝛędicamento: quia nec pꝛo-
pꝛie ſunt relatiua ſecundū dici: nam ſciētia (vt Ariſt.
ipſe. 5. Meta. tex. 20. docet) non refertur ad intelle-
ctum qui eſt eius ſubiectū: ſed ad ſcibile quod eſt ter
minus. Vbi inſinuat, ꝙ res non dicitur relatiue pꝛo
pꝛie, nec ſecundū dici, per reſpectum ad ſubiectū: ſed
per reſpectū ad aliquid quod ſe habet tanquam ter-
minus. Habitꝰ vero nō dicit oꝛdinē niſi ad ſubiectū.

¶ Quarto ꝛ poſtremo arguitur. Si relatiua ſecun-
dū dici ponerentur in hoc pꝛędicamento, tunc nihil
fuiſſet opus, addere ſex vltima pꝛędicamēta: quippe
quę oīa ſunt relatiua ſecundū dici. Vnde eo Ariſto.
docuit illa eſſe diſtincta: quia intellexit vere non eſſe
relatiua: licet expꝛimātur per relationes. Atq; hoc
eſt memoꝛię commendandū pꝛo illoꝛū intelligentia.

¶ Ad primum igitur principale
argumentū cōceditur, ex definitione antiquoꝛū con
ſequi oīa relatiua ſecūdum dici, eſſe in hoc pꝛędica
mento: ſed hac ſolū de cauſa hic eſt pꝛopoſita, vt per
hoc incōueniens, quod inde ſequebatur eius inſuffi-
cientia pꝛoderetur. ¶ Hinc ſumitur pꝛima ratio quā
Plato appellauit hoc pꝛędicamentū, ad aliquid: nā
relatio videtur cōpetere oībus relatiuis ſecundū di-
ci: quia expꝛimūtur per reſpectū ad aliud: ſed ad ali-
quid, expꝛimit quidditatem relatiuoꝝ, eſſe ad aliud.
Et eſt nomē cōcretum. Quo circa hęc definitio quā
impugnat Ariſtot. foꝛſan non eſt Platonis, vt dicit
Boetius, ſed Zenonis ꝛ antiquoꝛū: nam (vt Ammo-
nius ex Goꝛgia Platonis adnotauit) idē ſenſit Pla-
to in hac parte, quod Ariſt. ¶ Et dictis ſequitur pꝛi- 1. Coꝛolarium.
mo cōcoꝛdia inter duas extremas opiniones quę de
ad aliquid, circunferuntur. Pꝛima eſt quam Grego
rius in pꝛimo. d. 28. multis cōtendit pꝛobare, videli-
cet, ꝙ nulla res ſit in mundo relatiua, ſed oīs abſolu
ta: pꝛopterea quia oīs res aut ſubſiſtit per ſe, aut in
alio: ꝛ ſubſiſtentia, quomodocunq; ſit, dicit rem inde
pendētem (ꝛ per conſequēs abſolutā) a quocūq; alio
pꝛęter eius ſubiectum. Alia per extremum oppoſita
fuit opinio Gilberti: quā citat S. Tho. 1. part. q. 28.
ar. 2. videlicet, ꝙ relatio nullum habebat eſſe fixum:
ſed totū eſſe eius erat ad aliud: ꝛ per conſequens po
tius erat res affixa, ſeu aſſiſtens, quā inexiſtēs. At ve
ro, S. Tho. diſtinguit illic, ꝙ relatio ꝛ eſt accidens ꝛ
eſt relatio. Et ideo ſecundum eſſe cōmune accidētis
eſt in ſubiecto, ſed ſecundū eſſe particulare relatio-
nis quidditas eius eſt ad aliquid. ¶ Ex quo ſequitur 2. Coꝛolarium.
ſecundo: ꝙ relationis nō eſt dare ſolū ſubiectū, ſicut
alioꝛum accidentiū, ſed etiā fundamentū. Subiectū
relationis eſt id quod denominatur a relatione: fun-
damentū vero eſt id ratione cuius talis relatio con-
uenit ſubiecto, quod pꝛopterea vocatur etiam ratio
fundādi relationē: vt ſubiectū ſimilitudinis, eſt ſub-
ſtantia quę dicitur ſimilis: fundamentū vero, eſt al-
bedo aut figura, ratione cuius eſt ſimilis. Sunt qui
ſubiectū appellāt fundamētum remotū: rationē ve-
ro fundandi vocāt fundamentū pꝛoximū: ſignifican-
tius vero dicitur illud ſubiectum (quippe cui accidit
relatio) ꝛ hoc, fundamentum in quo fundatur.

¶ In ſecundo argumento peti-
tur ſecunda diuiſio relationis. Vbi notandum eſt, ꝙ
(vt ait Commētatoꝛ. 11. ſuę Meta. ſuper duodecimū
Ariſtotelis, cōmento. 19.) cū relatio ſit minimę enti
tatis, opinati ſunt antiqui relationē ſolū dicere actū
intellectus. Et re vera nomē relatio (cū ſit verbale)
ſignificat actionē cōparatiuam, quę nō poteſt eſſe ni
ſi actio intellectus. Et hāc conijcio ſecundam fuiſſe
cauſam Platoni, vt imponeret nouū nomen, ad ali- Ad aliqd.
quid, quod ſignificat habitudines ipſas reales ſine
oꝛdine ad intellectū. Et hoc eſt quod dicunt veteres
.ſ. ꝙ relatio ſignificat relationē vt cōceptam: ſed ad
aliquid, ſignificat eā vt exercitā: qꝛ relatio ſignificat
actū intellectus: ſed ad aliquid ſignificat naturam
rei. ¶ Quod autē ſint aliquę relationes reales ex na-
tura rei pꝛobat S. Tho. 1. par. q. 13. ar. 7. ꝛ de poten-
tia. q. 7. ar. 9. Et Scotus ſecūdo ſent. d. 1. q. 5. quia ex
natura rei ſunt aliquę relationes quę dicunt reales
perfe-



perfectiones rerū, vt oꝛdo rerū in quo cōſiſtit perfe-
ctio vniuerſi ſecundum Ariſt. 12. meta. text. 52. oꝛdo
exercitus, vnio partium in toto, eſſe patrem, eſſe cau
ſam. ꝛc. Omnes inquam iſtę ſunt relationes, quę ex
natura rei dicūt perfectiones: ꝛ per conſequēs ſunt
relationes reales. Cum dico, reales, nō affirmo ꝙ di-
ſtinguātur realiter: ſed ꝙ ſunt rationes reales re-
rum: ſiue diſtinguantur a ſubſtātia ſiue nō. ¶ Secun-
Relatio realis ꝛ rationis. da ergo diuiſio relationis eſt: in relationē realem ꝛ
relationē rationis. Relatio realis eſt habitudo inter
duo entia realiter diſtincta, quę habet eſſe ſecluſa
operatione intellectus, vt patet in exēplis poſitis.
Vnde tria dicit Scotus in pꝛimo. d. 31. exigi ad rela
tionē realem. ſ. ꝙ ſit inter res reales, ꝛ realiter diſtin
ctas, et ſecluſa operatione intellectus. At vero in
hoc quod eſt realiter diſtingui, includitur ꝙ ambo
extrema ſint realia. Relatio vero rationis (per oppo
ſitū) eſt relatio, quā intellectus facit inter duo: quę
aut nō ſunt entia realia, aut nō realiter diſtinguun-
Triplex relatio rationis. tur. ¶ Quo fit vt tribus modis cōtingat relatio ra-
tionis, vt loco citato refert S. Thomas. Pꝛimo mo
do quando extrema non ſunt vere entia: quod poteſt
contingere adhuc dupliciter: qꝛ aut nullū habent in
re fundamentū, vt entia pꝛęterita, aut futura, aut fi-
cta: quare ego ſum poſterioꝛ Adam ꝛ pꝛioꝛ Antichꝛi
ſto ſolū relatione rationis. Et, chimęrā eſſe, opponi-
tur huic quod eſt, chimęrā non eſſe, ſolū per relatio-
nē rationis: quia Adam nec Antichꝛiſtus, nec chi-
męra ſunt: ſed intellectus concipit illa ſub ratione
entis. Aut ſunt entia quę habēt fundamētum in re:
ſicut relatio generis ad ſpeciem, ꝛ ſpeciei ad genus
ꝛ hoc modo rationis: quia genus ꝛ ſpecies licet ha-
beant fundamentū in re, tn̄ res non eſt actu ſpecies,
niſi per operationē intellectus. Sed tertio modo re
latio eſt rationis: quę licet ſit inter res quę ſunt ve-
rę res, tamē non ſunt duę, nec diſtinctę, niſi per ope-
rationem intellectus, vt idētitas quę eſt mihi ad me
ipſum: in qua relatione intellectus me cōſiderat tan
quā duo, cū nō ſim niſi vnum. Et hoc eſt valde notan
dum apud S. Thomā, ꝙ videlicet nō ſequitur, diſtin
ctio eſt relatio rationis: ergo extrema ſunt entia ra-
tionis, in quo frequenter laboꝛant impugnationes
Scoti ꝛ alioꝛū aduerſus eū. Eſt em̄ ſentētia S. Tho
mę, ꝙ attributa diuina, puta iuſtitia ꝛ miſericoꝛdia
diſtinguūtur ratione. Infert ſtatim Scotus, ergo iu
ſtitia ꝛ miſericoꝛdia in Deo ſunt entia rationis. Et
tn̄ ꝯn̄a nullā habet apparētiā: non em̄ intellectus S.
Tho. ꝙ intellectus ſicut facit genus eſſe actu genꝰ,
ita facit iuſtitiā eſſe iuſtitiā, aut miſericoꝛdiā eſſe mi
ſericoꝛdiā (ſunt enim hęc realiter in Deo) ſed intelli-
git, ꝙ iuſtitia ꝛ miſericoꝛdia de ſe non ſunt duo: ma-
gis ꝙ ego ꝛ ego: ſed ſola operatione intellectus con-
parātis Deū ad diuerſos effectus eſt in cauſa ꝙ eſ-
ſentia diuina cognoſcatur ſub ratione duoꝛum, puta
iuſtitię ꝛ miſericoꝛdię. Et hoc eſt quod S. Thom̄. 1.
ſent. d. 2. q. 1. ar. 3. ꝛ. 4. ꝛ. 5. ꝛ. 1. par. q. 13. art. 4. inten-
dit, dicēs attributa Dei non ſolū differre ratione ra-
Nō ratiocinans. ꝛc. tiocinātę: ſed etiā ratione ratiocinata. Ratio em̄ ra-
tiocinās eſt intellectus vel cōceptus. Ratio vero ra
tiocinata eſt cōceptus obiectiuus ſeu q̄dditas in re-
expꝛeſſa per definitionē: vult ergo dicere, ꝙ attribu
ta Dei nō ſunt ſolū conficta ab intellectu, ſed ſunt in
re foꝛmaliter: niſi ꝙ ex parte rei nō ſunt duę res: ſed
diſtinctio eoꝛū eſt fundamētaliter in Deo: ꝛ foꝛmali
ter in intellectu. Et idē docet in pꝛimo. d. 33. q. 1. ar-
ti. 1. ꝛ pꝛima parte. q. 28. arti. 2. de relationibus diui-
nis reſpectu eſſentię. Eodē enim modo quāuis eſſen
tia ꝛ relatio ex natura rei ſint in Deo, ꝛ per ꝯn̄s rela
tio diuina ſit realis: ſicut pater realiter eſt pater, ni-
hilominus eſſentia ꝛ relatio ex natura rei non ſunt

duo: ſed intellectus cōparans paternitatē filiationi
cū q̄ habet oppoſitionē, quā non habet eſſentia, ideo
cognoſcit eſſentiā ꝛ relationē ſub ratione duoꝛum: ꝛ
hoc eſt eſſentiā ꝛ relationē in Deo diſtingui ratio-
ne. ¶ Hinc ſequit̄, ꝙ ſicut nihil obſtat eſſe relationē
realē quę ſolū ſit relatio ſecundū dici: ita per oppoſi
tū nihil vetat ꝙ ſit relatio ſecundū eſſe, ꝛ tn̄ ſit ratio
nis, vt patet in exēplis poſitis. Verba ſunt S. Tho.
De potētia. q. 7. ar. 10. ad. 11. ¶ Ad ſcd̄m ergo pꝛinci-
pale argm̄ cōceditur, ꝙ cōparatio dicit actū intelle-
ctus, nihilominus, ad aliqd̄, dicit habitudinē rerū q̄
eſt in illis ſecluſa operatione intellectus. Et illę di-
cuntur relationes reales: quę ſolę ponuntur in hoc
pꝛędicamento: nam vt ſępe dictum eſt, ſolum ens rea
le diſtinguitur in decem pꝛędicamenta.

¶ Circa tertiū principale, notan
dū eſt ex quinto metaphy. tex. 20. triplex. eſſe genus
relationis realis ſcd̄m triplicē naturā fundamenti Triplex genus relationis realis.
(quę ſit tertia diuiſio relationis.) Relatio pꝛimi ge-
neris eſt relatio quę fundatur ſup quantitatē: vt du
plū, maius, ęquale. ꝛc. Relatio ſcd̄i generis eſt q̄ fun
datur ſuper actionē ꝛ paſſionē: vt pater ꝛ filius: com
buſtiuū ꝛ combuſtibile. ꝛc. Relatio tertij generis eſt
relatio quę fundatur ſuper rationē menſurę: vt rela-
tio ſciētię ad ſcibile. Menſurę inquā, non quātitatis,
nā hęc pertinet ad pꝛimū genus, ſed mēſurę quę eſt
veritatis ad eſſe rei: ab eo em̄ ꝙ res eſt vel nō eſt, pꝛo-
poſitio eſt vera vel falſa. Obid q; veritas enuntiatio-
nis conſiſtit in adęquatione pꝛopoſitionis ad rē. i. in
hoc quod pꝛopoſitio ſignificat rem ita eſſe ſicut eſt.
Et hoc eſt, ſcibile eſſe mēſurā ſcientię: ꝛ ideo relatio
ſciētię ad ſcibile, eſt mēſurabilis ad mēſurā. Et hinc
palā fit quomodo ſciētia ſit relatiuū ſcd̄m dici: nam
quāuis ſciētia menſuretur per ſcibile: tn̄ nomē ſcien
tię nō ſignificat illā relationem: ꝛ ideo ſciētia eſt de
pꝛędicamento qualitatis: ſed menſurabile eſt de pꝛę
dicamento relationis. ¶ Quod ſi quis arguat cōtra
ſufficientiā huius diuiſionis, ꝙ calidius eſt relatio
quę fundatur in qualitate, ꝛ ſimile ꝛ diſſimile: Re-
ſpōdet illic S. Tho. ex mente Ariſt. ꝙ nulla relatio
fundatur in qualitate, niſi inquantū qualitas habet
rationē actionis, aut quātitatis: ſimilitudo em̄ fun-
datur in vnitate qualitatis: illa em̄ ſunt ſimilia q̄ ha-
bēt vnā qualitatē: ꝛ illud eſt calidius qđ habet exceſ
ſum quodāmodo quātitatis in qualitate. Et ad hoc
pꝛopoſitū dicit illic Ariſt. ꝙ vnitas ſubſtantię facit
idē: vnitas vero quantitatis, facit ęquale: ſed vnitas Relatio
qualitatis facit ſimile. ¶ Ex hac tertia diuiſione re- mutua ꝛ nō
lationis ſubſequitur quarta. Eſt nāq; relatio duplex mutua.
.ſ. mutua ꝛ nō mutua. Quam diuiſionē explicat S.
Tho. pꝛima parte. q. 13. arti. 7. Relatio realis mutua
eſt illa, quę eſt realis ex vtroq; extremo. i. quę ex vtra
q; parte habet fundamentū reale. Relatio vero non
mutua eſt quę ex altero tantum extremo eſt realis,
ꝛ ex altero rationis. V. g. ſimile dicit relationē realē:
quia ſicut vnū ſimile realiter refertur ad pꝛimū, eo-
dē modo duplū ratione quātitatis refert̄ ad ſubdu-
plum, ꝛ ſubduplū etiā ratione quantitatis ad duplū:
quamuis ſit diſquiparantię. Et ideo iſtę ſunt relatio-
nes mutuę: ſed tamē ſcientia (vt eſt expꝛeſſa ſenten-
tia Ariſtote. loco modo citato) realiter refertur ad
ſcibile: ſcibile vero ſola ratione refertur ad ſcien-
tiam. Quod eſt dicere, ſcientia quia eſt realis effe-
ctus ſcibilis, ex ſua natura habet quod menſuretur
ab obiecto: et ideo realiter refertur ad ipſum. Sci-
bile vero non eſt effectus realis ſcientię: et ideo
non dicitur menſura ſcientię per aliquam realem
rationem quę ſit in illo: ſed per hoc quod ſcien-
tia refertur ad ipſum, id eſt, realiter adęquatur ipſi:
ꝛ ideo

⁊ ideo eſt relatio mutua: q̄ in ſcientia eſt relatio realis ⁊ in ſcibile realatio rationis: quod adhuc in ſolutione ſeptimi argumenti euidentius fiet. Eodē modo cōcedit illic S. Tho. ꝙ relatio Dei ad creaturam (qualis eſt relatio dominij) eſt relatio rationis: licet ſeruitus in nobis ſit relatio realis: quia cū Deus nō ordinetur realiter ad nos: ſed nos ad ipſum: Deus non refertur realitea ad creaturam, ſed creatura ad Deum. Hoc tamen non eſt pręſentis ſpeculationis

Relatio æquiparā. et diſquipa.

¶ Hinc rurſus ſequitur aliā eſſe quintā diuiſionem relationis in relationem ęquiparantię, ⁊ diſquiparātię. Relatio enim ęquiparantię eſt relatio eiuſdem denominationis in vtroq; extremo, vt ſimile, ęquale. ⁊c. Relatio vero diſquiparātię eſt relatio quę nō eſt eiuſdē denominationis in vtroq; extremo, vt pater filius, dn̄s ſeruus, duplum ſubduplū. Quare ſtat vt relatio mutua ſit diſquiparantię. ¶ Igitur, vt ad reſponſionē argumēti tertij principalis redeamus, nō eo negat Ariſt. ad relationē eſſe per ſe motū, quia neget eſſe accidēs reale: niſi q̄ relatio per ſe nō producitur: ſed cōproducitur ad productionē ſui fundamenti. Eſt enim tantū triplex motus (pręter generationem quę eſt mutatio ſubſtātię in ſubſtantiā) ſcilicet augmentatio: quę eſt motus ad quantitatē (quā conſequitur ęqualitas ⁊ inęqualitas, duplum ſubduplum. ⁊c.) ⁊ alteratio: quę eſt motus ad qualitatem (quam conſequitur ſimile ⁊ diſſimile) ⁊ motus localis: qui eſt motus ad vbi (quod conſequitur propinquum remotum. ⁊c.

¶ At verò Scotus dictum hoc

Ariſt. limitare cōtendit: excogitans vnā nouā diuiſionem relationis, in relationē intrinſecus aduenientē, ⁊ relationē extrinſecus aduenientem, vt eſt videre apud ipſum in tertio. d. 1. q. 1. et in quarto. d. 13. q. 1. ⁊ quodlibet. 11. Cuius opinio cōſiſtit in tribus propoſitionibus.

Relatio intrinſe. et extrin. adueniens.

¶ Prima eſt. Relatio intrinſecus adueniens eſt relatio neceſſario conſequens fundamētū intrinſecū, puta quantitatē (quam ſequitur ęqualitas) qualitatem (quam ſequitur ſimilitudo. ⁊c.) aut eſt relatio quę neceſſario cōſequitur fundamento et termino in actu poſitis. Relatio vero extrinſecus adueniens eſt illa, quę non conſequitur aliquod fundamentū intrinſecū, vel quę nō neceſſario cōſequitur, ambobus extremis poſitis. Ponit duplex exemplū extrinſecus aduenientis. Primū de vnione: ſi enim (inquit) materia ⁊ forma ligni eſſent in eodem loco quo modo ſunt nō vnitę, ⁊ poſtea vnirētur, illa vnio nō cōſequitur aliquā rationē fundandi abſolutā, puta quātitatē aut qualitatē: ⁊ ideo ſtabit ambo extrema eſſe, ſcilicet materiā ⁊ formā, ⁊ tamen ꝙ non eſſet vnio. Idem dicit de vnione humanitatis ad verbū: ſtat enim, inquit, ambo extrema eſſe, ⁊ ꝙ nō ſit vnio. Secundū exēplū ponit de, vbi, quam putat eſſe relationem extrinſecus aduenietē. Tertium exēplum addunt aliqui de propinquitate quā opinantur eſſe relationē extrinſecus aduenietē: quia ſtat me eſſe et columnam eſſe cui ego ſum propinquus, ⁊ tamen ꝙ non ſit propinquitas, vt ſi hinc diſcedam. ¶ Secūda eius propoſitio eſt. Quod ad relationē extrinſecus aduenietem eſt per ſe motus: quod primo enim per motum ego acquiro eſt, eſſe in hoc loco: quod (ſecundum eum) dicit ſolum talē reſpectū ad centrū terrę vel ad orientē. ⁊c. vt in capite de quātitate expoſuimus. ¶ Tertia propoſitio eius eſt. Quod ſex vltima prędicamēta ſunt relationes eextrinſecus aduenientes. ¶ Et q̄ hoc eſt pręcipuū punctum in ſex vltimis prędicamētis, neceſſarium eſt hęc intelligere ⁊ examinare. In primis hęc diuiſio nullibi ante Scotum inter Philoſophos reperitur. Et arguitur, ꝙ nulla ſit relatio extrinſecus aduenięs. Primo, quia Ariſt. 5. Metaphy. tex. 20. ſufficienter exiſtimauit diuiſiſſe omne genus relationis in tria: quia, inquit, oīs relatio: aut cōſequitur quantitatem, aut qualitatem, aut actionem: quare omnis relatio conſequitur aliquod intrinſecū fundamentum. ¶ Et ſecundo arguitur in ſuis exemplis.

Vnio.

Vnio materię ad formam cōſequitur aliquod intrinſecum fundamentū, ſcilicet actionem qua forma vnitur materię: ſicut enim poſita in me albedine ſum ſimilis alteri albo: ita poſita actione qua forma vnitur materię, cōſequitur vnio. Et eodē modo vnio humanitatis ad verbū conſequitur actionē qua humanitas aſſumitur: vnde fit vt ſint relationes intrinſecus aduenientes. ¶ At vero de vbi manifeſtiſſimū eſt apud Ariſtotelē non eſſe vere relatiuum, puta relatiuū ſecundū eſſe: nam quinto Phyſicorū textu. 10. poſtq̄ dixerat ꝙ ad relationē non eſt motus: ⁊ ad ſubſtantiam nō eſt niſi mutatio (ſcilicet generatio) ſubiungit ꝙ eſt motus ad quantitatem, ⁊ ad qualitatē, ⁊ ad vbi. Vnde apud Ariſto. nō magis, vbi, eſt relatio, quā quantitas aut qualitas. Imo ſequitur bene, ad nullā relationē eſt motus: ad vbi eſt motus: ergo vbi nō eſt relatio. Quocirca pro libito limitatur maior ad certas relationes, cū ſit vniuerſalis. ¶ Et cōfirmatur, q̄ me eſſe hic, quāuis nō poſſit explicari, niſi per reſpectū ad cētrum vel ad oriētem, tamē eſſe hic nō ſignificat illū reſpectū, ſed eſſe in hoc loco, dato per impoſſibile ꝙ nullus eſſet reſpectus. Et ideo ſolū eſt relatiuū ſecundum dici: ⁊ propterea facit ſpeciale prędicamentū, quia nō eſt relatiuum. ¶ Quod ſi dicat quis Scotum idē intelligere per relationē extrinſecus aduenietem, quod nos appellamus relatiuū ſecundum dici: id nō poteſt ſtare cū ſuis exēplis: nam certe vnio materię ad formam, humanitatis ad verbū, eſt relatio ſecundū eſſe: quia tota quidditas huiꝰ quod eſt vniri, eſt eſſe ad aliud. Et propinquitas (de qua alij ponunt exemplū) eadē ratione eſt relatiuum ſecundum eſſe. ¶ Et per hoc impugnatur ſecunda definitio relationis extrinſecus aduenientis. ſ. quod ſit illa relatio: quā ſtat, ambobus extremis poſitis, non poni: nam vel intelligit de fundamētis remotis, ⁊ tunc etiā ſimilitudo eſſet extrinſecus aduenięs: quia ſtat me eſſe ⁊ Paulū eſſe, quādo non ſit ſimilitudo albedinis quę modo eſt inter nos, vt puta ſi alter efficiatur niger. Si vero intelligat de fundamento proximo, falſum eſt ꝙ ſtet fundamentum proximū vnionis eſſe, puta actionem, qua forma vnitur materię, quin ſit vnio. Sed in hoc (ſalua eius authoritate) deuiauit Scotus, ꝙ nullum credit eſſe fundamentum proximum vnionis pręter res vnitas. ¶ Per hęc manifeſte impugnatur ſecūda propoſito eius, ſcilicet ꝙ ad relationem ſit per ſe motus: nam motus ſeu actio qua forma ligni vnitur materię, nō terminatur ad relationē, ſed ad ſubſtantiā: actio enim qua vnirentur, eſſet generatio, ⁊ ideo terminaretur ad eſſe lignum. Et eadē ratione actio qua humanitas vnitur verbo nō terminatur ad ſolā vnionem quę ſit relatio: ſed ad hoc quod eſt Chriſtū eſſe hominē, quod eſt prędicatum ſubſtantiale: ſicut vnio qua accidens vnitur ſubiecto eſſet alteratio, ⁊ per cōſequens nō terminaretur ad relationē: ſed ad calidum aut ad albū. ⁊c. Itaq; vnio, ſi dicat motum, pręcedit natura informationē qua forma informat materiā, ſeu accidēs ſubiectum: ſed vt dicit relationē, ſequitur informationem: ⁊ illa eſt proxima ratio fundandi relationē. Eo enim ꝙ per informationem fit lignum, conſequitur relatio vnionis partiū: ⁊ ex eo ꝙ Chriſtus eſt homo, cōſequitur relatio vnionis humanitatis: ⁊ ex eo ꝙ ego ſum albus, conſequitur relatio vnionis accidētis. Et motus localis quāuis terminatur ad vbi: tñ vbi nō eſt relatio ſcd̄m eſſe, ſed ſcd̄m dici. ¶ Et per hoc fit manifeſtum quomodo propinquitas ſit relatio intrinſecus aduenięs, quę cōſequitur actionē qua ego ſum in hoc loco: non eñ ſtat me eſſe hic, ⁊ te eſſe iſtic, quin ſimus proximi: ⁊ me eſſe hic, eſt fundamentū propinquum illius relationis. ¶ Hinc demum ſequitur, ꝙ ſex vltima prędicamenta nullatenus ſunt relationes extrinſecus aduenientes, ſed res abſolute extrinſecus adiacētes: quia neq; ſunt vere relatiua: ſed ſolum relatiua ſecūdum dici, vt illic latius videbimus.



Recipere contraria.

¶ Ad quartū principale reſpondet ꝙ primā proprietatē nō aſſignauit Ariſt. ex propria ſentētia: ſed tāquā incōueniēs quod ſequebatur ex opinione antiquorū: nā contrarietas, vt dictū eſt cap. de ſubſtātia, ſolū cōuenit rebus ratione quatuor primarū qualitatū: ex quibus qualitates ſecundę cōſtant: relatiōes vero nec ſunt primę qualitates, neq; ex illis cōpoſitę. Sed relatiua ſcd̄m dici: vt virtus et vitiū, cōtrariātur, nō inquantū relatiua: ſed inquantū qualitates. Vñ (qđ Ammonius ⁊ alij antiqui adnotarūt) nō intelligitur, ꝙ virtus ſit oppoſita illi ad qđ refert: refertur nāq; ad ſubiectū (virtus enim eſt ſtudioſi virtus: ſicut vitiū, vitioſi vitiū) ⁊ tñ inter ſe opponūtur, virtus vitio, quia habentē ad cōtrarios diſponūt fines, puta ad bene ⁊ male agēdum. Sicuti ſciētia refertur ad ſcibile: opponitur vero ignorātię. Ignorātię quidē purę negationis, opponit priuatiue: ſed ignorātię prauę diſpoſitionis. i. errori, opponitur cōtrarie. ¶ Ad replicā vero reſpōdetur, ꝙ ęquale ⁊ inęquale, ſimile ⁊ diſſimile nō opponunt ſimpliciter: quandoquidē ſimpliciter poſſunt cōuenire eidem (vtpote reſpectu diuerſorū.) Sed opponūtur ſecundū qđ, vt ſi dicas ſimile ⁊ diſſimile reſpectu eiuſdē.

Magis ⁊ minus.

¶ Ad quintū principale reſpōdetur: ꝙ ſicuti relatio in quantū relatio nō recipit cōtrarium, ita neq; recipit magis ⁊ minus: ſed ſicuti comproducitur (vt ait Ariſt. 5. Phyſi.) ad productionem fundamēti: ita intēditur ⁊ remittitur ad intēſionē ⁊ remiſſionē eiꝰ: vt ſicuti alio acquirente albedinē quā ego antea habebā, incipio ego eſſe ſimilis illi: ita intēſa eius albedine efficior magis ſimilis. ¶ Sed de ęqualitate eſt dubiū quomodo intendat: nā id maxime fieret ſi ego ſum ſeptupedalis, ⁊ alius qui erat quintupedalis incipiat augeri: tūc enim efficimur magis ęquales: ſed tamē arguitur ſic: Quātitas quę eſt fundamentū relationis nō intendit: ergo neq; ęqualitas. Reſpondetur, ꝙ aliqui textus ſcd̄m tranſlationē Boetij in hac ſcd̄a proprietate nō habēt, ęquale, ſed ſolū inęquale, propterea ꝙ cū ęqualitas cōſiſtat in indiuiſibili, puta in vnitate quantitatis, vbi nullus eſt exceſſus (vt ſentit Ariſt. loco citato in argumēto) nō poteſt recipere magis ⁊ minus. Nihilominꝰ in textu Gręco habetur, ęquale: ⁊ ideo, ęquale, non accipit hic proprie ſed abuſiue, vt vbi eſt minor exceſſus, appellet maior ęqualitas: ſicut etiā ſimile ſimpliciter dicit eundem gradū qualitatis: ſed abuſiue dicunt ſimilia non obſtante aliquo exceſſu intēſionis. Vnde ad replicā reſpōdetur, ꝙ quāuis quātitas nō intendatur, tñ ratione eius augmēti ęqualitas abuſiue, ⁊ ſecūdum vulgares dicitur intēdi. ¶ Qui putāt relationē eſſe rē diſtinctā a fundamēto diſcruciāt ſe, an illa relatio quę eſt ſimilitudo, ſit accidēs intēſibile. Nos vero nō credimus diſtingui ſimilitudinē ab albedine: ⁊ ideo intenſio nō fit niſi per intenſionē albedinis, aut per remiſſionē: nā ſi ego ⁊ Petrus ſumus ęqualiter albi, per intenſionē albedinis in altero noſtrū, altero manēte inuariato, remittitur intēſio. ¶ Ad ſextū principale reſpōdetur, ꝙ illa tertiā proprietas eſt generalis oībus relatiuis ſcd̄m eſſe ⁊ ſecundū dici: ⁊ per cōſequens extēditur ad oīa denoīatiua, vt patet ex ipſa litera Ariſt. Sicut eñ ſi caput eſt, capitati caput eſt: ⁊ ſi capitatū eſt, capite capitatū eſt: eodem modo color eſt colorati color: ⁊ coloratū colore coloratū: ⁊ ita in cęteris. Niſi ꝙ color nō ſignificat intrinſece illam habitudinē ad ſubiectū: ⁊ ideo nō eſt relatiuū niſi ſecundū dici, ⁊ id quidē largo modo: nā ⁊ quidditas albedinis explicari poſſet ſine ordine ad ſubiectum: ſi haberemus nomen proprię differentię cōtrahentis colorem ad eſſe albedinis.

Simul natura.

¶ Propter ſeptimū argm̄ Ammonius ⁊ Priſci expoſitores dicūt, ꝙ ſi ſcibile ⁊ ſcientia accipiatur vtrunq; in actu, aut vtrūq; in potētia, ſunt ſimul natura: nam ſcibile in actu eſt cuius actu habetur ſciētia: ſicut dicit Ariſt. tertio de anima, tex. 8. ꝙ quādo recipiūtur ſpecies intelligibiles in intellectu, per eas obiectum fit intelligibile in actu ⁊ potētia intellectus in actu: ſed prius ſicut obiectū ſolum erat intelligibile in potentia, ita ⁊ intellectus habebat ſcientiam in potentia. ¶ At vero reſtat dubiū duplex apud Ariſtotelem, primū quare de aliquibus relatiuis nempe duplū ⁊ ſubduplū tanquā notū reliquit ꝙ ſint ſimul natura: ⁊ id dubitauit de ſcientia ⁊ ſcibile. Et ſecundū, ꝙ videtur ſophiſticū feciſſe argumentum probando, ꝙ ſcibile in potentia ſit prius q̄ ſcientia in actu: q̄ de illo nulla erat difficultas. ¶ Sed ad vtrūq; reſpondet egregie S. Tho. prima parte. q. 13. ar. 7. ad ſextū argumētum. Vbi ait ꝙ ad cognoſcendū quomodo relatiua ſint ſimul natura nō debemus reſpicere ad res ſignificatas (nā res quę eſt pater pręcedit rē quę eſt filius) ſed reſpiciendū eſt ad ſignificationes. Eſt tamen differētia inter relatiua ſcd̄m eſſe, ⁊ relatiua ſcd̄m dici. Quod relatiua ſcd̄m eſſe oīa ſe actu includūt in ſignificatione: nō eñ eſt pater, niſi actu habeat filiū: nec duplū, niſi actu habeat ſubduplū: ⁊ ecōuerſo. Relatiua vero ſecundū dici aliqua quidē actu ſe mutuo includūt, vt non eſt capitatum, niſi actu habeat caput: nec eſt caput, niſi actu ſit capitatū: nā abſciſſum caput non eſt caput vniuoce. Aliqua vero ſunt quorū vnū ſimpliciter includit aliud in actu: ſed tamen aliud ſimpliciter ſolū includit primum in potētia: vt ſcientia non eſt ſimpliciter ſcientia, niſi actu ſit. i. actualiter habitus ſit in intellectu: ⁊ ſi hoc modo ſcientia eſt, ſcibile actu eſt. i. illud obiectū quod fuit cauſa illius habitus actu eſt q̄n producit habitū: ⁊ ideo ſcientia dicit relationē realem ad ſcibile: q̄ eſt effectus realis eius.

Scibile et ſcientia.

At vero vt ſcibile ſit ſimpliciter ſcibile, nō exigit actu ſcientiā: q̄ noīa in bile, ſolū dicūt potentiā. Dicitur eñ ſimpliciter ſcibile, quia poteſt de illo eſſe ſcientia: ⁊ propterea ſolū dicit relationē rationis ad ſciētiā: quā alii vocant aptitudinalem. Hac de cauſa egregie dicit Ariſt. ꝙ ſcibile ſimpliciter loquēdo eſt prius ſcientia: nā quadratura circuli ſimpliciter eſt ſcibilis per hoc ꝙ poſſit eſſe ſcientia de illa: ſed tamē ſimpliciter non eſt ſcientia, quia non eſt inuentus talis habitus: cū quo ſtat ꝙ ſcibile in actu ſit ſimul natura cū ſcientia: ⁊ ꝙ ſcientia in potētia ſit ſimul natura cū ſcibile.

Relatiuū def. p reli.

¶ Octauū argm̄ petit illā difficultatē, vtrū vnū relatiuū debeat definiri per reliquū. Et id quidē nō hic aſſerit expreſſe Ariſt. ſed ſolū ait, ꝙ qui ſciuerit naturā vnius relatiui, ſcit naturā alterius: vnde ſolū ſequitur, ꝙ definitio vnius nō poteſt intelligi niſi intellecta definitione alterius. Sed tñ ſexto Topico. cap. tertio cum docuiſſet definitionem debere dari per notiora ⁊ priora, definitio (quia datur innoteſcendi cauſa) ſtatim excipit relatiue oppoſita, quod videlicet vnum definiatur per aliud, vt duplum, inquit, eſt quod bis continet dimidium: ⁊ dimidium quod bis continetur a duplo.

Et inde

Et inde Porphyrius cap. de ſpecie deſumpſit ꝙ vnū relatiuū ponitur in definitione alterius. ¶ Eſt ergo concluſio, ꝙ hoc eſt propriū relatiuorū ſecundū eſſe, vt vnū definiatur per reliquū. Unde Ariſt. hic tanquam corollariū definitionis relatiuorū ſecūdū eſſe intulit ꝙ vnum cognoſcitur in ordine ad aliud: nā ſi quidditas huius quod eſt eſſe patrem, nihil aliud eſt ꝙ genuiſſe filiū, certe definitio quidditatiua non poteſt dari niſi per ordinē ad filium: ⁊ ſi eſſe filiū nihil aliud eſt quā eſſe genitum ab alio, in definitione filij ponetur pater. Enimuero ſicut res ſe habet ad eſſe, ita ad cognoſci: ob idq; ſicut ſunt ſimul natura, ita ſunt ſimul cognitione. ¶ Ait veruntamen hic Albertus, ꝙ aliud eſt vnū relatiuum definiri per alterum. Aliud vero eſt vnū definiri in ordine ad alterū. Primū enim eſt falſum, ⁊ ſecūdum verum. Nā ly per, dicit cauſam: ⁊ ideo patrem definiri per filiū, deſignat cognitionem filij eſſe cauſam cognitionis patris: et tunc eadē ratione cognitio patris eſſet cauſa cognitionis filij. Quod quidē nō eſt verū: tum q2 eſſet circulus in eodē genere cauſę: tū quia ſicut eſſe patrē non eſt cauſa huius quod eſt eſſe filiū, nec econuerſo: ita neq; cognitio vnius poteſt eſſe cauſa cognitionis alterius. Sed tamen ly ad, ſolū dicit ordinē, ⁊ ſic pater cognoſcitur in ordine ad filium ⁊ filius in ordine ad patrē. Addiderim tn̄, ꝙ nō eſt neceſſe vnū relatiuum formaliter ſemper poni in definitione alteri⁹: ſatis enim eſt ſi ponatur eius ſubiectum, vt ſi dicas pater in creaturis eſt aīal quod genuit aliud eſſentialiter ſibi ſimile: ⁊ filius eſt aīal quod ab alio ſibi ſimili genitū eſt. ¶ Igitur ad argumentū conceditur, ꝙ in definitione vnius relatiui debet poni reliquū: negatur tamē inde ſequi, ꝙ idē ſit notius ⁊ ignoti⁹ (in quo plurimi gratis torquētur) nō enim vnū relatiuū ponitur in definitione alterius tanquā notius aut prius notū: ſed tanquā ęque notū ⁊ ſimul cognoſcibile: hęc enim eſt propria natura relatiuorum vt ſint ſimul cognitione. ¶ Quod ſi quis forte replicuerit ex Ariſt. 2. Topi. cap. 2. vbi ait, ꝙ loco noīs poſiti in definitione licet ponere eius definitionē: vt ſi homo eſt aīal rationale, loco de ly animal poſſumus dicere, homo eſt corpus ſenſibile rationale: vnde formet quis hoc argumentū: Si duplū eſt id quod bis cōtinet ſubduplū, tunc loco de ly ſubduplū, poſſumus dicere: duplū eſt quod bis cōtinet illud, quod bis cōtinetur a duplo: ⁊ per conſequens idē definiretur per idē. Reſpōdetur, ꝙ nō eſt eadē ratio in relatiuis ⁊ in abſolutis: in definitione enim relatiui non ponitur aliud tāquā principale relatiuū: ſed tanꝙ terminus relationis illius quę definitur: ſi tamē loco illius termini ponas eius definitionē, explicat tunc, nō tāquā tr̃us, ſed tanquā principale relatiuū cuius termin⁹ eſt fundamentū prioris relationis: ⁊ ideo fit circul⁹. q̇ nō cōtingit ſi loco noīs abſoluti poſiti in definitione ponas eius definitionem. Et ideo loco relatiui in definitione non licet ponere eius definitionem.

## Quæſtio ſecunda.

### Vtrùm relatio diſtinguatur realiter à ſuo fundamento.

PRo parte affirmatiua arguitur primo ex ipſa quidditate relatiui. Quidditas ⁊ ratio eſſentialis relatiui plus differt a quidditate ſubſtantię quā quidditas accidētis abſoluti, puta quātitatis aut qualitatis, nam quidditas relatiui eſt eſſe ad aliud vt hic docet Ariſto, quidditas vero abſoluti eſt eſſe in ſe. i. nō ad aliud: ſed accidentia abſoluta realiter diſtinguūtur a ſubſtātia: ergo ⁊ accidēs relatiuū. ¶ Secundo principaliter arguitur ex Ariſt. 5. meta. tex. 20. vbi aſſerit omne genus relationis cōſequi accidēs abſolutum, ⁊ quinto Phyſi. vt dictum eſt, dicit ꝙ motus nō terminatur ad relationē ſed ad aliud accidēs abſolutū quod conſequitur relatio: in quibus locis videtur ponere differentiā inter relatiuū accidēs ⁊ abſolutū. ¶ Tertio principaliter arguitur. Prędicamenta (vt ſępe hactenus dictū eſt ex Ariſt. 5. meta. tex. 14.) ſunt entia realia: ergo oīa prędicamēta realiter inter ſe diſtinguūtur. Patet cōſequētia: quia idē eſt decē eſſe entia realia, quod decē eſſe realiter diſtincta: ſi eñ non diſtinguerentur realiter, non eſſent decem realiter. ¶ Quarto principaliter arguitur, vt arguit S. Tho. prima parte. q. 13. ar. 7. ⁊ 28. ar. 1. ⁊ de potentia. q. 7. ar. 9. ⁊ alibi ſępe. ⁊ Scotus in. 2. diſt. 1. q. 5. ⁊ in multis alijs locis. Sunt aliquę relationes quę dicunt perfectiones reales vt ordo vniuerſi, vnio materię ⁊ formę, inhęrentia accidētis ad ſubiectum, relatio cauſę ad effectū realē eſſe patrē. ⁊c. quę omnes relationes dicūt perfectiones ex natura rei, ſecluſa operatione intellectus: ergo illę ſunt relationes reales: ꝙ ſi ſint reales, realiter diſtinguuntur. Propter hoc argumentum ait illic Scotus, ꝙ negare relationes diſtingui, eſt negare totū ordinē vniuerſi. ¶ Quinto principaliter arguitur ex mente Scoti in. 3. d. 1. q. 1. Stat aliquando quodcunq; accidēs abſolutū quod prius erat in Petro manere, deſtructa eius relatione: ergo relatio Petri realiter diſtinguitur a quocunque abſoluto quod ſit in illo. Probatur antecedens, Petrus albus eſt ſimilis alijs albis: deſtruantur alia alba: Petrus deſinit eſſe ſimilis, nullo accidente abſoluto corrupto in Petro: ergo ſimilitudo Petri diſtinguebatur ab albedine: alias cū albedo maneat ⁊ ſimilitudo non maneat, ſi albedo erat ſimilitudo, eadem res manet ⁊ nō manet. ¶ Et confirmatur argumentū ſimili modo. Stat ſimilitudinē Petri intendi, nullo eius accidente abſoluto intenſo: ergo relatio diſtinguitur ab illo, vt ſi Petrus ſit albus vt ſex, Paulus vero vt quatuor, tunc ſunt aliquo modo ſimiles: ſed ſi poſt modū albedo Petri remittatur ad quatuor, fit magis ſimilis Paulo: ergo ſimilitudo Petri intenditur albedine eius remiſſa. ¶ Eodem modo arguunt, ꝙ poſſunt multiplicari ſimilitudines in Petro ſi plures homines generentur, albi, albedine tamē Petri nō multiplicata: ergo relationes illę diſtinguuntur ab albedine. ¶ Sed q2 ad hoc quintū argumentum poſſet reſpōderi, ꝙ oēs iſtę variationes in Petro fiūt propter mutationes aliorū extremorū, Sexto principaliter arguit argumēto Occham in. 1. d. 8. q. 1. Impoſſibile eſt contradictoria verificari de eodem ſucceſſiue, niſi aut mutato loco, aut tēpore, aut re noua producta, aut deſtructa: ſed poſito: v. g. ꝙ materia ⁊ forma ligni ſint in eodē loco penetratiue ⁊ non vnitę: tunc poſſunt eſſe vnitę a Deo, nec tēpore, nec loco mutatis, nec re aliqua deſtructa: ergo ſi antea nō erāt vnitę ⁊ modo ſunt vnitę, eſt propter productionē nouę rei quę eſt vnio. Simile argumētū facit in. 3. q. 1. ad probandum ꝙ vnio humanitatis ad verbum ſit relatio diſtincta. Plura cōgeruntur alia argumenta vt eſt videre apud Gregorium primo ſenten. d. 18. q. 2. ſed omnia ſunt velut catena, cuius ſi vnum annulum infringas, tota diſſoluitur. ¶ In contrarium eſt authoritas Ariſto. 5. Phyſi. text. 10. vbi ait, ad relationem non eſſe per ſe motum, quia ſtat, inquit, altero mutato, alterum immutatum relatiue dici, id eſt, ſtat aliquem ſine

noua



noua rei acquiſitione realiter referri, qualiter antea non referebatur.

¶ Quæſtio hæc inter dialecticos huius temporis maioris forſan momēti eſt, quā fuiſſet apud antiquos: ſed quia inſtitutū nr̃m nō eſt ſolum opiniones recitare, aut aliquā pertinacius ſequi, quā ratio cōuicerit, ad quęſtionē duabus cōcluſionibus reſpōdemus.

1. Concluſ. Prima eſt. Nulla prorſus eſt relatio a fundamēto realiter diſtincta tanquam res noua, vt videlicet ſint duę res, ſicut ignis ⁊ calor. Et primū omniū nemo ante Scotū (quē ego viderim) ita expreſſe ſub iſtis terminis conceſſit ꝙ relatio diſtinguatur realiter a fundamēto: ſed ille conceſſit prim⁹ qui. 3: ſent. d. 1. triplex inquit eſt relatio: Alia cui repugnat eſſe ſine eius termino, vt relatio creaturę ad Deum: ⁊ hęc, inquit, nō diſtinguitur a creatura. Alia vero eſt cuius fundamentū poteſt eſſe ſine tali relatione, vt ęqualitas, ſimelitudo. ⁊c. (nā poteſt homo manere albus ſine relatione ſi alia alba corrumpantur) ⁊ hęc inquit oīs diſtinguitur a fundamēto, ſiue ſit intrinſecus, ſiue extrinſecus adueniens. ¶ At S. Tho. nuſquā hoc formaliter aſſeruit: ſed eius diſcipuli illud verbū adiecerūt. Unde Paulus Soncinas ſolertiſſimus ſcrutator S. Thomę. 5. Met. q. 28. ait, ꝙ circa hanc quęſtionē nullibi expreſſe habetur quid ſenſerit philoſophus aut commentator, aut S. Thomas, aut alij peripatetici: ⁊ ideo iuniores varia ſenſerunt. Unde ipſe tenet partē negatiuā: licet Capreo. in primo. d. 30. ⁊ alij Thomiſtę teneāt affirmatiuam. Addiderim ego ꝙ S. Thomas potius fuerit opionionis negatiuę, ⁊ primo ſi opuſculum illud quadrageſimū octauū de prędicamentis eſt S. Thomę (vt nō abs re creditur) expreſſe illud tenet in tractatu de prędicamēto, ad aliqd, cap. 2. vbi ait, ꝙ ſimilitudo Socratis in albedine ad Platonē nō eſt alia res diſtincta ab albedine: ſed ſolū ipſa albedo vt ſe habet ad albedinē Platonis. Et ſubdit: Si enim ſimilitudo adderet ſupra albedinē aliquā rem, nullo modo poſſet aliquis fieri alicui ſimilis ſine ſui mutatione: quod eſt falſum. Nam ſi quis, inquit, in India fieret modo albus, fierem ego ſimilis illi, nulla in me facta mutatione. Hęc ille. Et quinto Phyſi. lectione tertia exponēs illud, Ad relationē nō eſt per ſe motus, dicit ꝙ cū ego habeo quantitatem, per eam cōuenit mihi, vt ſim ęqualis oībus illis qui eandē habēt. Et ideo cū quis de nouo accipit illā, nihil de nouo mihi aduenit per quam ſim ſimilis illi. ¶ Et re vera id expreſſe aſſerit Ariſto. in illo textu. Cuius verba ſunt. Neq; motus eſt in aliquid: altero eñ ſubeunte mutationem nō ſubeuntem vere dici poteſt. i. per hoc ꝙ alter mutatur, me immutato, incipio eſſe ſimilis aut ęqualis. Quin etiā hoc explicat definitio, ad aliqd. ſcilicet hoc ipſum q̄d ſunt, aliorū ſunt: nēpe ꝙ nullū aliud eſſe habent, niſi eſſe ad aliud, vt pater per hoc ſolū formaliter eſt pater, q2 habet filiū: ⁊ dñs, q2 habet ſeruū. Itaq; quanuis denoīatio eſt formaliter in patre, denoīatur tamē a filio. Unde S. Tho. 3. q. 16. art. 6. ad ſecūdū, ⁊ alibi frequēter cōcedit, ꝙ relatio cōuenit alicui ſine ſui mutatione. Idē dicit Auguſt. quinto de Trinitate cap. vltimo. Et Anſel. mon. cap. 25. ⁊ omnes in vniuerſum philoſophi. ¶ Scio reſponſionē eſſe tenentiū cōtrariā opinionē: ⁊ quāuis qui incipit eſſe ſimilis aut ęqualis nō mutetur mutatione per accidēs abſolutū: nihilominus mutatur mutatione accidētis reſpectiui. At vero cū vniuerſaliter Ariſt. dicat nullā eſſe neceſſariā mutationē in eo qui incipit eſſe ad aliquid, volūtaria eſt iſtorū reſtrictio. ¶ Attamē cōcluſionē nō teneo ſolū propter authoritatē Ariſt. aut. S. Tho. Imo certior eſt mihi cōcluſio, quā ꝙ fuerit opinio ipſorū. Et potiſſimū mihi argumētum eſt id quod modo faciebamus. Quis. n. credet per hoc ꝙ aliquis incipiat in India eſſe albus, oriri in me aliquā rem, quam prius nō habebā: cū ſecundū iſtos deberēt pullulare innumerę entitates: nā incipio eſſe illi diſtinctus, ſimilis, maior. ⁊c. Et qñ Petro naſcitur filius, neſcio quomō acreſcat illi aliqua entitas magis quā ſi eſſet mortuus anteꝙ filius animā reciperet: cū tamē authores huius opinionis cōcedant: ꝙ quotieſcūq; res aliqua producitur, pullulat in omni creatura mūdi in coelo ⁊ in terra noua entitas: qua formaliter eſt ab iſta diſtincta. Quinetiam quotieſcūq; res aliqua mouetur localiter, in quocunq; inſtanti motus ⁊ in re illa, ⁊ in omī corpore mundi, ſunt nouę entitates: nam in quocūq; inſtanti res illa reſpectu omniū corporū mūdi fit magis, aut in minus propinqua: quod ille credat qui capere poteſt.

2. Argūm. ¶ Secundū argumētum ad concluſionē eſt. Si relatio eſſet res diſtincta a fundamēto, poſſet Deus illā ſeparare manēte fundamento ⁊ termino: vt ſi ego ſum ſimilis Petro in albedine entitate diſtincta ab albedine, me ⁊ Petro manentibus albis, poteſt eā Deus corrūpere: ſed tunc adhuc erim⁹ formaliter ſimiles ſine illa entitate: ergo illa eſt ſuperuacanea. Probatur maior: q2 poſtquā nec fundamētū eſt de eſſentia illius relationis nec ecōuerſo, certe nulla eſt repugnātia quo minus poſſit Deus fundamenta ſeruare ſine illis entitatibus. Scio Scotū in quarto. d. 12. q. 1. ⁊ Capreolū in primo. d. 30. hāc maiorē negare: quia naturaliter ſequitur, poſitis duobus albis in vtroq; eſſe ſimilitudinē. ¶ At vero ſi intelligant naturaliter ſequi illa eſſe ſimilia, verū eſt: quin etiā nec ſupernaturaliter poſſet fieri, vt nō eſſent ſimilia. Si vero intelligāt ſubſequi naturaliter entitatē diſtinctā quę eſt ſimilitudo: tunc eſt argūm, ꝙ nihilominus poteſt Deus illā naturalē ſequelā impedire, vel illā entitatē productā ſeparare. Nec valet reſpōſio, ꝙ ſicut nō poteſt Deus facere albū ſine albedine, ita nec ſimile ſine ſimilitudine diſtincta. Nō inquā valet: quia primū nō poteſt intellect⁹ capere: ſed tamē poſitis duobus albis, ſecluſa quacūq; entitate ſunt ſimilia. ¶ Quod ſi qs reſpōdeat, ꝙ quanuis ſupranaturaliter poſſint eſſe ſimilia ſine albedine diſtincta, nihilominus naturaliter eſt neceſſaria illa ſimilitudo: ſicut diximus de quantitate, ꝙ naturaliter ſubſtantia per quātitatem habet partes extēſas, quāuis ſupernaturaliter Deus poſſit illas extenſas ſeruare ſine quantitate. Contra hoc replicatur, ꝙ ſit longe aliter de quātitate: nam de quātitate fecimus alias nouas rationes ad probandū ꝙ ſit diſtincta. Et pręterea quia data ſubſtātia ſine quātitate, nō haberet quicquid haberet per quātitatē: quia nec poſſet Deus tunc facere ꝙ illa occuparet locū, vt nō poſſet aliud eſſe illic corpus: ſed tamen duo alba circūſcripta quacunq; alia entitate tam ſimilia oīno eſſent ac ſi haberēt illā. ¶ Simile argūm poteſt fieri per oppoſitū: ꝙ ſi paternitas eſt noua entitas in patre, poſſet Deus illā ſeruare mortuo filio: quādoquidē neutrū eſt de eſſentia alterius: ⁊ per cōſequēs tunc pater denominaretur pater ab illa relatione, cū tamē nō haberet filiū.

3. Argūm. ¶ Tertiū argūm eſt ſimile illi quod faciebamus de numero, de ternario ⁊ quaternario. Sequeretur eñ ꝙ duplicitas qua quaternarius q̄tuor hoīm eſt duplus binario, eſſet entitas diſtincta a quaternario: ⁊ per conſequens ꝙ vnū ſimplex accidens eſſet ſubiectiue in quatuor diſtinctis ſubiectis, quod eſt creditu difficile. ¶ Gregorius Arimin. primo. d. 28. q. 2. viginti fere cōgerit argumēta in cōfirmationē huius concluſionis: ſed illis re vera qui hęc facta deuorauerint, fruſtra aliud quodpiam obijcietur.

Pręfera

¶Pręſertim ꝙ qui huiuſmodi entia multiplicãt, ipſi tenentur probare: qui vero negant, inde ſuã abunde ſententiã aſſerũt ſi argumẽtis obiectis reſpondeãt. Nec tanta cura eſſe debuiſſet ſcholaſticis huiuſmodi diſtinctiones ſuſtinere, quas intellectus tam fert moleſterõum tamẽ neq; locutio ſit tam auribus diſſona, vt ſimpliciter ⁊ formaliter cõcedatur, ꝙ ſubſtantia aut qualitas, aut quantitas eſt relatio poſtꝙ habet diſtinctã rationẽ ⁊ definitionẽ.

2. Concluſ. ¶Secunda cõcluſio. Relatio formaliter diſtinguitur ab eius fundamẽto: atq; adeo a ceteris oĩbus pręedicamentis tanquã ratio ſpecialis entis. Concluſio hęc capite ſuperiori ſatis fuit (opinor) ⁊ expoſita ⁊ confirmata. Unde quãuis ſecundũ primã concluſionẽ concedendũ ſit, ꝙ eadem res quę eſt quãtitas, eſt ęqualitas: ⁊ eadem res quę eſt albedo, eſt ſimilitudo: ⁊ eadem res quę eſt potẽtia generãdi, eſt paternitas: nihilominus tamẽ negandum eſt, ꝙ ſimpliciter quãtitas ſit ęqualitas: aut ꝙ albedo eſt ſimilitudo: nã iſtę propoſitiones faciũt ſenſum formalẽ, puta ꝙ quãtitas inquantũ quãtitas aut albedo inquantũ albedo ſint relationes, id eſt, ꝙ ratio ⁊ definitio quantitatis, aut qualitatis ſit ratio ⁊ definitio relationis, quod falſum eſt.

¶Igitur ad primũ argumẽtum conceſſo antecedenti. ſ. ꝙ quidditas relationis quę exprimitur per definitionẽ plus differat a ſubſtãtia quam quidditas relationis abſolutę: negatur tamẽ conſequentia cum infertur, ꝙ ſi abſolutũ accidẽs eſt alia res a ſubſtantia, ⁊ relatio ſit alia res: imo propterea ꝙ quidditas relationis, nihil aliud dicit quã eſſe ad aliud, ſequitur vt non ponat nouã rem pręter eius fundamentum. ¶Ad ſecundũ reſpõdetur, ꝙ authoritates Ariſto. potius pugnant pro nobis quam cõtra nos, vt in argumẽto ſed cõtra, ⁊ inter probandam primã cõcluſionem oſtenſum eſt. ¶Ad tertiũ reſpõdetur, ꝙ decẽ pręedicamenta ſunt decem entia realia, vt docet Ariſt. inde tamen nõ ſequitur ꝙ ſint decẽ res realiter diſtinctę, ſicut ignis ⁊ calor: ſed ꝙ ſint decẽ diſtinctę rationes entis ſecluſa operatione intellectꝰ primo diuerſę, quia habẽt diſtinctas quidditatiuas definitiones ratione cuiꝰ nullũ eorũ de alio affirmatur in ſenſu formali, vt cõcluſione ſecũda expoſitũ eſt. ¶Ad quartũ principale reſpõdetur, ꝙ ſolũ probat ordinẽ vniuerſi, ordinẽ partiũ, vnionẽ partiũ ſubſtantialiũ, inhęrentia accidẽtis ad ſubiectũ, reliquaſq; id genus relationes, eſſe relationes reales: quod nos ingenue fatemur, cũ cõueniant rebus ex natura ſua, ſecluſa operatione intellectus: non tamen probat ꝙ ſint res diſtinctę a ſuis fundamentis. Nec qui hoc negat, negat cõpoſitionẽ orbis, vt Scotus cenſet. Quinimo cum inter res alias poſuiſſet diſtinctionem formalem ex natura rei: quę tamẽ nõ eſt realis, vt inter attributa diuina ⁊ inter proprietates entis, vbi minus erat apparentię, vt in pręedicabilibus capitulo de proprio, ⁊ in hoc lib. cap. 4. diſputatũ eſt, multo eam melius ſtatuiſſet inter fundamẽtũ, ⁊ relationẽ ⁊ ſex alia pręedicamenta. ¶Ad quintũ principale reſpondetur, ꝙ ſi ſenſus maioris ſit, ꝙ ſtat rem illã quę eſt relatio corrũpi, quocũq; alio abſoluto manẽte inuariato falſa eſt: res enim quę eſt ſimilitudo eſt albedo ipſa. Si vero ſit ſenſus formalis. ſ. ꝙ ſtat rem illã deſinere eſſe relationẽ quando nõ deſinat eſſe res abſoluta, cõceditur: ſed inde nihil ſequitur contra cõcluſionem. Cum enim Petrus deſinit eſſe albus nulla in me res corrumpitur, ſed albedo mea deſinit eſſe ſimilitudo. Et eodem modo concedimus, ꝙ ſtat albedinẽ in quantũ eſt albedo remitti: ⁊ in quãtum eſt ſimilitudo intendi: ⁊ in quantũ eſt albedo non multiplicari, ⁊ in quantum ſimilitudo multiplicari, numero arborum creſcẽte quibus ego ſum ſimilis. Sed eſt notandũ, ꝙ ego non ſimpliciter denominor ſimilis a ſola albedine: ſed ab albedine ſimul ⁊ termino relationis: ſicut homo nõ denominatur pater a potẽtia tantũmodo generãdi, ſed a termino qui habet filiũ. ¶Ad ſextũ Occham reſpõdetur, cõceſſo ꝙ nunquã contradictoria ſucceſſiue verificantur de aliquo, niſi aliq̃ mutatio fiat, aut in illo, aut in alio, aut in tempore, aut in alia quacunq; re: quod Gregorius loco citato late tractat. Et in particulari caſu argumenti reſpõdetur, ꝙ ſi nunc materia ⁊ forma nõ ſunt vnitę, ⁊ poſtea ſunt vnitę, ambę ſunt mutatę per actionẽ qua ſunt vnitę per quã incipit eſſe compoſitũ quod nõ erat: ⁊ ſi nunc humanitas nõ eſt vnita verbo ⁊ poſtea eſt vnita, eſt quia ipſa eſt mutata per actionẽ qua eſt aſſumpta per quã factum eſt, vt Deus ſit homo: ⁊ argumentũ peccat in hoc ꝙ ſupponit per vnionem quę eſt relatio immediate vniri partes, ⁊ tamen non vniũtur niſi per vnionem vt dicit actionem, quã pręſupponit vnio quę eſt relatio: neq; homo nominũ alias obſeruantiſſimus debuiſſet tã facili argumẽto diſtinctionẽ cõcedere relationis.

## De quali, & qualitate.

## CAP. VIII.

Qualitatem verò dico, quaquales quidam dicuntur. Eſt autem qualitas ex hiſce, quæ multis modis dicũtur. Atq; vna quidẽ ſpecies qualitatis, habitus diſpoſitioq; vocetur. ¶Differt autem habitus à diſpoſitione: nam magis permanet, atq; diuturnior eſt, Tales ſunt ipſæ ſcientiæ & virtutes. Scientia nanq; ex eorũ numero videtur eſſe, quæ permanent, & cum difficultate dimouentur: etiam ſi quiſpiam mediocriter ſcientiam acquirat, niſi magna mutatio vel à morbo vel à re quapiam alia ſimili fiat: ſimiliter & virtus, vt iuſtitia, temperantia, & quæcunq; tales, haud facilè dimoueri mutarive videntur. Diſpoſitiones autem eæ ſunt, quæ faciliter dimoueri mutariq; poſſunt vt caliditas, frigiditas, morbus, & quæ ſunt hiſce ſimilia. Nam his ipſis homo aliquo modo diſponitur, & facilè quoq; mutatur, ex calido frigidum ſubiens, & ex valetudine morbũ: & in cæteris etiam ſimili modo. Niſi & harum ipſarum aliqua ob diuturnitatem verſa iam in naturam ſit, dimoueriq; neqeat, aut ſumma cùm difficultate mutari poſſit: quam quidem hac ratione quiſpiam habitum iam nuncupauerit.

¶Patet autem, ea homines habitus dicere velle, quæ ſunt diurturniora, neq; dimoueri facilè poſſunt: eos enim qui ſcientias non admodum tenent, ſed eas amittere facilè poſſunt, habitum habere non dicunt: ea licet ſcientia aliquo modo deteriùs meliúſve diſpoſitos videant. Itaq; ſic à diſpoſitione habitus differt, vt illa facilè dimoueri



poſſit, habitus autem diuturnior ſit: & cum difficultate moueatur. ¶Sunt autẽ habitus quidem diſpoſitiones, diſpoſitiones verò haud neceſſariò habitus ſunt. Qui nanque habent habitus, ij aliquo modo etiam diſponuntur: at qui diſponuntur, ij non omninò & habitus habent.

Textus. ij. ¶Aliud autem qualltatis genus eſt, quo ad luctam aliquos, aut ad curſum, aut ad ſanitatem, aut ad morbum aptos eſſe dicimus: & ſimpliciter ea, quæ per potentiam naturalem impotentiámve dicuntur. Non enim quicquam horum ex eo dicitur tale, quia aliquo diſponitur modo: ſed quia naturalem potentiam habet, vt facilè quippiam aut faciat, aut non patiatur. Vt ad pugilatum curſúmve apti dicuntur ideo, non quaſi rerum earum facultatẽ iam aliquam teneant, ſed tantùm quia naturalem, aut vim aut imbecillitatem facilè aliquid faciẽdi habent: ſic apti ſanitati, quia vim naturalem haud facilè obnoxiam: morbidi contrà, quia obnoxiam facile, ſeu quia vi non facilè obnoxia careant, dicuntur. Eiuſdem generis eſt & durum ac molle. Durum enim ex eo dicitur, quia potentiam habet vt non facilè diuidatur: molle autem ex eo, quia eiuſdem habet impotentiam. Text. iij.

¶Tertium qualitatis eſt genus, qualitates paſſiuæ ac paſſiones, quæ quidem talia ſunt: vt dulcedo, amaritudo, & ea quæ ſunt generis ſimilis: caliditas pręterea, frigiditaſq;, & albedo, atq; nigredo. ¶Has igitur qualitates quidem eſſe, perſpicuum eſſe videtur. Ea nanq; quæ hæc ſuſceperunt, qualia ſanè dicuntur: vt mel ex eo dicitur dulce, quia dulcedinem ſuſcepit: & corpus etiam album, quia ſuſcepit albedinem: ſimiliter & in cæteris res ſe habere videtur. ¶Qualitates autem paſſiuæ dicuntur, non ideò quòd ea quæ ſuſceperunt, paſſa aliquid ſunt: neq; enim mel ex eo, quia paſſum aliquid eſt, dulce dicitur: neq; cæterorum talium quicquam: ſimiliter & caliditas & frigiditas, non ex eo paſsiuæ qualitates dicuntur, quia ea quæ ſuſceperunt aliquid paſſa ſunt: ſed quia quæq; qualitas dicta, paſsionis in ſenſibus eſt efficax. Dulcedo nanq; paſsionem quandam in guſtu facit, & caliditas in tactu, cæteræq; ſimili modo. Albedo autem & nigredo, cæteriq; colores, non eodem modo qualitates paſsiuæ dicuntur, ſed quia à paſsione ſunt factæ.

¶Nam quòd per paſsionem mutationes complures colorum fiant, certum eſt. Puduit enim quempiam, atque erubuit: & timuit quiſpiam, atq; palluit. Quare ſi quiſpiam etiam natura talium paſsionum incurſúmve aliquid ſubiit, ſimilem colorem veriſimile eſt illum habere. Quæ nanque nũc dum pudet diſpoſitio circa corpus emerſit, eadem & in naturali conſtitutione diſpoſitio fieri poteſt, vt & color natura ſimilis fiat. ¶Quæcunque igitur affectionum talium initium ab aliquibus ſumpſerunt paſſionibus, quæ permanent, cum difficultateque dimouentur, paſſiuæ qualitates dicuntur. Siue enim in naturali conſtitutione pallor aut nigredo ſit orta, Qualitas dicitur: nam circa eadem quoq; dicimur quales: ſiue ob diuturnum morbum, aut calorem hæc eadem acciderint, modò non facilè diſſoluantur, aut per vitam permaneant, qualitates ſanè paſsiuæ & ipſæ dicuntur, cùm hiſce ſimiliter quales dicamur. Quæ verò ab hiſce fiũt quæ facilè diſſoluuntur, paſſiones dicuntur, non qualitates: non enim per haſce quales dicuntur: neq; enim erubeſcens, ob verecundiam rubeus: neque pallens, ob timorem pallidus appellatur, ſed aliquid paſſus potiùs dicitur eſſe: quare paſſiones hæ res, & non qualitates dicuntur. ¶Similiter & in anima qualitates paſſiuę, paſſioneſque dicuntur. Quæ enim in generatione continuò à paſſionibus quibuſdam ipſa quæ ſine difficultate dimoueri non poſſunt, ſunt orta, qualitates dicuntur: vt inſania, iracundia, & quæ ſunt ſimilis generis: quales enim ob hæc ipſa dicuntur, vt iracundi, atq; inſani. Similiter & quæcunq; mentis egreſsiones non naturales, ſed à quibuſdam aliis caſibus factæ ſunt, quæ aut ſine difficultate dimoueri non poſſunt, aut omninò immobiles ſunt, qualitates itidem & hæ dicuntur: quippe cùm hiſce quales dicantur. Quæ verò ab hiſce fiunt quæ facilè diſſoluuntur, atque expirant, paſſiones dicuntur: veluti ſi turbatus quiſpiam, iracundior fuerit: non enim iracundus dicitur, qui tali in perturbatione iracundior eſt: ſed potiùs aliquid paſſus dicitur eſſe: quare paſſiones talia non qualitates dicuntur. Tertus. iiij.

¶Quartum qualitatis genus eſt figura, & ea quæ circa vnumquodq; eſt forma, & inſuper rectitudo & curuitas, & quicquid eſt hiſce ſimile: horum enim vnoquoque quale quippiam dicitur. Ex eo nanque quia triangulus, aut quadratum quippiam eſt, quale quid dicitur: & quia rectum identidem eſt, aut curuum, forma etiam quodq; dicitur quale. Rarum autem & denſum, & aſperum atque lene, quale quidem ſignificare quid videbuntur, à qualitatis tamen diuiſione remota eſſe videntur: partium enim potiùs poſitionem videntur quandam ſignificare. Etenim denſum quidem ex eo quippiam eſt, quia partes ipſius ſibiipſis propinquæ ſunt: rarum autem ex eo, quia à ſeſe diſtant: lene etiam eſt ex eo, quia rectè partes ſunt ſitæ: aſperum verò ex eo, quia quædam partium eminentes, quædam humiles ſunt. Atque forſitan quidem & alius quiſpiam qualitatis modus videbitur eſſe: qui tamen maximè dici ſolent, tot ferè ſunt. Ea igitur quæ diximus, ſunt qualitates,

vt patet. Textus.v.

¶ Qualia verò ſunt ea, quæ denominatiuè ab ipſis, aut aliquo modo dicuntur. In plæriſque igitur, quin potiùs ferè in omnibus, denominatiuè dicuntur: vt ab albedine albus, à muſica muſicus, & à iuſticia dicitur iuſtus, & in cæteris ſimili modo. ¶ Sed in quibuſdam ex eo, quia non ſunt nomina qualitatibus poſita, non fit vt ab ipſis denominatiue dicantur: vt aptus ad luctam, aut ad curſum, qui quidem naturali potentia talis dicitur, à nulla qualitate dicitur denominatiuè. Potentiis enim hiſce quibus hi quales dicuntur, non poſita nomina, ſicut artibus, quibus militares aut curſores ob diſpoſitionem dicuntur, ſunt. Militaris enim dicitur ars, & curſoria, atque ab his ij qui diſponuntur denominatiuè dicuntur. ¶ Interdum etiam eſt poſitum & qualitati nomen, non tamen id quod ipſa quale dicitur, nomine illius denominatiuè dicitur. A virtute nanque honeſtus quiſpiam dicitur, ex eo ſanè, quia virtutem habet, ſed non denominatiuè dicitur à virtute. Nam tamen in multis idipſum fit. Ea igitur qualia dicũtur, quæ à dictis qualitatibus denominatiuè, aut aliquo alio modo dicuntur.

Textus ſextus. ¶ Atqui contrarietas in qualitate eſſe videtur: iuſtitiæ nanque contrarium eſt iniuſtitia, & albedini nigredo, & cætera eodem modo. Ea etiam quæ ab ipſis qualia dicuntur, contraria eſſe videntur: vt iniuſtum iuſto, & nigrum albo. Non tamen in omnibus hoc eſſe videtur: Flauo enim, aut fuſco, aut talibus coloribus, quæ quidem ſunt qualia, nihil eſt contrarium. ¶ Ad hæc, ſi contrariorum alterum qualitas eſt, & reliquum omninò qualitas erit. Hoc autem ità eſſe patet ex ſingulis prædicamentis: nam ſi iuſtitia contrarium eſt iniuſtitiæ, atque iuſtitia qualitas eſt, eſt & iniuſtitia. Nam cæterorum prædicamentorum, neque quantum, neque ad aliquid, neque vbi, neque aliorum quicquam omninò, niſi qualitas iniuſtitiæ accommodadatur. Eadem & in cæteris, quæ ſunt in qualitate, contrariis dici poſſunt.

Textus. vij. ¶ At verò qualia ipſa gradus ſuſcipiunt, ac magis talia minúſve dicuntur: album enim aliud alio magis minúſve dicitur, & iuſtum alio magis minúſve. Et ipſa etiam intenſionem ſuſcipiunt: fit enim, vt album albius ſe euadat. Non tamen omnia, ſed plurima conditionem hanc ſubire videntur. ¶ Nam dubitauerit quiſpiam, ſi magis minúſve iuſtitia dici poſsit, & de diſpoſitionibus etiam cæteris ſimili modo. Sunt enim qui de talibus contendunt: iuſtitiam nanque aut iuſtitia, aut ſanitatem ſanitate magis minúſve dici debere, haud omninò dicunt. Sed aliud ſanitatem, iuſtitiámve, aut grammaticen, aut id genus diſpoſitionem magis, aliud minùs habere, concedunt admodùm. Attamen ea quæ hiſce qualia dicuntur, gradus ſine controuerſia ſuſcipiunt, magiſque talia atque minùs dicuntur. Iuſtior enim & ſanior alius alio dicitur, & in cæteris ſimili modo. ¶ Triangulus autem & quadratum, cæteræque figuræ, non videntur talem conditionem ſubire: nam ea quidem quæ trianguli rationem circulique ſuſcipiunt, trianguli ſimiliter aut circuli ſunt omnia. Eorum verò quæ rationem hanc non ſuſcipiunt, nihil alio magis minúſve tale dicetur: non enim quadratum magis quàm altera ex parte longius, circulus eſt: quippe cùm neutrum circuli ſubeat rationem: atque ſimpliciter, ſi non ſubeant propoſiti rationem, alterum altero magis tale minúſve mininimè dicetur. Non ergo omnia qualia gradus ſuſcipiunt, vt magis talia minúſve dicantur.

Textus. viij. ¶ Eorum igitur quæ dicta ſunt, neutrum proprium qualitatis eſſe videtur, ſimilia autem diſsimiliaque per qualitates ſolas dicuntur. Simile enim quipppiam cuipiam nulla alia profectò ratione eſſe videtur, quàm ea qua quale eſt. Quare proprium qualitatis erit hoc, ipſa ſimile atque diſsimile dici.

Textus. ix. ¶ Non autem perturbari oportet, ſi quiſpiam nos duxerit de qualitate tractantes complura eorum quæ ſunt ad aliquid cum qualitatibus ipſis enumeraſſe. Habitus enim & diſpoſitiones ad aliquid eſſe dicimus. Etenim in omnibus ferè talibus genera quidem ad aliquid eſſe dicuntur, ſingularium verò nihil. Scientia nanque quæ quidem eſt genus, hoc ipſum quod eſt alicuius dicitur eſſe: cuiuſdam enim ſcientia dicitur: ſingularum verò ſcientiarum nulla idipſum quod eſt alicuius dicitur eſſe: vt grammatica non dicitur alicuius grammatica, neque muſica cuiuſpiam muſica, niſi generis ratione ad aliquid & ipſæ dicantur. Grammatica enim alicuius ſcientia dicitur, non alicuius grammatica: & muſica cuiuſdam ſcientia, non cuiuſpiam muſica. Quare ſingulæ non ſunt, vt patet, ad aliquid: at quales ſingulis his dicimur: quippe cùm & has ipſas habeamus. Scientes enim ex eo dicimur, quia ſingularum aliquas ſcientiarum habemus. Quare ſingulæ erunt qualitates, quibus & quales qui eas habent, dicuntur. At hæ non ſunt ad aliquid, vti diximus. Prætereà ſi quid idem, & quale & ad aliquid ſit, in vtriſque ipſum generibus collocari enumerarique, haud abſurdum erit.

Quòd



Vòd prædicamentum hoc qualitatis, pꝛędicamento ad aliq̃d fuiſſet pꝛęferendũ, id merito ſupꝛa in dubiũ reuocatũ eſt: at cur poſt pꝛędicamentũ ad aliquid ante ſex vltima pꝛędicamēta collocetur, nulla eſt ambigēdi cauſa. Cum enĩ ſeries pꝛędicamentoꝛũ ex oꝛdine ad ſubſtantiam ſumatur, ⁊ qualitas ſit accidēs inhęrēs ſubſtantię: ſex vero vltima pꝛędicamēta ſint res extrinſecus illi adiacentes, vt eſſe in loco aut in tēpoꝛe ⁊c. manifeſtũ eſt qualitatē pꝛioꝛē eſſe illis. ¶ Et pꝛeterea, qꝛ ſubſtātia coꝛpoꝛea ſuapte natura eſt pꝛimũ ens mouens ⁊ mobile. Pꝛima autē cōditio mouentis ⁊ mobilis eſt quātitas: vt enĩ cap. de quātitate dictũ eſt, ſubſtātia ſine quātitate nec agere quicquā poteſt naturaliter nec pati: at quā pꝛimũ eſt quanta, eſt mouens ⁊ mobile, quod eſt eſſe ad aliquid: motus vero ad foꝛmā nō eſt niſi per qualitatē. Et hac ratione quatuoꝛ hęc pꝛędicamēta hũc oꝛdinē pꝛędicādi de ſubſtantia ſeruāt. Sed qꝛ motus fit per actionē ⁊ paſſionē, tempoꝛe ⁊ loco ⁊c. poſt hęc ſequũtur ſex vltima. ¶ Quatuoꝛ ſunt huius capitis mēbꝛa. Pꝛimũ eſt de qualitate in abſtracto: alterum vero de quali in concreto (inſcribit nāq; hoc pꝛędicamentũ, vt notauit Alex. de qualitate ⁊ quali) ſed tertiũ membꝛũ eſt de ꝓprietatibus qualitatis: atq; adeo in poſtremo determinatur dubitatio quędā. In pꝛimo mēbꝛo ſecundum numerũ ſpecierũ qualitatis ſunt quatuoꝛ textus: in ſecundo vnus: in tertio iuxta numerũ pꝛopꝛietatũ ſunt tres: ⁊ in quarto, vnicus. Unde totũ caput continet textus nouem.

## ¶ In primo textu deſcriptione

qualitatis pꝛęmiſſa, exponit pꝛima eius ſpēs. Ait ergo, Qualitatē vero dico qua quales quidā dicũtur. Boetius vertit, Secundũ quā quales eſſe dicimur. In quo verbo pꝛimę perſonę Albertus cenſet eſſe myſteriũ, vt, dicimur, dicatur de hoībus in quibus ſunt qualitates tā coꝛpoꝛeę quā ſpirituales. Sed tñ neq; in Gręco eſt niſi tertia perſona, vt vertit Argyropylus: neq; Ariſt. myſteriũ aliud cogitauit: niſi ꝙ qualitas eſt foꝛma quā res dicunt̃ quales: ad differentiā ſubſtātię, quā res dicunt̃ quid: ⁊ quātitatis, qua res dicunt̃ quātę: ⁊ relationis, qua dicunt̃ ad aliquid. Et ly qua, deſignat genꝰ cauſę foꝛmalis. ¶ Sed dubiũ eſt apud Boetiũ, ꝙ ſi qualitas definiatur per quale, eadē ratione quale definietur per qualitatē, vt infra patebit. Si enĩ quęrēti quid eſt qualitas, reſpōdetur eſſe id quo res eſt q̃lis: eadē ratione quęrēti quid eſt quale, reſpondebitur eſſe id quod habet qualitatē: ⁊ ſic erit circulus in definitione, quod eſt vitiũ. 6. Topico. cap. 3. cōdemnatũ. ¶ Boetius tamē ipſe reſpōdet, ꝙ hęc definitio nō eſt quidditatiua ⁊ pꝛopꝛia: nā generaliſſima, vt ſupꝛa dictũ eſt, non habet huiuſmodi definitiones: ſed eſt deſcriptio quędā quę datur per notioꝛa quo ad nos: nā vt ait Cōmentatoꝛ. 1. Phyſi. cōmento. 3. Compoſitũ notius eſt q̃ foꝛma: ⁊ ideo notius eſt nobis albũ, quod videmus per ſe ſubſiſtere, quā albedo, quā nō experimur quomodo diſtinguat̃ ab albo: ⁊ in ſpiritualibꝰ notioꝛ eſt nobis ſapiēs, cuius opera cōſpicimus, quā ſapiētia, cuius entitatē ſolo intellectu attingimus. Et ideo infra deſcribitur quale, per qualitatē: q̄ eſt notioꝛ, q̄ ad naturā. ¶ Quō ſi q̄s arguat, ꝙ quantitatē quinto Metap. non definiuit Ariſt. per oꝛdinē ad ſubm̄: ſed per oꝛdinē ad effectũ, qui eſt, ſcd̄m quantitatē res diuidi: ergo pariter debuiſſet qualitatē definire. Reſpōdetur, ꝙ nullus eſt alius gn̄alis effectus oīm qualitatũ, quā afficere ſubſtantiā ⁊ denominare eā qualem. ¶ Scd̄o notandũ eſt circa nomen q̄litatis, ꝙ q̄le vt Ariſt. docet. 5. Metā. tex. 19. multipliciter dicit̃. Uno modo omnis differētia tā ſubſtātię quā alioꝛũ quoꝛũcunq; pꝛędicamētoꝛũ dicitur qualitas: qꝛ per eā reſpondetur ad quęſtionē factā per, quale. Et eſt qualitas reſpectu generis quod cōtrahit tanquam materiā ad eſſe ſpeciei: vt in pꝛędicabilibus expoſitũ eſt. Imo vniuerſalia pꝛędicamenti ſubſtātię ſunt quodāmodo qualitates reſpectu pꝛimę ſubſtātię: qꝛ ſignificāt quale quid: vt cap. de Subſtātia dictũ eſt. At vero iſtę nō ſunt ſimpliciter qualitates, ſed ſcd̄m quid: nā vniuerſalia ſignificāt quale quid: ⁊ differentię ſignificant qualitatē ſubſtantialē. Secũdo modo adhuc accipit̃, quale, vt diſtinguat̃ cōtra eſſentiale. Et iſto modo cōuenit omni p̄dicamēto accidētis, reſpectu ſubſtātię: de qua nouē pꝛędicamēta pꝛędicantur in quale: ſed iſte modus eſt generalis ⁊ non pꝛopꝛius qualitatis. Tertio ergo modo accipitur qualitas vt diſtinguitur cōtra alia accidētia: ⁊ eſt affectio ſubſtātię ſpeciale cōſtituens pꝛędicamentũ: q̄d non habet aliud peculiare nomē quā qualitas, ⁊ iſto modo accipitur quale in definitione: vt ſit ſenſus: Qualitas eſt qua res ſimpliciter ⁊ ꝓpꝛie dicunt̃ quales. ¶ Tertio notandũ eſt, ꝙ Nominales definitionē hāc intelligũt nō ſolũ pꝛimę intētionaliter de rebus: ſed etiā ſecũdę intētionaliter de terminis. Sed tamen cōtextus definitionis nō poteſt terminis adaptari: nō enĩ iſte terminꝰ albũ eſt foꝛma qua dicimur quales: ſed certe res quę eſt albedo. Nec ſpēs qualitatis poſſunt adaptari terminis: quis enĩ dicat, ꝙ hoc nomē ſciētia, eſt habitus, aut ꝙ hoc nomē caloꝛ, ſit paſſibilis qualitas: aut ꝙ hoc nomē intellectus, ſit potentia: aut ꝙ hoc nomē triāgulus, ſit figura. Igitur quãuis negari non poſſit, quin termini ponātur in pꝛędicamēto: tamē definitiones qualitat. s ⁊ ſpecierũ eius manifeſte intelligit Ariſt. de rebus. Termini vero ſunt in pꝛędicamēto tanquā nomina ⁊ ſigna qualitatũ. ¶ Pꝛęmiſſa deſcriptione qualitatis, ſubdit diuiſionē eius in ſuas ſpēs dicēs, ꝙ qualitas multipliciter dicitur. Non tamen, multipliciter, idē eſt quod ęquiuoce, ſed idē quod generice: vt enĩ cap. 4. expoſitũ eſt in genere quodāmodo latere ęquiuocationes: eo ꝙ cōtinet ſpecies inęqualiter perfectas. Senſus ergo eſt, ꝙ qualitas non eſt ſpēs ſpecialiſſima, ſed eſt genus: cũ enĩ qualitas dicitur de vniuerſali in p̄dicamēto ſubſtātię, ⁊ de differētia ſubſtātię, ⁊ de quarto pꝛędicamēto, tũc dicit̃ ęquiuoce: ſed de ſuis ſpeciebus dicit̃ tanquā genꝰ. Et pꝛima eius ſpēcies eſt habitus ⁊ diſpoſitio. ¶ Et differt (inquit) habitus a diſpoſitione, ꝙ habitus magis permanet ⁊ eſt diuturnioꝛ q̃ diſpoſitio. Hęc eſt ſecunda particula huiꝰ textus (nā quatuoꝛ habet particulas) in qua explicat differentiā inter habitũ ⁊ diſpoſitionē, q̄ ſolũ attēdit̃ ex hoc quod habitus eſt difficile mobilis, diſpoſitio vero, facile mobilis. Et id pꝛimo explicat exēplis. Sciētia inquit ⁊ virtutes ſunt habitus: eo ꝙ ſunt difficile mobiles: ſciētię enĩ poſt q̃ mediocriter acquiſitę ſunt, cum difficultate dimouentur: niſi moꝛbo aliquis foꝛte maniā, aut amentiā, aut aliā id genus obliuionē ſcientiarũ incurrat. Cum ait ſcientię aut virtutes, loquitur foꝛmaliter de ſciētia in eſſe ſciētię ⁊ virtute in eſſe virtutis: nā pꝛopter duos aut tres actus nullus dicit̃ ſciēs ſimpliciter aut ſtudioſus: ſed ſolũ diſpoſitus ad ſcientiā, vt habetur pꝛimo Ethi. cap. 7. ſed ille dicit̃ ſciēs aut ſtudioſus qui habet habitũ ⁊ facilitatē ad operandũ. Diſpoſitiones autē ſunt vt caloꝛ ⁊ frigus inter quę facilis eſt trāſmutatio: niſi foꝛſan ob diuturnitatē huiuſmodi qualitas verſa ſit quodāmodo in naturā: vt in Hecticis quibus cōſuetudo caloꝛis ⁊ febꝛis fere naturalis facta eſt:

Deſcriptio qualitatis.

Qualitas multipliciter.

Nominales.

Habitus ⁊ diſpoſitio.

cta eſt: ⁊ in paralyticis, vbi frigiditas magna etiam cũ difficultate dimouetur. Cur poſuerit exemplũ de calore ⁊ frigore, que ad tertiã potius ſpeciẽ pertinere videnť, ſtatim in queſtione videbit. Errore forſan chalcographi deeſt in Argyropylo inter exempla diſpoſitionũ, ſanitas, qđ eſt Grece ⁊ in verſione Boetij: addať ergo textui. ¶ In tertia particula que incipit, Patet autẽ. cõfirmat differentiã hanc ex vſu loquendi hoĩm, nã ea hoĩes habitus dicere ſolent, que diuturniora ſunt: ea vero appellãt diſpoſitiões, que facile mutantur ⁊ transmutãtur. ¶ In quarta particula q̃ incipit, Sunt autẽ. addit ꝙ oĩs habitus eſt diſpoſitio, nõ tñ cõuertitur. In quo videť ſibi ipſe contradicere: nã hactenus diſpoſitionẽ ex equo diuidebat, cõtra habitũ: nulla vero eſt cõtradictio: qꝛ diſpoſitio vno modo eſt nomẽ generis ad omnẽ qualitatẽ qua homo bene vel male diſponiť, ſiue facile ſit, ſiue difficile mobilis: ⁊ hoc modo accipitur hic. Sed alio modo ſpecialius accipiť vt diſtinguiť cõtra habitũ: ⁊ iſto modo acceperat prius. Inopia eñ noĩm eſt in cauſa vt nomen generis proprie accõmodetur ſpeciei. Sicut Spũs Sanctus, qđ cõuenit oĩbus perſonis diuinis, accõmodatur tertie. ¶ In textu ſcđo qui incipit, Aliud autẽ. ſubditur ſcđa ſpecies qualitatis q̃ eſt naturalis potẽtia vel impotẽtia. Nec putet qs myſterio quopiã vocatã eſſe priorẽ, ſpeciẽ, ⁊ hoc, genus: qꝛ hec oĩa ſunt genera ſubalterna habẽtia ſub ſe alias ſpẽs: ⁊ ideo indifferenter poſſunt vocari aut ſpẽs aut genera. In hac ſpecie ponunť intellectus, volũtas ⁊c. ⁊ aptitudo naturalis ad luctã, vel ad curſum, vel ad ſanitatẽ, vel ad morbũ. Boetius vertit per noĩa ſimplicia, vt pugilatores, curſores ⁊c. Vbi adnotandũ ꝙ pugil, aut curſor poteſt quis dici aut ab arte quã exercitatione ⁊ induſtria acquiſiuit: ⁊ hoc pertinet ad primã ſpeciẽ qualitatis: ſed põt etiã qs eſſe curſor aut pugil ꝓpter naturales vires ⁊ agilitatẽ ⁊ membrorũ compaginẽ: ⁊ hoc pertinet ad hãc ſpeciẽ. Et hoc eſt quod dicit Ariſ. ꝙ aptos hic vocat nõ ꝓpter facultatẽ aut habitũ acquiſitũ: ſed ꝓpter naturalẽ aut vim, aut imbecillitatẽ. Sunt eñ aliqui ſuapte natura apti aut inepti ad aliquid agendũ vel patiendũ. Et vt Boetius tradit differẽtia hec ſumitur ex victoria forme ſuper materiã aut econuerſo: vbi enim forma bene dominatur materie, cõplexio ⁊ compago corporis fit apta ad exercitia corporea ⁊ ad reſiſtendũ morborũ cauſis: qui hoĩes dicunť ſalubres vt vertit Boetius: ſed qꝛ hoc nomẽ nõ eſt tã latinum in hac ſignificatione, Argyropylus per periphraſim vocat aptos ad ſanitatẽ: nã ſanus aut infirmus nec dicit habitũ nec naturalẽ potentiã, ſed diſpoſitionẽ prime ſpẽi. Si vero forma nõ plene dominetur materie: ſed aliqua cauſa corporali impediať, homines naſcunť debiles ⁊ morbidi egre reſiſtẽtes morborũ cauſis: ⁊ hec dř naturalis impotẽtia. Explicat hoc alio exẽplo: vt durũ dicit naturalẽ potentiã reſiſtentẽ diuiſioni ⁊ corruptioni, molle autem dicit naturalẽ impotentiã. Vbi adnotato facilẽ potentiã paſſiuã potius eſſe impotentiã vt molle reſpectu diuiſionis, ⁊ ſiccũ reſpectu caloris: ſed difficultas patiendi cenſetur naturalis potentia, vt durũ. Quemadmodũ ferrũ aut Adamas naturalẽ potentiam habet reſiſtendi. Poſuit Ariſto. exemplũ in potentiis corporalibus: tũ qꝛ magis ſenſibiles: tum etiã qꝛ in ſpũalibus nõ ita occurrit exemplũ naturalis impotentie. Nihilo minus ſunt etiã potentie ſpirituales in hac ſpecie, vt intellectus ⁊ voluntas. ¶ In tertio textu qui incipit, Tertium qualitatis. ſubiungitur tertia ſpecies qualitatis que eſt paſſio vel paſſibilis qualitas: in quo textu ſunt particule ſex, in prima ponit exempla huius ſpeciei. In obiecto guſtus. ſ.

Naturalis potentia.

Paſſio ⁊ paſ. q̃litas.

dulcedo ⁊ amaritudo (in Greco eſt etiã acerbitas ſeu auſteritas vt vertit Boetius qui eſt medius ſapor) in obiecto tactus caliditas ⁊ frigiditas. In obiecto viſus albedo ⁊ nigredo. Odorem ⁊ ſonum que ſunt obiecta odoratus ⁊ auditus, credo nõ alio myſterio pretermiſit, niſi vel quia hec ſufficiebant, vt ſtatim videbimus, ad explicãdas paſſibiles qualitates, vel quia odor ⁊ ſonus non ſunt nobis qualitates adeo note: aut forſan quia odor vt ait Ariſto. 2. de anima. text. 93. eaſdẽ differentias ⁊ nomina ſortitur que ſapor. Dicitur enim odor dulcis ⁊ amarus, ⁊ pariter ſonus. ¶ In ſecunda particula que incipit, Has igitur, reddit rationẽ nominis quare iſte dicuntur paſſibiles qualitates, ⁊ primo ꝙ dicuntur qualitates probat ex definitiõe qualitatis ſupra poſita hoc modo: Qualitas eſt ſecundũ quam quales dicimur: ſed his accidẽtibus dicimur quales (nam querenti quale eſt mel, reſpondetur eſſe dulce: ⁊ qualis eſt nix, reſpondetur eſſe albam) ergo hec accidentia ſunt qualitates. ¶ At ꝙ dicuntur paſſibiles ſeu paſſiue, ꝓbat ſtatim in tertia particula que incipit, Qualitates autẽ. ad cuius intelligentiã (que longa eſt ⁊ ſubobſcurior) notandũ eſt primo, ꝙ paſſibile dicitur a paſſione: ſicut cõbuſtibile a cõbuſtione. Nam paſſio ſecundũ propriã ſignificationẽ (quia eſt nomen verbale) dicit, motũ, vt ait Ariſt. 3. Phyſi. tex. 19. ſed paſſibile dicit ordinẽ ad paſſionẽ. At paſſio vt ſignificat motũ eſt duplex. ſ. vel corporalis vel ſpiritualis. Et vtraq; eſt triplex. Generaliter enim paſſio idem eſt quod receptio alicuius ſiue perficientis ſubiectum ſiue diſponentis ad corruptionẽ: ⁊ hoc modo illuminatio aeris, ⁊ acquiſitio ſcientie dicitur paſſio, vt habetur. 3. de anima. text. 12. Proprie vero paſſio eſt tranſmutatio cũ abiectione contrarij: ſicut calefieri que diſponit aquã ad corruptionem. Sed metaphorice motus appetitus, vt ira ⁊ gaudiũ, dicitur paſſio: vel quia eſt motus anime quã cõſequitur aliqua mutatio corporalis: vel quia non ſemper eſt in noſtra poteſtate: ſed voluntas per has paſſiones quodam modo patitur violẽtiam. Attamen quarto modo accipitur hic paſſio ab Ariſtote. quando diſtinguit inter paſſionem ⁊ paſſibilem qualitatem: non enim accipitur pro motu, ſed pro qualitate que eſt terminus motus, facile tamen tranſit, vt eſt rubor ex verecundia. ¶ Secundo notandum eſt, quod paſſibile a paſſione dicitur quadrupliciter. Primo modo paſſibile eſt ſubiectum quod patitur: ſicut lignũ eſt combuſtibile. Secundo modo accidẽs ipſum poteſt dici paſſibile in quantum eſt forma qua ſubiectum patitur. Tertio modo accipitur actiue, vt accidẽs dicať paſſibile: qꝛ eſt cauſa paſſionis. Et quarto mõ qꝛ eſt effectus paſſionis. In preſentiarũ paſſibilis qualitas nõ diciť primo modo: ⁊ qꝛ illud eſt manifeſtum, ſilentio pretermiſſus eſt primus modus ab Ariſt. Perſpicuũ eñ eſt dulcedinẽ mellis non dici paſſibilẽ qualitatẽ eo quod aliquid patiatur. Sed ſecũdo modo poſſet eſſe dubiũ, vtrũ dicatur paſſibilis, quia eſt forma qua mel patitur: ⁊ dicit Ariſto. quod non eſt illa cauſa. Non negat quin recipiens dulcedinem aut albedinem aut calorem vere patiatur: ſed hic ſolum intendit quod non eſt hec ratio vt dicatur paſſibilis qualitas: qꝛ mel non efficitur dulce per paſſionem proprie dictam, cum non corrumpatur mel per dulcedinem: ſed potius hec ſit natura ⁊ perfectio mellis: ⁊ eadem ratione neq; ignis dicitur calidus, quia patitur calorem: neq; homo riſibilis, quia patitur riſibilitatem, imo perficitur ſicut aer per lumẽ. Reſtat ergo vt dicatur qualitas paſſibilis tertio aut quarto modo, ⁊ vtrũq; aſſerit Ariſt. Dulcedo enim ⁊ caliditas dicuntur paſſibiles qua-

litates

Paſſio.

Paſſibile.



litates tertio modo: qꝛ. ſ. ſunt cauſa paſſiõis in ſenſibus: vt dulcedo in guſtu ⁊ caliditas in tactu: ſed tñ albedo ⁊ nigredo dicunť paſſibiles qualitates quarto modo: qꝛ. ſ. ſunt qualitates reſultantes ex actione primarũ qualitatũ, ⁊ per ꝯñs ſunt effectus paſſionũ. ¶ In quarta particula q̃ incipit, Namq; qđ ⁊c. oſtẽditur, quo modo colores ſint effectus paſſionũ: tã colores naturales, q̃ illi q̃ ex ſubita paſſione fiunt. Imo per hos ſecundos tanquã per notiores nobis manifeſtat priores. Ratio ſtat in hoc: Sicut experimur in motibus ſubitis hominũ, ita credendũ eſt fieri in naturalibus: ſed ex motu ſubito verecundie experimur ruborẽ fieri in facie ꝓpter ſanguinẽ, q̃ a corde profertur ad faciẽ: ⁊ ex motu cõſpicimus pallorẽ relinqui in facie ex abſentia ſanguinis qui cõfugit ad cor: ergo ⁊ naturalis rubor, qui eſt in hoĩe fit etiã ex ſimili cauſa naturali: puta, qꝛ copia ſanguinis a natiuitate fuit in facie: ⁊ alij pariter colores fiunt ex alteratiõe primarũ qualitatũ. ¶ Sed reſtat hic dubiũ ad maiorem intelligentiã tertie particule. Color eſt cauſa paſſionis in viſu, ſicut dulcedo in guſtu, ⁊ caliditas in tactu: ergo color eſt paſſibilis qualitas tertio modo, ſicut dulcedo ⁊ caliditas. Itẽ ſapor eſt effectus primarũ qualitatũ ſicut color: ergo etiã dulcedo eſt paſſibilis qualitas quarto modo ſicut albedo, ⁊ per cõſequens male poſita eſt differẽtia inter ſapores ⁊ colores. Reſpondeť, ꝙ quãuis ſapor ſit effect⁹ paſſionis primarũ qualitatũ, nihilo minus tamẽ qꝛ etiã eſt cauſa paſſionis in guſtu: ⁊ ratio cauſe eſt dignior quã ratio effectus, diciť paſſibilis q̃litas per ordinẽ ad ſenſum: colores vero, qꝛ nõ ſunt ĩ viſu cauſa paſſionis proprie dicte (nã viſus non afficiť colore per alterationẽ corruptiuã, ſicut guſtus ⁊ tactus) ideo colores nõ dicunť paſſibiles qualitates tanquã cauſe paſſionis: ſed tanquã earũ effectus. ¶ Et hãc de cauſa nõ poſuit Ariſto. niſi tria exẽpla paſſibilis qualitatis. ſ. caliditas ⁊ ſapor, quarũ vna eſt qualitas prima: ⁊ alia qualitas ſcđa, ⁊ ambe faciũt paſſionem proprie dictã in ſenſu: ⁊ itẽ color qui nõ facit proprie paſſionẽ in ſenſu. Odor enim eodẽ modo ſe habet ad odoratũ, ſicut ſapor ad guſtũ (qꝛ etiã calefacit) ſonus vero eodẽ modo ſe habet ad auditũ, ſicut color ad viſum: qꝛ nõ inficit, ſed perficit ſenſum. ¶ Ex quo ſequitur ꝙ quãuis omne obiectũ ſenſus ſit paſſibilis qualitas huius ſpẽi, tñ nõ omne diciť paſſibilis qualitas per ordinẽ ad ſenſum: ſed ſolũ obiecta tactus, ⁊ guſtus, ⁊ odoratus: alia vero duo dicunť paſſibiles qualitates: qꝛ ſunt effectus paſſionũ. ¶ In quinta particula q̃ incipit, Quecunq; igiť ⁊c. reuertiť Ariſto. ad ꝓpoſitũ huius textus, dicẽs, ꝙ ille qualitates q̃ ſunt effectus paſſionũ, ſi ſunt difficile mobiles, dicuntur paſſibiles qualitates: ſiue fiãt ex paſſionib⁹ naturalibus a natiuitate (vt nigredo Aethiopis ⁊ pallor cholerici) ſiue ex morbo diuturno id accidat: vt q̃ ex diuturna febre manſit perpetuo pallidus. Si vero ſunt qualitates facile tranſeuntes (vt in illo q̃ erubeſcit) dicunť paſſiones. Vocat paſſionẽ, qualitatẽ, que eſt effectus paſſionis: qꝛ non habet aliud nomẽ quo illã diſtinguat a paſſibili qualitate: ⁊ ſolemus nomẽ cauſe attribuere effectui, ſicut cõbuſtã domũ vocamus cõbuſtionẽ. Probat hãc differentiã: qꝛ quãuis tam iſte q̃ ille ſint paſſibiles. i. effectus paſſionũ: tñ ille ſunt ſimpliciter qualitates, he vero nõ: nam ab illis dicimur quales, nõ tñ ab iſtis: nõ eñ propter ruborẽ verecundie diciť iuuenis ſimpliciter rubens, ſed paſſus ruborẽ: tamẽ propter diuturnũ ⁊ perpertuũ ruborẽ, dř quis ſimpliciter rubeus: ⁊ per ꝯñs ſimpliciter qualis. ¶ In ſexta particula q̃ incipit, Similiter ⁊ in aĩa. ſubiungit exemplũ ſcđm in qualitatib⁹ ſpũalibus: vcʒ ꝙ ille q̃ ſunt difficile mobiles, aut qꝛ ſunt naturales aut ex infirmitate facte perpetue, ille quidẽ ſunt paſſibiles qualitates: vt inſanus vel furioſus, vel a natiuitate vel ex infirmitate perpetu⁹: qꝛ illi ſimpliciter dicunť tales. Si vero ſit paſſio facile tranſiens, illa nõ eſt paſſibilis qualitas, ſed paſſio: vt ſi qs aliqua cauſa iraſciť, nõ dř ſimpliciter iracũdus, ſed paſſus motũ ire. Et accipiť hic paſſio, vt notatũ eſt, metaphorice. ¶ In textu quarto q̃ ĩcipit: Quartũ qualitatis. ſubſequiť quarta ⁊ vltima ſpẽs qualitatis, que eſt figura vel forma: vt rectũ, curuũ, triãgulus, quadrãgulus ⁊c. eſt enim qualitas cõueniẽs ſoli ſubſtãtie corporee ratione quãtitatis. Trãſlatio Boetij habet, forma, ⁊ circa aliquid cõſtãs figura. Vnde aliquibus ambiguũ eſt, vtrũ cõſtans, ſit noĩatiuus adiectiuus de ly figura. i. figura cõſtans, an accuſatiuus adiectiuus de ly aliquid, vt ſit ſenſus: Figura alicuius cõſtantis ⁊ per ſe habentis terminũ ſuarũ partiũ, vt ſunt ſicca ⁊ dura: ad differentiã liquidorũ q̃ non habẽt propriã figurã: ſed alienã cõtinentis vaſis. At vero litera Greca tollit hãc equocationẽ: eſt eñ hyparchouſa, adiectiuũ foemininũ de ly forma (nam in Greco figura ponitur primo loco ⁊ forma in ſcđo) ⁊ eſt participiũ a ſum, es, fui: quare nõ opus eſt trãſferre, cõſtans, ſed ſine aliquo participio, vt vertit Argyro. ⁊ ſit ſenſus: Quartũ gen⁹ eſt figura, ⁊ illa q̃ eſt vniuſcuiuſq; rei forma. Nam qđ Boetius trãſfert, circa aliqd, Grece eſt circa ſingula, aut, circa vnũquodq;. Quomodo figura ⁊ forma differunt: item, an rarum ⁊ denſum, aſperum ⁊ lene, ad hoc pertineant predicamentũ: ⁊ an ſint plures qualitatis ſpecies, que omnia in hoc textu tanguntur, diſputatione queſtionis elucidabimus.

Figura ⁊ forma.

## ¶ In textu quinto qui incipit:

Qualia vero ſunt. ſequiť ſcđʒ mẽbrũ hui⁹ capitis: vbi deſcribiť q̃le. Sed dubiũ eſt q̃re cũ in ceteris p̄dicamẽtis nõ tractauerit Ariſ. ſeorſum de abſtracto ⁊ cõcreto, id fecerit ꝓprie ĩ hoc p̄dicamẽto. Rñdetur id parũ referre: ſʒ forte id fecit (vt colligiť ex Alexãdro) qꝛ q̃litas cõmodi⁹ deſcribi nõ potuit q̃ ꝑ ordinẽ ad q̃le: ⁊ ideo tãq̃ relatiua ſcđʒ dici, deſcripſit alterũ ꝑ alterũ: vt q̃litas deſcriberet ꝑ quale, qđ eſt noti⁹ nobis: ⁊ q̃le ꝑ quãtitatẽ, q̃ eſt notior natura. Relatio vero definiť ꝑ ordinẽ ad terminũ: ⁊ quãtitas ꝑ ordinẽ ad diuiſionẽ: ⁊ ideo nõ opus fuit illic tractare de abſtracto ⁊ ꝯcreto ſeorſum. Vel forte cã fuit, ꝙ quãuis oẽ accidẽs denoĩatiue p̄diceť de ſubiecto, tñ id ꝑſpicacius eſt in hoc p̄dicamẽto: nã in p̄dicamẽto quãtitatis nõ ſolũ ſubſtãtia dř quãta a quãtitate, ſed ipſamet quãtitas, vt puta linee ⁊ ſuperficies, ſunt quãte ꝑ ſe. ¶ Atq; tres ſunt particule in hoc textu: in p̄ma. n. ponit deſcriptionẽ: ⁊ in ceteris explicat illã. Ait. n. ꝙ q̃lia ſunt q̃ ſcđm has q̃litates denoĩatiue dicũtur: aut quomõlibet aliter ab his. Tũc res denoĩatur ab aliq̃ accidẽte (vt ex antep̄dicamẽtis cõſtat) qñ abſtractũ ⁊ cõcretũ cõueniũt noĩe in p̄ncipio, ⁊ differũt in fine. Et ideo ſubiungit Ariſ. ꝙ ĩ plurimis q̃dẽ ⁊ fere in oĩb⁹, qualia denoĩatiue dicunť a q̃litate: vt a cãdore cãdid⁹, ⁊ grãmatica grãmatic⁹, a iuſtitia iuſt⁹ ⁊c. in aliquib⁹ vero nõ eſt ꝓpria denoĩatio. Cui⁹ cauſa põt eſſe duarũ altera. Aut qꝛ nullũ eſt nomẽ impoſitum talis q̃litatis: aut qꝛ licet ſit nomẽ impoſitũ q̃litati, nõ tñ habet ꝓpriũ denoĩatiuũ. In ſcđa particula textus explicat p̄mũ modũ in ſcđa ſpẽ qualitatis. eñ vero naturalis potẽtia pugilãdi aut currẽdi nõ habet nomẽ impoſitũ: nã pugilatores aut curſores nõ dicunť a naturali potẽtia: ſed ab arte q̃ acq̃ritur in paleſtra, q̃ pertinet ad primã ſpẽm qualitatis: ſed ꝓpter inopiã noĩm explicamus etiã ſecundã ſpeciẽ per noĩa prime ſpẽi. Nõ negat quin ſint aliqua noĩa

Quale.

aliquarũ potẽtiarũ:vt intellectus,a quo q̄s dr̄ intellectiuus:⁊ ſenſus,a q̄ dr̄ ſenſitiuus. ¶ In tertia particula q̄ incipit, Interdũ autẽ ⁊c. addit ſcd̃m exẽplũ de virtute ⁊ ſtudioſo: quãuis eñ virtus ſit propriũ nomẽ qualitatis, nõ tñ habet ꝓpriũ denominatiuũ: q̄a nõ cõuenit in pricipio noĩs. Eodẽ mõ a Grãmatica ſciẽtia, nõ dr̄ mulier Grammatica denominatiue, ſed ęquiuoce:qꝛ eſt in totum ſimilitudo vocis:⁊ ideo concludit, ꝙ qualia dicuntur a qualitatibus aut denominatiue, aut alio quouis modo. ſ. vel ęquiuoce, vel non ſecundũ omnes conditiones denominatiui.

## ¶ In textu ſexto qui incipit: At

Contrarietas. qui cõtrarietas ⁊c. incipit tertiũ membrũ, vbi aſſeribũtur q̄litati tres ꝓprietates:⁊ prima explicatur in hoc textu:q̄ habet duas particulas. In p̄ma ponitur ꝓprietas. ſ. ꝓpriũ eſt qualitati habere cõtrariũ:vt albedo opponit̃ nigredini; ⁊ iuſtitię iniuſtitia. Et rõe formarũ cõuenit qualibꝰ ipſis:vt albo cõtrariat̃ nigrũ:⁊ iuſto, iniuſtũ. Subiũgit tñ ꝙ hoc nõ eſt ꝓpriũ quarto modo:qꝛ licet cõueniat ſoli, nõ tñ omĩ: nã flauo inq̄t aut fuſco nihil eſt cõtrariũ. Rõnem huiꝰ in q̄ſtõne explicabimꝰ:qꝛ cõtrarietas eſt maxima oppoſitio inter ea q̄ maxime diſtãt, vt inter albũ ⁊ nigrũ, q̄ ſunt extremi colores. ¶ In ſcd̃a particula q̄ incipit: Ad hęc ⁊c. ſubdit, nõ nouã ꝓprietatẽ (vt eſt in quorundã opinione) ſed appendicẽ potiꝰ prioris. Et eſt, ꝙ ſi vnũ ex cõtrariis eſt in prędicamẽto qualitatis, ⁊ reliquũ erit in eodẽ ⁊ nõ in aliquo alio: vt ſi iuſtitia ⁊ iuſtũ ſunt in prędicamẽto qualitatis, iniuſtitia ⁊ iniuſtũ ſunt in eodẽ p̄dicamẽto. ¶ In textu ſeptimo q̄ incipit: At vero ⁊c. ſubdit ſcd̃a ꝓprietas q̄ eſt ſuſcipere magis ⁊ minus. Ambę eñ iſtę ꝓprietates vbicũq; ſunt germanę, vt cui adeſt vna, adſit ⁊ alia:⁊ cui vna abeſt, alterã neceſſe ſit abeſſe:qꝛ remiſſio ex mixtione ſit cõtrariorũ:⁊ intẽtio fit, eo ꝙ vnũ altero depurat̃. Et probat dupliciter, ꝙ albũ ſuſcipiat ma- (Magis ⁊ minus) gis ⁊ minus:tũ qꝛ cõtingit vnũ album eſſe magis albũ alio: tũ etiã qꝛ fieri poteſt vt idẽ ſucceſſiue ſit ſe ipſo magis aut minꝰ albũ. ¶ Subiũgit tamẽ, ꝙ hęc ꝓprietas, ſicuti ſuperior, licet cõueniat ſoli nõ tñ oĩ. Eſt veruntamẽ de aliquibꝰ dubiũ, ⁊ de aliis certũ, ꝙ nõ recipiãt intẽtionẽ. Ait ergo in ſcd̃a particula textus, ꝙ quãuis q̄lia ſuſcipiãt magis ⁊ minus, dubiũ tñ eſt apud quoſdã an accidẽtia in abſtracto ſuſcipiant magis ⁊ minus:⁊ inclinat magis in partẽ negatiuã, ꝙ q̄uis aliq̄s ſit magis aut minus iuſtꝰ, aut magis aut minꝰ ſanꝰ:qꝛ magis aut minꝰ participat iuſtitiã aut ſanitatẽ:tñ iuſtitia ⁊ ſanitas nõ ſuſcipiunt magis ⁊ minꝰ:cũ tñ vna iuſtitia nõ eſt magis iuſtitia q̄ alia, aut vna ſanitas magis ſanitas. ¶ In tertia parte tex. q̄ incipit: Triãgulus aũt. ſubdit, ꝙ de aliquibus q̄litatibus, puta q̄ pertinẽt ad q̄rtã ſpẽm, nulla eſt dubitatio:ſ; certũ eſt ꝙ nõ ſuſcipiũt magis ⁊ minus. Et manifeſtat hoc dupliciť: p̄mo in formis ſpecificis, ⁊ ſcd̃o in gñicis. Ait. n. ꝙ q̄cunq; ſuſcipiũt definitionẽ triãguli aut circuli. i. duorũ q̄rũcũq; triãgulorũ aut circulorũ, neuter eſt magis triãgulus q̄ alter, aut magis circulꝰ: vt triãgulus inęqualiũ angulorũ tã triãgulꝰ eſt, q̄ triãgulꝰ ęquilaterꝰ:⁊ circulus minor tã circulꝰ eſt q̄ circulꝰ maior: ⁊ pariť inter diuerſas figuras ſi deť q̄drangulũ altera parte lõgius, tã figura eſt, ⁊ tã quadrangulũ quã quadratũ ęquilaterũ. ¶ In tex. octauo q̄ incipit: Eorũ igitur. cõcluditur tertia ꝓprietas qualitatis, vez ꝙ propriũ eſt qualitati ſcd̃m eam ſimilia aut diſſimilia dici, vt duo alba ſunt ſimilia ſcd̃m albedinẽ, duo triãguli ſcd̃m figurã ⁊c. Et ait, ꝙ cum proprietates ſuperiores non ſint propria quarto modo, qꝛ non conueniunt omni: Hoc tamen eſt proprium ſimpliciter quarto modo.

## ¶ In nono & poſtremo textu

qui incipit: Non autẽ perturbari. mouet̃ ⁊ terminatur vna dubitatio q̄ ex ſupradictis oritur. Cum enim in prędicamẽto ad aliq̄d collocauerat habitũ ⁊ diſpoſitionẽ, hic vero conſtituit illa tanquã primã ſpẽm qualitatis, vr̄ Ariſt. eandẽ rẽ in diuerſis prędicamẽtis reponere cõtra eius doctrinã primo Poſte. tex. 21. vbi ait prędicamẽta debere eſſe impermixta. Ad q̄d dubiũ reſpõdet dupliciter. Primo reſpondet, ꝙ quanuis genus habitus, ſit ad aliquid, tñ ſpẽs ſunt qualitates. Exempli gr̃a. Sciẽtia quę eſt genus habitus, refertur ad ſcibile tanquã mẽſurabile ad mẽſurã, vt dictũ eſt: tñ Grãmatica nõ refertur ad ſcibile in quantũ Grãmatica, ſed ſolũ in quãtum ſcientia. Q̄d eſt dicere, Grãmatica in quantũ Grãmatica non menſurat̃ ſcibili:ſed in quantũ eſt quędã veritas quę cõſiſtit in adęquatione ad obiectũ:⁊ ideo ſcientia in cõmuni refertur ad ſcibile:eſt enim ſcientia ſcibilis ſciẽtia:⁊ ſcibile, ſciẽtia ſcibile:nõ tñ dicimus, ꝙ Grãmatica eſt Grãmaticabilis Grãmatica. Eodẽ modo nõ dicimꝰ, ꝙ Theologia eſt Theologicabilis Theologia: qꝛ ſolũ in quantũ ſcientia (cuius veritas cõſiſtit in adęquatione ad obiectũ) menſuratur ab obiecto. Non negamus quin ſciẽtię diſtinguant̃ ſpecie ex diſtinctione obiectorũ, vt quęſtione tertia prooemiali mõſtratũ eſt:ſed dicimus, ꝙ in quantũ ſcientię particulares nõ dicunt relationẽ ad obiectũ tanquã menſurabilis ad menſurã. Unde cõludit Ariſto. ꝙ ex eo habitus ⁊ diſpoſitio poſita ſunt in prędicamento ad aliquid, qꝛ in gñe dicuntur relatiue: ſed ideo poſita ſunt in prędicamẽto qualitatis, qꝛ in ſpẽ nõ dicũtur relatiue. ¶ Secũda ſolutio eſt in calce textus, ꝙ non eſt incõueniens ꝙ habitus ⁊ diſpoſitio pertineãt ad duo prędicamẽta:qꝛ dicũt ⁊ relationẽ ⁊ qualitatem. ¶ Sed ne iterũ huc reuertamur argr̃ cõtra ambas ſolutiones. Contra primã: Spẽs q̄dditatiue cõtinet̃ ſub gñe: ergo nõ poteſt genus pertinere ad vnũ prędicamentũ, ⁊ ſpẽs ad aliud. Et cõtra ſecundã argr̃: qꝛ vt ſupra dictũ eſt, reſpiciendũ eſt ad ſignificatum formale noĩs, ⁊ ad rationẽ formalẽ rei:⁊ ſcd̃m illã ponẽda eſt res in vnico prędicamẽto. ¶ Ad vtrunq; rñdet̃, ꝙ relatiuũ ſcd̃m eſſe, q̄d vere eſt relatiuũ, nõ pōt eſſe q̄dditatiue genꝰ reſpectu qualitatis aut rei alterius prędicamẽti:ſicut eñ quãtitas nõ poteſt eſſe genus ſubſtãtię, ita nec ad aliquid, genꝰ qualitatis: at ſciẽtia nõ eſt relatiuũ ſcd̃; eſſe, ſ; ſcd̃; dici: ⁊ ideo vere nõ eſt in prędicamẽto ad aliquid. Sed q̄d determinat hic Ariſt. id ſolũ eſt, ꝙ ſtat genꝰ dicere reſpectũ quẽ nõ dicit ſpẽs:nõ ꝙ ille reſpectus ſit de quidditate gñis:alias eſſet etiã de quidditate ſpẽi. Et ad hunc ſenſum dicit in ſecũda ſolutione, ꝙ nõ incõuenit idẽ eſſe in diuerſis prędicamẽtis:in vno quidem vere ſecundum eſſe:⁊ in alio quodammodo extrinſece:⁊ ita ſcientia ſecundum eſſe eſt in prędicamento qualitatis:licet eius quidditas exprimatur per reſpectum qui pertinet ad prędicamentũ relationis.

## Quæſtio vnica.

## Vtrũ tex. de qualitate ſit verus.

A Parte negatiua arguit̃: primo cõtra ſufficientiã ſpecierũ qualitatis. Diſpoſitio eſt generale nomen conueniens oĩ qualitati:nã oĩs qualitas diſponit ſubiectũ:quę ſi ſit diuturnior hęret per modũ habitus:ergo habitus ⁊ diſpoſitio nõ faciũt ſingulatẽ ſpeciẽ. Et ſecundo. Oĩs qualitas



litas cuiuſcunq; ſpeciei eſt actiua:nã aliquis habitꝰ eſt actiuus, ⁊ calor q̄ pertinet ad tertiã ſpeciẽ, ⁊ figura aliqua eſt apta ad motũ:vt figura circularis velocius mouet̃ q̄ angularis: ergo oĩs qualitas eſt potẽtia, ⁊ ꝑ ꝯñs potẽtia nõ facit ſingularẽ ſpeciẽ. Et tertio. Oĩs q̄litas eſt tr̃us paſſionis:nã oĩs de ſe ꝓducitur per alterationẽ:ergo paſſio vel paſſibilis qualitas non eſt particularis ſpecies. Et q̄rto: Oĩs q̄litas eſt forma ſubiecti, ergo forma nõ facit ſingularẽ ſpeciẽ. ¶ Et cõfir. Ari. in fine q̄rtę ſpẽi inſinuat eſſe alios plures modos, ⁊ ſpẽs qualitatis q̄ iſti q̄tuor:ergo numerus eſt inſufficiẽs. ¶ Scd̃o principaliter argr̃. Habitus dr̄ ab habendo: habere vero nõ ſolũ ꝑtinet ad qualitatẽ, ſed ad alia etiã prędicamẽta:dicimꝰ eñ habere quãtitatẽ, veſtẽ, amicũ ⁊c. ergo habitꝰ nõ eſt prima ſpẽs q̄litatis. ¶ Et cõfir. Habitꝰ ⁊ diſpoſitio ſolũ differunt penes difficile ⁊ facile remoueri:ſed hęc ſunt accidẽtales drĩę q̄ nõ mutãt ſpẽm:ergo non debuiſſet Ariſt. in duo mẽbra diuidere ad modũ duarũ ſpẽrum. ¶ Tertio principaliť argr̃ cõtra ſcd̃am ſpẽ;. Uel ſcd̃a ſpẽs differt a prima ĩ hoc ꝙ q̄litas ſcd̃ę ſpẽi eſt actiua:⁊ q̄litas primę ſpẽi nõ eſt actiua:⁊ hoc nõ, qꝛ ſunt multi habitꝰ actiui vt ſciẽtia ⁊ virtutes. Aut in hoc ꝙ q̄litas ſcd̃ę ſpẽi eſt q̄litas a natura, ſed qualitas primę ſpẽi eſt acquiſita:⁊ hoc nõ, qꝛ multę ſunt q̄litates primę ſpẽi etiã naturales:vt ſanitas ⁊ pulchritudo:⁊ ecõuerſo aliqua eſt potẽtia aduẽtitia: vt character ſacramẽtalis quẽ S. Th. 3. p. q. 63. ar. 2. reducit ad ſcd̃am ſpẽm q̄litatis. Aut differunt penes ſubm̃, ⁊ hoc nõ:qꝛ vtriuſq; ſpẽi q̄litates ſunt ⁊ in aĩa ⁊ in corpore, vt habet̃ in litera:ergo ſcd̃a ſpẽs nulla mõ differt a p̄ma. ¶ Et cõfir. p̄mo Ariſt. 5. me. tex. 19. vbi tractat de q̄litate, ſolas alias tres ſpẽs poſuit prętermiſſa ſcd̃a:ergo nõ debuiſſet hic illã interponere. ¶ Et cõfir. ſcd̃o: Impotẽtia ſolũ dicit priuationẽ potẽtię:ergo potẽtia ⁊ impotẽtia nõ ſunt duę q̄litates differẽtes ſpẽ:⁊ per ꝯñs nõ debuit explicari duobus noĩbus:nã p̄uatio vt cęcitas nõ ponit̃ in p̄dicamẽto de ꝑ ſe:ſed reductiue vbi ponit̃ viſus. ¶ Quarto principaliter argr̃ contra tertiã ſpẽm. Caliditas ⁊ frigiditas ponunt̃ ab Ari. in p̄ma ſpẽ:ergo nulla fuit rõ, vt ꝓpter has qualitates ſenſibiles ꝯſtitueret̃ tertia ſpẽs. ¶ Et cõfir. Paſſio ⁊ paſſibilis q̄litas nõ differũt ſpẽ, ſed ſolũ ſcd̃m eſſe remiſſum ⁊ intenſum:ergo illa ſpẽs nõ eſt bimẽbris. ¶ Quinto p̄ncipaliter argr̃ cõtra quartã ſpeciẽ. Aut forma accipit̃ illic gñaliter:⁊ ſic nõ eſt ꝓpria ſpẽs q̄litatis, cũ oĩs q̄litas ſit forma: aut accipit̃ ſpãliter ꝓ figura quãtitatis: ⁊ tũc nulla eſt drĩa inter figurã ⁊ formã:⁊ ꝑ ꝯñs ſpẽs illa nõ habet duas partes. ¶ Et cõfir. Aſperũ ⁊ lene dicũt figurã:ergo male excludunt̃ ab Ariſ. ab illa ſpẽ q̄litatis. Probat̃ añs, qꝛ ſicut curuũ eſt id cuius mediũ exit ab extremis, ⁊ rectũ cuiꝰ mediũ nõ exit ab extremis: ita aſperũ eſt cuiꝰ partes ſupficiales inęq̃liter ꝓminẽt aliq̄ aliis: ⁊ lene eſt cuius partes ęquali ſupficie terminãtur: vñ ſicut rectũ ⁊ curuũ pertinẽt ad hãc ſpeciẽ, ita aſperũ ⁊ lene. Rarũ vero ⁊ dẽſum videtur ꝑtinere ad ſecundã ſpẽm: ſicut molle ⁊ durũ. ¶ Q̄d ad ſcd̃m membrũ textꝰ attinet, cõtra primã proprietatẽ ſexto p̄ncipaliť argr̃. Cõtrarietas nõ cõuenit oĩ qualitati:vt Ariſ. ipſe cõfitet̃:nec cõuenit ſoli: ergo nullo mõ eſt ꝓpriũ q̄litatis. Probat̃ ſcd̃a pars antecedẽtis. Aut cõtrarietas accipit̃ large, vt includat priuatiue ⁊ relatiue oppoſita:⁊ has manifeſtũ eſt cõuenire drĩis ſubſtãtialibus, vt rationale ⁊ irrationale, ⁊ relatiuis, vt ſurſum deorſum. Aut accipit̃ ꝓprie ꝓ illis accidãtibus quę ſe circa idẽ ſubm̃ expelliũt:⁊ hęc ſolũ cõuenit duabꝰ p̄mis qualitatibꝰ. ſ. caliditati ⁊ frigiditati:quare male poſitũ eſt exẽplũ de albedine ⁊ nigredine, quę cũ nõ ſint qualitates actiuę,

nõ ꝓprie cõtrariant̃:aut ſi cõtrariant̃, eadẽ ratione flauũ ⁊ fuſcũ cõtrariant̃:qꝛ medij colores nõ poſſunt eſſe in eodem ſubiecto ſicut nec extremi. ¶ Septimo cõtra ſecundã ꝓprietatẽ argr̃. Aut intenſio fit ꝑ additionẽ gradꝰ ad gradũ ad modũ noĩaliũ, aut ꝑ maiorẽ radicationẽ in ſubiecto. Si p̄mum, nulla eſſet vna qualitas q̄ intenderet̃ vt infert Budęꝰ: nã gradus p̄exiſtẽs nunq̄; eſt maior: ſed aggregatũ ex illo ⁊ ſuperueniẽte:ſi ſc̃m, tũc argr̃ ſic: Gñale eſt oĩbꝰ accidentibꝰ ineſſe ſubiecto: ergo gñale eſt oĩbus magis aut minꝰ radicari in ſubiecto:⁊ ꝑ ꝯñs nõ eſt hoc propriũ qualitatis:ſed conuenit etiã quantitati ⁊ relationi. ¶ Et cõfir. Subm̃ recipit magis ⁊ minus rõne qualitatis: ergo a fortiori ſi concretũ recipit magis ⁊ minus, ⁊ abſtractũ recipit magis ⁊ minꝰ: q̄d eſt cõtra determinationẽ Ariſt. ¶ Octauo tandẽ argr̃ contra vltimã proprietatẽ. Non ſoli qualitati cõuenit ſcd̃m eã res eſſe ſimiles aut diſſimiles:ergo nõ eſt hoc propriũ quarto mõ: vt Ariſ. intẽdit:nã ſubſtãtię eiuſdẽ ſpẽi ſunt ſimiles in ſpẽ ſcd̃m rationẽ ſubſtantię:imo ꝓpterea gñatio aliqua dr̄ vniuoca, qꝛ ſubſtãtia geniti eſt ſimilis ſubſtãtię generãtis. Itẽ duę paternitates ſunt ſimiles, ⁊ paternitas ⁊ filiatio diſſimiles in gñe relationis:⁊ duę calefactiones ſunt ſimiles, ⁊ calefactio ⁊ frigefactio diſſimiles in gñe actionis. Imo in Deo, vbi nulla eſt qualitas, filius eſt ſimilis patri.

## ¶ Ad quæſtionẽ veluti ad ſupe

riores affirmatiue rñdetur. Et ideo in primo articulo quęſtionis rñdebimus ad quinq; argumẽta cõtra ſpẽs qualitatis: ⁊ in ſcd̃o articulo ad alia tria cõtra tres eius proprietates. Circa materiã primi argumẽti Boetius ꝓpter authoritatẽ Ariſt. adductã in (Ad primũ.) confirmatione cenſet alias eſſe plures ſpẽs qualitatis:ſed qꝛ Ariſt. introductionis mõ hic rẽ tractauit nõ enumerauit oẽs:vt nos aĩatos relinqueret ad alias perſcutandas. Nihilominus vt Ammonius ⁊ alij dicunt, credendũ non eſt Ariſtotelẽ, qui vbiq; copioſus eſt, ſpẽm aliquã prętermiſiſſe. Noĩales vti ſolent diſtinguũt quatuor iſtas ſpẽs per cõnotationes nominũ. Aiunt enim ꝙ quatuor iſtę ſpẽs nihil aliud ſunt quam quatuor binarij nominũ nõ coincidentes in ſua ſignificatione:vt hi termini habitus, diſpoſitio ⁊c. At manifeſtiſſimũ eſt Ariſtotelẽ nõ loqui hic de noĩbus vt patet inſpiciẽti exẽpla literę. Nomen eñ habitus, nõ eſt difficile mobilis, ſed res q̄ eſt habitus:nec naturalis potẽtia eſt nomẽ, ſed aptitudo naturalis: nec paſſibilis qualitas eſt nomẽ, ſed accidẽs immutatiuũ ſenſus:item qꝛ noĩa ſolũ ponunt̃ in prędicamẽto tanquã ſigna rerũ. ¶ Petit ergo argm̃ vnde ſumat̃ ſufficiẽtia quatuor ſpecierũ qualitatis, (Sufficientia ſpecierum.) vt nec plures ſint nec pauciores. Quã S. Tho. prima ſcd̃ę. q. 49. ar. 2. impugnata opinione Simplicij, egregie deducit hoc modo: Ratio qualitatis eſt eſſe modũ ſubſtãtię: ⁊ modus ſcd̃m Auguſt. ſuper Geneſim eſt mẽſura rei. i. terminatio aliciiꝰ potẽtię rei. Unde qꝛ potẽtia materię terminat̃ per formã, differẽtia ſubſtãtialis quę ſumitur a forma dicitur qualitas ſubſtãtialis rei. Et eadẽ ratione modus accidẽtalis terminãs aliquã potentiã ſubiecti, appellatur qualitas. Modus autẽ iſte poteſt ſumi vel in ordine ad naturã ſubiecti, vel in ordine ad eius actionem, vel in ordine ad eius quantitatem. Si ſit modus rei in ordine ad naturã, pertinet ad primã ſpeciẽ:vnde habitus vel diſpoſitio eſt qualitas perficiẽs ſubm̃ ſecundũ ſuã propriã naturã. Exẽpli gratia. Propria natura ⁊ perfectio aĩalis cõſiſtit in vita:ſanitas ergo (puta debita proportio humorũ) quę perficit rem ad iſtũ finẽ, pertinet ad primã ſpeciẽ qualitatis. Itẽ propria naturę aĩę inquantũ rationalis eſt vita ſe-

cundū̃ rationē:habitus ergo tā̃ intellectus ꝙ̃ voluntatis,q̃ perficit animā ad iſtū̃ finē, pertinēt ad p̃mā ſpeciē qualitatis.Et ad eādē pertinēt eorū̃ cōtraria .ſ.egritudo ⁊ iniuſtitia ⁊ reliqua id genꝰ.Vñ Ari.7.Phy.tex.17.habitus inquit eſt diſpoſitio ꝑfecti ad optimū̃.i. qualitas diſponens q̃ habet eſſe naturale ad optimū̃ eius finē.Si vero ſit modꝰ ſeu determinatio ſubiecti ſcd̃m actionē ⁊ paſſionē,tunc ſi pertinet ad principiū̃ operatiõis,eſt naturalis potētia vel impotētia pertinēs ad ſecūdā ſpeciē:ꝙ ſi ſit t̃mus actionis, ꝑtinet ad tertiā ſpeciē : eſt enĩ paſſibilis q̃litas id qd̃ ꝑ alterationē producit̃.Attamē ſi modꝰ ſit determinatio ſubiecti quātū̃ ad quātitatē,tūc eſt figura vel forma.¶Hinc ſequit̃ rõ ordinis harū̃ ſpecierū̃. Et enĩ q̃ natura ſubiecti p̃ſupponit actionē ⁊ paſſionē ⁊ quātitatē, accidēs qd̃ eſt modus rei quo ad eiꝰ naturā cõſtituit primā ſpeciē:⁊ modus dicēs principiū̃ actiõis cõſtituit ſecundā:⁊ q̃ dicit terminū̃ actionis cõſtituit tertiā: ⁊ tandē modus quātitatis cõſtituit quartā.¶Ad primū̃ ergo argm̃ rñdetur,ꝙ quãuis oĩs q̃litas cuiuſcunq; ſp̃ei ſit diſpoſitio ſubiecti, tñ diſpoſitio,vt ꝑtinet ad primā ſp̃ez,dicit diſpoſitionē ſubiecti in ordine immediate ad propriā naturā. Figura aũt de ſe nõ dicit ↄuenientiā aut diſcōueniētiā ad naturā:impertinēs.n.eſt quātitati vt habeat figurā triāgularē aut q̃drangularē: ⁊ pariter color q̃ eſt tertię ſp̃ei de ſe nõ dicit ↄuenientiā aut diſcõueniētiā naturę rei.Si tñ figurā aut colorē accipiamꝰ in quantū̃ cõueniūt naturę rei,ꝑtinēt ad p̃mā ſp̃ez: vt pulchritudo q̃ dicit debitā appoſitionē mēbrorū̃ ⁊ colorū̃ ſcd̃m naturā huius aut illiꝰ ſp̃ei aĩalis,ꝑtinet ad primā ſpeciē:⁊ pariter deformitas.Neq; potētia vel impotētia dicūt immediatū̃ ordinē ab bñ vel male eſſe naturę:ſed ad agēdū̃ vel patiēdū̃ ſimpliciter. Eodē mõ rñdetur ad alias duas partes argumētī: quãuis.n.oĩs qualitas ſit actiua,tñ p̃ma vel ſcd̃a vel tertia ſp̃es nõ dicūt de ſe ordinē ad actionē, ſed ſolū̃ ſcd̃a ſp̃es:⁊ quãuis oẽs q̃litates ꝓducerent̃ ꝑ aliquā actionē,tñ ſolū̃ tertia ſp̃es dicit formaliter,ꝙ ſit cauſa vel t̃mus paſſionis.Sed ad vltimū̃ membrū̃ rñdet̃, ꝙ forma q̃ cõſtituit q̃rtā ſpeciē non accipit̃ gñaliter, vt qd̃libet accidēs d̃r forma ſubti:ſed ſp̃aliter,vt eſt t̃mus quātitatis. ¶Ad cõf.rñdet̃, ꝙ illa v̾ba Ariſ.nõ inſinuāt plures eſſe ſp̃es q̃litatis,ſed autoritas eius ⁊ grauitas eſt ſimilia v̾ba in fine cuiuſcũq; tractatꝰ

Ad ſcd̃m.

adiicere:ac ſi rē nõ abſolutā p̃ſtitiſſet. ¶Ad ſecundū̃ p̃ncipale rñdet S.Tho.p̃ma ſcd̃ę.q.49.ar.1.ꝙ quãuis habitus dicat̃ ab hr̃e, põt tñ dici tripliciter: ⁊ eſt ad literā diſtinctio Ari.5.me.tex.28. Nā vno mõ habere idē eſt ꝙ habitio, qua vna res h̃ēt aliā inter q̃s nihil mediat niſi ſola relatio,aut poſſeſſionis aut quęuis alia vt habere ſeruū̃, habere pecuniā: ⁊ hoc nõ cõſtituit p̃dicamentū̃ ſp̃ale : ſed eſt ↄditio cõis q̃ facit vltimū̃ poſtp̃dicamentū̃ . Scd̃o mõ eſt habitio q̃ vna res habet aliā inter quas medias aliq̃d,quaſi ꝑ modū̃ actiõis aut paſſiõis licet nõ ſit vera actio: ſicut eſſet veſtitū̃,calciatū̃,armatū̃:nā eſſe veſtitū̃ non d̃r ſimpliciter h̃ēre veſtē p̃mo mõ, ſed h̃ēre illā veſtitā.Et hoc eſt vltimū̃ p̃dicamentū̃.Tertio mõ occip̃t habitus ꝓ q̃litate qua res aliqualiter ſe habēt in ſeipſa,vel in ordine ad aliud cõueniēter ad naturā ſuā ⁊ hęc ꝑtinet ad p̃mā ſp̃ēm q̃litatis.¶Ad cõfir.rñdet S.Th.loco mõ citato ad tertiā arg̃ dicēs, ꝙ diſpoſitio vno mõ accip̃t gñaliter, vt notauimꝰ in expoſitione p̃mi textꝰ ꝓ diſpoſitione quacũq;, ſiue facile ſiue difficile ſit remouibilis:⁊ ſic eſt genus ad habitū̃. Ait enĩ Ari.5.me.tex.25.ꝙ habitꝰ eſt diſpoſitio qua q̃s male vel bene diſponit̃. Alio mõ accip̃t ſp̃aliter, vt diuidit̃ contra habitū̃. Boetiꝰ vero ⁊ antiqui oẽs nullā aliā cõſtituūt differentiā inter habitū̃ ⁊ diſpoſitionē, niſi illā q̃ eſt inter perfectū̃ ⁊ imperfectū̃ in eadem ſp̃e:vt eadē qualitas ſub eſſe remiſſo ſit diſpoſitio,⁊ ſub eſſe intēſo ſit habitꝰ:ſcd̃m q̃s habitus ⁊ diſpoſitio nõ differūt ſp̃ē.At S.Th. illic oculatius literā Ariſ.cõtēplatus dicit,ꝙ differūt ſp̃ē:vt habitus ſit illa qualitas q̃ ex gñe ſuo eſt difficile mobilis: q̃ ex gñe ſuo nõ habet faciles cauſas corruptionis: vt ſunt habitus,intellectus,⁊ appetitus:quorū̃ exēpla ponit Ariſt.Sciētia enĩ inq̃t ex gñe ſuo nõ habet cõtrariū̃ qd̃ facile ipſam corrũpat, niſi vehementi aut diuturno morbo quis incidat in amentiā. ¶Vbi animaduertendū̃ eſt,ꝙ Ariſ. nõ vtit̃ hic noĩe ſciētię generalit̃:ſed ꝓprie vt diſtinguit̃ cõtra opinionē: nec ſciētia d̃r difficile mobilis ſolū̃ ꝓpter intenſionē,ſed q̃ ſciētia gñatur ꝑ demõſtrationē,q̃ vnico actu conuincit intellectū̃ ⁊ gñat habitū̃:vt notat S.Th.p̃ma ſcd̃ę.q.51.ar.3.⁊ ideo nõ h̃ēt cauſas corruptionis cõtrarias:ſed ſolū̃ ꝑ obliuionē.Vñ opinio quātuncũq; ſit intēſiſſima,nõ eſt ex gñe ſuo difficile mobilis,neq; eſt habitꝰ:q̃ rõne ꝓbabili corrũpitur. Verū̃ eſt tñ, ꝙ quãuis ſciētia vnico actu gñetur quantū̃ ad vſum intellectꝰ, tñ vt hęreat memorię,indiget(vt dicit illic S.Tho.) aliqua aſſiduitate:⁊ hoc eſt qd̃ dicit hic Ariſ.ꝙ ſi quiſpiā mediocriter ſcientiā acquirat,tūc eſt difficile mobilis: ⁊ idē eſt de virtutibꝰ moralibꝰ: nā virtus ex gñe ſuo dicit connexionē cũ prudētia ⁊ ſedatas paſſiones:⁊ ideo ex gñe ſuo non habet cõtrarias cauſas corruptionis in eodē ſubiecto:ſed tñ calor febrilis aut frigiditas ex gñe ſuo facile corrũpitur a cõtrario:niſi ob diuturnitatē efficiatur quodā mõ naturalis:ſicut hectica q̃ eſt calor cõfirmatus: ⁊ paralyſis,q̃ eſt confirmata frigiditas,⁊ pariter ſanitas ex gñe ſuo eſt diſpoſitio. Quo fit,vt ſciētia ⁊ virtꝰ q̃ ex gñe ſuo dicit habitū̃ difficile mobilē,de ꝑ accidēs in principio acq̃ſitionis habeat modū̃ diſpoſitionis: ⁊ ecõuerſo calor ⁊ frigus, ⁊ ſanitas q̃ ex gñe ſuo dicūt diſpoſitionē,ꝑ accidēs efficient̃ habitus. ¶Rationē horū̃ noĩm poſſumus aſſignare, q̃ cũ habitus dicat̃ ab habere:⁊ res nõ habeat̃,niſi firmiter teneatur,diſpoſitio nõ habet nomē habitus quoaduſq; firmiter teneat̃,aut nos teneat. Nā in bonis ⁊ cõueniētibus nos tenemus habitū̃ : in malis vero ⁊ diſcõueniētibus,ipſi nos habēt,vt h̃r. 5.me.t.28. Et hęc ad cõfirmationē. ¶Circa tertiū̃ p̃cipale notandū̃ eſt:

Habitus ⁊ diſpoſitio.

Ad tertiū̃.

ꝙ inter primā ⁊ ſecundā ſp̃ēm non eſt hęc d̾ria,ꝙ ſola qualitas ſcd̃ę ſp̃ei ſit actiua:⁊ q̃litas p̃mę nõ ſit actiua : licet ex ante dictis q̃s in hoc poſſit falli:eo ꝙ qualitas primę ſp̃ei dicit ordinē ſolū̃ ad naturā ⁊ bene eſſe rei:qualitas vero ſcd̃ę ſp̃ei dicit potētiā ⁊ virtutē agēdi aut patiēdi. Nõ enĩ inquā hęc eſt differētia,vt ait S.Tho.loco citato ar.3.nā quãuis habitꝰ immediate diſponat rem ad bene eſſe, dupliciter tñ cõuenit habitui vt ſit actiuus. Vno mõ mediate: q̃ quod diſponit rem ad bene eſſe,diſponit mediate ad bene operari:ſicut ſanitas diſponens ad eſſe,mediate,diſponit ad robuſte agere. Secundo modo habitus poteſt eſſe actiuus ratione ſubiecti. Exēpli gr̃a. Habitus qui eſt in potētia , puta intellectu aut voluntate,eo ꝙ diſponat potentiā ad bñ eſſe:⁊ bene eſſe potentię per ſe eſt bene operari, eſt operatiuus ratione ſubiecti.¶Neq; differunt ſecundo modo tacto in argumento,vt argm̃ probat:tametſi Simplicius ita crediderit,propterea ꝙ Ariſt.ſecundā ſpeciē appellat qualitatē naturalē, nõ tamē primā.Ratio enĩ huius appellationis fuit: tũ q̃ nõ potuit illā ſignificantius diſcernere a prima:aptitudo enim luctandi primę ⁊ ſecundę ſpeciei non differt, niſi q̃ illa eſt ab arte,⁊ hęc a natura:tũ etiā q̃ apud Ariſtotelē nulla eſt qualitas ſecundę ſp̃ei niſi naturalis aut facta naturalis:in prima vero ſunt ſ naturales ⁊ acq̃ſitę.

¶Neq;



¶Neq; differunt tertio modo, vt opinatus eſt Alexander,qui credebat in prima ſpecie ſolas eſſe qualitates ſp̃ũales ⁊ in ſcd̃a corporeas:dicēs ꝙ Ariſt.poſuit exēplū̃ de ſanitate ⁊ ęgritudine: nõ ꝙ pertineāt ad primā ſpeciem,ſed per modū̃ exēpli:ꝙ ſicut ęgritudo ⁊ ſanitas ſunt facile mobiles, ita ſe habet diſpoſitio ad ſcientiam.Sed re vera vt S. Tho.1. 2.q. 50.art.1.meminit,negari non poteſt quin ſanitas ⁊ ęgritudo ſint qualitates primę ſpeciei, nam eodem modo poſuit Ariſto. exēplū̃ de illis ſicut de ſcientijs

D̾ria inter p̃mā ⁊ ſecū̃dā ſpeciem

¶Differentia igitur formalis ſumenda eſt inter primā ⁊ ſecū̃dā ſpeciē ex definitione habitus.5.me.tex. 25.vbi ait Ariſt.ꝙ habitus eſt diſpoſitio qua aliquid bene vel male diſponit̃.Itaq; potētia ſolū̃ dicit principiū̃ operādi,vt abſtrahit a bene vel male, ⁊ conueniēter ⁊ diſcõueniēter: ſed habitꝰ vel diſpoſitio dicit bñ vel male.Vt enĩ ait S.Tho.1.2.q.49.art.2.in ſola prima ſpecie qualitatis reperitur hęc differentia, bñ vel male:eo ꝙ bonū̃ vel malū̃ dicit cõueniētiā vel diſcõuenientiā naturę rei:quā ſola prima ſp̃es q̃litatis ſignificat.Exēpli gratia.Intellectus,de ſe nõ dicit niſi ſolum principium intelligēdi,ſiue bene ſiue male:ſed ſciētia,quę pertinet ad primā ſpeciē eſt habitus bene ⁊ faciliter operandi: ⁊ error,eſt habitus male operādi:⁊ ſimiliter virtus ⁊ vitiū̃.¶Ad confir. autem rñdet illic S. Tho. ⁊ Cõmentator, ꝙ Ariſto. 5. met.non meminit potentię inter ſpecies qualitatis:eo ꝙ parum ante text.15.tractauerat de illa ſub proprio noĩe potentię: hic autem connumerat inter ſpecies qualitatis,q̃ ſm̃ potentiā etiā dicimur quales. Quęrēti.n.qualis eſt hõ,congrue rñdetur, ꝙ ſit aptus aut ineptus ad luctā,robuſtus aut imbecilis, aut ꝙ lapis ſit durus aut mollis.¶Hinc fit,vt quemadmodum in prima ſpeciei ſubalterna habitus ⁊ diſpoſitio ſunt ex genere ſuo ſpecies diſtinctę , ita et in hac,naturalis potentia ⁊ impotentia.Neq; impotentia ſolū̃ dicit priuationē ſed poſitiuā qualitatem: vt ęgrotatiuū̃ ⁊ molle. ¶Reſtat tñ dubium circa tertiū̃ membrū̃ argumētī:vr̃.n.ꝙ habitus nullus ſit in anima,ſed oĩs habitus debeat eſſe in ſubiecto diuiſibili:nā Ariſt.5.me.tex.24.anteq̃ dixiſſet ꝙ habitus eſt diſpoſitio,pręmiſerat,ꝙ diſpoſitio eſt ordo habentis partes.Vñ fit vt habitus nõ ſit niſi in ſubiecto habēte partes. ¶Locus eſt in hac materia ſubobſcurꝰ.

Diſpoſitio eſt ordo.

Ipſe tñ ſe exponit ſi recte intelligatur. Ait enĩ ꝙ diſpoſito eſt ordo habētis partes,aut in ordine ad locū̃:⁊ hęc pertinet ad prędicamentum ſitus,aut ſcd̃m potentiā,⁊ hic eſt habitus corporalis:vt ſanitas quę eſt proportio humorū̃ quos vocat partes:aut ſm̃ ſpeciē,⁊ hic eſt habitꝰ operatiuus aĩę.Vocat enĩ partes animę potētias eius per quas ex ſua natura indifferens eſt ad plura,⁊ ad bene vel male operādum. At qui ſenſus eſt ꝙ res non indiget habitu operatiuo qñ ſuapte natura determinata eſt ad vnum,vt calor ignis nõ eſt habitus,quia ignis a natura determinatur ad vnico modo operādū̃:ſed tñ ſcientia ⁊ virtus ſunt habitꝰ determinātes potētias quę ſunt partes aĩę de ſe indifferētes:determinantes(inquam)ad bñ

Ad quartū̃

vel male operandū̃.¶Ad quartum principale rñdet S.Tho.quęſtione citata,ar.2.ad primū̃ argumentū̃: ꝙ ſi calor ⁊ frigus accipiātur abſolute vt ſolū̃ dicūt ordinē ad paſſionē cuius ſunt cauſa aut effectus,tūc pertinēt ad tertiā ſpeciē. Si vero accipiant̃ tanquā cõuenientia,aut diſcõueniētia naturę ſubiecti, tunc pertinent ad primā ſpeciem.Exēpli gratia.Calor ⁊ frigus vt ſunt obiecta ſenſus ſunt paſſibiles qualitates:ſed febris quę eſt calor diſcõueniēs naturę,pertinet ad primā ſpeciē:vt ephimera ⁊ tertiana quę facile eſt trāſmutabilis eſt diſpoſitio:hectica vero eſt habitus.Eodē modo frigus diſponēs ad paralyſim eſt diſpoſitio:ſed paralyſis cõfirmata eſt habitus.Quēadmodū̃ paulo ante diximus,q̃ quãuis figura ſimpliciter ⁊ color ſunt in quarta ⁊ tertia ſpecie: tamē pulchritudo quę dicit proportionē cõueniētē naturę eſt in prima ſpecie.¶Ad cõfir.rñdetur, ꝙ in hac tertia ſpecie forſan nõ eſt d̾ria ſpecifica ex genere inter paſſionē ⁊ paſſibilē qualitatē:rubor enim ex verecundia aut naturalis nõ vr̃ ex gñe differre ſpecie(quãuis oppoſitū̃ nõ ſit oĩno improbabile) fuit tñ neceſſariū̃ diuidere in duo mēbra:quia differūt aut ex parte cauſę aut ex parte ſubiecti penes facile ⁊ difficile mobile. Rubor enim qui eſt ex motu verecū̃dię,aut pallor ex metu nunq̃ poſſunt eſſe paſſibiles q̃litates:q̃ ratione cauſę habēt vt facile trāſeant. Calor vero in igne ⁊ frigiditas in aqua ratione ſubiecti habent, ꝙ ſint paſſibiles qualitates:nam ſunt naturales ſubiecto a quo non remouentur niſi per corruptionem ſubiecti Vnde S.Tho.1.2.q.49.ar.2.dicit,ꝙ in tribus prioribus ſpeciebus inuenitur hęc d̾ria.ſ.facile ⁊ difficile mobile:eo ꝙ huiuſmodi qualitates aut ſunt principia aut termini actionū̃.In quarta vero,nõ inuenit̃: quia figura eſt terminus quātitatis,quę de ſe nõ eſt actiua:⁊ ideo figura nec acquiritur nec deperditur

Ad quintū̃

per ſe,niſi ex mutatione quātitatis.¶Ad quintū̃ varij ſunt modi rñdendi.Expoſitores huius tempeſtatis fere dicunt formam ⁊ figuram differre : ꝙ forma ſit modus quātitatis diſcretę:vt par ⁊ impar.Figura vero eſt t̃mus quantitatis continuę:⁊ triangulus. Hęc tñ expoſitio nullum habet fundamentum, neq; in ſignificatione nominū̃(quia forma de ſe nõ magis ſignificat modum quantitatis diſcretę quā cõtinuę) neq; in Ariſtotele,cuius verba ſunt : Quartum genus eſt figura ⁊ vniuſcuiuſq; rei forma : vbi inſinuatur ꝙ forma eſt qualitas rei continuę.Boetius dicit,ꝙ forma accipitur hic pro qualitate a qua homines dicuntur formoſi:ita vt forma ſit decor ſuperadditus figurę:ſed certe hoc eſt falſum:nam pulchritudo,⁊ deformitas pertinent ad primam ſpeciem vt dictum eſt:cum dicant rei conueniētiam.Albertus dicit,ꝙ ſolū̃ differunt ratione, vt forma dicātur figura rei in quantū̃ cõueniēs ſpeciei ⁊ formę ſubſtantiali: figura vero dicatur inquantum eſt terminus quantitatis.Sed hoc etiā videt̃ falſum:nā figura in quantum conuenit ſpeciei, pertinet ad pulchritudinem. ¶Vt ergo ex phraſi Ariſt.conijcere poſſum, figura ⁊ forma differunt:ꝙ figura dicit ſuperficiē lineis certis ⁊ angulis vel circulo terminatā: vt abſtrahit ab hac ⁊ ab illa materia.ſ.vt cadit ſub cõſideratiõe mathematica:vt triāgulus,quadrāgulus, circulus ⁊c. nā figura ſcd̃m Euclidē eſt q̃ termino vel terminis clauditur.Et ita Ariſt.5.me.tex.19. hāc ſpeciē qualitatis appellat immobilia mathematica.i.figuram vt abſtrahit ab ente naturali mobili:puta ferro , ligno ⁊c. Forma vero dicit figuram rerū̃ naturalium aut artificialium:vt domus,turris,ſtatua, etſi darentur ſimplicia nomina ſignificātia naturales figuras. Et ideo ſubdit Ari.ꝙ etiā rectū̃ ⁊ curuū̃ ꝑtinēt ad hanc ſpeciē.ſ.tanquā tertiū̃ mēbrū̃:q̃ rectū̃ ⁊ curuū̃, cum nõ dicat aliquid lineis terminatū̃, nõ dicit figuram, neq; perfectā formā:ſed ſunt formę impfectę ſeu partes formę:vt arcus ſemicirculi eſt pars circuli.Item conuexū̃ ⁊c.Verū̃ eſt ꝙ aliq̃, ⁊ figuras appellamus

Aſperum.

formas,⁊ formas figuras.¶Ad confir.rñdet̃,ꝙ de aſpero ⁊ leni autor ſex principiorū̃ in p̃dicamēto ſitus vr̃ contradicere Ariſto. affirmans, ꝙ hęc ſunt qualitates. Et Albertus illic concordat ſententias dicēs,ꝙ aſperū̃ ⁊ lene,accipit̃ vno mõ vt dicit ſolā poſitionē partiū̃ inęqualiter vel ęq̃liter, ⁊ ſic pertinet ad ſitū̃ partiū̃,vel in ordine ad locū̃,vel inter ſeipſas: ſicut dicit Ariſt. in p̃dicamēto quātitatis,ꝙ partes

quantitatis habēt poſitionē ſcdm ſurſum ⁊ deorſum. Secūdo modo accipiūtur, vt dicunt figuram ipſam imperfectam ſicut rectum ⁊ curuū: ⁊ ſic ſunt in hac quarta ſpecie qualitatis. Et tertio modo adhuc poſſunt comparari in ordine ad tactum, in quo aſperū, facit auſteritatem, ⁊ lene, dulcedinem: ⁊ ſic pertinēt ad tertiam ſpeciem. Nec propterea idem ſecūdū eandem ſignificationem ponitur in diuerſis prędicamētis: ſed penuria nominū eſt in cauſa, vt vnum nomen poſſit accipi ſecundum diuerſas connotationes.

¶ Numerus rerum & nominū huius prędicamēti multo copioſior eſt ꝙ̄ vt poſſit ob oculos poni: ſed per differentias q̄ inter has ſpecies conſtitutę ſunt de ſingulis iudicādum eſt. Atq; adeo qualitates ſupernaturales quāuis nō cōprehēdātur ſub rationibus naturalibꝰ, reducūtur tamen ad prędicamēta: vt gratia ponitur in prima ſpecie qualitatis tanquā habitus: non quidē immediate operatiuus: quia non ſubiectatur in potētia, ſed in eſſentia dans animę eſſe ſupranaturale: ⁊ ideo eſt ſicut ſanitas ſupernaturalis. Vel poteſt conſiderari tanquā lumen, vt pertineat ad tertiā ſpeciem: nam lumen in aſtris, vbi habet eſſe permanens, eſt ſicut paſſibilis qualitas: in aere vero, ſicut paſſio. Et ita lumen glorię in beatis eſt ſicut paſſibilis qualitas: in Paulo vero in raptu, ſicut paſſio. Vel ſi conſideretur ratione ſubiecti: vt eſt virtus intellectus ad videndum Deum, in beatis eſt ſicut habitus, ⁊ in Paulo, ſicut diſpoſitio. Habitus vero infuſi vt fides, charitas ⁊c. omnes ſunt habitus operatiui primę ſpeciei. ¶ In ſecunda vero ſpecie ponitur character ſacramentalis vt citatum eſt ex S. Thoma in tertio argumento: quia character Baptiſmi ſolum dicit potentiam ad ſuſcipiēda ſacramenta, ⁊ character ordinis ad ea miniſtranda, ſiue bene, ſiue male: nam malus Chriſtianus vere ſuſcipit, ⁊ malus epiſcopus vere confert ſacramentum. ¶ Ad hanc ſpeciem reducuntur omnia inſtrumēta, vt gladius, ſerra, malleus ⁊c. hęc enim de ſe non dicunt formā, ſed virtutē agendi: quanuis hoc faciant per formā. Et quāuis calor ⁊ frigus abſolute ſunt in tertia ſpecie, tamen calor ignis ⁊ frigꝰ aquę ſi conſiderentur vt virtutes naturales agendi, ſunt in ſecunda ſpecie. ¶ In tertia ſpecie ſunt omnia obiecta ſenſuū: vt ſi dicas acutū ⁊ graue in ſono aut in tactu. Et in quarta omnia nomina figurarum ⁊ formarum, vt expoſitum eſt. ¶ At vero de diſtinctione qualitatis a ſubſtantia non exiſtimauimus neceſſarium eſſe quęſtionem diſputare. Conuenit enim inter oēs, primā ⁊ tertiā ſpeciem qualitatis diſtingui a ſubſtantia. Unde nominales dicunt ſolum prędicamentum ⁊ dimidium realiter diſtingui: puta ſubſtantiam ⁊ duas ſpecies qualitatis. Nihilominus in prędicabilibus, capite de proprio, monſtratum eſt ſecundam etiam ſpeciem diſtingui. De quarta vero ſpecie quāuis id nō ſit euidens, veriſimilius tamē eſt, ꝙ figura diſtinguatur a re figurata, maxime ſi quātitas diſtinguatur a re quāta. Dum tamen figurā vniꝰ rei continuę, vt ſtatuam vnius lapidis, dicamus ſimpliciter eſſe vnam rem: figuram tamen pluriū rerū, vt figuram domus, quę conſtat ex pluribus lapidibus ⁊ lignis, non affirmemus eſſe ſimpliciter vnā, ſed cōpoſitā ex figuris partiū. Et hęc de primo articulo.

Gra in prima ſpē qualitatis.

Character ſacramētalis ad ſecūdā ſpeciem pertinet.

¶ In ſecundo articulo dicēdum eſt de proprietatibꝰ qualitatis. Unde ad ſextū argumentum rūdetur, ꝙ cōtrarietas, vt eſt propriū qualitatis, accipit̄ proprie vt diſtinguitur contra priuatiue ⁊ relatiue oppoſita, vt. ſ. ſunt accidentia mutuo ſeſe expellentia circa idem ſubiectum. ¶ Sed eſt notandū, ꝙ cōtrarietas per ſe primo reperitur in tertia ſpecie qualitatis, vbi ſunt quatuor primę qualitates elementorum. ſ. caliditas, frigiditas, humiditas, ⁊ ſiccitas: quarū duę primę ſunt principaliter actiuę, ⁊ duę ſecundę paſſiuę. Et ratione iſtarum contrariantur quęcūq; res ſint cōtrarię. Ut in prędicamento ſubſtantię ignis contrariatur aquę ratione caloris: ⁊ in prędicamento actionis calefactio ⁊ frigefactio contrariātur ratione terminorum qui ſunt qualitates contrarię. Et generaliter, vt notat Ariſt. non ſolū abſtracta, ſed cōcreta ipſa ſunt contraria ratione abſtractorū, vt album nigro, calidum frigido ⁊c. Secundo reperitur contrarietas in qualitatibus ſecundis quę fiunt ex iſtis, vt inter albedinem ⁊ nigredinem, amarum ⁊ dulce ⁊c. ¶ Sed eſt ſecundo notandum, ꝙ contrarietas eſt maxima diſtantia, qꝛ eſt perfecta oppoſitio: ⁊ ideo ſimpliciter non reperitur niſi inter duo extrema, vt ſunt albedo et nigredo, dulcedo ⁊ amaritudo. Medij vero colores non cōtrariantur per ſe niſi ratione extremorū: vt rubeum nō cōtrariatur viridi, niſi quatenus vnus color participat de albedine, ⁊ alius de nigredine. Unde illi colores qui magis accedunt ad iſtos extremos magis cōtrariantur. ¶ In ſpiritualibus autem eſt contrarietas per ſe ⁊ proprie: non ratione primarū qualitatū, ſed ad ſimilitudinē illarū: nam cauſę productiuę falſi habitus intellectus corrumpunt habitū verū contrarium: ⁊ paſſiones intēperantię corrūpunt habitum temperātię: ⁊ quę corrūpunt habitum iuſtitię, generant habitum iniuſtitię. Intemperātia enim ⁊ iniuſtitia non dicunt priuationes, ſed habitus poſitiuos. ¶ Hinc perſpicuum eſt corolarium Ariſto. ꝙ ſi vnū contrariorum eſt in prędicamēto qualitatis, reliquum eſt in eodem. Loquitur enim de contrarietate proprie dicta, quę non eſt niſi inter poſitiuas qualitates. Tametſi in priuatiue oppoſitis quodam modo verum habeat: nam licet priuatio per ſe nō ſit in prędicamento (cū non dicat verum ens) tamē reducitur ad genus ſui poſitiui: vt cęcitas reducitur ad ſecundam ſpeciem qualitatis, vbi eſt viſus: ⁊ tenebrę ad tertiā, vbi eſt lumē. ¶ Ad ſeptimum principale reſpondetur, ꝙ modo nō eſt locus diſputandi quo modo fiat intenſio: ſed pro nunc reſpondemus, ꝙ fit per maiorem radicationem in ſubiecto. ¶ Notādum eſt tn̄, ꝙ quāuis omne accidens inſit ſubiecto, tamē quia quantitas et relatio per ſe non ſunt accidentia actiua, non radicantur magis ⁊ minus. Qualitatibꝰ vero aut actiuis, aut ſecundis quę ex illis fiunt, proprium eſt per actionem magis ⁊ minus radicari in ſubiecto. Unde eadem eſt ratio vt propriū ſit huius prędicamenti habere contraria, ⁊ recipere magis ⁊ minus: puta ratio actionis ⁊ paſſionis quę conuenit qualitatibus primis. Et per hoc ſoluitur argumentum. ¶ Sed pro ſolutione confirmationis ⁊ pro intelligentia textus ſeptimi notādum eſt hic, quid eſt aliquid ſuſcipere magis ⁊ minꝰ: vt intelligatur quo modo concretum ſuſcipit magis ⁊ minus: abſtractū vero, minime. Enimuero recipere magis et minus formaliter non eſt eſſe magis aut minus intēſum (vt multi falſo exiſtimāt) alias abſtractū potius reciperet magis ⁊ minus ꝙ̄ concretum: albedo enim magis aut minus intenditur in ſubiecto. Sed ſuſcipere magis ⁊ minus eſt ꝙ nomen accidentis prędicetur cum magis ⁊ minus aut cum comparatiuo. Unde fit manifeſtum quomodo concretū ſuſcipit magis ⁊ minus, ſed abſtractum non item. Calidū enim eſt calidius alio aut minus calidum: ſed tn̄ calor nō eſt magis calor: bene tn̄ intenſior, ſed nō magis aut minus calor. Item album eſt magis aut minus album, ſed tamen albedo non eſt magis aut minus albedo.

Ad ſextum

Contrarie

Ad ſeptimum.

Suſcipere magis ⁊ minus.



¶ Hinc palā fit quomodo in alijs p̄dicamentis nō eſt magis aut minus: qꝛ propria denoīatio quantitatis nō ſuſcipit cōparationē: nihil. n. eſt magis aut minꝰ quātum, lineatū, aut ſuperficiatū ⁊c. ſed in relatione eſt magis aut minus ſimile ratiōe qualitatis. Et eſt hic inſignis locus Ariſ. ad confirmandū intenſionē non fieri per additionē: ſed per radicationē in ſubiecto: nam ſi intenſio fieret per hoc ꝙ albedo reciperet nouos gradus albedinis, certe ſicut albedo dicit̄ magis intenſa, ita diceretur magis albedo: ſed quia intēſio non fit niſi per hoc ꝙ albedo magis actuat ⁊ perficit ſubm̄, illud dicit̄ magis albū, albedo vero nō dicit̄ magis albedo. ¶ Ad octauū argum̄ rn̄detur, ꝙ hoc eſt propriſſimū qualitatis, vt ſm̄ eam res dicantur ſimiles, aut diſſimiles, ſicut eſt propriſſimū quātitatis, vt ſecundū eam res dicātur ęquales vel inęquales. Un̄ ſicut nihil dicit̄ ęquale vel inęquale niſi quatenus participat aliquā rationem quantitatis: ita nihil dr̄ ſimile aut diſſimile, niſi quatenus participat rationem qualitatis. Exēpli gr̄a. Duo hoīes dicūtur ęquales in ꝑfectione: qꝛ eſt vnus gradꝰ perfectionis in illis, ⁊ vnū eſt ratio quātitatis: ſed dicunt̄ ſimiles in ſpecie, qꝛ ſpecies habet ſe vt qualitas ſubſtantialis indiuidui. Et eodē mō duo patres ſunt ſimiles in paternitate: quia paternitas in quantū accidēs habet ſe vt forma ⁊ qualitas ſubiecti: ⁊ duę calefactiōes ſunt ſimiles, quia ꝓducunt ſimiles qualitates. Et in ſumma, ſicut duo alba ęqualiter intenſa dicuntur ęqualia in albedine, eo ꝙ habēt vnitatē gradus (quę vnitas eſt ratio quantitatis) ita per oppoſitum duo quanta ęqualia, dicuntur ſimilia: quia habēt eandē quantitatē, q̄ inquātū accidēs, eſt ſicut forma ⁊ q̄litas ſubiecti. Et hoc eſt qd̄ dicit Ariſto. 5. me. tex. 20. vnitas in ſubſtātia facit idē: in quātitate vero, facit ęquale: ſed vnitas in q̄litate facit ſimile.

## De Actione & paſsione. CAP. IX.

SVſcipit & ipſum agere patiue contrarietatem. Calefacere nanq; & frigefacere, & calefieri & frigefieri, & voluptate ac dolore affici, cōtraria ſunt: quare contrarietatem ſuſcipiunt. Gradus quoq; ſuſcipiunt, vt magis atq; minùs dicantur. Fit enim vt magis quippiam minúſve calefaciat, & itidem calefiat: & doleat magis minúſve: quare agere patiue gradus ſuſcipiunt, vti diximus. De his igitur tot à nobis ſint dicta. Dictum eſt autem & de ſitum eſſe, in hiſce quæ diximus de ijs quæ ſunt ad aliquid, denominatiuū ipſum à poſitionibus dici. De cæteris verò, vt de quando, de vbi, & de habere: quia ſunt manifeſta, nil aliud dicitur quàm ea quæ in principio diximꝰ: habere quidem, indutum atq; armatū eſſe ſignificare: vbi verò, in Lycéo eſſe, & cætera quæcūq; de ipſis ſunt dicta. De generibus ergo propoſitis ea quæ ſunt dicta, ſufficiunt.

SEx vltima prædicamenta Ariſtoteles ſumma breuitate perſtringit. Duas enim tantum enumerat proprietates actionis ⁊ paſſionis: reliqua vero quatuor ſub ſilētio ꝓtermittit, eo (vt inq̄t) ꝙ ⁊ facilima ſunt cognitu, ⁊ non adeo ad vſum neceſſaria. Nihilo minꝰ Gilbertꝰ Porretanꝰ ſupplemētū huic capitulo adiecit, qd̄ libellus ſex principiorū inſcribitur: vn̄ ⁊ ipſe author ſex principioꝝ appellat̄. Grece ſcripſit, cuius, pręter veterem, extat elegantiſſima tranſlatio Hermolai Barbari. Et Albertus in commēto illius inquirit, cur appellentur ſex principia ⁊ non potius ſex genera: cū Ariſt. decem prędicamenta appellet gn̄a. Non tamen exiſtimo hoc diſputatione dignū: oīa. n. decē dicūtur ⁊ gn̄a ⁊ principia. Gn̄a quidē quia ſunt prima p̄dicata quidditatiua in q̄ fit vltima reſolutio definitionis ex parte generis: eſt. n. hō aīal rōnale: ⁊ aīal corpꝰ ſenſibile: ⁊ corpꝰ, ſubſtantia. Et eadē ratiōe dicūtur prima principia: nā principiū eſt ex quo cōponitur ſubſtātia ⁊ definitio rei ⁊ in quod fit vltima reſolutio. Itaq; quodcūq; generaliſſimū eſt genus, qꝛ eſt totū cōtinēs ſub ſe ſpecies: ⁊ eſt principiū formale vnde res dimanant. Differunt tn̄ iſta ſex gn̄a a pręcedētibus quatuor: quia reliqua aut ſunt ſubſtantia aut formaliter in ſubſtantia: hęc vero ſunt extrinſeca quę circunſtant ſubſtātiam, vt eſſe in loco, eſſe in tempore, eſſe veſtitum ⁊c.

¶ Prima & potiſsima quæſtio eſt hic: An ſex vltima p̄dicamēta ſint relatiōes: quā partim ſeptimo capite diſputauimus. Et quidē ante Scotū nullꝰ dixit ꝙ eſſent relatiōes: ſed ipſe excogitauit relationē intrinſecus aduenietē in locis q̄ illic citauimꝰ: qꝛ opinatus eſt alijs eſſe relatiōes q̄ nō habēt rationē fundandi diſtinctā a ſubiecto: qd̄ illic ſatis ꝓ captu dialecticoꝝ impugnauimꝰ. Modo vero oſtēdere reſtat quō ſex p̄dicamēta nō ſunt relationes extrinſecꝰ aduenietes: qꝛ ꝙ nō ſint intrinſecꝰ aduenietes, Scotus cōcedit. Aut ꝑ relationes extrinſecꝰ aduenietes intelliguntur relationes ſm̄ dici: ⁊ hoc nō: quia hęc nō ſunt vere relatiua, vt ſupra expoſitū eſt: relationes vero extrinſecus aduenietes q̄rū ipſe ponit exēplū. ſ. vnio materię ad formā, aut accidētis ad ſubm̄, aut humanitatis ad verbū, ſunt relationes ſm̄ eſſe: nā eſſe vnitū nihil aliud eſt quā eſſe ad aliud. Si aūt relatio extrinſecꝰ adueniēs ſit relatio ſm̄ eſſe, tunc ſequit̄ ꝙ ſit in tertio p̄dicamento: nā ꝙ accidēs ſit ab intrinſeco, vel veniat ab extrinſeco nō variat formā prędicamēti (ſanitas. n. eſt in p̄ma ſpecie q̄litatis ſiue ſit a natura ſiue a medicina, ⁊ forma eſt in quarta, ſiue ſit naturalis ſiue artificialis.) Quod ſi relatio extrinſecus adueniēs eſt in tertio prędicamento, ſuꝑflua ſunt ſex vltima: nā prędicamēta ſunt impermixta. ¶ Et cōfir. Prędicamēta, vt habet̄. 10. meta. text. 14. ſunt p̄mo diuerſa: ergo ſicut hęc apud Ariſt. ſubſtātia eſt relatio, eſt immediate falſa: ita ⁊ hęc, relatio eſt vbi, aut ſitus ⁊c. ¶ Scdō arḡ. Relatio ſm̄ Ari. 5. me. tex. 10. fundat̄ ſuꝑ actionē ⁊ paſſionē: ſed vna relatio nō fundat̄ ſuꝑ aliā (nā ſufficiēter numerauit Ariſt. fundamēta relationis quātitatē ⁊ actionē ⁊ mēſurā, ergo actio ⁊ paſſio non ſunt relationes. ¶ Et cōfir. qꝛ expſſe dicit Ariſt. 3. phy. tex. 19. ꝙ actio eſt motꝰ: motꝰ aūt nō eſt relatio. ¶ Et tertio tādē arḡ. Ubi, eſt eſſe in hoc loco: ⁊ qn̄, eſt eſſe hodie: ⁊ habitus, eſt eſſe veſtitū: hęc aūt ex ſua ſignificatione nō dicūt relationē: eſſe. n. duplū nihil aliud dicit quā eſſe ad aliud: ſed eſſe hic ſignificat vere rē abſolutā, puta hūc locū: ⁊ eſſe veſtitū, habere veſtē circa corpus. ¶ Eſt ergo ꝯcluſio, ꝙ ſex vltima p̄dicamēta ſunt relatiua ſm̄ dici: q̄ nō ſunt vere relatiua ſ3 res abſolutę, q̄ tn̄ explicari nō poſſunt niſi ꝑ reſpectū ad res a quibꝰ dependēt. Cōcluſio hęc manifeſtat̄ ex his q̄ capi. 4. adnotauimus: Ubi prędicamēta in tria primū partiti ſumus. Cum enim ſubſtantia omnium ſit funda

Sex prędi. nō ſunt relationes.

Cōcluſio.

fundamentum, tria in rebus eſt conſiderare. ſ. aut id quod eſt ſubſtantia, aut accidẽs qđ formaliter eſt in ſubſtãtia, aut res que extrinſecus ſunt circa ſubſtantiam. Res primi gñis ſunt in predicamento ſubſtantie. Res ſecũdi generis ſunt in tribus proximis predicamentis: ſi enim accidens quod formaliter eſt in ſubſtantia eſt abſolutũ, aut eſt quantitas aut qualitas: ⁊ ſi relatiuum, eſt ad aliquid. Res tertij generis pertinẽt ad ſex vltima predicamẽta. ¶ Ecce ergo differentiam duplicẽ inter tertiũ ⁊ ſex vltima predicamenta. Prima eſt, ꝙ relatio formaliter eſt in ſubiecto qđ ab illa denominat: vt paternitas eſt in patre qua refertur ad filiũ, ſiue ſit accidens diſtinctũ, ſiue non: ſed eſſe in gymnaſio (qđ eſt predicamẽtum vbi) nõ ſignificat formaliter aliquã relationem que ſit in Petro exiſtente hic: ſed illa denominatio fit ab extrinſeco, puta, ab iſto gymnaſio. Et eſſe veſtitum, non ſignificat formaliter relationem que eſt in homine: ſed veſtem taliter ſe habentem circa hominem. Itaq; ſicut homo non dicitur albus ab aliqua relatione, que ſit inter ipſum ⁊ albedinem, ſed ab albedine: ita non dicitur veſtitus ab aliqua relatione, ſed extrinſecus a veſte. Et inde forſan in mentem venit Scoto vocare relationes extrĩſecas, cum tamen non ſint niſi abſoluta extrinſeca. ¶ Secunda differẽtia ſequitur ex prima, ꝙ eſſe relationis, puta eſſe patrem aut eſſe duplũ, nihil aliud eſt quã eſſe ad aliud: ſed tamen eſſe veſtitum, non eſt eſſe ad aliud, ſed eſt habere taliter veſtem: ſicut eſſe albũ, non eſt eſſe ad albedinem, ſed habere in ſe albinem. Hoc eſt hic attente conſiderandum: per qđ rem vix intellectam, exiſtimo clare eſſe expoſitam.

**Due dñe, ſex vlt. ⁊ ter. predi.**

**Corollariũ** ¶ Hinc ſequitur corollarium etiam obſeruandũ, ꝙ querenti quid eſt eſſe veſtitũ, vtrum ſit relatio, reſpondendum eſt ꝙ non eſt relatio, ſed eſt eſſe veſtitũ, aut habere veſtẽ, aut ꝙ eſt habitus. Nec vltra tenemur reſpondere. Ad hoc enim inuenta eſt ars predicamentorũ, vt cũ peruentũ fuerit ad generaliſſimũ, illic ceſſet interrogatio. At ſi queratur qđ eſt Dialectica? reſpondetur, eſt ſcientia: quid eſt ſcientia? eſt habitus: quid eſt habitus? eſt qualitas: ⁊ qualitas eſt qua quales eſſe dicimur. Sed ſi vlterius queras an qualitas ſit ſubſtantia vel quantitas vel relatio? reſpondetur, ꝙ nec hoc nec illud: ſed eſt qualitas, que facit per ſe predicamentum. Eodem modo ſi queratur quid eſt calefactio? Reſpõdetur ꝙ eſt actio, ⁊ actio eſt motus vt ab alio procedẽs. Ita ꝙ actio non eſt magis relatio q̃ qualitas ſit quãtitas. Et ita veſtitum eſſe, eſt habitus. Nec Ariſt. audiret interrogantẽ vlterius quid eſt habitus, cum ſit generaliſſimum: ſed reſpõderet per ſuas ſpecies, eſt veſtitum eſſe, vel armatũ eſſe ⁊c. ⁊ vbi, eſt eſſe in gymnaſio, vel eſſe in foro ⁊c. Et ex inconſideratione huius corollarij homines inciderunt in modum illum ineptum loquẽdi. Quãuis enim relatio non ſit diſtincta a ſubſtantia, cũ tñ queritur quid eſt paternitas, reſpondendum eſt ꝙ eſt relatio: ⁊ cum queritur quid eſt linea, reſpondendum ꝙ eſt quantitas: ſed cum poſtea queritur an relatio vel quantitas ſit ſubſtantia, vtrũq; negandum eſt: ſed relatio eſt relatio, ⁊ quantitas eſt quantitas.

## ¶ His præhabitis facilimè intelliguntur ſex vltima predicamenta.

**Ratio ſeu forma.** Quorum tractatũ Silbertus exorditur a definitiõe huius, quod eſt, ratio ſeu forma: nam predicamenta dicunt rationes ⁊ formas diſtinctas. Ait ergo: Ratio ſiue forma eſt id quod ſuperuenit cõpoſito, ſimplici conſtans ⁊ inuariabili eſſentia. Forma dicitur ſimplex ⁊ inuariabilis: primo quia quidditas forme conſiſtit in indiuiſibili: ſicut quidditas numeri, cui ſi addas aut demas vnitatem, mutatur forma ⁊ ſpecies: ⁊ preterea, quia adueniens compoſitio non facit maius: ſi enim aque aquam apponas, fit maior: ſed ſi ex albo fiat nigrum, non eſt neceſſe vt fiat maius.

**Actio ⁊ paſſio.** ¶ Deſcendens ſubinde ad ſingulorum definitiones: Actio (inquit) vel factio, eſt ratio ſeu forma per quam in materiam ſubiectam denominamur agere vel facere. Paſſio vero eſt effectus agẽtis. ¶ Ad intelligentiam huius definitionis notandum eſt, quomodo differunt actio ⁊ paſſio ⁊ motus: hec enim tria, materialiter ſunt eadem res, formaliter autem differunt: ⁊ pertinent ad diuerſa predicamẽta: nam motus neq; eſt de p̃dicamento actionis neq; de predicamento paſſionis: ſed eſt inter poſtpredicamenta, ⁊ reductiue ponitur in predicamento termini motus ſm Ariſtotelem. 3. phy. vt augmentatio, reducitur ad predicamentum quantitatis: ⁊ alteratio, ad predicamentum qualitatis. Exempli gratia. Cum ignis calefacit aquã, motus alterationis (qui pro nunc claritatis cauſa ſupponatur eſſe calor qui recipitur in aqua) motus inquam ille. i. calor qui producitur, eſt actio ⁊ eſt paſſio, ⁊ eſt motus diuerſis relationibus. Et qꝛ iſta ſunt relatiua ſm dici, nõ poſſunt explicari niſi per reſpectus. Calor ergo ille cõſideratus in ordine ad finẽ. ſ. in quantum eſt in fluxu ⁊ fieri ⁊ eſt via ad calorẽ, eſt motus: nam illa ratione eſt actus entis in potentia, quia non in actu ⁊ in facto eſſe. Conſideratus vero in ordine ad agens. ſ. in quantum eſt aliquid per qđ agens immutat aquam ſuperando ⁊ vincẽdo illam, eſt actio: nam eſt forma ⁊ ratio (vt inquit Silbertus) aqua ignis dicitur agens. Itaq; ſicut ego dicor veſtitus ab extrinſeco, puta a veſte, ita ignis dicitur agens, non a relatione que eſt in illo, ſed ab effectu quo mouet paſſum. Sed idem calor conſideratus in ordine ad ſubiectum. ſ. vt recipitur in aqua tanquã id per quod aqua mutatur ⁊ vincitur ab agente, dicitur paſſio. Ecce quomodo actio ⁊ paſſio de ſe non ſignificant relationes: ⁊ ideo nõ ſunt relatiua ſm eſſe: ſed qꝛ exprimuntur per relationes, ſunt relatiua ſm dici. Non nego quin relatio effectus ad cauſam ſit relatio realis: ſed dico, ꝙ actio non ſignificat illam relationem.

**Quando.** ¶ Eodem modo ſunt explicãda quatuor reliqua p̃dicamenta. Quando, ſm Silbertum, eſt id quod ex adiacentia temporis relinquitur, vt eſſe hodie, eſſe heri ⁊c. Itaq; vt homo dicitur veſtitus a veſte, ita eſſe nunc, denominatur homo ab hoc tempore in quo eſt. Et ideo, quando, nec eſt tempus quod eſt de predicamento quantitatis, nec eſt relatio hominis ad tẽpus: ſed eſt eſſe in tẽpore: ſicut eſſe veſtitũ neq; eſt veſtis neq; relatio, ſed hr̃e taliter veſtẽ. Hoc modo facile intelliges oĩa ſi recurras ad album: eſſe enim album nec eſt albedo nec relatio: ſed habere albedinẽ inherentem. Ita eſſe in tempore, eſt contineri (vt ſic dicã) in tali tempore.

**Vbi.** ¶ Pari modo, Vbi (vt ait Silbertus) eſt circũſcriptio corporis ex circũſcriptione loci proueniẽs. Quod nec eſt relatio nec locus de predicamento quantitatis: ſed contineri in tali loco. ſ. eſſe in gymnaſio, aut in foro, aut Rome ⁊c. quod non poteſt explicari niſi per reſpectum. Vbi meminiſſe opus eſt illius qđ diximus in predicamento quantitatis. Differt enim locus vt eſt illius predicamenti, ⁊ vbi, vt eſt huius, ꝙ locus, vt dicit quantitatem, non cõnotat eſſe Pariſiis aut Salmantice aut in Gymnaſio ⁊c. ſed ſolum vltimam ſuperficiem continentis menſurantiſq; locatum, vt habetur. 4. phyſi. ſed, vbi, ſignificat eſſe in hoc aut illo loco: quod explicari non poteſt niſi in ordine ad aliquod punctum fixum, puta, ꝙ ſit in tali altitudine reſpectu cẽtri terre (altior enim eſt aer q̃ aqua) ⁊ in tali longitudine reſpectu oriẽtis: reſpectu cuius



maiorem longitudinẽ habet Salmãtica quã Roma: aut in tali latitudine reſpectu poli: propinquior. n. eſt polo Lutetia q̃ Roma. Sed tñ, vbi, non ſignificat talem reſpectum: quãuis. n. per impoſſibile nullum eſſet centrũ nec oriẽs, ego eſſem Salmantice ⁊ alius Rome. Itaq; diſtare taliter ab oriente, hoc eſt vere relatiuũ ſecundum eſſe: ſed tñ eſſe Salmantice nõ eſt relatiuũ, quãuis explicetur per talẽ diſtãtiã. ¶ Eodẽ mõ tẽpus vt eſt de predicamẽto quantitatis ſolũ dicit mẽſurã durationis: puta durare per menſem aut annũ: ſed p̃dicamentũ, qñ, eſt tali die natũ fuiſſe, tali die fuiſſe mortuũ ⁊c. ¶ Et ideo hec predicamẽta nõ appellantur tẽpus ⁊ locus: ſed explicant per interrogatiua tẽporis ⁊ loci. ¶ Eſt poſtremo notandum, ꝙ in loco proprie nõ ſunt niſi corpora ratione quãtitatis, q̃ ſunt in loco circũſcriptiue. i. cõmenſuratiue, indiuiſibilia vero ſunt ſolum definitiue ⁊ non ꝓprie ſunt in loco. Et ideo Silbertus dixit, vbi, eſſe circũſcriptionẽ corporis q̃ ꝓuenit ex circũſcriptiõe loci. i. eſt circumſcriptio paſſiua q̃ eſt in locato, ꝓueniẽs a loco circumſcribẽte actiue. Ex quo patet quõ homo denominatur eſſe hic non a relatione, ſed extrinſece a loco circũſcribẽte. Quid autẽ ſit eſſe in loco circumſcriptiue aut definitiue, in. 4. phyſi. explicatur. Eadem ratione in tempore non ſunt niſi illa quorum eſſe conſiſtit in ſucceſſione, qualia ſunt cuncta corporea que ſub orbe lune continẽtur, que motui coeli ſubduntur. Sed hic non eſt locus diſputãdi quid ſit tempus, vſq; ad quartum phyſicorum.

**Situs.** ¶ Poſitio vero eſt quidã partiũ ſitus ⁊ generationis ordinatio: poſitio. n. accipitur vno modo pro ordinatione partium inter ſe, qđ eſt de predicamento quantatis: vt caput in homine eſt ſupra pectus ⁊ pectus ſupra vẽtrem. Et alio modo accipitur pro ordinatione partium in ordine ad locum: ⁊ hec peculiariter dicit ſitus: vt ſedere, ſtare, iacere. At vero prima poſitio nõ põt explicari niſi per ſecũdam: non. n. caput eſt ſurſum reſpectu pedis, niſi quia eſt in ſuperiori loco. Et verſitamen ſitus aliquis non a natura, ſed ex appetitu animalis: vt iacere ⁊ ſedere: alius eſt naturalis proueniẽs a generatione: vt alium ſitum ⁊ poſitionẽ habẽt partes hominis, ⁊ alium partes ceterorũ animalium: in illis enim caput non eſt ſupra pectus, nec pectus ſupra ventrem ſicut in homine. Dico, ſupra, in ordine ad locum: quia in ordine ad ſe, caput etiã bruti eſt ſupra vẽtrem: nam in animali illa pars eſt ſurſum, qua ſumit alimẽtũ: vt docet Ari. 2. de coelo, tex. 6. ⁊ ita in arbore radix eſt ſurſum: ſed quia hic eſt ſermo de ſitu in ordine ad locum, proptere a dicit Silbertus, ꝙ poſitio eſt quedã generationis ordinatio, loquens de gñatione naturali ratione cuius alia eſt poſitio naturalis partium hominis in ordine ad locũ, ⁊ alia partium brutorum. Et per naturalem explicatur illa que eſt voluntaria aut ex appetitu animalis iacentis aut ſtantis.

**Habitus.** ¶ Habitus deniq; (authore Silberto) eſt corporum ⁊ eorum que circa corpus ſunt adiacẽtia, vt veſtitum eſſe, armatum eſſe ⁊c. quod iam expoſitũ eſt. Non enim adiacentia, dicit relationẽ: ſed habere adiacẽtem veſtem qđ eſt quaſi paſſio. Capite. n. ſupra proximo diximus, ꝙ habitus, vt eſt vltimũ predicamentum, eſt quodammodo mediũ inter primã ſpeciem qualitatis, ⁊ vltimũ poſtpredicamentum. Habitus enim prime ſpeciei qualitatis eſt id per quod res aliqualiter ſe habet in ſe paſſiue per qualitatem ſibi inherentem: habere autem, vt eſt poſtpredicamẽtum, eſt habere rem taliter vt inter habẽtem, ⁊ rem habitam ſit ſola relatio, vt habere ſeruum, amicum ⁊c. ſed tamen hoc predicamẽtum eſt habere rem non ſimpliciter per modum paſſionis, ſed quaſi. Habet ſe enim veſtis in ordine ad hominem veſtitum quaſi forma: ⁊ homo qui veſtitur ſe habet quaſi patiens ab illa.

## ¶ Quolibet horum ſex prædicamentorũ

diuidit Silbertus per ſpecies, ⁊ cuicunq; attribuit ſuas proprietates: vt actio habet gñã ſubalterna q̃ ſunt factio corporalis tranſiens, ⁊ actio ſpiritualis immanens. Et vtraq; habet inferiores ſpecies: vt factionis ſpecies ſunt, naturales quidẽ, calefacere, comburere ⁊c. artificiales vero, ſcribere, pingere ⁊c. Actionis aũt ſpẽs ſunt intellectio ⁊ volitio ⁊ ſenſatio ⁊c.

**Proprietates actiõis** ¶ Predicamẽto actionis attribuit quatuor proprietates: duas quas elicit ex definitione, ⁊ duas quas ponit Ariſto. Prima proprietas eſt, ꝙ in quocunq; motu eſt actio, ⁊ in quacunq; actione eſt quodãmodo motus. Nã, vt expoſitũ eſt, eadẽ res diuerſis rationibus eſt motus ⁊ actio.

**2. Proprietas.** ¶ Secunda proprietas eſt, Proprium eſt actioni paſſionẽ inferre: que poteſt intelligi dupliciter. Primo, vt ly inferre accipiat ſecunde intẽtionaliter: vt ſit ſenſus, ſi actio eſt, paſſio eſt. Secũdo mõ, vt ly inferre dicat cauſam realẽ: ⁊ hoc eſt magis ad mẽtem Silberti: nã dictum eſt, ꝙ paſſio eſt effectus actionis. Effectus inquã nõ ita proprie ſicut calor eſt effectus ignis: ignis. n. eſt vere cauſa caloris: ſed tñ actio vt dictũ eſt, non ſignificat cauſam: ſed effectũ vt procedit a cauſa. Nihilo minus tñ in calore q̃ producitur prius natura eſt eſſe ab agente, q̃ recipi in ſubiecto: ⁊ ideo idem motus prius natura eſt actio q̃ paſſio. Unde paſſio dicitur illatio actionis: actio vero non eſt illatio paſſionis.

**3. Proprietas.** ¶ Tertia proprietas eſt quã ponit Ariſt. primã: puta agere ⁊ pati ſuſcipiunt cõtrarietatem: vt calefactio cõtrariatur frigefactioni: qꝛ ſunt motus tendentes in terminos cõtrarios: vt ſuperiori capite expoſitũ eſt.

**4. Proprietas.** ¶ Quarta deniq; proprietas eſt quã Ariſt. ponit ſecundã. ſ. ꝙ actio ⁊ paſſio ſuſcipiũt magis ⁊ minus. Quod itidẽ cõuenit illis ratione termini ad quẽ. Illud. n. magis calefacit, qđ velocius calefacit. i. quod in tẽpore equali plus forme producit: ⁊ illud magis calefit, quod in tempore equali plus forme recipit. Qua de cauſa magis calefacit ignitum ferrũ q̃ carbo: ⁊ magis calefit lignum ſiccum q̃ viride.

**Proprietates quãdo.** ¶ Proprietates de, quãdo, ſunt tres: quarum due, ⁊ cõmunes ſunt quatuor vltimis predicamentis, ⁊ improprie ſunt proprietates: cum potius ſint negationes proprietatum: puta nec recipere contraria, nec magis ⁊ minus. Eſſe enim heri nõ cõtrariatur huic qđ eſt eſſe hodie aut eſſe cras: nam quãuis idem nõ poſſit eſſe ſimul heri ⁊ cras, hoc non eſt propter contrarietatẽ, ſed propter ſucceſſionem temporis. Et eodẽ modo nullꝰ eſt magis heri aut magis hodie q̃ alius: quãuis poſſit magis durare q̃ alius. Et eadẽ ratiõe, eſſe hic ⁊ eſſe Rome, nõ ſunt contraria: quia licet repugnet naturaliter mihi eſſe hic ⁊ eſſe Rome, hoc nõ eſt propter cõtrarietatẽ locorũ, ſed quia rei finite repugnat eſſe in duobꝰ locis diſcõtinuis. Et ſurſum ⁊ deorſum, nõ ſũt cõtraria, ſed relatiue oppoſita. Ne q; eſſe in gymnaſio aut in foro recipit magis ⁊ minus, quãuis vnus poſſit in gymnaſio occupare maiorẽ aut digniorẽ locum q̃ alius. Eodẽ mõ nec ſedere aut iacere habet cõtrariũ: nã quãuis idẽ non poſſit ſimul iacere ⁊ ſtare naturaliter, hoc non eſt ꝓpter cõtrarietatẽ: qꝛ iacere ⁊ ſtare non ſunt q̃litates actiue nec fluũt ex actiuis: ⁊ eadẽ rõne eſſe veſtitũ ⁊ armatũ nõ habẽt cõtraria. Nec ſuſcipiũt magis ⁊ minus. Nullus. n. magis aut minus, ſedet aut iacet q̃ alius: licet põt eſſe ꝙ aliquis quiete magis ſedeat q̃ alius: ⁊ alius non perfecte iaceat ſed accumbat. ¶ At vero aſperum ⁊ lene, recipiunt magis ⁊ minus: ⁊ rarũ ⁊ dẽſum: licet quodãmodo ſint in hoc predicamento: ſed

ſed tamen nõ recipiunt magis ⁊ minus,niſi in quantum habẽt rationem qualitatum. ¶Tertia proprietas propria de,quando,eſt ꝙ ſolę res quę incipiũt ⁊ deſinunt eſſe ſunt in quãdo: nã res ęternę,vt Deus, q̄ non menſurãtur ſucceſſione temporis, non ſunt in hoc prędicamẽto. Et tertiã pariter proprietatem poſſumus attribuere prędicamento, vbi, ꝙ in hoc prędicamento ſolum proprie ſunt corpora quanta: nam angeli proprie non ſunt alicubi. Et eadem ſubinde erit proprietas ſitus ⁊ poſitionis: nam indiuiſibilia nec habent ſitum nec poſitionem. Et eadem etiam erit proprietas habitus: quia habitus, vt eſt vltimum prędicamentum, ſolum conuenit corporibus ⁊ pręſertim animalibus.

## ¶De oppoſitis. CAP. X.

DE oppoſitis autem quot modis opponi ſoleant, deinceps dicendum eſſe videtur. Oppoſita nanque modis quatuor opponi dicuntur: aut vt ea quæ ſunt ad aliquid, aut vt contraria, aut vt habitus & priuatio, aut vt affirmatio atque negatio. Atque vt in ſumma dicam, duplum & dimidium, vt ea quæ ſunt ad aliquid: bonum & malum, vti contraria: cæcitas atq; viſus, vt habitus & priuatio: ſedere & non ſedere, vt affirmatio atque negatio, opponuntur.

Textus. ij. Quæ igitur vt ea quæ ſunt ad aliquid opponuntur, ea id quod ſunt, oppoſitorũ eſſe, aut aliquo alio modo ad illa dicuntur: vt duplum dimidij, id quod eſt, alicuius dicitur duplum: & ſcientia ſcibili eodem opponitur modo: atque ipſa id quod eſt ſcibilis dicitur eſſe: & ſcibile etiam id quod eſt, ad oppoſitum, ipſam inquam ſciẽtiam, dicitur: ſcibile nanq; aliquod, id ſcientia, dicitur ſcibile. Quæ igitur vt ea quæ ſunt ad aliquid opponuntur, ipſa id quod ſunt aliorum eſſe, aut aliquo alio modo viciſſim dicuntur. Ea verò quæ vt contraria opponuntur, nullo pacto legem hanc ſubeunt: neq; enim bonum mali dicitur bonum, ſed contrarium: neq; album nigri dicitur album, ſed contrariũ: quare oppoſitiones hæ differunt.

Textus. iij. Atqui contraria quidem quæ talia ſunt, vt ipſorum alterum neceſſariò rebus ijs inſit, in quibus aptum eſt fieri, aut de quibus prędicatur, ea nullum prorſus medium habent: quorum autem alterum in eſſe non neceſſe eſt: inter hæc aliquid omninò medium cadit: veluti ſanitas ac morbus in animalis corpore fieri apta ſunt, atque alterum inſit animalis in corpore, ſanitas inquam aut morbus, neceſſe eſt: & de numero par atque impar prædicatur, & alterum par aut impar inſit numero neceſſe eſt: atq; nullum inter hæc, aut inter par & impar, aut inter ſanitatem ac morbum, medium cadit. At quorum alterutrum ineſſe neceſſe non eſt, horũ medium eſt aliquid: vt album & nigrum in corpore aptum eſt fieri, & non neceſſe eſt in corpore alterum horum ineſſe: non enim omne corpus aut album aut nigrum eſt. Vitioſum quoq;, ſtudioſumq;, de homine quidem cæteriſq; compluribus prædicatur: at non neceſſe eſt alterum illis ineſſe, de quibus hæc prædicari poſſunt: nõ enim omnia aut vitioſa ſunt, aut ſtudioſa: atq; eſt inter hoc medium ſanè: fuſcum quidem & flauum, cæteriq; tales colores, inter album & nigrum: id autem quod neque vitioſum eſt, neque ſtudioſum, inter vitioſum ac ſtudioſum. In quibuſdam igitur media nomen habent: vt fuſcum, pallidum, rubrũ, cæteriq; tales colores qui media ſunt inter album & nigrũ: in quibuſdam verò nomine quidem nõ eſt facile medium aſsignare, vtriuſq; tamen extremorum negatione ipſum medium definitur: vt id quod neq; bonum eſt neque malum, neque iuſtum, neque iniuſtum.

Textus. iiij. Priuatio autem atque habitus dicitur quidem circa quippiam idem: vt viſus & cæcitas, circa oculum: vt ſimpliciter autem dicã, in quo ſolet habitus fieri, circa id vtrunq; ipſorũ dicitur. Atq; priuatum eſſe dicimus vnũquodq; eorum, quæ ſuſceptiua ſunt habitus, cùm eſt habitus non quouis modo, ſed in eo, vel in quo cõſueuit eſſe, vel quando illud conſueuit ipſum habere. Edentulum enim non ex eo dicimus, quia dentes non habet: & cæcum itidem non ex eo, quia viſum non habet: ſed quia non habet, cùm eſt aptus habere: ſunt enim, quæ orta non continuò viſum denteſq; habent: at non edẽtula aut cæca dicuntur. Priuatum autem eſſe, habitumq; habere, non eſt priuatio atque habitus: nam viſus quidem eſt habitus, cæcitas verò priuatio. At habere viſum nõ eſt viſus, neque cæcum eſſe cæcitas eſt: etenim cæcitas, eſt priuatio quędam: cæcum autem eſſe, eſt priuatum eſſe, & non priuatio. Prætereà ſi cæcitas idem eſſet ac cæcũ eſſe, vtraque profectò de eodem prædicarentur: at homo dicitur quidem cæcus, cæcitas autem nullo dicitur pacto. Et ipſa tamen, priuatum inquam eſſe, habitũq; habere, perinde vt priuatio atque habitus opponi videntur: modus enim oppoſitionis idem eſt. Nam vt cæcitas & viſus, ſic & cęcum eſſe ac habere habitum opponuntur.

Textus. v. At enim neque etiã id quod ſub affirmatione negationeque eſt, affirmatio eſt atque negatio. Affirmationem nanque negationemque orationem eſſe cõſtat: alteram affirmatiuam, alteram negatiuam: at nihil eorum quæ ſub affirmationẽ negationémve cadunt, oratio eſt, vt patet. Dicuntur tamen & hæc ipſa perin-





de opponi, atque affirmatio negatioque opponũtur: & in his enim idem oppoſitionis eſt modus. Nam vt affirmatio, veluti ſedet, negationi, ceu non ſedet, opponitur: ſic & res quæ ſub vtrũque cadunt, ſedere inquam & non ſedere, ſibi mutuò aduerſantur.

Textus. vj. At verò priuationem ac habitum non eſſe oppoſita ſic, vt ea quæ ſunt ad aliquid patet: non enim ipſum id quod eſt, oppoſiti dicitur eſſe: viſus enim non eſt cæcitatis viſus, neque vllo alio ad illam dicitur modo: ſimiliter neque cæcitas viſus cæcitas diceretur: ſed cæcitas ipſa, priuatio quidem dicitur viſus: cæcitas autem viſus non dicitur, neque viſus dicitur cæcitatis. Prætereà vniuerſa quæ ſunt ad aliquid, ad ea ſanè dicuntur, quæ conuertuntur: quare ſi cæcitas ex ijs eſſet quæ ſunt ad aliquid, & illud ad quod ipſa dicitur, profectò conuerteretur: at non conuertitur: non enim viſus cætatis dicitur viſus.

Textus. vij. Atqui neque perinde atque cõtraria priuationem ac habitum oppoſitionem ſubire, ex eo perſpicuum fore videtur, quòd contrariorum quæ medio vacant, alterum in his quibus apta ſunt eſſe, aut de quibus prædicantur, ineſſe ſemper neceſſe eſt: inter enim ea medium nullum cadere diximus, quorum alterum ineſſe ſuſceptiuo neceſſe eſt: vt in ſanitate ac morbo, in pari ac impari, intueri licet. Quorum autem eſt aliquid medium, nunquàm horum alterum omni ineſt neceſſariò. Neque enim album aut nigrum, neque calidum, aut frigidum eſſe, omne quod horum ſuſceptiuum ſit, neceſſe eſt: nã vt inter hæc medium aliquod cadat, nihil ſanè prohibere videtur. Et inſuper ea diximus medium habere, quorum alterum non neceſſe eſt eſſe in ſuſceptiuo, niſi in hiſce in quibus vnũ ineſt natura: vt igni caliditas ineſt, & niui albedo. In his enim alterum definitè, non vtrunuis ſuſceptiuo ineſſe neceſſe eſt. Non enim aut ignẽ frigidum, aut niuem eſſe nigram cõtingit. Itaque non omni ſuſceptiuo ineſſe alterum contingit, ſed illis tantùm quibus vnum natura ineſt, atque vnum definitè, non vtrunuis. In priuatione autem atque habitu neutrum dictorum eſt verum: neque enim alterum ipſorum ſemper ineſſe neceſſe eſt: quod enim nondum aptum eſt viſum habere, id neque cæcum dicitur, neque viſum habere: quare non ex iis erunt contrariis, quæ mediis vacant: ſed nec ex iis, quæ medium habent. quoniam omni ſuſceptiuo, ipſorum alterum inſit neceſſe eſt: cùm enim eſt aptum viſum habere, tunc aut cæcum aut viſum habere dicetur: atque horum alterum nõ definitè ſanè, ſed vtrunuis ſine diſcrimine vllo dicetur: at in hiſce contrarijs quæ medio non vacant, nũquam fit vt alterum inſit omni, ſed quibuſdam: atque hiſce alterum definitè & non vtrũuis. Quare patet, neutro modo priuationem & habitum, perinde atque contraria oppoſitionem ſubire.

Prætereà inter contraria quidem, ſit modò quod ipſa recipere poſsit, fieri commutatio poteſt, niſi vnum ipſorum natura cuipiam, vt igni caliditas. Poteſt enim ſanum ægrotationem ſubire, & frigidum calidum, & album effici nigrum, ex ſtudioſo quoque vitioſus, & è vitioſo ſtudioſus euadere poteſt. Vitioſus eñ ſi moribus præſtabilioribus præceptiſque inſtituatur, aliquid ſaltem in probitate incrementi ſuſcipiet. Quòd ſi parum licet incrementi ſemel ſuſceperit, patet aut penitus illum mutari, aut ingentia incrementa ſuſcipere poſſe. Semper enim habilis magis ad conſequendam ipſam virtutem ſumpto paruo etiam incremento fit: quare veriſimile eſt, maiora quoque illum incrementa ſuſcipere: quod quidem ſi ſemper ita fiat, in contrarium penitus habitum deducetur, niſi tempore fortaſsè excludatur. In habitu verò priuationéve fieri non poteſt, vt commutatio vnquam efficiatur: ex habitu nanque quanquam ad priuationem mutuatio fit, ad habitum certè ex priuatione fieri nequit: non enim quiſquam cæcus factus viſum vnquã recuperauit, neque caluus factus comam, neque edentulus vllus dentes emiſit.

Textus. viij. Atqui patet, & ea quæ vt affirmatio negatioque opponuntur, nullo dictorum modo oppoſitionem ſubire. In his enim ſolis alterum verum, alterum falſum eſſe neceſſe eſt, ſẽmper alterum verum alterum falſum vt ſit. Sanitas enim ac morbus cõtraria ſunt, & neutrum ipſorum verum eſt aut falſum: ſimiliter & duplum & dimidium relatiuè quidem opponuntur, neutrum tamen verum eſt aut falſum: cæcitas etiam atque viſus, habitus quidem & priuatio ſunt, vt patet: at neutrum verũ eſt, aut falſum. Omninò autem nihil eorum, quæ nulla cum cõplexione dicuntur, verum eſt aut falſum.

At vniuerſa quæ dicta ſunt, ſine complexione dicuntur. Et quidem idipſum in hiſce contrarijs maximè accidere videbitur, quæ cum complexione dicuntur: valere enim Socratem, & ægrotare Socratem, contraria ſunt. At neque in hiſce neceſſarium eſt, alterum verum, falſum alterum eſſe: nam ſi exiſtat quidem Socrates, alterum verum, alterum falſum erit: ſi vero non exiſtat, ambo falſa erunt, vt patet. Si enim Socrates omninò non ſit, neutrum erit verum, neque ægrotare ipſum, neq; valere. In priuatione quoque ac habitu ſi Socrates omninò non ſit, neutrum verum erit: ſin ſit, non ſemper alterum erit verum, alterum falſum. Viſum enim habere Socratem, & cæcum Socratem eſſe, vt habitus atq; priuatio opponuntur: & ſi ſit Socrates, non ne-

ceſſe eſt alterum verum, alterum falſum eſſe. Quo enim tempore nondum eſt aptus habere, vtrunque eſt falſum. Sin omninò non ſit, falſum etiam erit vtrunque, & viſum ipſum habere, & cæcum eſſe. In affirmatione verò negationéve, ſemper ſiue ſit ſiue non ſit, alterum erit falſum, alterum verum. Horum enim, ægrotare inquam Socratem, & non ægrotare Socratrem, ſiue ſit ſiue non ſit Socrates, alterum verum, alterum falſum eſſe patet. Si enim non ſit, ægrotare illum eſt falſum, non ægrotare, verum: quare hiſce ſolis hoc competit, alterum inquam ipſorum verū eſſe, alterum falſum, quæ vt affirmatio atq; negatio opponuntur.

Textus. ix. At verò malum quidem bono neceſſariò contrarium eſt: quod quidem eſſe, patet inductione. Morbus enim ſanitati, & iuſtitiæ iniuſtitia, & fortitudini timiditas aduerſatur, & in cæteris ſimili modo. At malo interdū bonum, interdum malum contrarium eſt: defectui enim, qui quidem eſt malum, exuperatio, quæ quidem & inpſa malum eſt, contrariū eſt: ſimiliter & mediocritas, quæ quidem eſt bonum, vtrique aduerſatur, vt patet: In paucis tamen idipſum eſſe videtur, ſed in plurimis malo bonum ſemper cōtrarium eſt. Prætereà non neceſſarium eſt, ſi contrariorum alterum ſit, & reliquum eſſe. Nam ſi omnes ſint ſani, ſanitas quidem erit, morbus vero non erit: ſimiliter ſi ſint omnia alba, albedo quidem erit, nigredo verò non erit. Prætereà ſi Socratem valêre contrarium eſt huic, Socratem ægrotare (fieri verò non poteſt vt ambo ſimul eidem inſint) impoſſibile eſt ſi contrarium alterum ſit, & reliquum etiam eſſe. Nam ſi ſtat valere Socratem, ægrotare Socratem ſtare non poteſt. Patet etiam, & circa idem aut ſpecie aut genere contraria fieri ſolêre, vt morbum quidem & ſanitatem in animalis corpore, albedinem autem & negredinem in corpore abſolutè, iuſtitiam verò & iniuſtitiam in hominis anima. Contraria inſuper omnia, aut eodem in genere, aut contrarijs in generibus eſſe, aut ipſa genera eſſe neceſſe eſt: nam album quidem & nigrum eôdem in genere ſunt: color enim ipoſorum eſt genus: iuſtitia verò ac iniuſtitia, ſub generibus contrarijs collocantur: alterius enim virtus, alterius vitium eſt genus, vt patet. at bonum & malum non ſunt in genere, ſed aliquorū ipſa genera ſunt.

Poſtpredicamentū.

IN hoc decimo capite incipit tertia pars principalis huius libꝛi que eſt poſtpꝛedicamētorum. Enimuero queadmodum antepꝛedicamēta ſunt pꝛeambula illa, ad notitiam pꝛedicamentoꝛum pꝛeuia: ita poſtpꝛedicamentum eſt pꝛopꝛietas ꝛ cōditio que aut omnibus aut quibuſdam pꝛedicamētis cōpetit. Et ideo dicit poſtpꝛedicamentū, quia conſequitur naturam pꝛedicamenti. Tametſi Andronicus (vt Boetius refert) negauerit poſtpꝛedicamēta hec compoſita fuiſſe ab Ariſtotele, at reuera oꝛdo ipſe ꝛ eloquutio oſtendit eiuſdem eſſe authoꝛis poſtpꝛedicamenta, cuius ſunt pꝛedicamenta: atq; adeo totum libꝛum eſſe Ariſtot. opus. ¶ Atqui poſtp̄dicamenta ſunt numero quinq; puta, oppoſitio, pꝛius, ſimul, motus, ꝛ habere. Quoꝛum tria pꝛioꝛa generales ſunt conditiones omniū pꝛedicamentoꝛum: nam ꝛ inter ſe omnia oppoſitionem habent, cum ſint pꝛimo diuerſa: et item oꝛdinem nature: eſt enim ſubſtantia pꝛioꝛ quantitate, ꝛ quantitas pꝛioꝛ alijs ꝛc. ſed omnia ſunt ſimul tempoꝛe. Et pꝛeterea in ſingulis eſt oppoſitio pꝛiuatiua inter differentias diuiſiuas generis: vt coꝛpoꝛeum ꝛ incoꝛpoꝛeum, in ſubſtantia: cōtinuum ꝛ diſcretū, in quantitate. ¶ Atq; in tertio pꝛedicamento eſt oppoſitio relatiua: ꝛ in quarto, oppoſitio cōtraria: et in ſingulis, genus eſt pꝛi⁹ natura q̄ ſpecies ꝛ ſunt ſimul tempoꝛe. Motus vero ſi pꝛopꝛie accipiatur cōſequitur tria tm̄ pꝛedicamenta (Authoꝛe Ariſt. 5. Phy.) ſcilicet quātitatē, qualitatem ꝛ vbi. Mutatio vero. ſ. generatio conſequitur ſubſtantiam. Conſequitur in quam. i. eſt conditio: vt pꝛopꝛio loco explicabitur. Sed habere, pꝛopꝛie conuenit ſubſtantie, vt habere ſeruum, habere quantitatem, habere animam.

## ¶ Caput hoc decimū quod eſt

pꝛimum poſtpꝛedicamentoꝛū diuiditur in tria pꝛincipalia membꝛa. In pꝛimo pꝛoponit pꝛius quatuoꝛ eſſe oppoſitionū genera: ꝛ mox ſingulorum exempla ſubiungit. Quodcirca pꝛimum membꝛū quinq; habet textus. In ſecundo mēbꝛo cōparat inuicem quatuoꝛ hec genera oppoſitionum: qđ ſcđm tres compa rationes tres continet textus. In tertio qui vnicus eſt textus, ſpecialiter exponit naturam contrarioꝝ. Unde totum caput per nouē text⁹ diſtributum eſt. — Quatuoꝛ gn̄a oppoſitionum.

¶ Oppoſita inquit modis quatuoꝛ opponi dicūtur, ſcilicet aut relatiue, aut cōtrarie, aut pꝛiuatiue, aut cōtradictoꝛie: vt duplū ꝛ ſubduplum, bonum ꝛ malum, ꝛ cecitas ꝛ viſus, ſedere ꝛ nō ſedere. ¶ Sufficientia huius diuiſionis hinc ſumitur. Oppoſitio aut eſt inter ens ꝛ ſimpliciter non ens, ꝛ illa eſt contradictio: aut inter ens ꝛ non ens in ſubiecto apto nato, ꝛ illa eſt pꝛiuatiua oppoſitio: aut inter ens ꝛ ens, q̄ mutuo ſe expellūt, ꝛ illa eſt contraria: aut inter ens ꝛ ens, que mutuo ſe reſpiciunt, ꝛ illa eſt relatiua oppoſitio. ¶ Quo fit vt ſi oꝛdo conſideretur in ratione non entis ꝛ oppoſitionis, tunc maxima oppoſitio eſt contradictio: quia vnum extremum ex ratione ſua nihil participat de ente: pꝛoxima eſt pꝛiuatio, que parum participat de ente. ſ. aptitudinem in ſubiecto: tertia eſt contrarietas, que eſt inter qualitates poſitiuas eiuſdem generis ſimpliciter ſe expellentes: ꝛ vltima eſt relatiua, cuius extrema reſpectu diuerſoꝛum conueniunt eidem: vt duplum ꝛ ſubduplum. Si autem cōſiderentur ſecundū q̄ participant magis de entitate ꝛ minus de oppoſitione, tunc habent ſe ordine econuerſo vt ordinantur ab Ariſtotele. ¶ An vero oppoſitio equiuoce dicatur de his quatuor generibus, parū refert. Crediderim tamen, q̄ ſaltē de pꝛimis tribus generibus vniuoce dicitur: nam oppoſitio id ſolum dicit quod impoſſibilitas ſimul exiſtēdi in eodem ſubiecto: quod certe vniuoce conuenit omnibus. Relatiue vero oppoſita nō ſunt ſimpliciter relatiua: ſed ſecundū quid. i. reſpectu eiuſdem. Eſt em̄ idem duplum ꝛ ſubduplum reſpectu diuerſoꝛū. ¶ In ſecundo textu qui incipit, Que igitur. ſequitur exēplū relatiue oppoſitionis. — Relatio oppoſita.





Ait em̄ ea relatiue opponi, q̄ idipſum qđ ſunt, oppoſitoꝛū dicunt: ꝛ ponit vnū exemplū de relatiuis ſm̄ eſſe, vt duplū qđ eſt ſubdupli duplū: ꝛ alterum de relatiuo ſecundū dici, vt ſciētia que eſt rei ſcibilis ſciētia. Et ad maioꝛē explicationē ſubiungit, q̄ contrarie oppoſita non habēt eandē legē: non. n. bonū dicit mali bonū, ſed mali cōtrariū: nec albū dicit nigri albū, ſed nigri cōtrariū. ¶ Hic tn̄ eſt dubiū: pꝛimum q2 hic nō videt definire Ariſt. quid eſt oppoſitio relatiua, ſꝫ qđ eſt relatio: nā illa eſt explicatio definitionis relatiuoꝛū, vt ſupꝛa dictū eſt. Et p̄terea: q2 hic videt inſinuare, q̄ relatiuum opponitur alteri coꝛrelatiuo ad qđ refert: ꝛ tn̄ ſupꝛa cap. 7. dixit, q̄ eſt cōtrarietas in relatiuis: non tn̄ inter relatiuū ꝛ coꝛrelatiuū: ſed inter relatiuum ꝛ oppoſitā qualitatē: puta inter ſcientiā ꝛ ignoꝛantiā: ꝛ inter virtutē ꝛ vitiū. Et tertio, q2 ſimile, refert ad ſimile, ꝛ tn̄ non habet oppoſitionē ad ſimile ſed ad diſſimile: ꝛ pꝛopinquū, non opponitur pꝛopinquo, ad quod refertur, ſed diſtanti. ¶ Ad ſecundū vnde alia pendent, rn̄detur, q̄ relatiua ſcđm dici poſſunt cōſiderari ſcđm naturam ſuam. videlicet puta inquantum ſunt qualitates, ꝛ iſto mō vere cōtrariātur: nō quidē ſuis coꝛrelatiuis, ſꝫ qualitatibus cōtrariis. Et hoc docuit Ariſt. cap. 7. Alio mō conſiderant inquātum relatiua: ꝛ iſto modo opponunt relatiue illis ad q̄ deferuntur. Ratio. n. oppoſitionis relatiue eſt contra ſe poni: eo em̄ q̄ pater eſt filij pater, non pōt idem eſſe pater ꝛ filius reſpectu eiuſdē. Et ideo Ariſt. expꝛimendo naturam relatiuoꝛum, expꝛeſſit eoꝛū oppoſitionē. Eſt. n. differētia relatiuoꝛū ꝛ cōtrarioꝛū (vt ait Ariſt.) q̄ relatiuū ad idem refertur ſub pꝛopꝛio noīe, ꝛ in ratione oppoſitionis, vt duplū eſt duplū ad ſubduplū, ꝛ oppoſitum ad ſubduplū: imo idē eſt. Cōtrariū vero nō refertur ad idem cui opponitur, eſt nāq; album nigri contrarium: ſed nō nigri albū. Et per hoc ſoluuntur ſecundū ꝛ pꝛimū argumentū. ¶ Ad tertiū vero reſpondet q̄ pꝛopꝛie oppoſitio relatiua eſt in relatiuis diſquiparātie, vt duplū ſubduplū, maius minus ꝛc. In relatiuis vero equiparantie, vt ſimile, pꝛopinquū ꝛc. non eſt adeo manifeſta oppō relatiua: ſimile. n. ꝛ diſſimile, aut pꝛopinquū ꝛ diſtās, non ſunt relatiue oppoſita: q2 ſimile nō eſt diſſimili ſimile, ſed ſimili ſimile: at vero ſunt quodā mō contrarie oppoſita. — Contrarie oppoſita.

¶ In 3. tex. qui incipit, Atqui cōtraria. ꝛ habet duas particulas, ponit exemplū duplicis generis ꝯtrarioꝛū. Etenim, q2 hic non tractat de contrariis phyſice, vt 10. metaphyſice, textu. 13. ſed ſolum dialectice: non ponit exactā definitionē contrarioꝝ quā illic ponit (eſt. n. cōtrarietas maxima diſtantia inter duo extrema q̄ circa idem ſubm̄ mutuo ſe expellunt) ſed exemplis explicat hic naturā contrariorum. Ait. n. q̄ illa cōtraria quoꝝ alterū neceſſario ineſt cuicunq; pꝛopꝛio ſubiecto, illa inquit ſunt contraria inter q̄ nullum eſt mediū: ſed illa quoꝝ non eſt neceſſe vt alterū inſit, ſunt cōtraria inter q̄ eſt aliquod medium. Ponit exēplum vnum in naturalibus, ꝛ aliud in mathematicis. Animali. n. (quod eſt pꝛopꝛium ſubm̄ ſanitatis) neceſſe eſt aut ſanitatē ineſſe, aut egritudinē: q2 inter ſanitatē ꝛ egritudinē nō eſt mediū. Et eadem rōne numerus oīs aut par eſt, aut impar: q2 nullum eſt mediū. At vero coꝛpoꝛi (qđ eſt pꝛopꝛiū ſubiectum albedinis) non eſt neceſſe aut albedinē ineſſe, aut nigredinē: q2 poteſt habere medium coloꝛem. Eodem modo, vitioſum atq; ſtudioſum, quod dicitur de homine ꝛ de aliis multis (alludit ad intelligentias, que ſunt ſtudioſe: ꝛ ad demones quoꝝ ſm̄ Platonicos erant aliqui pꝛaui.) Eoꝛū (inquit) non eſt neceſſe alterū ineſſe: nā eſt medium inter ſtudioſum ꝛ vitioſum. Enimuero ſtudioſus nō dr̄ quis ꝓpter actum virtutis, nec pꝛauus pꝛopter ſolum actum malum: ſed vtrūq; dicit habitū: ꝛ pōt eſſe aliquis in quo nondum genitus eſt habitus aut virtutis, aut vitij, vt paulo poſt vſum rationis: nam ante vſum rationis neutri⁹ eſt homo capax. ¶ Ad intelligentiā huius cōſiderandum eſt, q̄ qn̄ dicitur hic, ex contrariis inter que nō eſt medium alterum de neceſſitate ineſſe, intelligitur in ſubiecto pꝛopꝛio: nā angeli aut coeli nec ſunt calidi nec frigidi, q2 ſubiectum huius accidentis eſt coꝛpus coꝛruptibile. Et item lapis nec eſt ſanus foꝛmaliter nec infirmus: quia pꝛopꝛium ſubiectū ſanitatis eſt animal. ¶ In ſecunda particula textus ſubiungit, quod in quibuſdam media nomen habent, vt inter album ꝛ nigrum eſt fuſcum, pallidum, rubꝛum ꝛc. In aliis vero nō eſt facile nomē aſſignare: ſed medium expꝛimitur per negationem vtriuſq; extremi, vt medium inter iuſtum ꝛ iniuſtum ſit illud qđ neq; habet habitum iuſtitie, neq; habitum iniuſtitie. Et rationē huius poſſumus aſſignare, q2 in aliquibus medium eſt aliquid poſitiuum participans naturā vtriuſq; extremi, vt pallidum dicit qualitatem participantem naturam albedinis ꝛ naturam nigredinis: ꝛ tepidū, participat naturā caloꝛis ꝛ frigoꝛis. Et hec habent noīa: ſed tn̄ inter ſtudioſum ac pꝛauū non eſt medius habitus poſitiuus: ſed eſt negatio vtriuſq;: ꝛ ideo non habet nomē. — Priuatiue oppoſita.

¶ In tex. 4. qui incipit, Priuatio autē (ꝛ cōtinet etiā duas particulas) explicantur pꝛiuatiue oppoſita. Ait. n. q̄ pꝛiuatio ꝛ habitus ſunt circa quidpiā idem. In verſione Boetij habetur, circa idē oꝛdine. Attamen Grece nō eſt illa particula oꝛdine. ¶ Ubi notandum eſt, q̄ pꝛiuatio vt habetur. 5. met. text. 27. accipitur tribus modis impꝛopꝛie, ꝛ q̄rto mō ꝓpꝛie. Pꝛimo mō eſt carētia illi⁹ qđ natū eſt haberi, ſed nō in tali ſubiecto, vt plāta impꝛopꝛie dicit ceca. Secūdo mō eſt carentia alicuius qđ natū eſt haberi in tali ſubiecto ſcđm genus, non tn̄ ſm̄ ſpēm, vt talpa ſimpliciter non eſt cecus: q2 viſus quāuis poteſt eſſe in animali, qđ eſt genus talpe, nō tn̄ in illa ſpecie. Et ideo dr̄ aīal cecum. Tertio mō eſt carētia alicuius qđ natū eſt haberi in tali ſubiecto ſm̄ ſpēm, nō tn̄ ſm̄ talē circūſtantiā. Uidelicet ſm̄ tēpus, canis ante nonū diē nō dr̄ ꝓpꝛiiſſime cec⁹: q2 licet ſit apt⁹ videre, non tn̄ in tali tpe. Secundū locū, q2 nox pꝛopꝛie non eſt tenebꝛe in cauernis: nox. n. eſt carētia luminis ſolis in hemiſpherio nato recipere illud: ꝛ cauerna nō eſt locus aptus recipere lumē. Aut ſm̄ partē, q2 hō nō dicitur edentulus eo q̄ in manu nō habeat dentes. aut in oꝛdine ad aliud: q2 hō nō dicitur paruus, licet nō ſit tā magnus ſicut mōs: ſed ſi nō habet iuſtam ſtaturā hoīs. ¶ Quarto ergo mō accipit ꝓpꝛie pꝛo carētia alicuius in ſubiecto apto nato ſm̄ oēs dictas circunſtantias, puta tpe ꝛ loco ꝛc. Et hoc eſt qđ ſubdit Ariſto. in litera. ¶ In ſecūda vero particula q̄ incipit, Priuatum autē. dicit q̄ pꝛiuatum eſſe, non eſt pꝛiuatio: ſicut habitū habere, nō eſt habitus. Qđ ꝓbat dupliciter. Pꝛimo q2 vnum eſt cōcretum, ꝛ aliud, abſtractum. Et pꝛeterea q2 non verificantur de eodem. hō enim (inquit) eſt cecus, ſed tn̄ homo non eſt cecitas: q2 hō eſt pꝛiuatus viſu, ſed nō eſt pꝛiuatio. Hoc attente conſiderandū eſſet ab illis, qui paſſim concedunt abſtracta verificari de concretis, dicentes, q̄ cecitas eſt homo, ꝛ tenebꝛe eſt aer carēs lumine, ꝛ ſedēs eſt ſeſſio: ꝛ alia id genus que philoſophi non audirent. Concludit tandē philoſophus, q̄ quemadmodū abſtracta, puta viſus ꝛ cecitas opponuntur pꝛiuatiue, ita concreta. ſ. cecus ꝛ videns. ¶ In. 5. text. qui incipit, At enim. ponit exemplum de oppoſitione contradictoꝛia: de qua duo affirmat. Pꝛimū q̄ affirmatio ꝛ negatio ſolū dicitur de ſignis, puta in voce ſcri

pro aūt mente: ſignificatum autē ꝓpōnis, vt ſedere vel non ſedere a parte rei, nō ſunt affirmationes aut negationes: q affirmatio eſt oratio ⁊ res ipſa nō eſt oratio. Qd nos ita affirmauimus ⁊ expoſuimus in principio huius libri: vbi diximꝰ ꝙ quāuis res ꝑdicentur tanquā obiecta cōceptuum, tñ res non ſunt propoſitiones. Secundo dicit Ariſtote. ꝙ ſicut affirmatio ⁊ negatio que ſunt orationes opponuntur cōtradictorie, ita ⁊ ſignificata earum puta Petrū ſedere ⁊ Petrum non ſedere. Et propterea contradictio dicitur inter ens ⁊ non ens: quia etiam Petro non exiſtente, verum eſt Petrum non ſedere.

Prima cōparatio. ¶ In textu ſexto qui incipit, At vero. incipit ſecundū mēbrum principale huius capituli in quo fiunt tres cōparationes inter iſta gñā oppoſitionum. Ubi cōſiderādum eſt, ꝙ quatuor extrema cōparationis ſex modis poſſunt comparari. ſ. primū ad ſecundum ⁊ ad tertiū ⁊ ad quartum: ⁊ ꝑterea ſcōm ad tertiū ⁊ ad quartum: ⁊ tādē tertium ad quartū. Sed tñ prima cōparatio tam facta eſt ſuperius inter relatiue oppoſita ⁊ contrarie oppoſita: ⁊ ideo ſequit̃ hic ſcōa inter relatiue oppoſita ⁊ priuatiue oppoſita. Ait. n. ꝙ priuatiue oppoſita non ſunt relatiue oppoſita. Qd ꝓbat dupliciter. Primo, quia

Priuatiue oppoſita. eſſe viſus nō eſt ad cecitatē: eſt. n. ſemꝑ obſeruādū, ꝙ eſſe vniꝰ referri ad aliud eſt, ꝙ propria denoīatio exprimatur cum obliquo alterius, vt pater eſt filij pr̄. Uiſus autē nō eſt cecitatis viſus: neqꝫ cecitas eſt viſus cecitas, ſed viſus priuatio. Ad tollendā amphibologiā de ly viſus, qd eſt nominatiuꝰ ⁊ genitiuus, Boetiꝰ vertit viſio, ⁊ viſionis: quāuis viſio nō ſit nomē potētie. Trāſlatio Argyropyli q̄ mō venit a Germania corrigat̃ vt hic habet̃: ter. n. habet, cecitas. loco de ly cecitatis. At q dixerat Ariſt. cecitatem eſſe viſionis priuationē, ne qs ſuſpicaret̃ idem eſſe, viſionis eſſe priuationē, ⁊ viſionis eſſe cecitatē, ⁊ per conſequens cecitatē dici relatiue, ſubiungit ſecundam rationem ad probandum, ꝙ cecitas non dicitur relatiue ad viſum: alias. n. viſus etiā ecōuerſo diceretur

2. cōparatio. relatiue ad cecitatē: qd tñ eſt falſum: q viſus nō eſt cecitatis viſus. ¶ In text. 7. qui incipit, Atqui nec perinde. Comparat priuatiue oppoſita ad contrarie oppoſita: dicens, ꝙ neqꝫ priuatiue oppoſita, ſunt cōtrarie oppoſita. Quod probat dupliciter. Et prima probatio ſtat in hoc. Duo genera contrariorum ſupra diſtincta ſunt. Alia enim ſunt contraria quorū nullum eſt medium, in quibus ſubinde neceſſe eſt alterum extremum ineſſe proprio ſubiecto, vt ſanitas ⁊ egritudo: alia vero ſunt quorum eſt aliquod medium, vt album ⁊ nigrum, quorū non eſt neceſſe alterum ineſſe. At vero reſtringit nunc ſcōm genus, dicens, ꝙ eorū que mediū habēt nō neceſſariū eſt alterum ineſſe, niſi forſan alterū ſit accidēs propriū ⁊ naturale, vt calor ineſt igni ⁊ niui albedo. Emendauimus hic textū Argyropyli modo vulgatū: qui vbi debebat habere. Et inſuper ea diximus mediū habere, tranſtulit, Medio vacare. i. carere. Que litera contradicebat ⁊ veritati, ⁊ textui precedēti: eorum eñ que medio carent, neceſſe eſt alterum ineſſe. Qui error inde forſan emanauit, ꝙ in Greco habetur, anameſon, qd ſi eſſet vnicū nomē cōpoſitum, idem eſſet qd abſqꝫ medio: ſed vbi ſunt due partes, idem eſt qd ſecundū mediū. Argyropylus forte legit primo mō: cum tñ lecturus eſſet ſcōo modo. Ad propoſitum ergo vt redeamus: priuatiue oppoſitorum ait Ariſto. non eſt ſemper neceſſe alterum ineſſe: nam catulus ante nonum diem nec eſt vidēs, nec cecus, vt paulo ante dicebamus: ergo non ſunt cōtraria primi generis, puta inter que non eſt mediū. Rurſus. homini neceſſe eſt alterum ineſſe: ⁊ id nō prouenit eo ꝙ viſus ſit neceſſariū accidens hoīs, neqꝫ cecitas (q hō eſt indifferēs ad vtrūlibet) ergo nō ſunt ꝯtraria ſcōi gñis: vcꝫ quorū eſt mediū. ¶ In ſcōa particula q̄ incipit, Preterea. affert ſcōam rōnē. In cōtrariis inqt poſſibile eſt fieri mutationē indifferēter ab vno ad aliud, ⁊ econuerſo (niſi vnū ſit accidēs ꝓpriū qd non corrūpit̃ niſi corrupto ſubiecto) ſed in ꝑuatiue oppoſitis, licet ab habitu in ꝑuationē poſſibilis ſit tranſitus, tñ a ꝑuatiōe in habitū naturalr̃ impoſſibilis eſt regreſſus: fit. n. ex vidēte cecꝰ, nō tñ ex ceco videns. ¶ Rōnē huiꝰ ſcite exponit S. Tho. 8. me. le. 4. ſupra text. 14. vbi hoc tractat Ariſto. Ait nāqꝫ, ꝙ cū ly ex, dicat ordinē, ſunt quidē naturales ordines qui naturaliter ꝯuerti nō poſſunt. Atqui naturalis ordo priuationis, q̄ dicit naturalē corruptionē, eſt, vt ex ꝑfecto fiat corruptio: tñ ex corruptione non fiat ꝑfectū immediate, niſi certis tranſmutationibus mediis. Exēpli grā. Uinū corrūpitur in acetum: ſed acetum non pōt reuerti in vinū: niſi forſan fundatur prope vitē, cuius humor actione naturali digeratur in vuas. Item ex homine fit cadauer: ſed tñ ex cadauere nunquā fiet homo, niſi reſolutū in terrā conuertat̃ in fructus, quibus hō paſtus generet ſemen, ⁊ inde aliū hominē. Cū ergo cecitas ſit corruptio viſus, nō poteſt ex cecitate fieri viſus, ſicut ex frigido calidū, ⁊ ex calido frigidū. Tenebre vero licet ſint priuatio luminis, habent tñ immediatū ordinē ad aerē, ſicut lumen. Poteſt enim tenebra eſſe vbi non preceſſerit lumē. Et ideo mutuus eſt trāſitus, ⁊ a lumine in tenebras, ⁊ a tenebris, in lumē. Dixerim cecitatem non eſſe niſi priuationē viſus precedentis: intelligo aut precedentis in re, aut qui naturaliter debuiſſet precedere: vt eſt in ceco a natiuitate. ¶ In tex. 8. qui incipit, Atqui patet. cōparant̃ contradictorie oppoſita ad tres precedentes oppoſitiones. Ait. n. hoc eſſe proprium huius oppoſitionis, ꝙ in vniuerſum de quocūqꝫ, ſiue ſit, ſiue nō ſit, neceſſe eſt aut affirmationem verā eſſe aut negationē: qd nullis aliorū oppoſitorꝫ cōpetit. Et id quidē primo ꝓbat ſi accipiātur incomplexe. Sanitas. n. aut egritudo: aut viſus, aut cecitas: aut duplū, aut dimidiū cum ſint incōplexa, nec vera nec falſa ſunt. Secūdo id probat ſi accipiātur cōplexe, vbi maior erat apparētia. Ait. n. ꝙ horum cōtrariorꝫ q̄ cōplexa ſunt, puta Socratē eſſe ſanū, ⁊ Socratē lāguere, Socrate quidē exiſtēte alterū ineſt: ſed Socrate nō exiſtēte, neutrū eſt verū. Et idem eſt de his, Socratem habere viſum, Socratem eſſe cecū. Sꝫ tñ ſi dicas Socratē eſſe ſanum ⁊ Socratē non eſſe ſanū, de neceſſitate alterū eſt verū: etiā ſi Socrates non ſit. Et hac de cauſa affirmatio ⁊ negatio de eodē habet̃, tanqꝫ ꝑmū principiū per ſe notū. ¶ In tex. 9. q̄ incipit, At vero malū ⁊c. ſequit̃ tertiū mēbrū huius capitis peculiare de ꝯtrariis: qd in aliquibꝰ codicibꝰ Grecis habet̃ tāqꝫ caput diſtinctū: in quo quinqꝫ ponunt̃ cōditiōes ꝓprie ꝯtrariorꝫ. Prima eſt, Bono ex neceſſitate ꝯtrariat̃ malū: malo autē nō ſolū bonū, ſed etiā malum ꝯtrariat̃. ¶ Non eſt ſenſus prioris partis, ꝙ oē bonū habet contrariū: nam coelū nō habet cōtrariū: nec ꝓprie lumē qd eſt qualitas eius. Nec eſt ſenſus, ꝙ ex duobꝰ cōtrariis ſi vnū eſt bonū, alterum non eſt bonum: nā calor eſt bonū ignis, ⁊ frigus bonum aque. Sed ſenſus eſt, ꝙ ſi bono ſub rōne boni aliquid cōtrariat̃, cōtrarium eius neceſſario habet rōnē mali reſpectu illius cuius eſt bonū. Calor enim ⁊ frigus ſimpliciter loquendo nec habent rationem boni nec mali: ſed ſi calor accipiatur inquantum conueniens igni, tunc frigus eſt malum ignis: ⁊ ſi calor conuenit ſaluti hominis, frigus contrarium eſt malum eius. Et vtrūqꝫ extremū virtutis



tutis eo eſt malū, quia virtus cui contrariat̃ eſt bona. Sed tamen prodigalitas cōtrariatur auaritie, ⁊ vtrunqꝫ eſt malum. Et ratio huius eſt, q bonum cōſtat ex integra cauſa: malum autem ex quocunqꝫ defectu. ¶ Quod ſi hinc inferas idem contrariari duobus diuerſis: vt prodigalitatem, liberalitati ⁊ auaritie: qd eſt contra Ariſtotelem. 10. me. tex. 14. vbi ait, ꝙ vnum tātum vni contrariatur. Reſpondetur, ꝙ illud intelligit̃ de perfecta contrarietate: vnum tñ extremum imperfecte contrariatur medio, inquantū participat aliud extremum: vt album contrariatur rubro, inquātum participat aliquid nigri. ¶ Secunda conditio contrariorum eſt, ꝙ non eſt neceſſe ſi vnum ſit reliquum eſſe: non enim ſequitur, ſi album eſt, nigrum eſt: q poſſunt omnia eſſe alba. Intelligitur de conſequentia logica: q naturaliter ſi elementum ignis eſt, ⁊ contrarium elementum eſt, puta aqua: vt. 2. de coelo, textu. 18. enuntiat Ariſtoteles. ¶ Tertia conditio eſt, ꝙ duo cōtraria non poſſunt eſſe ſimul in eodem ſubiecto. ¶ Et quarta eſt, ꝙ contraria ſemper ſunt circa idem ſubiectum: idem (inquā) ſpecie aut genere, vt ſi propriū ſubiectum ſanitatis eſt aīal, idē eſt etiā ꝓprium ſubm̄ egritudinis: lapis eñ q nō pōt eſſe ſanus nec pōt eſſe infirmꝰ. Et ſi calor non poteſt eſſe niſi in corpore corruptibili, nec frigus eſſe poteſt niſi in corpore corruptibili. ¶ Quinta ⁊ poſtrema cōditio eſt. Omnia contraria aut ſunt ſub eodē genere, vt album ⁊ nigrū ſub genere coloris: aut ſub contrariis generibꝰ, vt iuſtitia ⁊ iniuſtitia, quorꝫ primū eſt ſub gñe virtutis, ⁊ alterū ſub genere vitij: aut ſunt ipſa contraria gñā, vt bonū ⁊ malū: que dicunt̃ gñā improprie tanquā trāſcendentia vniuerſalia oībus cōtrariis: nam omniū contrariorꝫ alterum habet rationē boni reſpectu alicuius ſubiecti, reſpectu cuius alterum habet rationem mali.

## De Modis prioris. Cap. XI.

PRius quippiā alio quatuor dicitur modis. Primo quidē & propriiſſimè tēpore, quo pacto quippiam antiquius aliquo & vetuſtius dici ſolet: quia nanq; plus eſt tēporis, ideò antiquius atq; vetuſtius dicitur. Secundo verò, id quod nō cōuertitur eſſendi conſequentia: quo pacto vnū duobus eſt prius: nam ſi ſint duo, & vnum continuò ſequitur eſſe: at ſi vnum ſit, non neceſſariò ſequitur duo eſſe. Quare hoc poſito, non cōuertitur conſequentia, vt illud ſit. Prius autem id eſſe videtur quod eſſendi conſequentia non conuertitur. Tertio modo, ordine quodā dicitur prius, vt in ſcientiis, atque orationibus intueri licet. In demonſtratiuis eñ ſciētiis, prius eſt nimirū atq; poſterius ordine: elemēta nanq; deſignationibꝰ ordine priora ſunt, quippe cum principia priora ſint ordine cōcluſionibꝰ cōtemplādis: & in grammatica ſyllabis priora ſunt elemēta, in orationibꝰ etiā exordiū ſimili modo narrationē ordine antecedit. Prætereà id qd' eſt præſtabilius honorabiliúſve, prius natura eſſe videtur. Vulgus etiam eos qui ſunt honorabiliores, quoque magis amant, vocare priores cōſueuerūt: quāquā hic modus penè omnium alieniſsimus eſſe videtur. Tot igitur ferè ſunt modi prioris, qui dici ſolēt. ¶ Videbitur autē & vltra iam dictos, alius quidā eſſe prioris modus: eorū enim q̄ eſſendi conſequentia conuertunt̃, alterū quod eſt cauſa quouis modo vt vlterum ſit, prius natura non incongruè dici poteſt: atq; eſſe quædam talia, patet. Eſſe enim hominem, ad orationē de ipſo verā, eſſendi conſequentia ſanè conuertitur: nā ſi ſit homo, vera eſt ea oratio, qua hō dicitur eſſe: & ecōtrà hō profectò eſt, ſi vera eſt ea oratio, qua hominē dicimus eſſe. Atq; oratio quidem vera, vt res ſit nullo pacto eſt cauſa: res tñ aliq̄ ex parte vt ſit oratio vera, cauſa eſſe videtur. Ex eo nāq; quia res eſt, aut non eſt, oratio vera dicitur aut falſa: quare fit, vt quinque modis ipſum prius dicatur, vt patet.

## De Modis ſimul. Cap. XII.

SImul autem ea ſimpliciter propriiſsimeque dicuntur quorū generatio eſt tēpore in eodē: neutrū enim ipſorū prius, aut poſterius eſt. Atq; hæc tempore ſimul dicuntur: natura verò ea dicuntur ſimul, quæ eſſendi quidē cōſequentia cū cōuertant̃, neutrū tamen vt ſit alterū cauſa eſt: vt in duplo dimidioq; intueri licet: hæc enim cōuertuntur. Nā ſi duplū eſt, dimidiū eſt: & ſi dimidiū eſt, duplū eſt: neutrū tñ eſt cauſa vt alterū ſit. Ea ꝑtereà q̄ eiuſdē gñis diuiſione ſibi opponunt̃, ſimul eſſe dicunt̃ natura. Dicutur autē eiuſdē gñis diuiſione oppoſita ſibi, q̄ in eadem ſunt diuiſione: q̄lia ſunt, volatile, greſſibile, atq; in aquis degens: hæc enim ſub eodē gñe cōtra ſe ſunt diuiſa: quippe cū aīal in hæc. vt patet, diſtribuat̃, nihilq̄; horum aut poſteriꝰ aut prius ſit, ſed natura talia ſimul eſſe videātur. Diuidi etiā vnūquodq; taliū in ſpecies rurſus pōt, vt volatile, terreſtre, aquaticum: q̄ quidē & ipſa ſimul natura erūt: q̄ ſub eodē gñe collocata, in eadē ſunt diuiſiōe. Genus tātum ſpē prius eſt ſemper: nō. n. in conſequētia fit ab illo cōuerſio. Nā ſi volatile eſt, aīal eſt: at ſi aīal eſt, nō neceſſe eſt volatile eſſe: ſimul igit̃ dicūtur natura, ea q̄ in eſſendi quidē cōſequētia cōuertūtur: nullo tantū pacto alterū cauſa eſt vt alterū ſit: & ea q̄ ſub eodē gñe collocata, cōtra ſeſe ſunt diuiſa. Abſolutè aūt ſimul ſunt ea quorū generatio eodem in tempore eſt, vt priùs eſt dictum.

CApvt vndecimū eſt de modis prioris, caputqꝫ duodecimū de modis ſimul, atqui priꝰ inquit alterū altero quatuor dr̃ modis. Modos eos ſolū intelligit q̄ ſunt vulgares ⁊ manifeſti. At prius tpe eſt id cuiꝰ gñatio fuit in tpe precedentis

dẽtiſ: ⁊ priꝰ ſubſiſtẽtia id qđ nõ dr̃ ſubſiſtẽdi ꝯña. i. id qđ infert ab alio, ſꝫ nõ infert aliud, vt vnũ prius eſt duobꝰ: nã duo fiũt ꝑ diuiſionẽ vniꝰ. Et tertio mõ dr̃ aliquid priꝰ ordine. Et q̃rto mõ priꝰ dignitate. ¶At vero p̃ter q̃tuor illos vulgatos modos addit quintũ modũ prioris natura. Ait.n. ꝙ id dr̃ priꝰ natura alio qđ licet cõuertat̃ eſſendi ꝯñia eſt nihilominꝰ cã alterius, vt eſſe hoẽm, prius natura eſt q̃ ꝙ orõ ſit vera. ¶Definitio hęc oculatiſſime eſt cõſiderãda: q̃ppe ex cuius incõſideratiõe multa in philoſophia, ⁊ in theologia cõmenta finguntur ⁊ ſuſtinentur. Hoc inq̃ accurate aĩaduertendũ eſt, ꝙ prioritas naturę nõ eſt prioritas in q̃. Qđ eſt dicere nõ eſt explicãda ꝑ ly in, ſꝫ ꝑ ly q̃. Exẽpli gr̃a. Sol eſt p̃us natura lumine ſuo qđ eſt coęuũ illi, ſꝫ ſi q̃s inde inferat, ꝙ in aliq̃ priori eſt ſol in q̃ non eſt lumẽ, fallacia eſt. Ait.n. Ariſt. ꝙ priꝰ natura ſubſiſtẽdi ꝯña dr̃ cũ poſteriori. Et ſic nõ dat̃ ꝙ ſit in aliq̃ p̃ori in q̃ non ſit aliud, ſed nihil aliud eſt ſolẽ eſſe priorẽ natura q̃ hãc cauſalẽ eſſe verã, q̃ ſol eſt, lumẽ eſt, ⁊ nõ ecõuerſo: ſicut prius natura eſt hominem eſſe q̃ eſſe riſibilẽ: ⁊ tñ in nullo priori eſt hõ, in q̃ nõ ſit riſibilis: concedit̃ verũtñ, ꝙ eſt priꝰ natura ꝓpter cauſalẽ: nã q̃ hõ eſt, riſibile eſt: ⁊ nõ q̃ riſibile eſt, hõ eſt. Accõmodatiſſimũ exẽplũ eſt Ariſ. Si in eodẽ inſtanti q̃ creatus eſt Adã, eſſet creata ꝓpõ, hõ eſt, prius natura fuiſſet Adã eſſe q̃ veritas ꝓpõnis: nã eo veritas eſt q̃ ſignificatũ eſt, ⁊ tñ nulla fuiſſet prioritas in q̃. ¶Et a fortiori p̃oritas originis in diuinis nõ dicit prioritatẽ in q̃. In nullo eñ p̃ori intelligit̃ pr̃ in q̃ nõ intelligat̃ filiꝰ. Nec inter patrẽ et filiũ eſt p̃oritas naturę: nã pr̃ nõ eſt cauſa filij: ſꝫ pr̃ eo ſolũ dicit̃ prior origine, q̃ filius eſt a patre, ⁊ non econuerſo: quę proinde vocatur prioritas a quo.

¶In capite duodecimo ſubduntur tres modi ſimul. Ea.n. ſunt ſimul tpe quoꝝ gñatio eſt ĩ eodẽ tpe adęquato: vt ſubm̃ ⁊ ꝓpria eiꝰ accidẽtia. Simul natura ſunt q̃ conuertunt̃ eſſendi ꝯña ⁊ neutrũ eſt alteriꝰ cã: vt relationes dupli ⁊ ſubdupli, pr̃is ⁊ filij ⁊c. Nã q̃uis res q̃ eſt pr̃ ſit cã rei q̃ eſt filiꝰ, tñ eſſe pr̃em, non eſt priꝰ q̃ aliũ eſſe filiũ nec eſt cã. Et q̃uis vnitas ſit p̃or binario, tñ vnũ nõ p̃us ſubduplũ q̃ꝫ binariꝰ ſit duplus. Tertio mõ aliq̃ dicũtur ſimul, q̃ ex ęquo immediate diuidũt idẽ genꝰ: vt terreſtre, aq̃tile, volatile, diuidẽtia genꝰ aĩalis ſunt ſimul natura: q̃ nullũ eſt cã alioꝝ. Diſtinxit iſtũ modũ a ſcđo, eo ꝙ in p̃ori exẽplo nullũ eſt nobiliꝰ alio, vt relatio dupli nõ eſt nobilior relatiõe ſubdupli: in his vero vnũ eſt p̃ſtantius alio vt terreſtre p̃ſtãtius eſt aliis: ⁊ ideo poſſet q̃s credere, ꝙ nõ ſint ſimul natura poſtq̃ꝫ nõ eſt ęq̃litas dignitatis: cũ cap. 11. dixiſſet, illud eſſe p̃us q̃rto mõ, qđ eſt nobiliꝰ. Dicit ergo mõ, ꝙ id nõ obſtat quin dr̃ię diuidẽtes genꝰ ſimpl̃r ſint ſimul: q̃ eſſe nobiliꝰ nõ ſufficit vt ſimpliciter dicat̃ prius. Genꝰ vero eſt prius ſpẽ poſtq̃ꝫ non cõuertitur ſubſiſtẽdi cõſequẽtia. Sequitur enim, ſi homo eſt, animal eſt, ⁊ non ecõuerſo: vnde genus eſt prius ſpecie, ſicut vnitas eſt prior binario. Reliqua de p̃ori, ⁊ ſimul, latius diſſerit Ariſt. 5. met. tex. 16.

## De Speciebus motus. Cap. XIII.

MOtus ſpecies ſunt ſex: gñatio, corruptio: accretio, decretio: alteratio, & ea mutatio q̃ loco accõmodat̃. Atq; cæteri quidẽ motus, vt patet, diuerſi ſunt: non eñ corruptio eſt gñatio, neq; accretio eſt decretio: neq; ea mutatio, q̃ loco accõmodat̃: cæteriq; motus ſimil̃r: de alteratione verò dubitatio q̃dam exiſtit, nè forſitã neceſſariũ ſit id qđ alterat̃, aliquo reliquorũ motuũ alterari. Hoc autẽ verũ non eſt: Ferè.n. oĩbꝰ in paſsionibꝰ, aut plurimis, nos accidit alterari, nullo motuũ cæterorum cõmunicante: neq;.n. incremẽta, neq; decremẽta ſuſcipere neceſſe eſt, id qđ paſsione mouet̃. Et ſimili in cæteris mõ: q̃re alteratio diuerſus eſt à cæteris motꝰ: nam ſi eſſet idẽ, cõtinuò id qđ alterat̃, creſcere aut decreſcere, aut aliquo alio moueri cęterorum motuũ oporteret: at non eſt, ꝑfectò neceſſariũ. Simil̃r & id quod augetur, aut aliquo alio motu mouet̃, alterari oporteret: at ſunt q̃dã q̃ augent̃, non alterãtur autẽ. Quadratum.n. gnomone circũpoſito creuit quidẽ, at non eſt alteratum. Similiter & in cæteris rebꝰ huiuſcemodi fit. Quare diuerſi ſunt hi motus omnes, vt diximus. Simpl̃r autẽ motus quidẽ contrariꝰ quieti eſt, ſingulis autẽ ſinguli aduerſant̃, gñationi quidẽ corruptio, accretioni verò decretio, & mutationi accõmodatæ loco quies in loco: & maximè vt videt̃ ea mutatio, q̃ cõtrariũ ad locũ itur, vt ei motui q̃ ſurſum itur is motus quo deorſum itur, & econuerſo opponitur. At reliquo aſsignatorũ motuũ quidnã contrariũ ſit, nõ eſt facile aſſignare: nihil autẽ ipſi cõtrariũ eſſe videt̃, niſi quiſpiã & in hoc quietẽ in q̃litate dicat opponi ei mutationi q̃ ad qualitatẽ eſt, mutationẽq; eã q̃ eſt ad qualitatem cõtrariã perinde atq; in mutatione loco accõmodata: quietẽ in loco, & mutationẽ q̃ ad cõtrarium locũ itur, cõtraria diximꝰ eſſe. Alterationẽ nãq; mutationẽ eſſe in qualitate cõſtat: quare motui in qualitate, quies in qualitate opponitur: aut ea mutatio, qua ad qualitatẽ contrariã itur: quo pacto albũ quippiã fieri, & nigrum quippiã fieri, inter ſe opponuntur. Alterantur enim hæc, atq; in qualitatis contrarios terminos mutatio fit.

## De Modis habere. Cap. XIIII.

HAbere pluribꝰ modis, aut vt habitũ diſpoſitionẽq;, vel aliquã aliã qualitatẽ dicitur: ſciẽtiã.n. habere aliquã dicimur, & virtutẽ: aut vt quantũ, velut eam quã q̃ſpiã magnitudinẽ habet: nã cubitorum triũ vel quatuor habere magnitudinẽ dicit̃: aut vt ea q̃ circa corpus ponũtur: vt veſtẽ, tunicã, & gladiũ, & ſimilia: aut in parte, velut in manu annulũ: aut vt partẽ, vt manũ vel pedẽ: aut in vaſe, vt modiũ habere triticũ dicimus, aut doliũ vinum: hæc.n. habere vt in vaſe dicunt̃: aut poſſeſſionẽ, habere eñ dicimur domũ, fundũve. Dicit̃ & vir vxorẽ, & vxor virũ habere: qui quidẽ remotiſsimꝰ oĩm habẽdi modus eſſe videt̃: nihil eñ aliud dicendo virũ habere vxorem ſignificamus, quã virũ vnà cum vxore habitare. Forſitan & alij quidã habẽdi modi eſſe videbunt̃, ſed qui dici ſolent, omnes ferè ſunt nunc à nobis enumerati.





Sex ſpecies motus.

IN capite tertiodecimo enarrant̃ ſex ſpecies motus. Sũt enim quatuor termini motus. ſ. ſubſtãtia, cuiꝰ eſt generatiõ ⁊ corruptio. Tametſi generatio nõ ſit proprie motus: cum inductio formę ſubſtãtialis non fiat ſucceſſiue: ſed eſt mutatio quędã vt habetur. 3. ⁊. 5. Phyſ. Eſt pręterea quãtitas: ad quã eſt augmentatio ⁊ diminutio. Et eſt qualitas, ad quã eſt alteratio: ⁊ vbi, ad quod eſt motus localis. ¶Diſputat mox Ariſ. dubitatiũculã, an alteratio ſit motus diſtinctus ab aliis: ſicut generatio diſtinguit̃ a corruptione: ⁊ augmẽtatio, a diminutiõe: ⁊ motus localis, ab vtriſq;.

Dubium.

Neque hoc quęrit quia res ſit dubia: potuiſſet enim id ſtatim probare ratione termini motus: qui vt mõ dicebamus alius eſt in alteratione quã in aliis motibus. Sed quęrit hoc propter aliquos antiquos qui putabant alterationem non eſſe motum diſtinctum propterea quod videbant generationẽ ⁊ augmentationem viuentium non fieri niſi per alterationem. Quocirca ſolum vtitur aduerſus eos experiẽtia: q̃ ſtat (inquit) freq̃ẽter aliquid alterari, quando non moueatur alia ſpecie motus. Ut fere in omnibus inquit paſſionibus aut plurimis contingit: tam animę, vt in amore, odio, ⁊ concupiſcentia: q̃ꝫ corporis: q̃ ſtat aliquem calefieri ⁊ nigreſcere ad ſolem, quãdo nõ alio motu moueatur. Ait tamen, in plurimis: q̃ ſi iſtę paſſiones multum creſcant, ſubſequũtur alij motus. Ut in metu mouetur ſanguis ad cor, ⁊ in verecundia mouetur ad faciem. Et in corporalibus per calefactionem rarefit cera: ⁊ per nutritionẽ augetur viuẽs. At quia poſſet quis dubitare, quod ſaltem omnis augmentatio ſit alteratio: quia viuentia non augentur niſi per alterationem cibi: ⁊ cera, per calefactionẽ. Reſpondet, ꝙ aliquid poteſt augeri ſine alteratione. Et ponit ſolũ exemplũ in mathematicis, q̃ abſtrahunt a motu: nam in naturalibus non poteſt eſſe augmentatio ſine alteratione. Et eſt exẽplum de quadrato, cui ſi addas gnomonem, auget̃ ſine mutatione figurę. Gnomon eſt ſupplementũ qđ additur coſtis quadrati, taliter, vt figura quadrati non varietur, ſed maneat ęquilaterum ſicut antea.

Gnomon.

¶In ſecunda parte textus docet Ariſt. ꝙ omnis motus habet duo cõtraria. Generaliter enim omni motui contrariatur quies: ⁊ pręterea peculiariter quicunq; motus cõtrariatur oppoſitę ſibi formę. Exempli gratia. Motus localis: entis naturalis cõtrariat̃ quieti in ſuo loco naturali: ſed ⁊ motus ſurſum, contrariatur motui deorſum. Item generatio cõtrariat̃ huic qđ eſt, generatum eſſe: qui eſt terminꝰ motus: ⁊ pręterea cõtrariatur corruptioni. Et augmẽtatio contrariatur huic quod eſt, augmentatum eſſe, ⁊ deinde diminutioni. Atq; adeo calefactio cõtrariatur huic quod eſt, calefactum eſſe: ⁊ rurſus frigefactioni. Attamen inter motum ⁊ ſuam quietem non proprie eſt cõtrarietas, ſed priuatiua oppoſitio. Quies enim ſe habet poſitiue vt habitus, ⁊ motus vt priuatio: motus nanq; quia eſt via ad terminum, quodam modo eſt priuatio termini. Et hac de cauſa motus per ſe non ponitur in pręedicamento: quia quanuis non ſit tam diminutum ens, quam ens rationis: tamen neq; omnino dicit perfectam formam, ſed viam ad formã. Et ideo reponitur inter poſtpręedicamenta: ⁊ motus quiſq; reducitur ad pręedicamentum ſui termini: vt generatio, ad ſubſtantiam: augmẽtatio, ad quantitatem: alteratio, ad qualitatem: ⁊ motus localis, ad pręedicamentum, vbi.

Ois motꝰ habet duo contraria.

¶Caput denique quartumdecimum et poſtremum explicat plures modos huius quod eſt, habere. Atqui vt in pręedicamento qualitatis, ⁊ in pręedicamento vbi, adnotauimus ex Ariſt. 5. met. text. 25. habitus vno modo accipitur pro qualitate inhęrente qua qui aliqualiter ſe habet: ⁊ hęc eſt ſpecies qualitatis. Et alio modo pro re adiacente alicui per modum quaſi actionis aut paſſionis: et hoc eſt vnum ex ſex vltimis pręedicamẽtis. Et tertio modo accipitur generaliſſime pro eo quod eſt habere: ſiue per inhęrentiam, ſiue per adiacentiam, ſiue per ſolam relationẽ. ¶Et modos vniuerſos eodem 5. metap. text. 28. reducit Ariſt. ad quatuor. Primo vna res dicitur habere aliam quam trahit ad ſuam diſpoſitionẽ ⁊ naturam: vt febris, habet infirmum ⁊ tyrannus, ciuitatem: ⁊ homo veſtem quę conformatur ad figuram habentis. Secundo modo res habet aliam ſicut ſubiectum formam: vt ſubſtantia habet quantitatẽ vel qualitatem. Et tertio modo ſicut continens habet contẽtum: vt dolium habet vinum. Et quarto modo ſicut aliquid per violentiam tenet aliud ne moueatur ſuo motu naturali aut libero: ſicut columnę habent trabem quam ſuſtinent ⁊ vincula, habent hominem. Quintum modum addit hic Ariſto. quem vocat remotiſſimum omnium. Sicut homo dicitur habere amicum aut vxorem per ſolam relationem, quia habitant ſimul: aut quacunq; alia relatione quis habeat aliam rem, ⁊ dicitur iſte modus remotiſſimus habendi: quia non magis vnus amicus habet alium quam alius primum. Dicimur deniq; habere Deum, habere legem, habere gratiam, habere merita, habere fœlicitatem ęternam.

Modi habere.

Finitur liber Prædicamentorum.

# Commentarij Fratris Dominici Soto, Segobienſis, ordinis Prædicatorum; artium ac ſacræ Theologiæ profeſſoris, in libros Poſteriorum Ariſtotelis.

Dialecticã ſatis conſtat circa intellectus opera verſari. Unde rationalis dicitur, non ſolum, vti reliquę artes, eo ꝙ a ratione proficiſcitur, ſed peculiariter ab obiecto. Ueluti morales ſcientię nuncupantur, quę moribus nos inſtituunt: ꝛ naturales, quę rerum perſcrutantur naturas. Atqui intellectus, quatenus intellectus eſt, duplex eſt operatio, vt. 3. de anima, text. 21. Ariſtoteles autor eſt: nempe ꝛ ſimpliciũ apprehenſio, ꝛ ex his compoſitio atque diuiſio. At vero quatenus ratio eſt, tertiam ſortitur operationem quam proinde ratiocinationẽ appellant. De priori in prędicamẽtis ſermo habitus eſt. Secũdã tradidit Ariſtoteles in libris Perihermenias: quorum commentarios non admodum duximus neceſſarios, eo quod in Summularũ tractatibus abunde res illa a nobis verſata eſt. Quod ſi Ariſtotelis ad literam expoſitionem deſideras, extat S. Thomę luculentiſſima. Tertiam demum operationem libris quatuor pertractauit Ariſtoteles. Enimuero ſyllogiſmus, inſtar compoſiti naturalis ex duplici principio conſtat, ſcilicet formali, quod eſt illationis diſpoſitio in modo et figura: et materiali, quę ſunt propoſitiones ex quibus extruitur. De principio formali diſſerit in libris Priorum: quorum expoſitionem eo miſſam nos facimus, ꝙ in quinto libro Summularum de arte ſyllogiſtica ſatis ſuperq; diximus. At vero materialia principia in triplici ſunt differentia. Id nanq; quod in operibus experimur naturę, in operibus etiam rationis vſu venire compertum eſt (qđ S. Thomas in hoc prooemio adnotauit.) Quędam enim ſunt quę ex neceſſitate agunt, ita vt deficere non poſſint: quales ſunt celeſtes orbes, qui a motu ceſſare nequeunt. Alia vero ſunt quę vt plurimum quidem regulariter ꝛ ſecundum naturam operantur, deficiunt tamen nonnunquam: vt viuentium ſemina, quę frequẽtius perfectos naturaleſq; partus ędunt: quandoque tamen pariunt monſtra. Hunc ad modum in operibus rationis ſunt aliqua principia neceſſaria, q̄ ex neceſſitate gignunt ſcientiam: quędã vero probabilia q̄ vt plurimum vera generant iudicia: ſed alia ſunt ſophiſmata quę cum ſint vero ſimilia, in errorem tamen nos inducunt. De principiis primi generis eſt huius libri tractatio: de ſecundis extant libri Topicorum: atq; adeo de tertiis libris Elenchorum. Quo fit vt inter libros vniuerſos dialecticę iſte ſit materia ꝛ obiecto digniſſimus: nam ſimplicium apprehenſio atque enuntiatio ad ſyllogiſmum ordinatur: et inter ſyllogiſmos ille qui generat ſcientiã pręſtantiſſimus eſt: quia intellectus nulla alia cognitione quieſcit, quoad ſcientiam adipiſcatur, quę eſt certum ꝛ euidens rei iudicium. At vero, vt eſt omnium finis, ita eſt omnium abditiſſimus ꝛ obſcuriſſimus. Enimuero Ariſtoteles, cum in aliis pleriſq;, tum pręſertim in hoc opere (quod ꝛ Themiſtius confitetur) conſulto viſus eſt obſcuritatem affectaſſe: Adeo vt cum in hunc vſum editum fuerit, vt ad alias ſcientias viam ſterneret atq; pararet, inuium ipſum ac propemodum inacceſſibile habeatur. Quo factum eſt, vt huius ętatis dialectici, literam intentionemque Ariſtotelis poſthabentes, materiam potius notitiarũ huc accerſant, quam libros poſteriorum exponant. Dabimus ergo (Deo dante) operam pro viribus et ingenio noſtro, vt opus quod ꝛ longum eſt, et obſcurum, ſed tamen cognitu perneceſſariũ, neq; prorſus inexplicatum maneat, neq; rurſus ad faſtidium vſq; procedat.

*Tria opera intellectꝰ.*
*Principia ſyllogiſmi.*
*Hic liber finis ẽ dialecticę.*

## ¶ Titulus libri ſic habet Græce,

Analytica hyſtera. Quod ad literam Latine ſona, Reſolutiua poſteriora. Ut ſuppleatur ſubſtantiuum, biblia. i. libri: nam Gręce, biblia, eſt plurale neutrum: ſicut, volumina, Latine. Mos nanq; Gręcorũ eſt denominationẽ libri facere ab eius materia: vt libri Topici. i. locales dicũtur, q2 tractãt de locis: ꝛ libri Ethici. i. morales: q2 tractãt de moribꝰ. Et ita libri Analytici. i. reſolutiui aut reſolutorij, q2 tractãt de reſolutione. Quapropter Latini (potius ad ſenſum ꝙ ad verbũ) transferũt de reſolutione poſteriori, ſeu reſolutionũ poſteriorũ libri. ¶ Ubi adnotandũ eſt, ꝙ proprie reſolutio eſt examinatio qua iudicium ſumitur de aliqua re, an legitima ſit ꝛ perfecta ſcđm ſuam naturã. Et dicit̃ reſolutio, q2 talis examinatio non fit niſi reſoluendo rem vſq; ad prima principia ex quibus compoſita eſt. Atqui vt ſyllogiſmus ſit legitimus ꝛ perfectus, neceſſarioq; ꝛ euidẽter concludens, duo habere debet legitima principia. ſ. et illationis formã euidentẽ, ꝛ materiã. ſ. pręmiſſas neceſſarias ꝛ itidem euidentes. Et quia forma dignior eſt ꝛ prius ſeſe oculis oſtẽdit q̄z materia, prima reſolutio eſt rõne formę. ſ. iudicare an habeat diſpoſitionẽ figurę neceſſario cõcludentẽ: quo ſemel conſtituto, ſcđa examinatio eſt perpẽdere neceſſitatẽ p̄miſſarũ. De priori reſolutione diſſerũt libri duo priorũ: nẽpe q̄ docẽt quẽuis datũ ſyllogiſmũ imperfectũ aut ineuidentẽ ad aliquẽ illorũ quatuor euidẽtiũ primę figurę reſoluere: q̄ immediate regulant̃ p prima principia q̄ ſunt, dici de oĩ ꝛ dici de nullo, vt lib. 5. Sũmu. latiſſime eſt intueri. De ſcđa ꝛ poſteriori reſolutione tractant duo iſti libri q̄ nobis in manibus ſunt. ¶ Ubi adnotandũ eſt, ꝙ natura cuiuſcunq; rei, q̄ definitione quidditatiua exponit̃, cauſa eſt oĩm paſſionũ que de tali re ſunt demõſtrabiles: eſt tñ cauſa ordine quodã, vt priores paſſiões ſint poſterior̃ cauſę. Et q2 vt hic tex. 5. meminit Ariſ. ſcire eſt cauſas rei cognoſcere, nõ priꝰ ſcimꝰ aliquã ꝯcluſionẽ, quã ſeriẽ cauſarũ illiꝰ cognoſcamꝰ vſq; ad definitionẽ, q̄ eſt oĩm prima radix. Exẽpli gratia: q2 homo eſt animal rationale. i. diſcurſiuum, ſtatim ſequitur ꝙ non ſimul cognoſcat omnia, ſed prius effectũ q̄z cauſam, ꝛ inde ſecundo ſequitur ꝙ ſit admiratiuus (nam admiratio prouenit eo ꝙ quis ignorat cauſam alicuius effectus) et inde tertio ſubſequitur quod ſit riſibilis. Si ergo fiat hęc demonſtratio: Omne animal admiratiuũ eſt riſibile,

*Titulus libri.*
*Reſolutio.*



riſibile, oĩs hõ eſt aĩal admiratiuũ: ergo oĩs hõ eſt riſibilis, eſt quidẽ neceſſaria ꝛ euidens ratione formę: ſed eſt ineuidens ratione materię: q2 nec demõſtrat cauſam admirationis, quã maior ſignificat: nec cur hõ ſit admiratiuus: q̄ eſt minor. Intentio ergo Ariſ. in hoc libro eſt, docere quo modo reſoluatur vtraq; in ſuam cauſam. ſ. minor ſic, omne animal quod priꝰ cognoſcit effectum q̄z cauſam eſt admiratiuũ: oĩs homo eſt tale animal: ergo. Et rurſus hęc minor ſic per definitionem, omne animal rationale prius cognoſcit effectum q̄z cauſam: omnis homo eſt animal rationale: ergo. Et maior reſoluitur ſic: oẽ animal cui põt eſſe repentinũ gaudiũ eſt riſibile: ſed oĩ animali admiratiuo offertur repentinũ gaudium (nam illud eſt repentinũ cuius cauſa ignoratur) ergo omne tale eſt riſibile. Qđ ſi forte demõſtratio ꝓcedat a cauſa remota, tunc applicanda eſt illa per cauſas intermedias ad concluſionẽ. Et id vocat inferius Ariſtoteles, quoniam illius eſt cauſa. At data hac demonſtratione, omne animal rationale eſt riſibile, omnis homo eſt animal rationale: ergo omnis homo eſt riſibilis: q2 eſſe animal rõnale nõ eſt ĩmediata cauſa riſibilitatis, ſed eſſe admiratiuũ: debet ergo prius ex definitione demõſtrari, admiratiuũ, ꝛ inde, riſibile. ¶ Ex his quę dicta ſunt ſequũtur corollaria quę rem perſpicacius elucidãt. Sequitur enim primo, quod reſoluere nõ eſt ſolum rem in partes diuidere ꝛ ſoluere: ſed compoſitionem vſq; ad prima eius elementa diſſoluere, vt eius natura manifeſte perpẽdatur. Quemadmodum actione naturali compoſitũ reſoluitur vſq; ad materiã primã: ꝛ Ariſt. 1. priorũ dicit, tẽm eſſe in quẽ reſoluitur propoſitio, nã intẽtio dialectici in ſubiecto ꝛ pędicato ſiſtit: ſed tñ grãmatici orationẽ in dictiones reſoluunt, ꝛ dictiones in ſyllabas: ac demũ ſyllabas in literas, q̄ ſunt prima elemẽta. ¶ Scđo ſequitur, ꝙ non eſt idem ſyllogiſmus demõſtratiuus (quẽ Gręci, apodicticon, appellant) ꝛ reſolutorius, quem vocant, Analyticon: nam ſyllogiſmus demõſtratiuus eſt quicũq; procedit euidenter ex duabus pręmiſſis neceſſariis: ſed reſolutorius eſt ille qui reſoluit principia. ſ. conſequentiã vel pręmiſſas in ſua prima principia. Ut cum ſyllogiſmus imperfectus iuxta artẽ traditam. 5. lib. Summu. reducitur ad perfectum inferendo ex pręmiſſis imperfecti pręmiſſas perfecti, ꝛ inde propriã concluſionẽ: ex qua rurſus infertur concluſio imperfecti, totus ille diſcurſus dicitur ſyllogiſmus reſolutiuus priori reſolutione. Atq; ſyllogiſmus, quẽ paulo ante faciebamus reſoluentes pręmiſſas in alias priores vſque ad definitionẽ, appellatur reſolutiuus poſteriori reſolutione. ¶ Tertio ſequitur quodnã ſit ſubiectũ huiꝰ libri. Dubitari. n. poteſt, ſitne ſyllogiſmus reſolutiuus, an vero demõſtratio, an potius ſcientia. Apparet tñ ex dictis ꝙ primũ ſubm̃ huius libri eſt ſyllogiſmus reſolutiuus. Cõſtat nãq; ex titulo libri: ſane qui eſt, de reſolutione: ſed quia reſolutio ordinat̃ ad examinandã ꝛ docendã naturã demonſtrationis, parum refert ſi dicamus demonſtrationem eſſe ſubm̃. Scientia vero potius eſt finis libri q̄z ſubm̃: eſt enim proprius finis ꝛ effectus demonſtrationis generare ſcientiã. ¶ Quarto ſequitur quęnã fuerit huius artis neceſſitas. Enimuero cum natura hominis (quia eſt rationalis) ſit res. nõ ſimul, ſed ſucceſſiue cognoſcere, neceſſaria fuit illa ars qua cauſas rei ignotas per prius nota inueſtigaret. Quo fit vt angelus qui (cum ſit a materia ſeparatus) rem quãcunq; ꝛ omes eius cauſas ſimul ꝛ ſine diſcurſu cognoſcit, arte hac reſolutoria non indigeat. neq; in naturalium cognitione errare poteſt. ¶ Atqui, vt hoc obiter dixerim, hęc cauſa eſt cur philoſophis huius tẽporis ars hęc poſterioriſtica pene ignota ſit: q2 ars exercitio ꝛ cõparatur ꝛ cuſtoditur: hac tamen ętate minima philoſophis cura eſt rerum cauſas perueſtigare: ſuas proinde doctrinas claras ꝛ faciles exiſtimantes, q2 res in ſuperficie tractantes cauſas non perſcrutantur: vbi vt ratio ſciendi, ita ꝛ difficultas ꝛ labor cõſiſtit. Atq; adeo propterea S. Thom. obſcuritatis redarguunt, ꝙ intelligẽs, ſcire eſſe rem per cauſas cognoſcere, vniuerſa contendit ad primas cauſas reuocare. ¶ Quinto demum colligitur ordo huius libri ad reliquos dialecticę. Sequitur eñ libros prędicamentorũ ꝛ perihermenias qui tractant de partibꝰ ſyllogiſmi, ꝛ libros priorũ: pręcedit tamẽ libros topicorum ꝛ elenchorum, vt patet in codice Gręco. Et ratio huius ordinis eſt non ſolum dignitas obiecti (q2 demonſtratio generans ſcientiam dignior eſt ſyllogiſmo generante aut opinionem aut errorem) ſed etiam q2 doctrina poſterioriſtica eſt iudicatiua. Iudicium enim nõ ſumimus de re niſi per rationes neceſſarias: nam quẽadmodum architectꝰ (vt Philoponus ait) vtitur amuſſi et perpendiculo ad iudicandũ, an lapis rectus ſit, ꝛ paries directus, ita dialecticus ꝛ quicũq; philoſophus vtitur prioriſtica reſolutione et poſterioriſtica ad iudicandum de aliis quibuſcũq; argumẽtationibus. Qua de cauſa Stoici ſolos dialecticos appellabant ſapientes. i. de rerũ vniuerſitate iudicantes. ¶ Modus procedẽdi huius libri doctrinalis eſt: procedit eñ definiendo quid ſit demonſtratio, ꝛ oſtendendo ex quibꝰ principiis conſtet, quoſq; habeat effectꝰ per cõparationẽ ad alios modos ſciendi. ¶ Sed ſolet hic eſſe dubiũ, vtrum hic liber demonſtratiue procedat: nam cum doceat facere oẽm demonſtrationẽ, id docere non põt per aliam demonſtrationem, alias iam eſſet illa demonſtratio antequã doceretur quid eſſet demonſtratio, vel illa eſſet docenda per aliam: et ſic iretur in infinitum. ¶ Reſpõdetur tñ ꝙ definitione ꝛ exẽplis. ſ. cõſtruendo demonſtrationem docet Ariſto. quid eſt demonſtratio: de qua poſtea demõſtrat quod generat ſcientiam. Quemadmodum de ſyllogiſmo dialectico demonſtrat quod generat opinionem: ꝛ de ſophiſtico, demonſtrat quod facit apparentiam. Eſt enim Dialectica quo ad omnes ſuas partes vere ſcientia, vt ſecundo quęſtione prooemiali monſtratum eſt.

*Intentio.*
*Reſoluere*
*Syllogiſmus reſo. ꝛ demon.*
*Subiectũ libri.*
*Neceſſitas*
*Ordo.*
*Modus procedendi.*

## De Præcognitis. Cap. I.

Omnis doctina, omniſq; diſciplina, intellectiua pręexiſtente à cognitione fit. Id ſi omnes quo fiãt pacto cõſideremus, manifeſtũ profectò fiet. Mathematicę nãque ſcientiæ illo comparantur modo, cæterarumq; artium vnaquæque. Sanè circa orationes quoq;, ſiue illæ per ratiocinationes, ſiue per inductionẽ fiunt, ſeruari modus idem ſolet: in vtriſq; nanque, per anteà nota doctrina nimirũ fit: quippe cum in altera tanq̃ à cognoſcentibus propoſitiones accipiantur: in altera per ſingulare iam notum ipſum vniuerſale oſtendatur. Simili profectò modo & oratoriæ rationes ſuadẽt: aut enim exẽplis, quod eſt inductio: aut enthymematibus, quod quidẽ ratiocinatio

tio eſt, facultas ipſa ſolet oratoria ſuadêre.

Textus. ij. ¶Dupliciter autem prænoſſe neceſſe eſt: quędam enim eſſe, quædam quid dictu ſignificent, quædam vtroque modo anteà percipiamus oportet: veluti de quouis quidem affirmationem, aut negationem dici verum eſſe: triangulum autem hoc ſignificare: vnitatem vtroq; modo, & quid ſignificet, & etiam eſſe: non enim vnumquodque iſtorum ſimili nobis modo manifeſtum eſt.

Textus. iij. ¶Fit autem, vt quæ cognoſcimus, eorum quædam priùs etiam cognouerimus. Quorundam verò cognitionem ſimul accipiamus, veluti quæcunque ſunt ſub vniuerſali, quorum quidem habetur cognitio: nam omnem triangulum tres duobus rectis æquos habere, anteà ſciuimus: at id quod eſt in hexedra,



triangulum eſſe, ſimul vt eo inducti ſumus, agnouimus. Hoc enim pacto nonnullas diſcimus rerum, & non per medium extremum cognoſcimus, ſcilicet quæcunq; ſingulares rerum formæ ſunt, & de ſubiecto nullo dicuntur.

Textus. iiij. ¶Anteà verò quàm facta inductio vel ratiocinatio ſit, partim fortaſſe nos ſcire, partim neſcire dicendum eſt: quod enim non ſciuit an eſſet ſimpliciter, id modo aliquo, nẽpe duobus rectis æquales habere, ſcire ſimpliciter licet: at patet, quod hoc quidem pacto ſcit: ſcit enĩ vniuerſaliter, ſimpliciter verò non ſcit: quod quidem ni ita ſit, ea profectò quæ in Menône hæſitatio eſt, vſu veniet: anteà enim nihil quiſquã diſcet, aut ea quę ſcit diſcet. ¶Non enim ita reſpondendum eſt, qualiter ſoluere quidam nituntur: omnémne dualitatem parem eſſe ſcis? annuenti verò, dualitatem ei quandã offert, quã quidẽ eſſe non putabat, ita neq; parem eſſe putabat: ſoluunt enim, non omnẽ ſe ſcire, dicẽtes eſſe parem dualitatem, ſed eam quã eſſe dualitatẽ ſciunt. Et tamen ſciũt quidẽ id, cuius demõſtrationẽ tenẽt, ceperuntq;: at non eius omnis quod ipſi aut triãgulum aut numerum eſſe ſciunt, ſed trianguli & numeri ſimpliciter omnis demonſtrationẽ ceperunt. Nulla enim huiuſcemodi propoſiti ſumitur, quem tu ſcis numerũ, aut quam tu ſcis rectilineam figuram, ſed abſolutè quodlibet ſumitur. Sed nihil vt arbitror obſtat, ſi id qđ diſcit quis partim quidem nôrit, partim verò ignoret. Non enim abſurdum eſt hoc, ſi id quod tênet, addiſcat aliquo modo: ſed ſi hoc pacto, eaque ratione qua diſcit, eodem modo teneat.

Liber iſte Grecè ĩ duos diuiſus eſt partiales libros. In priori nanq; agitur de demonſtratione ⁊ principiis eius intrinſecis, ⁊ de eius paſſionibus. Et in ſecundo agitur de medio demonſtrationis, qđ eſt definitio: ⁊ de extrinſecis principiis, q̃ ſunt principia pma ⁊ per ſe nota. At vero neuter liber ſubdiuiditur aut in capita, aut in textus, aut quauis alia partitione: ſed perpetuo ſermonis cõtextu ſcriptus eſt. Que cõfuſio (vt Themiſtius ait) ad libri obſcuritatẽ accedit. Traductores aũt ſunt qui p capita eos partiunt. Sed qꝛ commẽtator Auerroys cõmẽtarios ſuos per textus diſtinxit, in vſum abiit textus a cõmẽtis denoĩare: vt dicatur textus cõmenti primi, aut ſecundi. Tametſi nõ opus eſt noĩare cõmentũ: ſed ſatis eſt vti ſolemꝰ, citare textũ primũ, textũ ſecundũ ⁊c. Continet ergo liber hic primus capita vigintiſeptem, textus vero quadraginta quatuor. ¶Et quia diuiſiões ille ⁊ ſubdiuiſiones S. Thome vſq; ad minima (quanq̃ textui profecto lucis plurimũ afferant) iam modo non ſunt adeo grate, in ſex principalia mẽbra viſus nobis eſt primus liber diſtribuendus. In primo enim capite, quod quatuor textus habet, iacit primũ fundamentũ. ſ. ſciẽtiã oẽm fieri ex aliis precognitis. In duobꝰ ſequẽtibus, que ſingulos habent textus, explicatur quid ſit ſcire ⁊ quid demõſtratio. In octo ſequẽtibꝰ capitulis, vigintiquinq; textus cõtinẽtibus (nempe vſq; ad vndecimũ caput incluſiue) arguit de principiis intrinſecis demõſtratiõis, qualia eſſe oporteat. In tribꝰ ſequẽtibus vſq; ad quartũdecimũ, in quibꝰ tñ ſunt duo textus inſerit ſermo de ignorantia que ſciẽtie cõtraria eſt. In quinq; ſequẽtibus capitulis vſq; ad decimũnonũ, q̃ quinq; textꝰ cõprehendũt, oſtẽditur ꝙ demõſtrationis reſolutio non pcedit in infinitũ. In reliqs vero octo vſq; ad finẽ, in qbꝰ ſed textus habent, fit cõparatio inter demõſtratiões, mox inter ſciẽtias, ⁊ deinde inter ſciẽtiã ⁊ alios habitus.

Diuiſio.

## ¶ Ad euidentiam primi capitis

notandũ eſt primo, ꝙ cũ materia huius libri ſit demõſtratio, neceſſariũ fuit primũ oĩm preſupponere demõſtrationẽ eſſe: due nanq; ſunt queſtiones de re aliq̃ incõplexe ſignificata, vt videbimus in ſcđo huius. ſ. an eſt, ⁊ quid eſt: ⁊ prima eſt an eſt. ¶Scđo notandũ eſt, ꝙ ante Ariſtotelẽ duo fuerunt extremi errores negantiũ neceſſariã eſſe demõſtrationẽ. Cũ. n. demõſtratio ſit propter ſciẽtiã, ⁊ neceſſitas mediꝫ ſumat ex neceſſitate finis, fit vt ex neceſſitate ſcie neceſſitatẽ venemur demõſtrationis. Heraclitꝰ ergo ⁊ Cratylus quorũ meminit Ariſt. 4. met. tex. 22. negãtes ſcientiã haberi poſſe de rebus, tollebãt ſubinde neceſſitatẽ demonſtrationis. Plato vero per oppoſitum extremũ aſſerebat quidẽ eſſe ſcientiã: tñ negabat eam denouo acquiri. Erat enim in eius opinione ideas ſeparatas, eſſe ⁊ principia eſſendi rerum, et principia cognoſcẽdi: vt tũ alibi ſępe, tũ expſſe. 1. me. tex. 44. ⁊ infra meminit Ariſtoteles. Exempli gratia. Homo (ſm Plat.) cum generat hominẽ, ſolũ diſponit materiã: ſed idea hominis inducit formã plenã oĩbus ſpeciebus intelligibilibus ad oẽs ſciẽtias: ad modũ quo S. Tho. dicit angelos creatos eſſe cũ oĩbus ſpẽbus rerũ quas poſſunt naturalit̃ cognoſcere: qꝛ illas nequeũt a rebꝰ accipere. At qꝛ aĩa infunditur in materiã, nõ põt exire in actum, niſi p exercitium

Heracli. et Plato.



citium tollantur impedimenta. Unde colligebat noſtrũ diſcere nihil aliud eſſe, quã quoddã reminiſci. ¶Sunt quidã neoterici qui aliter explicant opinionẽ Platonis: nempe ꝙ fuerit in illa deceptione Pythagore de migratione aĩe a corpore in corpus. ſ. ꝙ aĩa exuta corpore iterum reuertitur in aliud corpꝰ. Atqui cũ ſeparata eſt a corpore, multa addiſcit: q̃ immerſa poſtea corpori, quodãmodo obliuiſcitur: quorũ per exercitiũ recordatur. ¶At re vera hec nũquã fuit opinio Platonis. Imo in Menone (quẽ dialogũ iſti citãt) refert illã opinionẽ tanquã Pindari ⁊ aliorum poetarũ. Et opinionẽ Platonis fuiſſe, ꝙ idee ſunt principia cognitionis, ſicut ſunt principia rerũ modo quo expoſuimus, eſt cõpertiſſimum apud Ariſtotelẽ libro citato tex. 48. ⁊ alibi frequentiſſime. Et apud S. T. 1. q. 8. 84. ar. 4. Imo idea hoc ſonat, quod forma ⁊ exẽplar faciendi ⁊ cognoſcẽdi res: vt ait Auguſt. lib. 83. queſtionũ, ⁊ S. Tho. 1. parte. q. 15. ¶Ariſtoteles ergo more ſuo ſtatim primo verbo, velut agens naturale, euellit duos iſtos extremos errores, vt propriã ſententiã inferat. Aſſerit enim ⁊ ſcientiã eſſe aduerſus Heraclitũ, ⁊ eam de nouo gigni aduerſus Platonẽ. Et ideo proponit: Oĩs doctrina ⁊ oĩs diſciplina ex preexiſtenti fit cognitione. Itaq; ſicut eſſe rerũ nõ fit ab idea, vt dicebat Plato: neq; ex nihilo: ſed ex virtute ſeminali: ita ſcientia fit ex aliquo prius cognito, qđ ſe habet vt ſemẽ ſciẽtię. ¶At vero nõ dicit tantũ particulariter, Oĩs ſciẽtia: ſed ab vniuerſaliorībꝰ inchoãs, Oĩs doctrina ⁊ diſciplina. i. oẽ iudicium intellectiuũ ex preexiſtenti fit cognitione. ¶Neq; vero ait, omnẽ doctrinã ex preexiſtẽti doctrina fieri: neq; omnẽ cognitionẽ ex preexiſtenti cognitione, alias abire eſſet in infinitum aut in doctrinis aut in cognitionibus: quod cõſtat eſſe falſum, cũ exterior ſenſatio ex nulla priori fiat. Sed ait, ꝙ oĩs doctrina fit ex priori cognitione. ¶Ubi notandũ eſt, ꝙ doctrina ⁊ diſciplina (vt Philoponus ⁊ S. Th. aiũt) idẽ habitus ſunt ſola ratione differẽtes. Ut enĩ motus idẽ vt procedit ab agẽte, eſt actio, ⁊ vt recipit̃ in paſſo, eſt paſſio: ita idẽ habitus quatenus a doctore gignit̃, eſt doctrina: inquantũ vero a diſcipulo ſuſcipitur, eſt diſciplina. Nec deniq; ait, ꝙ oĩs doctrina fiat ex preexiſtẽti cognitione naturali, aut acquiſita: ſed generaliter aut ex hac, aut ex illa. ¶Senſus igitur is eſt. Omne iudiciũ intellectiuũ aut induſtria inuentũ, aut doctore acquiſitũ, fit ex priori cognitione: ſiue illa prior ſit doctrina acquiſita, ſiue aliud iudiciũ naturaliter inſitũ. ¶Probat Ariſt. cõcluſionẽ tribus exẽplis: nam tres ſunt gradus certitudinis. Primus eſt ſcientiarũ mathematicarũ que euidenter demõſtrant: ⁊ in his preſupponũtur aliquę propoſitiones lumine naturali notę: videlicet, a quolibet pũcto in quodlibet punctũ lineã duci, quod ſenſu percipitur: cui adiicitur alia. ſ. ſuper lineã datam triangulũ conſtitui: ⁊ ita paulatim tanq̃ ex naturaliter notis, que ſunt velut ſemina naturalia, acquirit̃ ſcientia, quã vocat Ariſtoteles doctrinã. ¶Secũdus gradus eſt in diſcurſibus dialecticis q̃ hic vocantur orationes. Procedit enĩ dialecticus aut ſyllogiſmo, aut inductione. Ad cuius euidẽtiam notandũ eſt, ꝙ ſyllogiſmus dialecticus eſt ille qui nõ eſt demonſtratiuus: ſed ex probabilibus generat opinionem. Et ideo dialecticus nõ reſoluit premiſſas in prima principia per ſe nota: ſed ſupponit aliquas premiſſas, quas reſpondens quia credit eſſe veras admittit: ⁊ ideo dicit Ariſtote. ꝙ in altera, ſcilicet, in ratiocinatione dialectica oſtenditur cõcluſio ex propoſitionibus que tanquam a cognoſcentibus accipiuntur, id eſt, quas arguentes accipiunt a reſpondentibus: quas reſpondentes dant ac ſi eſſent ſibi iam demonſtratę, cũ tamẽ nõ ſint. Boetius vertit ꝙ hę. ſ. ratiocinationes dialecticę ſunt incipientes tãquam a notis: que litera nõ conſonat Grece ſicuti litera Argyropyli. Exempli gratia. Ruſticus putat piſces reſpirare: propterea ꝙ videtur aquam immittere ⁊ emittere. Uolens ego probare ꝙ non reſpirant, ſuppono illi, ꝙ ſola animantia habẽtia pulmonem reſpirant. Ille neſcit hoc eſſe verũ: ſed authoritate mea vel aliqua facili perſuaſione admittit. Illud admittere eſt dare mihi quaſi gratis: quia nõ eſt cõuictus demonſtratione. Illam ego accipiẽs formo ſyllogiſmũ dialecticum. Omne aĩal quod reſpirat habet pulmonẽ, piſcis nõ habet pulmonẽ: ergo nõ reſpirat. Si vero negat minorẽ, tunc inductione id probo ad ſenſum: Hic piſcis nõ habet pulmonẽ, ⁊ hic nõ habet pulmonẽ, ⁊ hic. ⁊c. ergo nullus habet pulmonẽ. Et hoc eſt quod ſubiungitur in textu, in altera. ſ. in inductione ex cognitione ſingularium concluditur vniuerſale. ¶Ubi id quod ſecũdo libro ſummularũ diximus hic adnotandũ eſt: videlicet ꝙ inductio nõ eſt cõſequentia euidenter cõcludens. Et ideo nõ eſt neceſſe ſubſumere, ⁊ ſic de ſingulis, vel, iſti piſces ſunt omnes piſces: alias profecto eſſet petitio principii: ⁊ tam ignotũ eſſet aña ſicut conſequens. Sed inductio eſt quãdo ex ſingularibus que experimur cõcludimus vniuerſale: eo ꝙ eadem videatur eſſe ratio de omnibus. Qua de cauſa non ponitur hic ab Ariſtotele in primo gradu certitudinis: ſed inter orationes dialecticas que faciunt probabilitatem. ¶Infimus gradus certitudinis eſt in rethoricis ſuaſionibus, que nõ faciũt ſemper certã opinionem, ſed ſolũ coniecturam ⁊ perſuaſionem. Que etiam ex precognitis procedunt ad concluſiones. Et ſicut dialecticus vtitur ſyllogiſmo ⁊ inductione, ita rethor vtitur enthymemate ⁊ exemplo. Enthymema enim dicitur ab enthymo. i. in animo: quaſi ꝙ in animo reſeruet maior premiſſa: vt hec mulier ornat ſe preter voluntatem mariti: ergo eſt adultera. Et in hoc differt a ſyllogiſmo: quia ſyllogiſmus exprimeret maiorẽ. ſ. oĩs mulier que ornat ſe preter voluntatẽ mariti eſt adultera. Et ideo dicit Ariſto. ꝙ enthymema eſt ratiocinatio: vel (vt grece habetur) eſt ſyllogiſmus. Boetius vertit vere eſt ſyllogiſmus: cũ tamẽ Grece nõ ſit particula, vere. ¶Soliciti ſunt hic, etiã antiqui expoſitores, quo modo enthymema ſit ſyllogiſmus. Themiſtius enim ait, ꝙ eſt quodammodo. i. imperfecte ſyllogiſmus: ⁊ S. Tho. ꝙ eſt truncatus ſyllogiſmus: ⁊ Paulus Uenetus ait, ꝙ enthymema eſt ſyllogiſmus ſolũ cauſaliter: qꝛ ex enthymemate fit ſyllogiſmus, addita maiore. Attamen videtur Ariſto. nihil aliud intendere, niſi ꝙ idẽ eſt apud rhetores enthymema, qđ apud dialecticos eſt ſyllogiſmꝰ. Ueluti qđ apud dialecticos eſt inductio, apud rhetores eſt exẽplũ. Itaq; neq; enthymema ſimplicit̃ eſt ſyllogiſmꝰ, ſed ſyllogiſmꝰ rhetoricus: neq; exemplũ ſimpliciter eſt inductio, ſed quodãmõ inductio rhetorica. ¶Aũ exẽplũ in hoc differt ab inductiõe, ꝙ inductio ex ſingularibus oĩbus q̃ ſentimꝰ numeratis infert probabiliter vniuerſalẽ. Exemplũ xo nõ infert vniuerſale, ſed ex vno ſingulari, aut pluribꝰ infert illud ſingulare de quo eſt q̃ſtio. Ut ſi qs arguat: Iudas qꝛ loculos habebat pre auaritia vẽdidit Chriſtũ: ergo hic ſacerdos pecunię cupidꝰ periculũ eſt ne ſpũalia vẽdat. Et ideo rhetor nõ gñrat ſciẽtiã: quia tñ intẽdit pſuadere cõcluſionẽ ſingularẽ. Demõſtrator xo ⁊ dialecticꝰ cõcludũt in vniuerſali. ¶Potuiſſet Ariſt. cõcluſionẽ ĩ artibꝰ etiã mechanicis oſtẽdere. Exẽpli gr̃a. Faber ferrariꝰ ſine arte naturalit̃ ſcit ꝙ ferrũ pt ſcidere coriũ, lignũ, ⁊ lapidẽ: ſed ex illa pũia cognitiõe inuenit vel addiſcit artẽ faciẽdi ſerrã ad ſecandũ lignũ, ⁊ cultrum

Doctrina ⁊ diſciplina.

Senſus cõcluſionis.

Tres gradus certitudinis.

Syllogiſmus.

Inductio.

Enthymema.

Exemplũ.

trũ ad ſecãdũ coriũ, ⁊ excuſoriũ ad dolandũ lapidem. Item faber lignarius ſine arte ſcit ꝙ ſerra ſecat lignũ: ſed per artẽ diſcit ſecare apte ad faciẽdam arcã vel ſcamnũ. ¶ In texto ſecundo (Dupliciter autem) Tex.2. poſtquã dictũ eſt ſciẽtiã fieri ex pręcognitis, pergit Ariſt. explicare quę ſunt illa quę opus eſt pręcognoſcere ante notitiam cõcluſionis: ⁊ de quibus oportet illa pręcognoſcere. Ait enim duo eſſe quę pręnoſſe oportet. ſ. an res ſit, ⁊ quid nomen ſignificet. Tria tñ ſunt de quibus aliquod iſtorũ debemus pręcognoſcere. De principio enim oportet pręcognoſcere an ſit. i. ꝙ verũ ſit: de paſſione vero, quid ſignificet: ſed de ſubiecto vtrunq;. ſ. ⁊ illud eſſe, ⁊ quid ſit. ¶ Ad cuius intelligentiã notandũ eſt primo, ꝙ ſubiectũ demonſtrationis eſt id de quo paſſio demonſtratur: quod in prima figura eſt minor extremitas. Paſſio vero eſt quę de ſubiecto demonſtratur: quę eſt illic maior extremitas, principiũ autẽ eſt vtraq; pręmiſſa. Exẽpli gratia in hac demonſtratione: Omne aĩal rationale eſt riſibile, oĩs homo eſt aĩal rationale: ergo oĩs homo eſt riſibile: homo, eſt ſubiectũ, ⁊ riſibile, eſt paſſio: ⁊ vtraq; pręmiſſa eſt principiũ. ¶ Notãdum eſt ſecundo circa exemplũ Ariſtotelis, ꝙ vna inter alias cauſas obſcuritatis huius libri eſt, ꝙ exẽpla, quę deberẽt eſſe velut ſplẽdor doctrinę, ſunt apud eũ obſcura: eo ꝙ ſunt ex mathematicis accerſita. Quod factũ eſt, q: propriiſſimę ⁊ certiſſimę demonſtrationes, de quibus hic agitur, in ſolis mathematicis reperiuntur. Noĩe vnitatis intelligit hic ſubiectũ: ⁊ noĩe triãguli intelligit paſſionẽ: ⁊ per affirmationẽ aut negationẽ de quolibet dici, intelligit principiũ. Quę exẽpla nõ poſuit, intendẽs ꝙ vna demõſtratio poſſit cõfici ex his terminis (qđ nõnullos id putãtes confundit) ſed quia figura eſt paſſio quãtitatis, ⁊ triãgulus eſt prima figura, noĩe triãguli generaliter intelligit quãcunq; paſſionẽ. Et quia ſubiectũ eſt id qđ ponit in definitione paſſionis (aquilitas enim eſt naſi curuitas) ⁊ vnitas eſt id per quod definit oĩs ſpẽs quantitatis (ternarius enim eſt numerus ex tribus vnitatibus cõpoſitus: ⁊ triãgulus figura triũ linearum aut angulorũ: ⁊ quadrangulus figura quatuor linearũ. ⁊c.) ea ratione noĩe vnitatis (quę eſt primũ ſubiectum in mathematicis) intelligit generaliter quodcunq; ſubiectũ: ⁊ q: primũ principiũ per ſe notũ eſt quodlibet eſſe vel nõ eſſe, per hoc ſignificauit generaliter quodcunq; principiũ. Vtamur ergo nos aliori clariori exẽplo de hoĩe ⁊ riſibili. ¶ Tertio notandum eſt, ꝙ vt in principio ſecundi libri ait Ariſt. cũ interrogare ſit propter ſcire, tot ſunt ſcita de aliqua re, quot ſunt interrogationes: quę ſunt numero quatuor. Ea enĩ q̃ interrogamus aut ſunt incõplexa, aut cõplexa. De incõplexo interrogam⁹ an ſit, ⁊ qđ ſit. ſ. an ſit ⁊ qđ ſit hõ. De cõplexo vo, an hoc ſit illud: puta an homo ſit riſibilis: ⁊ propter quid ſit illud, ſcilicet, qua de cauſa ſit riſibilis. Et quia ſciẽtias cõmodius denominare nõ poſſumus q̃ noĩbus interrogationẽ: prima ſcientia appellatur, an eſt: ſcđa quid eſt, tertia, quia eſt. i. ꝙ hoc eſt illud (queſtio enĩ quia, nõ querit cauſam: ſed an hoc ſit illud.) Et quarta, ꝓpter quid eſt. i. propter quid hoc eſt illud. ¶ Quarto notandum eſt, ꝙ demonſtratio duo iſtorum vltima demonſtrat. ſ. hoc eſſe illud, ⁊ propter quid, hoc eſt illud: ſi ſit demõſtratio a priori. In hac enim demõſtaratiõe, omne aĩal rationale eſt riſibile: oĩs homo eſt aĩal rationale: ergo oĩs homo eſt riſibilis, demõſtratur ⁊ ꝙ homo eſt riſibilis, ⁊ ꝙ eſt riſibilis, propter hoc quod eſt aĩal rationale. Et hinc colligitur vt alia duo ſcita pręſupponantur: nõ enim demonſtramus hominem eſſe, aut quid homo ſit: imo id ſupponimus. Et hoc eſt quod dicit Ariſt. ꝙ de vnitate. ſ. de ſubiecto, pręſupponimus an ſit ⁊ quid ſit. At vero de paſſione nõ ſupponimus an ſit: quia eſſe paſſionis eſt ineſſe ſubiecto: ⁊ hoc eſt quod demõſtramus. Nec proprie de illa ſupponimus quid ſit: quia paſſio nõ habet proprie definitionẽ quidditatiuã: cũ non definiatur per aliquid intrinſecũ: ſed per ſuũ ſubiectũ. Quin etiã nullũ accidẽs proprie habet definitionẽ quidditatiuã: vt habetur. 7. meta. tex. 2. ⁊. 15. Pręſupponẽdum tamen eſt quid noĩs illius. i. quid ſignificet: ſi enĩ neſcirẽ quid riſibile ſignificat, non interrogarẽ an homo ſit riſibilis. Et hoc eſt quod dicit Ariſt. ꝙ de triãgulo oportet pręnoſſe quid eſt quod dicitur. Pręmiſſa vero quia eſt aliquid cõplexũ, nõ habet proprie definitionem, nec quid rei, nec quid noĩs: ⁊ ideo de pręmiſſa non pręſupponitur quid ſit: ſed pręſupponitur veram eſſe. Et hoc eſt pręſupponere de principio an ſit: ſicut enim an ſit ſubiectum, eſt ſcire quod eſt: ita an ſit principium eſt ſcire quod eſt verum. Proportionabiliter potuiſſet Ariſto. exẽpla ponere ſuo modo in ſyllogiſmo dialectico ⁊ perſuaſione rhetorica: ſed quia intentio huius libri eſt ſolũ de demonſtratione ab alijs ſuperſedit. ¶ Quod ſi quis arguat. Inter pręcognita vnũ eſſe pręnoſſe bonitatẽ conſequentię, ⁊ per ꝯñs ſunt plura pręcognita. Reſpõdetur, ꝙ hęc pręcognitio pertinet ad libros priorũ: hic tñ ſolum eſt ſermo de pręcognitis poſterioricis quę pertinent ad principia naturalia ſcilicet ad pręmiſſas. ¶ In tertio textu (Fit autẽ) poſtq̃ dixerat Ariſt. quę Tex.3. ſunt neceſſario pręcognita, ſubdit quo ordine pręcognoſcantur. Et inter pręcognitiones ſubiecti ⁊ paſſionis nullũ cõſtituit ordinem (impertinẽs enim eſt quod illorum cognoſcatur prius) ſed inter pręcognitiones pręmiſſarum. Cum enim dixerat de principio pręnoſſe oportere verum eſſe, ⁊ principia ſint duo. ſ. maior propoſitio ⁊ minor: ⁊ prioritas, vt dictũ eſt in poſtpredicamentis, alia ſit temporis, alia naturę: dicit ꝙ maior propoſitio vniuerſalis poteſt pri⁹ tẽpore cognoſci quã cõluſio, minor vero cognita maiori, nõ poteſt cognoſci pri⁹ tẽpore, ſed ſolũ prius natura, q̃ cõcluſio. Exẽpli gratia: ꝙ oĩs triangulus habet tres angulos ęquales duobus rectis, poteſt quis cognoſcere per annũ antequã cognoſcat hũc triangulũ habere tres. ⁊c. attamen, ſi cognita illa maiori, quis cognoſcat hunc triangulũ eſſe triãgulum, nõ ſtat quin ſimul tpe cognoſcat hũc habere tres angulos ęquales duobus rectis: cognoſcitur tamẽ minor prius natura quã concluſio, poſtquã eſt cauſa cõcluſionis. In Gręco habetur ſic, Triãgulus qui eſt in ſemicirculo eſt triãgulus, vt vertit Boetius. Argyropylus tamẽ vertit, Triãgulus qui eſt in hexedra. Idẽ tamen pollet: nã hexedra eſt ſella triũ pedũ ad modũ ſemicirculi concaua ad admouendum dorſum: vt eſt intueri in figura textus, ſi eam cõſideres eſſe planũ ſedis in quo ſedetur. Quę ſella olim ſtudentibus, modo tonſoribus eſt in vſu. Et forſan alludit ad triãgulum deſcriptũ in ſede abſconditũ a ſedẽte (vt ait Com.) quẽ reſpõdens non viderat. Vel forte Ariſt. nihil cogitauit de hexedra, ſed more mathematico poſuit exẽplũ in triangulo ſemicirculi. ¶ Ex hoc textu elicitur illa regula poſterioriſtica. Cognita maiori ⁊ minori ſimul tpe cognoſcitur cõcluſio. Regula poſterioriſtica. Addit in calce textus, ꝙ nõnullas res. i. ſingularia quę cõtinentur ſub aliquo vniuerſali, hoc modo cognoſcimus, et non per aliud mediũ extremũ: quod eſt dicere, Cognito aliquo pręhdicato conuenire ſubiecto vniuerſali, ſtatim cognoſcimus conuenire cuicũq; ſingulariũ ſubſumpto ſub illo, ſine aliquo alio medio. ¶ In textu quarto (Antea vero) poſtq̃ dixerat aliqua eſſe pręnoſcenda ante notitiã cõcluſionis, addit ꝙ ⁊ ipſam etiã concluſionẽ anteq̃ demõſtretur quodãmodo cognoſcimus Tex.4.



mus: nõ ſimpliciter ⁊ in particulari, ſed ſecũdum qđ ⁊ in vniuerſali. ¶ Sed q: textus eſt ſubobſcurus notandũ eſt, ꝙ Plato in Menone: qui eſt dialogus nũcupatus ab vna perſona dialogi, quę ita appellabatur, vbi tractat de virtute ⁊ ſcientia: vtrũ doctrina ⁊ exercitatio acquirãtur, an vero ſit naturalis. In illo inquã dialogo explicat mẽtem ſuã, ꝙ noſtrũ ſcire eſt quoddã reminiſci. Et introducit Menonẽ dubitantem ꝙ homo neq; inquirit id ꝙ ſcit, quia illius nulla inquiſitione opus eſt: neq; id quod neſcit, nã illud licet inueniat, nõ cognoſcet. Menonis ambiguitas. In vanũ enim quis quęrit hominẽ (quod eſt exemplũ Commentatoris) quẽ de facie nõ nouit: nam licet fuerit illi obuius nõ cognoſcet eũ. Et hęc appellatur hic ab Ariſtotele Menonis heſitatio ſeu ambiguitas: vt Boeti⁹ trãſfert. At quã dubitationẽ Plato introducit Socratẽ reſpondentem, ꝙ homo inquirit id quod ſcit, cuius fuerat oblitus. Et quia locus celebris eſt: neq; tamẽ hic vnquã expoſitus, citra tędiũ paucis ſententiã referã, quę illic multis ⁊ intricatis verbis habetur. Probat Socrates ꝙ noſtrum ſcire ſit quoddam reminiſci alio exemplo, ſed hoc eſt facilius. Oſtendo, V. g. Ruſtico quadratum hoc ęquilaterum. A.



cui⁹ quęlibet coſta ſit pedalis, atq; adeo tota periſphęria quadrupedalis. Interrogo ruſticũ, ſi alię quatuor lineę duplę ad iſtas deſcribãtur in quadratũ, quam proportionem illud habebit ad iſtud. Profecto ignarus geometrię reſpondebit, ꝙ ſi coſtę erunt duplę, quadratum ſub inde erit tantummodo duplum. Tũc rurſus proferam quadratũ. B.



cuius exteriores coſtę ſunt duplę, ⁊ interrogabo, quęlibet exterior coſtarum. B. quã proportionẽ habet ad coſtã quadrati. A. Reſpõdebit duplũ. Rurſus inferã, ergo tota peripherũa quadrati. B. quę eſt octo pedum, eſt dupla ad periſphęriã quadrati. A. Qđ itidem cõcedet. Tũc diuiſo quadrato. B. ad modũ crucis in quatuor ęqualia quadrata, interrogabo de quolibet illorum an ſit ęquale quadrato. A. Et id pariter cõcedet: q: ad oculũ eſt manifeſtũ. Mox interrogãdo, quã proportionẽ ergo habet quadratum. B. ad quadratũ. A. Reſpondebit ꝙ eſt quadruplũ: atq; adeo ꝙ ex coſtis duplis fit quadratũ quadruplũ: cõtra illud quod antea dixerat. Cum ergo ille ruſticus qui prius reſponderat falſum, paulatim poſtea ſine aliquo doctore reſpõdendo ad interrogata, tandem reſpõdit veritatẽ: ſignum eſt (inquit Socrates) ꝙ id antea naturaliter ſciebat, ſed fuerat oblitus. ¶ Huic ambiguitati intẽdit hic Ariſt. aliter reſpondere. ſ. ꝙ nõ inquirimus, nec addiſcimus id quod ſimpliciter ſciebamus, nec id quod nullo modo ſciebamus: ſed id quod ſimpliciter neſciebamus: ſciebamus tamen in vniuerſali, ⁊ tãquã in virtute. Itaq; ille ruſticus ſciẽs naturaliter, quid eſt coſtã eſſe duplã, ⁊ quadratũ eſſe quadruplũ, ſciebat in vniuerſali ⁊ in virtute ꝙ ex coſtis duplis fit quadratũ quadruplum: ſed id ſimpliciter nõ ſciebat. Et eodẽ modo qui ſcit hãc vniuerſalẽ: Omnis triãgulus habet tres angulos ęquales duobus rectis, ſcit in vniuerſali quẽcunq; ſingularẽ triangulũ habere tres. Et hoc eſt quod dicit, ꝙ niſi per hanc diſtinctionẽ reſpondeamus, continget Menonis ambiguitas. ſ. aut ꝙ inquirimus ea quę ſciebamus, aut ea quę nullo modo ſciebamus. Itaq; quod Ariſt. nouit in rebus naturalibus, id ⁊ in ſcientijs docuit contingere. Anaxagoras enim dicebat Anaxagoras. nullã formã rerũ naturaliũ de nouo generari: ſed omnes prius latitare in materia. Et idẽ ſenſit Plato de ſcientijs. Ariſt. vero intellexit formas de nouo generari: ſed pręexiſtere ſolũ in potentia materię ⁊ in virtute ſeminali agentis: ſicut roſa in hyeme eſt in virtute agentis, ⁊ in vere in re. Et idem aſtruit de ſciẽtijs, videlicet ꝙ ante exercitiũ ⁊ doctrinam, ſunt quędã dignitates naturaliter cognitę, tanquã lumina ⁊ ſemina ſcientiarũ: vnde poſtea per doctrinã generantur ſcientię. Et eodem modo in cõcluſionibus vniuerſalibus virtualiter ſciuntur ſingularia. ¶ In ſecunda particula textus, (Non enim ita reſpondendũ eſt) excludit modũ quo alij philoſophi reſpondebant ad dubitationẽ Menonis. Reſpondebant enim ꝙ inquirimus ea quę nullo modo ſciebamus. Aduerſus quos Platonis diſcipuli replicabant interrogando, an ſcirẽt omnem dualitatem eſſe numerũ parem. Quod illi concedebant tanquã naturaliter notum. Quibus mox oſtendebant duo minuta pugno clauſa: interrogãtes an ſcirent illud quod in pugno latebat eſſe dualitatem parem. Reſpõdebant illud ſe neſcire. Tunc Platonici arguebant: Scitis omnem dualitatem eſſe parẽ, dualitas pugillo clauſa eſt dualitas: ergo ſcitis hãc dualitatẽ eſſe parem. Negabãt maiorẽ dicentes, ꝙ nemo ſcit ſimpliciter omnẽ dualitatẽ eſſe parem: ſed omnẽ dualitatẽ quam ſcit eſſe dualitatem. Hãc ergo reſponſionem impugnat hic Ariſt. probans ꝙ illa vniuerſalis ſimpliciter eſt ſcita. Ea enim (inquit) ſcimus quorũ demonſtrationem habemus: atqui in demonſtratione non ſubſumimus cum aliqua limitatione, ſed ſimpliciter. V. g. omnis numerus diuiſibilis in duo ęqualia eſt par: omnis dualitas eſt numerus diuiſibilis in duo ęqualia: ergo omnis dualitas eſt par. Concludit ergo tandem Ariſto. ꝙ nihil inconuenit reſpondere ad ambiguitatem Menonis, ꝙ inquirimus ⁊ diſcimus id qđ non ſciebamus ſimpliciter, ſed in vniuerſali: eſſet tamen inconueniens dicere, ꝙ inquirimus ⁊ addiſcimus id quod nullo modo ſciebamus, nec in re, nec in virtute: nam tunc doctrina ⁊ diſciplina non fieret ex pręexiſtenti cognitione. Sicut abſurdum eſſe, dicere in lumine naturali, ꝙ formę naturales fiunt ex nihilo. Et ita artificioſe virtualiter intendit concludere in calce capituli concluſionem quam in fronte propoſuerat.

## Quæſtio prima.

### Vtrùm quatuor omnes textus huius capitis verum habeant.

ADuerſus partem affirmatiuam arguitur primo. Scientia intelligẽtiarum, ſcilicet angelorum, non fit ex pręexiſtenti cognitione (nã de ſcientia Dei, id eſt manifeſtiſſimũ, cum ſcientia in illo ſit eius eſſentia) ergo non omnis cognitio fit ex pręexiſtenti cognitione. Probatur antecedens. Angeli, cum non ſint rationales, nõ diſcurrunt ex notis ignota inueſtigantes. Et id confirm. de Prophetis et Apoſtolis qui reuelationes immediate ſuſceperunt: et de Adam qui in ſua creatione fuit ſcientijs plenus. Et tamen omnes iſtę ſcientię poſſunt appellari doctrinę: nam Angeli inferiores illuminantur et docentur a ſuperioribus, vt author eſt Dionyſius in de coeleſti Hierarchia: et Adam

Adam ⁊ prophetę ⁊ apoſtoli edocti ſunt a Deo: ergo non oĩs doctrina ſit ex pręexiſtenti cognitione. ¶ Secundo arguitur. Doctrina vt dictũ eſt, eſt iudicium inuentione aut doctore acquiſitũ. Tunc aut noĩe cognitionis intelligitur generaliter quęcunq; notitia tam iudicatiua quã apprehẽſiua: ⁊ hoc non: nã ly ex, in cõcluſione Ariſt. dicit genus cauſę efficiẽtis (ſicuti aſſenſus pręmiſſarũ generant aſſenſum concluſionis) ⁊ tñ notitia apprehenſiua iſto modo non generat aſſenſum cõcluſionis: ſed ſolũ in genere cauſę materialis intrat eius cõpoſitionẽ. Aut noĩe cognitionis intelligitũ ſolũ habitus iudicatiuus, vt eſt mẽs philoſophi, ⁊ tũc ſequeretur, q eſſet proceſſus in infinitũ: nam oĩs habitus iudicatiuus etiã naturalis eſt doctrina quã natura magiſtra docti ſumus: ergo quocunq; iudicio dato ille debet fieri ex alio priori: quod etiã eſſet doctrina quę deberet fieri ex alia: ⁊ per cõſequẽs eſſet ꝓceſſus in infinitũ. ¶ Et cõfir. primo. Si oĩs doctrina ſit ex pręexiſtenti cognitione, ⁊ nõ ſolũ vera ſcientia, vt ait Ariſt. ſed etiã fides ⁊ opinio, quę generãtur ex authoritate, aut ſyllogiſmo dialectico, aut exẽplo rhetorico, ſequitur q opinio debet generari ex alia priori opinione ⁊ illa ex alia. Tunc quęro prima opinio an generatur ex iudicio naturali per ſe noto? ⁊ hoc nõ: quia iudiciũ euidẽs nõ poteſt generare opinionẽ: aut generatur ex alia opinione, ⁊ ſic illa nõ erat prima: ſed erit proceſſus in infinitũ in opinionũ generatiõe. Et idẽ arguitur de fide, quia iudiciũ euidẽs nõ poteſt generare fidẽ ineuidentẽ: ⁊ per cõſequens oĩs fides generatur ex alia priori: ⁊ ſic in infinitũ. V.g. ſi habeo fidẽ dictis Petri, eſt qr credo eum eſſe veracẽ: q autẽ credo eum eſſe veracem, eſt ex alia priori fide, ⁊ ſic in infinitũ. ¶ Et cõfir. ſecũdo. Doctrina ⁊ diſciplina non poteſt eſſe niſi in intellectu: ergo ſuperflue additũ eſt intellectiua. ¶ Tertio cõtra ſecundũ textũ arguitur. Quãdo Ariſto. dicit, q de ſubiecto oportet pręnoſſe quid ſit, aut intelligit ſolũ de definitione quid noĩs, aut de definitione quid rei: nõ primũ, quia manifeſtũ eſt in demõſtratione a priori mediũ eſſe definitionẽ quid rei: ⁊ per conſequẽs illam eſſe vnũ de pręcognitis. Aut intelligit de definitione quid rei: ⁊ tunc ſic arguitur: Sequeretur inde, q omĩs ſcientia deberet pręſupponere de ſuo ſubiecto quid eſt: ꝯñs eſt cõtra ipſummet Ariſtotelẽ: nam ſcientia huius libri eſt de demonſtratione: ⁊ tñ hic definit quid ſit demõſtratio. ¶ Et confir. primo, q de ſubiecto non oporteat pręnoſſe q ſit. Sciẽtię, vt dictũ eſt queſtione .1. de vniuerſalibus, ſunt de rebus in vniuerſali abſtrahẽtes ab hic ⁊ nũc, ⁊ ideo vt infra videbimus dicuntur eſſe de rebus perpetuis, ergo ſcientia nõ ſupponit de ſubiecto q ſit, imo eſt ſcientia de roſa in hyeme quãdo roſa nõ eſt. ¶ Et confir. ſecundo. Tota ſcientia quę eſt de vno ſubiecto nõ pręſupponit de oĩbus principijs q ſint vera: ergo concluſio Ariſt. non habet vniuerſaliter verũ. Probatur añs. Scientia de hoĩe nõ pręſupponit veritatẽ horũ principiorum. Omñe aĩal rationale eſt riſibile, oĩs homo eſt aĩal rationale: imo demonſtrat illa ergo. ¶ Quarto principaliter arguitur cõtra tertium textũ. Quemadmodũ ſtat ſcire maiorẽ prius tẽpore quã cõcluſionẽ, ita ſtat ſcire minorẽ: ergo male Ariſto. dixit, q non ſtat ſcire minorẽ prius tẽpore. Probatur añs: qui ſtat doctorẽ pri⁹ docere minorẽ quã maiorem: videlicet in ſemicirculo poſſe fieri triangulũ, quã omnem triãgulũ habere tres. ⁊c. Quod ſi dicas Ariſtotelẽ nõ negare quin poſſit minor ſciri ante concluſionẽ, qñ ſcitur ante maiorẽ: ſed ſolũ docere, q nõ ſtat ambas ſimul pręmiſſas ſciri quin ſimul tẽpore ſciatur cõcluſio. Arguitur ſic aliter: Intellectus humanus qui agit per cõuerſionẽ ad fantaſma corporale, ⁊ per ꝯñs ſucceſſiue, nõ poteſt in eodẽ inſtanti formare omnes tres propoſitiones: ergo habitis aſſenſibus pręmiſſarũ tranſibit aliquod tempus antequam formetur propoſitio apprehẽſiua concluſionis: ⁊ per cõſequẽs antequã producatur iudiciũ. ¶ Et cõfir. Intellectus ſaltẽ in via S. Tho. nõ poteſt ſimul plura intelligere, vt patet prima parte. q. 85. ar. 4. ergo nõ ſtat ſimul aſſentire pręmiſſis ⁊ concluſioni. ¶ Quinto principaliter arguitur. Intellectus oĩs creatus eſt finitę actiuitatis. Detur ergo q poſſit tantũ habere. v.g. decẽ notitias ⁊ aliunde habeat alias, ita vt notitię apprehenſiuę et iudicatiuę pręmiſſarum compleant denariũ numerũ, tunc cognita maiori ⁊ minori nullatenus cognoſcetur concluſio, quia intellectus nõ eſt potẽs formare nouũ iudiciũ (ſupponatur enim cauſas conſeruatiuas aliarũ notitiarũ eſſe ęque fortes aut fortiores quã ſint iſtę pręmiſſę ad producendũ iudiciũ cõcluſionis) ergo cõcluſio Ariſt. nõ eſt vbiq; vera. ¶ Sexto principaliter arguitur ad idem. Detur caſus quo quis habeat erroneũ diſſenſum huius cõcluſionis, oĩs triangulus habet tres angulos ęquales duobus rectis, ⁊ adducatur demonſtratio, ita vt in hoc inſtanti incipiat aſſentire pręmiſſis ⁊ cõſequentię: in eodẽ inſtanti non aſſentit concluſioni, ergo regula falſa. Probatur antecedens. Aſſenſus cõcluſionis non ſtat ſimul cũ cõtrario eius diſſenſu, nec in inſtanti potuit corrumpi diſſenſus; quippe qui aliquo modo reſiſteret contrario corrumpenti: ergo ſtat aſſenſus pręmiſſarum ⁊ cõſequentię cũ diſſenſu cõcluſionis. ¶ Et cõfir. Sit caſus quo geometra ſciens hãc vniuerſalẽ, quęcũq; ſunt ęqualia vni tertio, ſunt ęqualia inter ſe, conſpiciat tria corpora. a. b. c. quorũ. b. eſt maius quam. a: ⁊ c. maius quã. b: ita vt exceſſus inter. b. et. a. et inter c. ⁊. b. non ſit perceptibilis ſenſu: exceſſus vero inter a. et. c. ſit ſenſibilis: ⁊ aduerterit ante ad has ſolas propoſitiones. Quęcunque ſunt ęqualia vni tertio, ſunt ęqualia inter ſe: a. ⁊. c. ſunt ęqualia vni tertio puta. b. quarum maior cognoſcitur intellectu, ⁊ minor ſenſu: ⁊ incipiat nunc aduertere ad concluſionẽ, a. ⁊. c. ſunt ęqualia inter ſe. Tunc iſte habet aſſenſum maioris ⁊ minoris, et non concluſionis: quia ad ſenſum videt. a. ⁊. c. nõ eſſe ęqualia: ergo cõcluſio Ariſt. eſt falſa. ¶ Septimo principaliter arguit. Si cognitis principijs ſtatim cognoſceretur concluſio, ſequeretur q homo naturaliter ſine aliquo doctore poſſet acquirere omnes ſcientias, per hoc ſolum q animaduerteret ad principia naturalia, V.g. cognito q a quolibet puncto in quodlibet punctum ducitur linea, ſtatim cognoſceret q ſuper quãlibet lineã poſſet triangulus cõſtitui: ⁊ ita per applicationẽ poſſet cognoſcere omnes cõcluſiones Euclidis, quarum ſecunda ſequitur ex prima: ⁊ tertia ex ſecunda ⁊ ita cõſequenter: quod eſſet incidere in opinionem Platonis. ſ. noſtrũ ſcire eſſe quoddã reminiſci, vt paulo ante monſtrauimus in illo ruſtico. ¶ Et confir. q ſaltẽ quicunq; ſcit aliquã vniuerſalẽ non ſolũ virtualiter, ſed ſimpliciter, ſcit etiã quancunq; ſingularẽ contra quartũ textũ. Sequitur bene: Scio omnem triangulum habere tres angulos ęquales duob⁹ rectis: ſed triãgulus ſemicirculi eſt triãgulus: ergo ſcio triangulũ ſemicirculi eſſe triangulum. Et idem probabitur de quocunq; alio triangulo quem nunquam noui. ¶ In contrarium pro parte affirmatiua ſufficit authoritas Ariſtotelis.

¶ Quemadmodũ in prædicabilibus ⁊ prędicamentis, ita ⁊ hic intendimus poſt expoſitionem literę maiora dubia per quęſtiones diſputare. Dubia inquã, ea tantũmodo quę ad rem pertinent: vt ſingula argumenta ſingulas intelligas eſſe quęſtiunculas. Congerunt enim huc doctores huius tẽporis de notitijs multa, quę partim ex libro terminorũ accerſita ſunt, partim vero ad libros de aĩa potius pertinent: pręter alia quę de Theologia multa ſubmouẽtur, a quibus proinde abſtinẽdũ nobis eſt: Tantũ abeſt, vt mẽtionẽ de intricatiſſimis ſophiſmatibus ⁊ commentis quę hic indigne commiſcentur, mentionẽ faciamus. Prima vero hęc quęſtio non poteſt non eſſe longiuſcula: nempe qua operis materia aperienda nobis eſt. ¶ Ad quęſtionẽ ergo affirmatiua eſt reſpõſio. Unde ad primũ argumentũ, licet nõnulli cõtendant ſcientiã angelorũ fieri ex pręexiſtenti cognitione, eo q inferiores a ſuperioribus illuminẽtur: illud tamen ⁊ falſum eſt, ⁊ pręter intentionem Ariſto. Ratio enim cur doctrinę ⁊ diſciplinę noſtrę fiant ex pręexiſtenti cognitione eſt (vt in prologo dictũ eſt) propria natura noſtra: qui cũ ſimus rationales nõ poſſumus res, niſi ſucceſſiue ⁊ diſcurſu quodã cognoſcere: ⁊ ideo ex notis ad ignota procedimus. Angeli vero quantũ ad cognitionẽ naturalẽ non indigẽt diſcurſu: ⁊ ideo ſimul recipiunt totã cognitionem cuiuſcũq; rei. Unde in prima ſui creatione creati ſunt cũ oĩbus ſpeciebus eorũ quę naturaliter cognoſcere poſſunt. Itaq; ſicut nec eſſe receperunt ex alio, ſed a Deo per creationẽ: ita nec cognitionẽ acquirunt ex alia cognitione ſed ab actore naturę. Reuelationes vero ſupernaturales inferiores angeli recipiunt a ſuperioribus. At neq; illa recipiũt ex pręexiſtenti cognitione quę ſit in recipiente: ſed immediate recipiunt illam a ſuperiori angelo. Eadẽ rõne prophetę ⁊ apoſtoli nõ receperant cognitionẽ ⁊ fidẽ ex pręexiſtẽti cognitione: ſed immediate a Deo. Pariter Adã qñ creatus eſt. Ariſtoteles ergo ſolum loquitur de cognitionib⁹ naturalibus hoĩm ꝓ iſto ſtatu. At vero ſi ex reuelata cognitione ratiocinemur ad alias cõcluſiones, illa erit ſciẽtia. Ueluti theologia procedẽs ex fide reuelata tãquã ex principijs, eſt vere ſciẽtia: vt ait S. Tho. 1. q. 1. art. 2. Quemadmodum Adam ex ſcientijs infuſis poſtea potuit nouas cognitiones acquirere, iuuante experientia.

Angelorũ cognitio.

Ad ſcðm.

¶ Circa ſecundum argumẽtum notãdũ eſt primo, duplicẽ eſſe notitiã vt partim primo libro Summularũ, ⁊ latius in libris de anima eſt videre. ſ. ſenſitiuam ⁊ intellectiuam. Atqui ſenſitiua alia eſt exterior alicuius quinq; ſenſuum exteriorũ: ⁊ alia eſt interior in ſenſu cõmuni: qui cũ ſit velut exteriorũ cẽtrum, format notitias quaſi rerum pręſentium: vt patet in ſomniãtibus. Alia vero eſt notitia intellectiua quã intellectus poſſibilis format in ſeipſo, informatus prius ſpeciebus intelligibilibus, q̃ virtute intellectus agentis abſtractę ſunt a fantaſmatibus, ⁊ receptę in intellectu poſſibili. ¶ Rurſus notitia intellectiua alia eſt apprehenſiua ⁊ alia iudicatiua. Et apprehenſiua alia ſimplex, ⁊ alia cõplexa. Exempli gratia. Prius intellectus apprehẽdit res ſimplicibus notitijs, quales ſunt, ly homo, ⁊ ly riſibile: ex quibus poſtmodum format propoſitionem qua apprehẽdit hominẽ eſſe riſibilem, deinde format iudiciũ quo iudicat hoc eſſe verũ. Quod quidẽ iudiciũ eſt ſimplex qualitas, pręſupponẽs notitiã apprehenſiuam. Et ſolum iudicium eſt actus ſcientię aut fidei aut opinionis: ⁊ ex illo ſolo generatur habit⁹ qui eſt ſcientia, aut fides, aut opinio: propoſitio nãq; apprehenſiua non dicitur ſcientia, fides, neq; opinio. Nec locus eſt hic pluribus hęc verbis tractãdi. ¶ Ad rem ergo deſcendendo, ordo cognitionis in nobis eſt vt prima omniũ notitia ſit ſenſitiua exterior: nã cognitio noſtra pro iſto ſtatu incipit a ſenſu: mox ſequitur notitia ſenſitiua interior: deinde generantur ſimplices apprehẽſiones intellectiuę: ex quibus ſtatim cõponitur propoſitio apprehẽſiua: quã demũ ſubſequitur iudiciũ. At vero quãuis hic ordo verus ſit, tñ nihil ſpectat ad intenſionẽ Ariſt. in hoc loco. Nõ enim dixit q oĩs cognitio fiat ex priori cognitione: aut q oĩs doctrina fieret ex priori doctrina: aut q omne iudiciũ fieret ex priori iudicio: eſſet eñ tunc proceſſus in infinitũ, vt in textu notauimus: ſed ſolum dixit q oĩs doctrina ⁊ diſciplina fit ex pręexiſtenti cognitione. ¶ Sunt veruntamen qui noĩe cognitionis intelligũt quãcunq; notitiã ſiue iudicatiuã ſiue apprehenſiuã. Et tunc diſtingũt, q ly ex, capitur quadrupliciter vt eſt videre apud Paulũ Uenetũ. Uno mõ dicit terminũ a quo: alio modo dicit habitudinẽ partis cõponentis: ⁊ tertio modo dicit cauſam efficiẽtem. Et his tribus modis (vt aiunt) cõcluſio fit ex pręexiſtẽti cognitione: nã fit ex pręmiſſis. i. poſt cognitionẽ pręmiſſarũ: vt dies fit ex nocte: ⁊ cõcluſio cõponitur ex notitijs apprehẽſiuis: ⁊ aſſenſus cõcluſionis gñatur effectiue ex aſſenſu pręmiſſarũ. Quarto mõ, ly ex, dicit habitudinem ſubiecti: ſicut ex ferro fit forma gladij: ⁊ iſto mõ ſciẽtia nõ fit ex pręexiſtẽti cognitiõe: qr nõ recipiẽ vna cognitio in alia. ¶ Attamen quicquid ſit de hmõi acceptionibus huius prępoſitionis ex, tamẽ Ariſ. nullo modo accepit niſi in gñe cauſę efficiẽtis. Quod eñ ait omnẽ doctrinã fieri ex pręxiſtenti cognitione, exponit in ſubſequentibus per hoc quod aſſenſus concluſionis fit ex aſſenſibus pręmiſſarũ: et aſſenſus pręmiſſarũ ex alijs aſſenſibus vſq; ad propoſitiones per ſe notas. At manifeſtũ eſt aſſenſum ſeu iudiciũ non fieri ex priori aſſenſu, niſi in genere cauſę efficientis, vnde ſecundo Phyſi. tex. 89. pręmiſſas reſpectu cõcluſionis reducit ad genus cauſę efficientis. ¶ Ex quo ſequitur, non prorſus rem attingere, qui dicũt aſſenſus pręmiſſarũ tantũ cõcurrere tãquã diſpoſitiones in genere cauſę materialis, ⁊ ſolũ intellectũ producere aſſenſum concluſionis. Quinimo ſicut calor eſt virtus ignis ad calefaciẽdum, ita aſſenſus pręmiſſarum ſunt virtus ⁊ lumẽ intellectus, quibus ipſe tanquam cauſa principalis producit aſſenſum concluſionis. ¶ Et ſecundo arguitur, q ly ex, nõ poſſit hic dicere circunſtãtiam termini a quo: nã terminus a quo ſcðm Ariſt. eſt priuatio illius quod generatur aut contrariũ eius: ſicut homo fit ex nõ homine, aut albũ ex nigro, ⁊ dies ex nocte. Itaq; terminus a quo nõ ſtat cũ termino ad quẽ. Pręmiſſę autẽ ſtant ſimul cum concluſione, ⁊ oĩs cognitio ex qua fit alia ſtat ſimul cũ ipſa: ſed potius hoc modo dicendũ eſſet, q doctrina fit ex ignorantia. ¶ Ex tertio arguitur, q nec dicat habitudinẽ partis cõponentis. Doctrina ⁊ diſciplina nõ dicit propoſitionẽ apprehenſiuã, ſed iudicatiuã: iudicatiua vero non cõponitur ex notitijs apprehenſiuis. ¶ Igitur pro ſolutione argumenti notãdum eſt ſecundo, q noĩe doctrinę ⁊ diſciplinę intelligitur oĩs habitus verus iudicatiuus acquiſitus: vt circa textũ expoſitum eſt. Dupliciter autem naturaliter acquiritur habitus. Uno modo per inuentionẽ, ſicut homines propter admirationẽ philoſophari cœperũt: vt habetur. 1. meta. cap. 2. Et alio modo doctoris vſu aut ſcripturę quę locũ habet doctoris: quemadmodũ enim natura arte medici adiuta, cauſa eſt ſanitatis, ita ⁊ intellectus ope doctoris directus, generat ſcientias. Etenim ſicut medicina non eſt quę principaliter ſanat, ſed natura: ita nec doctor eſt qui generat ſcientiam, ſed intellectus. Unde vt naturę viribus deſtitutę, nihil prodeſt ars medici: ita vbi non eſt ingenium, ſuperuacanea eſt doctoris opera. ¶ Aegidius putat nomine doctrinę intelligi habitum inuentione acquiſitũ: nempe quo homo

Multiplex notitia.

Ordo cognoſcendi.

Cognitio.

Doctrina dupliciter acquirit.

homo poteſt docere alios: noīe vero diſciplinę intelligi habitũ a doctore productũ. At vero doctrina certe nõ debet accipi actiue: ſed paſſiue pro habitu qui eſt in diſcipulo a doctore. Et ideo dicẽdum eſt, aut ꝙ vtroqꝫ noīe eũdem habitũ intelligit. Ariſto. diuerſis reſpectibus, vt circa textũ diximus: aut ꝙ nomen diſciplinę accipiatur latius quã nomen doctrinę. ſ. pro oī habitu quomodocũqꝫ acquiſito ſiue a doctore ſiue per inuentionẽ. ¶ Noīe vero cognitionis intelligit, nõ notitiã apprehẽſiuã: ſed ſolũ iudiciũ aut habitũ iudicatiuũ, ſiue ſit acquiſitus ſiue naturalis. Et ideo ſenſus Ariſtot. eſt iſte. Omnis habitus iudicatiuus quomodocũqꝫ acquiſitus, fit in genere cauſę efficientis ex alio priori iudicio, aut acquiſito, aut naturali. Et illud iudiciũ naturale non appellat Ariſt. doctrinam aut diſciplinam: quapropter non opus eſt fieri ex alia cognitione. Exempli gratia. Hęc iudicia, quodlibet eſt vel nõ eſt, omne totũ eſt maius ſua parte, ⁊ his ſimilia, nõ fiunt ex pręexiſtenti cognitione: quia nec ſunt doctrinę, ſed ſunt potiꝰ naturalia ſemina doctrinarũ. Enimuero doctrina, vt ait Linconienſis, nõ eſt niſi eorũ quę prius dubitabamus ⁊ diſcurrendo cognouimus. ¶ Quod ſi quis arguat adhuc, illos aſſenſus generari ex notitijs apprehenſiuis terminorum, vt dicũt: Reſpondetur, ꝙ apprehenſiones terminorũ dicuntur producere aſſenſum propoſitionis per ſe notę, ſolũ in genere cauſę obiectiuę: quia faciunt obiectũ pręſens: ſed tamẽ in genere cauſę efficientis proprie ſolum lumẽ naturale intellectus eſt quod producit talem aſſenſum, ⁊ illi aſſenſus naturales ſunt poſtea lumen ad alios aſſenſus acquirẽdos. Et ideo Ariſt. nõ diceret, ꝙ talis aſſenſus naturalis fieret proprie ex pręexiſtenti cognitione. ¶ Unde ad formã argumenti negatur, ꝙ aſſenſus naturales appellentur doctrinę ab Ariſtotele. Neqꝫ natura eſt proprie magiſtra, niſi per metaphorã. Eadẽ ratione neqꝫ cognitiones quę habentur per ſenſum, vt hic ignis eſt calidus, aut Luna eclipſatur, ſunt ſcientię, nec fiunt ex prioribꝰ. ¶ Hinc ſequitur quã ſit pręter intentionẽ Ariſt. diſputare de notitijs, an omne iudiciũ fiat ex notitijs apprehenſiuis: ⁊ oīs intellectiuꝰ fiat ex ſenſitiua: aut ſenſitiua interior fiat ex exteriori. ¶ De materia primę cõfirmationis amplior futurus eſt ſermo cap. 26. tex. 44. vbi Ariſto. ponit differentiã inter ſciẽtiam ⁊ opinionẽ: ſed quãtum ad locũ attinet pręſentẽ negatur, ꝙ in opinionibus ſit proceſſus in infinitũ: ſed perueniẽdum eſt ad primã opinionẽ, quę generãtur ex aſſenſu euidenti lumine naturali per conſequentiã ineuidentẽ. Exẽpli grã. Per inductionẽ ex ſingularibꝰ quę ſentimus infertur vniuerſalis: ineuidenter tñ. ſ. hic piſcis non reſpirat, ⁊ hic piſcis nõ reſpirat: ergo nullus reſpirat. Et in rhetoricis: iſte habet enſem nudum ſanguine conſperſum prope cadauer: ergo occidit hominem, antecedens eſt euidens ⁊ conſequens eſt opinio propter ineuidentiam conſequentię. Item hęc ſphęra tangit planũ indiuiſibiliter: ergo datur punctũ indiuiſibile: ⁊ per conſequens quãtitas diſtinguitur a re quanta: vt arguebamus in cap. de quãtitate, antecedens eſt euidẽs ⁊ cõſequens eſt opinio. Cum enim ad generandũ ſcientiã requiratur euidẽtia vtriuſqꝫ principij. ſ. pręmiſſarũ ⁊ conſequẽtię, quodcunqꝫ illorum ſit ineuidens generabitur opinio. ¶ De generatione fidei maior eſt difficultas an requiratur pia affectio: quod cap. 26. diſputabimus: ſed interim proportionabiliter dicimus vt de opinione: videlicet, ꝙ fides quãuis ſit aſſenſus ineuidens, generatur tamen ex euidenti. Euidẽs enim eſt in lumine naturali adhibẽdam eſſe fidẽ hoī ſapienti qui nõ leuiter loquitur: quãuis nõ ſit euidens verum eſſe id quod dicit.

Senſus Ariſto.

Fides ⁊ opinio quomodo generantur.

Et ita dicemus euidens eſſe, ꝙ dicta Chriſti erant credibilia, nihilominus ꝙ eſſent vera non erat euidens: ⁊ ideo ex hoc aſſenſu euidenti, hoc eſt credibili, ſequitur hic aſſenſus fidei, hoc quod iſte dicit eſt verum. Sed de hoc latius in loco citato. ¶ Ad ſecundã confirmationẽ reſpõdetur, ꝙ forte nullo alio myſterio additum eſt ab Ariſtotele, intellectiua, niſi ad exprimẽdum quo modo in ſolo intellectu eſt proprie doctrina ⁊ diſciplina: qr potentię ſenſitiuę nõ diſcurrunt: ⁊ ideo earũ cognitiones non ſunt doctrinę. Et hęc eſt ſolutio S. Tho. Alij nihilominus dicunt, ꝙ ponitur intellectiua ad excludendũ cognitionẽ ſenſitiuã brutorũ: quę quodãmodo poteſt eſſe diſciplina vt ait Ariſt. loco citato in argumento. Sed profecto melior eſt prima ſolutio: nam eo modo imperfecto quo iudicia imperfecta brutorũ poſſunt dici diſciplinę, eodẽ modo etiã fiunt ex pręexiſtenti cognitione naturali bruti: vt patet in his qui docent canes ſaltare: ⁊ ideo in hoc non differt diſciplina intellectiua a ſenſitiua. Poteſt tertio modo dici, ꝙ cum intentio Ariſtot. ſolum erat hic tractare de ſcientia intellectuali, addidit, intellectiua, quaſi ſenſitiua cognitio nihil ad propoſitum pertineret.

Intellectiua.

## ¶ Circa tertium argumentum

Ad tertiũ.

notandum eſt primo, ꝙ Themiſtius, cui Egidius et Paulus et fere expoſitores ſubſcribunt, cenſet Ariſtotelem intendere, ꝙ tã de paſſione quã de ſubiecto ſolum pręrequiritur definitio quid noīs. Definitio enim quid noīs ⁊ quid rei differũt: quia definitio qd noīs ſolũ explicat ſignificationẽ noīs. i. quid nomen ſignificat. Definitio vero quid rei explicat naturam rei ſignificatę. Dicunt ergo ꝙ ante notitiam concluſionis ſolũ oportet pręnoſſe quid ſignificat, ly homo ⁊ quid ly riſibile. ¶ Hoc tamẽ ſi vniuerſaliter intelligatur manifeſte eſt falſum: nam in demonſtratione propter quid, mediũ debet eſſe definitio quidditatiua: ⁊ per conſequens talis demõſtratio pręſupponit quid eſt ſubiecti. Et cõfir. quia talis demõſtratio reddit cauſam cõcluſionis: vt ratio quare homo eſt riſibilis eſt, quia eſt animal rationale. Unde S. Thom. prima parte. q. 1. art. 7. citat hunc locum ad probandũ, ꝙ ſciẽtia pręſupponit quid eſt de ſuo ſubiecto. Et ideo dicendũ eſt, ꝙ Ariſt. cauſa breuitatis vnico verbo. ſ. quid eſt quod dicitur, intellexit quid ſubiecti ⁊ paſſionis proportionabiliter quatenus vtrunqꝫ habet definitionẽ. At ſubiectũ habet definitionẽ quid rei, paſſio vero nõ, vt dictũ eſt in expoſitione textus. ¶ Sed notandum eſt ſecũdo, ꝙ ex hoc textu male intellecto ortũ habuit error per aliud extremũ: qui fere dialecticos ⁊ philoſophos huius temporis tenet. Exiſtimant enim ꝙ oīs ſcientia pręſupponit quid eſt de ſuo ſubiecto: taliter ꝙ ad nullã ſcientiã pertinet cõſtituere definitionẽ quidditatiuã ſui ſubiecti: quod re vera falſum eſſe probat tertiũ argumẽtum. Definit enim hic Ariſt. quid eſt demonſtratio: quod eſt ſubiectũ huius libri. Et ſecundo de anima definit quid eſt anima. Et mathematici qui tractant de lineis ⁊ pũctis. ⁊c. definiunt quid eſt punctum ⁊ quid linea. Et philoſophus naturalis definit quid eſt motus: vt patet in tertio Phyſicorũ. ¶ Nec valet ſolutio ſi quis dicat, ꝙ philoſophus naturalis ⁊ mathematicus definit ſuũ ſubiectũ, non inquantũ philoſophus ſed in quantũ metaphyſicus: eo ꝙ metaphyſicus tractat de ratione entis in cõmuni. Hęc inquã reſpõſio nõ ſatiſfacit: quia ſtatim Ariſto. cap. ſequẽti docet aliquas eſſe dignitates cõmunes omni ſciẽtię, vt, quodlibet eſt vel nõ eſt: alias vero eſſe poſitiones peculiares cuiuſcũque ſcientię, inter quas ponit definitionem proprij ſubiecti. Ubi docet proprium eſſe cuiuſ-

Definitio quid no. et quid rei.



cuiuſcunqꝫ ſcientię, inſtituere definitionem proprij ſubiecti. Et ratione id cõfirmatur: nam ſciẽtia cuiuſcunqꝫ rei intendit manifeſtare eius naturã: ergo ad vnamquãqꝫ ſcientiã pertinet definire ſuũ proprium ſubiectũ eo modo quo habere poteſt definitionem. Quod ideo addiderim, ꝙ metaphyſicę ſubiectũ, ſcilicet ens, ⁊ ſubiectũ theologiã, puta Deus, definitiones non habẽt quidditatiuas vt cap. 4. Prędicamẽtorum oſtenſum eſt. ¶ Igitur tertio notandum eſt, ꝙ aliud eſt loqui de particulari demõſtratione, ⁊ aliud eſt loqui de tota ſciẽtia vnius ſubiecti, qualis eſt ſciẽtia de anima, aut dialectica, aut geometria. ⁊c. Si loquamur de demonſtratione, tunc in demonſtratione quia eſt, puta quę ꝓcedit ab effectu ad cauſam, vt infra videbimus, nõ pręſupponitur definitio ſubiecti: quia in illa accipitur pro medio effectus ſubiecti: vt omne illud quod purgat choleram eſt calidũ: ſcamonea purgat cholerã: ergo. Et ita habemus ſcientias multas particulares de aſtris ignorãtes definitionẽ illorũ. Scimus enim vnde proueniat eclipſis lunę, ⁊ quomodo moueat mare, ⁊ quomõ ſol ſit cauſa generationũ inferiorũ, antequã ſciamus definitionẽ lunę aut ſolis. At vero in demõſtratione propter quid pręſupponitur de ſubiecto quid noīs ⁊ quid rei: vt oē animal rationale eſt riſibile. ⁊c. Et hoc ſolũ eſt quod hic intẽdit Ariſtoteles. ¶ Si autẽ loquamur de tota ſcientia vnius ſubiecti, tunc dicẽdum eſt, ꝙ ſcientia ſupponit quid eſt ſubiecti, ad hunc ſenſum, ꝙ nõ poteſt demõſtrare definitionẽ: nõ tamẽ ad hũc ſenſum, ꝙ ad ipſam nõ pertineat ſtatuere definitionem quidditatiuã ſubiecti. Exempli gratia. Geometria habet duas partes, quarũ prima pręparat principia ſcientię ſtatuendo definitiones lineę ⁊ puncti, ⁊ principia ⁊ dignitates quę non demonſtrantur. Secunda pars ſciẽtię eſt, quę per huiuſmodi principia demonſtrat paſſiones de ſubiecto. Et ita ſcientia de anima nõ demõſtrat ſuã definitionẽ: ſed ſupponit illã: nihilominus ad illã pertinet definire quid eſt anima. Et ita hic Ariſt. nõ demõſtrat definitionẽ demonſtrationis: ſed cõſtituit ⁊ ſupponit illã. Et per hęc patet ſolutio tertij argumenti. Et hoc eſt quod ait Ariſt. 1. Topi. cap. 2. ſ. ꝙ ſcientia nulla probat ſua principia: ſed ſupponit ea. ¶ Ad confir. reſpondetur, ꝙ ſcientia ⁊ demõſtratio nõ ſupponit de ſubiecto ꝙ ſit actualiter, vt probat argumentũ: ſed ſupponit de ſuo ſubiecto ꝙ ſit. i. ꝙ ſit verũ ens, puta habens eſſe in cauſis naturalibꝰ: nã de Chimęra nõ habetur ſcientia: quia cũ nõ ſit in cauſis naturalibus, nõ habet verã quidditatẽ. Et hac de cauſa vt dicturi ſumus in ſecundo libro, quęſtio an eſt, pręſupponit quęſtionẽ quid eſt: nam ſola vera entia habẽt veras quidditates: ⁊ vera entia dicũtur quę habẽt eſſe in cauſis naturalibus. Et ante creationẽ rerũ de entibus quę nũc ſunt naturalia potuit eſſe ſciẽtia: qr licet nõ eſſent tũc actu, erant tamẽ in potentia naturali: nõ qꝫ prima productione poſſent naturaliter produci: ſed quia erãt aliquando producibilia per cauſas naturales. ¶ Hinc ſequitur, ꝙ nõ bene exponitur de ſubiecto pręcognoſci an ſit, per hoc quod eſt ſubiectũ ſupponere. Primo quia nullo hoīe exiſtente eſt vera demonſtratio ⁊ vera ſcientia de homine. Et pręterea quia licet demonſtratio inſtrumentaliter fiat per terminos ⁊ propoſitiones, tamen ſcientia quę generatur principaliter eſt de rebus: vt in toto proceſſu videbimus: et ideo de re ſignificata per ſubiectũ pręnoſſe oportet, ꝙ ſit in rerũ natura modo expoſitio. ¶ Quod ſi quis arguat Ariſtotelem quarto Phyſico. demonſtrare aliquas concluſiones de vacuo, licet vacuum non ſit in rerum natura: Reſpondetur primo, ꝙ ſcientia de vacuo non eſt ſimpliciter ſcientia: ſed ex ſuppoſitione, ſcilicet, ſi eſſet vacuum. Et ſecundo quia per locum repletum, per modum priuationis cognoſcimus vacuum. ¶ Ad ſecundam confirmationem reſpondetur, ꝙ principiorum ſcientię alia ſunt extrinſeca ⁊ communia, quę non demonſtrantur in ſcientia ſed ſupponuntur: ⁊ de his loquitur Ariſto. in textu, vnde ponit exemplum, vt quodlibet eſt vel non eſt. Alia vero ſunt intrinſeca in quibus affirmatur paſſio de definitione aut definitio de ſubiecto: ⁊ hęc non omnia ſcientia ſupponit: ſed aliqua demonſtrat, et alia aliquo modo explicat: vt in ſubſequentibus videbitur.

Sciẽtia cõſtituit qd eſt ſubiecti

An, eſt ſubiecti.

## ¶ Ad quartum principale bene

Ad quartũ principale.

reſpõſum eſt, ꝙ Ariſto. non negat quin poſſit minor aliquando cognoſci ante cõcluſionem: nempe quando cognoſcitur ante maiorẽ: imo poſſet quis formare demonſtrationem hoc modo: Triãgulus in ſemicirculo eſt triangulus, ⁊ omnis triangulus habet tres ęquales. ⁊c. ergo. Et tunc ſingularis cognoſceretur prius tempore: ⁊ vniuerſalis ſimul cum concluſione. Sed regula Ariſto. ſolum eſt, ꝙ nõ ſtat ambas ſimul pręmiſſas cognoſcere quin naturaliter ſimul tẽpore cognoſcatur concluſio. ¶ At vero ad replicam argumenti reſpondetur, ꝙ neqꝫ vult Ariſto. ꝙ in eodem inſtanti quo formatur minor neceſſario formetur cõcluſio, ſed intelligit ꝙ ſi quis habet formatã totam conſequentiam ex propoſitionibus apprehenſiuis: ⁊ habet aſſenſum conſequentię, de quo hic nõ fit mentio: tunc ꝙ primũ quis habet aſſenſum maioris ⁊ minoris, illi aſſenſus generabunt aſſenſum cõcluſionis tanquã cauſę naturales. An vero aſſenſus producatur in inſtanti, videbitur in ſexto argumento. ¶ Ex quo ſequitur, ꝙ ſi ruſticus ex extremitatibus neſcit formare concluſionẽ, poterit aſſentire pręmiſſis ſine cõcluſione: quia neſcit applicare cauſam ad effectũ. Et eadẽ ratione ſi Deus concurrat ad aſſenſum pręmiſſarũ, ⁊ nolit cõcurrere ad aſſenſum concluſionis, deficiet regula Ariſt. quę ſolũ intelligitur naturaliter. ¶ Cõfirmationem quarti argumẽti formauimus, vt oſtẽderemus quã gratis doctores huius tẽporis tot verba multiplicant aduerſus S. Thomã, dicentem, ꝙ non poſſumus plura ſimul intelligere per modum plurium. Quam ſententiã ſic fere neoterici intelligunt: videlicet, ꝙ intellectus nullo modo poteſt habere plures notitias plurium rerum nõ facientes vnã propoſitionẽ aut vnũ ſyllogiſmũ. Itaqꝫ poſſum videre plures homines ſimul cum pluribus lignis, ⁊ lapidibus, ⁊ rebus oībus quę ſunt corã me: ⁊ tamen non poſſum illa per plures ſimplices notitias intelligere. Imo ſunt Thomiſtę qui hoc manibus ambabus tenent. At vero in primis S. Tho. vt eſt videre loco citato, prima parte. q. 85. nihil aliud vult dicere, niſi quod expreſſe dicit Ariſt. 2. Top. ca. 4. vbi ait, ꝙ contingit ſimul plura ſcire: cogitare vero nõ niſi vnũ. Et pręterea nec Ariſt. nec S. Tho. fuerunt tam inopes ingenij, vt negarent nos poſſe ſimul habere plures notitias intellectiuas rerũ ſingulariũ, quarum habemus ſenſitiuas vt iſti putant: quod re vera eſſet negare experiẽtiam. Et ideo non opus eſt plura verba prodigere ad hoc impugnandũ. Senſus ergo ⁊ Ariſtotelis ⁊ S. Tho. eſt manifeſtiſſimus: quẽ nemo negare poteſt. Scire eñ apud Ariſtotelem non dicit actum, ſed habitũ: qui enim dormit, ſciens eſt: ſed actus ſcientię apud ipſum vocatur intelligere, vel potius, conſiderare aut cogitare. Ait ergo Ariſt. ꝙ habitus ſcientię, etiã in eſſe perfecto, nihil vetat eſſe ſimul plures ⁊ diuerſos in eodem intellectu: ſed tamẽ actu conſiderare ⁊ cogitare plura per modũ pluriũ, non poteſt hõ perfecte id facere:

Plura intelligere.

cere:nã Pluribus intẽtus minor eſt ad ſingula ſenſu. Itaq; poſſum cogitare ſimul ⁊ conſiderare diuerſa obiecta per diuerſas notitias, imperfecte tamen: quia cogitatio vnius remittet cogitationẽ alterius. Quãdo vero illa cogitãtur per modũ vnius, cogitatio vnius nõ impedit cogitationẽ alterius. Cum enĩ cõſidero hominẽ eſſe animal, aut hominẽ currere, cogitatio ſubiecti nõ remittit notitiã prędicati. ¶ Unde ad confirmationẽ reſpõdetur, ꝙ aſſenſus pręmiſſarum, etiã perfecti, nõ impediãt quin ſimul perfecte aſſentiamus cõcluſioni: quia omẽs cognitiones eiuſdẽ demõſtrationis ſe habẽt per modũ vnius, ⁊ ordinantur ad eandẽ rem cognoſcendã. Si tamen eſſent aſſenſus actuales diuerſi qui non ordinarentur ad vnũ, poſſent quidẽ eſſe ſimul: ſed tamẽ eſſent remiſſi: ⁊ quanto eſſent plures, eſſent remiſſiores, ⁊ tot poſſent eſſe, vt plures non poſſet intellectus habere.

*Ad quintũ principale.*

¶ Per hæc patet via ad reſpondendum quinto argumẽto principali de capacitate intellectus: de qua multo etiã plura conſumunt hic dialectici verba, quam pro rei dignitate eſt neceſſarium: an videlicet capacitas intellectus terminetur vel ad numerũ notitiarum, vel ad intenſionẽ, vel ad vtrũq;.

*Capacitas intellect⁹.*

Ad quod breuiter reſpondetur, ꝙ capacitas intellectus eſt limitata quo ad vtrunq;. Enimuero, vt eſt doctrina S. Tho. 1. parte. q. 86. art. 2. intellect⁹ noſter eſt tantũ infinitus in potentia ⁊ non in actu. Quod eſt dicere: Poteſt quidem ſucceſſiue notitias in infinitũ recipere, aliã poſt aliã: quia eſt perpetu⁹: ſed tamẽ ſimul nõ poteſt quẽcunq; numerũ notitiarũ habere. Ueluti cõtinuum diuiſibile eſt in ſemper diuiſibilia: tamẽ nõ poſſunt eſſe infinita actu diuiſa. Et ratio eſt, quia potẽtia ſequitur eſſentiã: ⁊ ideo cũ ſolus Deus habeat infinitã eſſentiam, ſolus ipſe habet infinitã potentiam. Et confir. experiencia. Experimur enim ꝙ quanto ad plura ſe intellectus diuertit: tãto remiſſius intelligit ſingula iuxta illud, Pluribus intentus minor eſt ad ſingula ſenſus: ergo ad tot obiecta poteſt aduertere, vt ad plura non poſſit. Quo fit vt terminetur ad numerũ. ¶ Et hinc ſequitur, ꝙ etiã intellectus ſit limitatus quo ad intenſionem. Cognitio enim actualis eſt actualis actio ⁊ aduertentia intellectus: ſed intellect⁹, quia eſt creatura, eſt finitę actiuitatis: ergo tam intenſe poteſt aduertere ad vnũ obiectũ, vt niſi illã intenſionẽ remittat, nõ poſſit ad aliud aduertere. ¶ At vero ſunt qui putant ſe demõſtrare, ꝙ virtus intellectus non terminatur quoad intenſionem, hoc argumẽto. Si terminaretur virtus intellectus quo ad intenſionẽ, maxime eſſet quia ad maiorem intẽſionem notitię ſemper requiritur maior aduertentia ⁊ maior conatus intellectus: ſed ſtat ꝙ per meliorem applicationem obiecti, dato ꝙ intellectus non magis aduertat, intendatur notitia: item ſi obiectũ albũ fiat intenſius, intendetur eius notitia ſine noua aduertentia intellectus: ergo virtus intellectus non terminatur quo ad intenſionẽ, poſtquã mere paſſiue ſe habendo poteſt intendi eius notitia.

*Aduertentia ⁊ conatus.*

¶ Ad hoc nihilominus primum omniũ dicimus, ꝙ iſti mere gratis fingũt ſine aliqua authoritate aut ratione, ꝙ aduertentia ⁊ conamẽ intellectus ſit quid diſtinctum a productione notitię. Cum tamen certiſſimum ſit, ꝙ nihil aliud eſt intellectũ conari aut aduertere, quam notitiam producere. Et probatur manifeſte, quia ante productionem notitię nulla eſt actio notitię, ⁊ per conſequens nulla eſt applicatio nec conatus. Sicut applicatio aut conatus volũtatis ad volendũ nihil aliud eſt quã producere volitionẽ. In corporalibus enĩ poteſt homo ligatus optare ⁊ conari ad motũ, quando nõ mouetur: ⁊ poteſt quis conari mouere magnũ lapidem, quando nõ moueat eum: quia illud conari eſt impellere corpus: ſed tamen in intellectu fingi non poteſt quid ſit conari niſi intelligere. Uoluntas enim eſt quę ſuo actu mouet ⁊ applicat omnes potentias ad agendum: ſed potentias reliquas applicatas nihil aliud eſt conari, quam agere ſuos actus. Sicut viſum applicatum per voluntatem ad obiectum nihil aliud eſt conari, quam producere viſionem. Et ideo dicendum eſt, ꝙ quanta eſt intenſio notitię tantus eſt conatus ⁊ applicatio potentię, nec maior nec minor. ¶ Unde ad argumentum iſtorum reſpondetur, ꝙ quotieſcunq; obiectũ melius applicatur aut illuminatur aut intenditur, intellectus itidem melius applicatur ⁊ conatur per hoc ꝙ intenſiorem producit notitiam. Et intellectus maioris virtutis ad producẽdum ęqualem notitiã cũ intellectu minoris virtutis ęque conatur: ⁊ ad producendũ intenſiorẽ magis conatur. Nec cõſiſtit maior virtus, vt multi putant in hoc, ꝙ cũ minori conatu ęqualẽ notitiã producat: ſed in hoc ꝙ plus poteſt conari. i. intẽſiorem notitiã producere. Obidq; non eſt intelligibile ꝙ notitia intendatur ſine maiori aduertentia ⁊ conamine intellectus: ⁊ per conſequens vbi datur ſumma aduertentia, datur ſumma intentio notitię. Et pręterea reſpõdetur, ꝙ quãuis per meliorẽ applicationẽ ſine noua aduertentia intenderetur notitia, deueniendum tamen eſſet ad optimã applicationẽ, atq; adeo ad ſummã intenſionẽ notitię.

*Limitatio.*

¶ Sed dubium eſt quomodo intelligitur iſta duplex limitatio intellectus: videtur enim ꝙ non ſtet ſimul terminari ad intenſionẽ ⁊ ad numerũ. Demus enim ſummã intenſionẽ omniũ notitiarũ quas ſimul poteſt habere intellectus, eſſe vt decẽ: vtrum cum hoc terminetur etiã ad numerũ certum notitiarum puta ad decem. Et videtur ꝙ nõ ſtent ſimul. Si enim intellectus poteſt habere intenſionẽ notitiarũ vt decẽ, habeat decẽ notitias ſingulas intenſas vt vnũ: poterit ergo eadẽ ratione habere viginti notitias ſingulas vt dimidium, ⁊ quadraginta, ſingulas vt vna quarta: ⁊ ita ſine termino.

¶ Reſpondetur, ꝙ ad vtrunq; terminatur potẽtia, et ad intenſionẽ, ⁊ ad numerũ. Primo, quia quãuis admittatur calculatio modo facta, tandẽ perueniretur ad remiſſiſſimas notitias: ⁊ ſic nõ poſſet creſcere numerus. Sed pręterea dico, ꝙ adhuc calculatio non procedit: nam maior multo difficultas eſt aduertere ad viginti obiecta vt dimidium quã ad decem vt vnũ: quia virtus vnita fortior eſt ſeipſa diſperſa: et ideo non ſequitur, ꝙ qui poteſt habere decẽ notitias ſingulas vt vnum, poſſit habere plures remiſſiores. Concludimus ergo tandẽ, ꝙ vtroq; modo limitatur potentia. ſ. quoad intenſionem ⁊ quo ad numerum. ¶ Unde ad formã quinti principalis argumenti reſpondetur, ꝙ ſi capacitas per aſſenſus pręmiſſarum eſt ſolũ cõpleta quo ad intenſionẽ ⁊ nõ quoad numerum, tunc remittentur notitię et aduertentię circa alia obiecta ⁊ producetur aſſenſus cõcluſionis: ſi vero eſſet cõpleta quoad numerũ, tunc nõ poſſet intellectus habere aſſenſum concluſionis, niſi corrumperetur aliqua notitiarũ quę ſunt extra illã conſequentiam. Nec hoc eſt cõtra concluſionem. ¶ Quod ſi qs replicuerit ex illo quod diximus in cõfirmatione ſuperioris argumenti: videlicet ꝙ quando plura intelliguntur per modum vnius, illę intellectiones nõ ſe impediunt: ergo intellectus aſſentiens pręmiſſis, ſine noua difficultate, ⁊ labore aſſentiet concluſioni. ¶ Reſpõdetur, ꝙ S Tho. nihil aliud vult dicere, niſi ꝙ perfecte poſſumus intelligere plura per modum vnius (quod ipſe appellat per vnã ſpeciẽ) nihilominus illud vnũ, tot poſſet habere partes, vt excede-





ret virtutem intellectus. Si enim ego intelligerem de homine plures eius paſſiones, ſcilicet, ꝙ eſt riſibilis, flebilis, mortalis ⁊c. tot poſſem accumulare, vt non poſſem plura de homine cognoſcere. Et ita eſt in propoſito ſi capacitas aliunde eſt completa.

*Ad ſextum principale.*

¶ Sextum argumẽtum petit an aſſenſus aut quęcunq; notitia producatur aut corrumpatur in inſtanti. Quod nec apud Ariſtotelem nec apud antiquos ſub hac forma definitum eſt. Nihilo minus tribus videtur propoſitionibus reſpondendum. Prima. Applicatio obiecti ad potentiam, vbi fit per motum, fit ſucceſſiue. Patet in obiectis ſenſuum quę per motum applicantur ad diſtantiam competentem potentię. Et in obiecto intellectus quod pro iſto ſtatu non applicatur potẽtię, niſi per abſtractionem ſpecierum a phãtaſmatibus corporalibus. Deus tamen per nouam creationem ſine motu poſſet in inſtanti applicare obiectum potentię.

*Notitia producitur in inſtanti.*

¶ Secunda propoſitio. Facta applicatione in inſtanti producitur actualis notitia ſimplex, ſiue ſit apprehenſiua ſiue iudicatiua. Dico, ſimplex, quia notitia prędicati fit poſt notitiam ſubiecti: ⁊ notitia concluſionis poſt notitiam pręmiſſarum. In nobis ſaltem, qui diſcurrendo cognoſcimus: nam in angelis aliud eſt. Probatur propoſitio. Primo ſecundum Ariſt. ſecundo de anima, tex. 70. lumen non pducitur ſucceſſiue in medio: ſed inſtantanee. Cuius ſignum eſt, ꝙ non prius illuminatur a ſole pars orientalis quã occidentalis. Cauſa vero eſt, quia illuminatio fit nullo reſiſtente contrario. Eodem modo. 4. Phyſi. tex. 64. ⁊ infra probat, ꝙ per vacuum non poteſt eſſe ſucceſſio motus: quia nulla eſt reſiſtentia: ergo eadem ratione cum notitia ſit illuminatio ⁊ perfectio quędam potentię quę non habet contrarium reſiſtens, fit, vt in inſtanti producatur. ¶ Quod pręterea confirmatur ex iſto cap. tex. 3. vbi dicit, ꝙ habito aſſenſu pręmiſſarum ⁊ conſequentię ſimul habetur aſſenſus concluſionis: quod non eſſet verũ niſi in eodem inſtanti producerentur aſſenſus minoris concluſionis. ¶ Secundo probatur, quia ſpecies viſibiles per medium in inſtanti producuntur: quod probatur ſimili experientia illi quam Ariſtoteles adducit de lumine. Si enim applicentur duo viſibilia, vnum ad decem pedes ⁊ aliud ad centum, ſimul immutant viſum: ergo eadem ratione notitia viſiua ⁊ a fortiori intellectiua producitur in inſtanti. Cuius indicium eſt, quod ſol quam primo incipit oriri, videtur. Dixerim ſpecies viſuales in inſtanti produci, eo quod ſine motu producuntur: nam ſpecies ſoni, quippe quę per motum feruntur, in tempore perueniunt ad auditum. Qua de cauſa fulgur prius videtur, quam audiatur tonitrus: cum tamen prius ſaltem natura rũpatur nubes, quę eſt cauſa tonitrui, quam incluſus illic ignis appareat. ¶ Poſtremo confirmatur propoſitio experientia. Nullam enim in intelligẽdis obiectis applicatis experimur ſucceſſionem: neq; in producendis volitionibus. Accedit ⁊ authoritas. S. Thom. qui in prima parte. q. 85. arti. 4. ad primum argumentũ, non ponit ſucceſſionem intellectus niſi ſolum inter diuerſas notitias: vel in abſtractione ſpecierũ a phantaſmatibus, vt inquit prima ſecundę. q. 113. articu. 7. ad. 5. ¶ Colligimus ergo ꝙ in primo inſtanti non eſſe motus per quem applicatur obiectum eſt notitia viſiua: ⁊, ſi intellectus aduertat, pariter intellectiua. Neque obſtat, ꝙ notitia ſit alicuius intenſionis: nam producetur tunc notitia minimę intentionis, quam talis potẽtia, ⁊ cum tali obiecto, ⁊ tali diſpoſitione mediĳ poteſt producere. ¶ Tertia propoſitio eſt, quod eadem ratione poteſt notitia ⁊ iudicium actuale in inſtanti corrumpi per abſentiam cauſę conſeruantis. Loquuti ſumus in his propoſitionibus de notitiis actualibus: nam habitus ſucceſſiue acquiruntur ⁊ corrumpuntur per frequentationem actuum. ¶ Ad ſextum ergo principale reſpondetur, ꝙ poſitis aſſenſibus pręmiſſarum ⁊ conſequentię in primo inſtanti quo intellectus aduertit ad concluſionem ſimul tempore corrumpitur diſſenſus erroneus ⁊ producitur aſſenſus ſcientię. Itaq; aſſenſus pręmiſſarum producendo aſſenſum concluſionis corrumpunt diſſenſum cõtrarium. Et in genere cauſę efficientis prius natura eſt productio aſſenſus quam expulſio contrariĳ: quia per productionem vnius expellitur alius: ſed in genere cauſę materialis prius natura expellitur contrarium quam intellectus recipiat nouum aſſenſum. Sicuti quãdo ignis calefacit aquam, prius natura in genere cauſę efficientis eſt vnus gradus caloris in aqua, quam ſimilis gradus frigiditatis inde expellatur: quia ignis non expellit frigiditatem niſi producendo calorem: in genere vero cauſę materialis prius natura pellitur frigiditas, quam ſimilis gradus caloris recipiatur in aqua. In his enim quę ſunt ſimul tempore nihil obſtat in diuerſis generibus cauſarum. a. eſſe prius natura quam. b. ⁊. b. prius quam. a. vt docet Ariſtote. 5. Metaphy. tex. ſecundo. Nec mirum ſi in inſtanti corrumpatur aſſenſus: nam vbi eſt demonſtratio, nulla eſt reſiſtentia: ſed ſtatim ceſſat cauſa conſeruatiua contrariĳ. Sic enim lumen eodem inſtanti corrumpitur quo eſt abſentia luminoſi. Secus eſſet vbi deberet corrumpi aſſenſus opinatiuus per rationem probabilem contrariam: nam non omnis ratio probabilis, quanuis ſufficiat infirmare opinionẽ ſufficit radicitus euellere, niſi rationes plures accumulentur. ¶ Per hęc aperitur via reſpondendi ad confirmationem: quę ex ſophiſmatibus Pauli Ueneti de ſcire ⁊ dubitare ſolent huc afferre noui poſterioriſtici. Ad quam modis multis reſpondent: cum tamen ſolutio ſit clara. Reſpondetur ergo, quod in illo caſu quo quis habens aſſenſum maioris, quęcunque ſunt ęqualia ⁊c. aduertit ad illa tria corpora, aut prius comparat. a. ⁊. c. ad. b. aut prius comparat. a. ⁊. c. inter ſe. Si ſecundum, tunc ille aſſenſus negatiuus qui habetur per experientiam, ſcilicet. a. ⁊. c. non ſunt ęqualia inter ſe, impediet aſſenſum minoris. Et ita argumentum reſcinditur: quia nunquam datur aſſenſus minoris. Quanuis enim ad ſenſum non percipiatur differentia inter. a. ⁊. b. tamen experientia inter. a. ⁊. c. ſufficit, ne quis aſſentiat. a. ⁊. c. eſſe ęqualia vni tertio. Si vero vt ponitur in argumento prius comparet. a. ⁊. c. ad. b. tunc conceditur quod ille habebit aſſenſum maioris ⁊ minoris: ſed in primo inſtanti aduertentię ad concluſionem ſimul tempore producitur diſſenſus cõcluſionis, ſcilicet. a. ⁊. c. ſunt ęqualia inter ſe: ⁊ corrumpitur aſſenſus minoris, ſcilicet ſunt ęqualia vni tertio. Senſatio enim illa producendo diſſenſum concluſionis corrumpit aſſenſum minoris. ¶ Hinc ſequitur, quod aſſenſus ⁊ diſſenſus contrariĳ eiuſdem concluſionis, vel duo aſſenſus duarum contradictoriarũ, in nullo gradu, etiam remiſſiſſimo, poſſunt eſſe ſimul, neque per inſtans. Secus eſt de habitibus: qui in gradibus remiſſis ſe cõpatiuntur per tempus quo durat generatio vnius ⁊ alterius corruptio.

*Ad ſeptimum principale.*

¶ Ad ſeptimum argumentum negatur ſequela, ſcilicet ꝙ ſine aliquo doctore poſſet homo habere omnes ſciẽtias: quãuis enim principia vniuerſaliſſima ſint naturaliter per ſe nota,

tamen non naturaliter ſcit quicunq; illa applicare per bonas conſequentias ad concluſiones particulares. Et ideo ſicut ſemina naturalia non producunt fructus ſine agricultura, ita nec principia naturalia, poſſent generare ſcientias rerum ſine doctrina aut exercitio. Item quia quanuis in principiis vniuerſalibus virtualiter contineantur concluſiones, tamen perſpicacius ingenium plura illic videt, quã ingenium minus perſpicax. Et ideo alius homo plura poteſt per inuentionem acquirere quam alius. Et eundem librum duo legentes alter altero plura videt: ſicut qui eſt lippus oculis non tot percipit in eadem imagine, quot alius acutioris viſus. Et ita ſemper reſtat differentia inter Ariſtotelem & Platonẽ. Plato enim putabat, quod habeamus omnes ſpecies omnium rerum infuſas ſicut angeli. Ariſt. vero nõ niſi quod habemus aliquas cognitiones naturales vnde per doctrinã aut inuentionem elicimus ſcientias. ¶ Unde ad confirmationem negatur, q ſciens vniuerſale, ſciat ſimpliciter ſingulare quod neſcit contineri ſub vniuerſali. Et ad argumentum negatur illa conſequentia. Scio omnem triangulum habere tres &c. & hic triangulus (quem non vidi) eſt triangulus: ergo ſcio hunc triangulum &c. Nam ex modali compoſita cum vna de ineſſe non ſequitur modalis compoſita, vt tertio libro Summularum dictum eſt. Primo enim variatur appellatio de ly ſcio, quod in maiori appellat aſſenſum ſupra totam propoſitionem, ſeu ſupra totum illud ſignificatum, quod eſt omnem triangulum habere tres angulos &c. & in concluſione appellat ſupra ſignificatum propoſitionis ſingularis. Et ideo termini modalis cõpoſitę ſupra quem fertur ly ſcio, ſupponunt immobiliter: atq; adeo neq; ſubiectum illius vniuerſalis ſupponit competenter diſtributiue, vt ſub illo poſſit fieri ſubſumptio.

## DE MODIS SCIENDI, & demonſtratione. Cap. II.

Text. 5. SCIRE AVTEM vnamquamq; rem ſimpliciter, ſed non vt Sophiſtæ per accidens arbitramur: cùm cauſam ob quam res eſt, illius cauſam eſſe, & fieri non poſſe vt res aliter ſe ſe habeat, cognoſcere arbitramur. Patet igitur, ipſum ſcire tale quid eſſe: nam & hi qui neſciunt, & ij qui ſciunt, illi ità ſe rem habere putant, hi ità ſeſe etiam habent. Quare cuiuſque ſimpliciter eſt ſcientia, id vt aliter ſeſe habeat fieri omninò non poteſt. An verò & alius ſciendi modus ſit, poſteriùs dicemus. Dicimus autem & per demonſtrationem nos ſcire: demonſtrationem autem dico ratiocinationem eam, quæ ſcientiam efficit: eam verò ſcientiam efficere dico, qua ſcimus, eam ipſam habendo. ¶ Si igitur ipſum ſcire tale eſt, quale poſuimus, neceſſe eſt & demonſtratiuã ſcientiam ex veris & primis medioq; vacantibus, & ex notioribus & prioribus ipſa concluſione, cauſisq; eiuſdẽ eſſe. Sic enim erunt & ipſa principia propria eius quod demonſtratur: nam ratiocinatio quidem eſſe ſine ijs poteſt, demonſtratio verò non poteſt: ſcientiam enim non facit. ¶ Vera igitur eſſe oportet, quia fieri nequit, vt id quod non eſt ſciatur: veluti diametrum commenſurabilem eſſe: oportet autem & ex primis & indemõſtrabilibus eſſe: quia non ſciet, qui demonſtrationẽ horum non habet: ſcire enim non per accidens ea quorum eſt demonſtratio, nihil aliud eſt ſanè, quàm demonſtrationem habere.



Cauſæ etiam notioraq; ac priora ſint oportet: cauſæ quidem, quia tum ſcimus, cùm cauſam cognoſcimus: priora verò, ſiquidem & cauſæ ſunt, & anteà cognita, non illo ſolùm modo quo quid ſignificent, ſed altero etiam quo quòd ſint ſcimus.

¶ Dupliciter autem priora notioráve dicuntur: Non enim idem prius natura, & noſtra ex parte prius: neq; notius ſimpliciter, & nobis etiam notius eſt. Atque ea quidem ad nos priora notioráve dico, quæ propinquiora ſenſui ſunt: ea verò ſimpliciter priora notioráve, quæ à ſenſu longiùs diſtant. Sunt autem remotiſsima quidem ea, quæ ſunt vniuerſalia maximè: propinquiſſima verò, ſingularia ipſa. Atque hæc inter ſeſe opponuntur. Ex primis autem eſſe nihil aliud eſt, quàm propriis è principiis eſſe: idem enim primum atque principium dico.

¶ Eſt autem demonſtrationis principium propoſitio medio vacans. Ea verò medio vacat, qua nulla eſt alia prior. Propoſitio verò altera enuntiationis pars eſt, vnum de vno complectens: diſſerendi quidem, quæ vtramuis accipit: demonſtrandi verò, quæ definitè alterum: quod eſt verum. Enuntiatio contradictionis vtrauis eſt pars. Contradictio eſt oppoſitio, cuius per ſe medium nullum eſt. Contradictionis partium ea quidem, qua quiquam cuipiam adiungitur, affirmatio: ea verò, qua quippiam à quopiam ſemouetur, negatio nuncupatur.

¶ Principiorum autem ratiocinandi, vacantium medio, id quidem poſitio dicitur, quod fieri nequit vt demonſtretur, quodq́ue non neceſſe eſt eum habere, qui diſcere quid inſtituit: id verò quod omnes habere, qui modò diſcere aliquid parant, neceſſe eſt, dignitas appellatur: ſunt enim talia quædam. Atque talibus hoc potiſsimùm nomen tribuere ſolemus. Rurſùs ea quidem poſitionum, quæ vtramuis enun-





tiationis accipit partem, eſſe inquam quippiam, aut non eſſe ſtatuens: ſuppoſitio ea verò, quę eſt ſine hoc ipſo, definitio dicitur: definitio nanque poſitio quidem eſt (ponit enim Arithmeticus vnitatem quantitate indiuiſibilem eſſe) ſed ſuppoſitio ſanè non eſt: nam quid ſit vnitas, & vnitatem eſſe eadem non ſunt. ¶ Cùm autem credere ſcireq; rem talem per ratiocinationem oporteat, quam demonſtrationem vocamus: hæc verò eſt, quia ſunt ea quibus extruitur ratiocinatio: neceſſe eſt, non ſolùm prima illa, vel omnia vel aliqua priùs noſcantur, ſed etiam magis vt noſcantur: ſemper enim illud eſt tale magis, ob quod vnumquodque tale eſt: veluti magis, id eſt dilectum atq; amatum, ob quod amamus atq; diligimus. Quare ſi ob prima ſcimus ac credimus, & illa ſanè ſcimus ac credimus magis: quoniam ob illa & ipſa ſcimus poſteriora. Fieri autẽ non poteſt, vt ea magis quiſquam quæ neſcit, & circa quæ non meliùs diſpoſitus eſt quàm ſi ſcierit, quàm ea quæ cognoſcit, credat atq; aſſentiatur. At eueniat id profectò, ſi non priùs cognouerit principia quiſpiam, quàm ea quæ per demonſtrationem creduntur. Magis enim principiis aut omnibus, aut quibuſdam credere, quàm concluſioni, neceſſe eſt. Atque ei qui per demonſtrationem ſcientiam habiturus eſt, non ſolùm ipſa principia magis nota, magisq́; credita ſint, quàm id quod ex ipſis oſtenditur oportet: ſed etiam nihil prorſus eorum quæ principiis iis opponuntur, vndeq́; ratiocinatio falſa, vereq́; contraria exiſtat, aut credibilius, aut notius principiis ipſis ſit oportet: quippe cùm eum qui ſimpliciter eſt ſcientiam cõſequutus, nunquam ab ea, perſuaſione vlla dimouêri oporteat.

POſtquam in ſuperiori capite cõſtitutũ eſt demonſtrationem eſſe, quod reſpondet quęſtioni an eſt, proſequitur hic Ariſtot. determinare quid eſt demonſtratio. Quę ſecũdum diuiſionem ſupra factam eſt ſecunda pars principalis huius libri. Et terminatur duobus capitulis. In hoc enim ſecundo definitur, quid eſt demonſtratio. Et in tertio excluditur error quidam qui ex definitione poſſet oriri. Atqui capitulum hoc vnicus eſt textus apud Commentatorem, puta quintus. Uiſus tamen nobis eſt in ſeptem particulas diuidendus. ¶ Ubi adnotandum eſt q, vt Ariſt. docet ſecundo Phyſi. prima cauſarum eſt finis vnde iudicium rei ſumitur: eo enim quod domus ſit ad protegendũ nos a pluuiis & tempeſtatibus, iudicamus fieri debere ex tali materia, puta, lignis & lapidibus, & tali forma. Hac ratione Ariſto. oſtendit hic primo finem demonſtrationis, vnde eliciat definitionem eius materialem. Debet enim demonſtratio ex his principiis eſſe, quę ad finem maxime cõducunt. Finis autem demonſtrationis eſt ſcientia: & ideo in prima ſtatim particula definit quid ſit ſcire: & colligit primã definitionem demonſtrationis ex parte finis. Ponit igitur: Scire vnamquanq; rem &c. ¶ Secundo notandum eſt, q ſcire contingit dupliciter. ſ. per ſe & per accidens. Scire per eſt, ſcire rem in ſe ipſa, id eſt, ſcire propriam cauſam: vt cum ſcio hominem eſſe riſibilem, quia eſt rationalis. Scire de per accidens eſt, ſcire rem in alio: vt cum a longe video venientem quem neſcio, homone ſit an brutum, ſcio hominem de per accidens: puta quia video motum, qui accidit homini: & dicitur hic modus ſophiſticus, quia Sophiſtę ita ſolent arguere, cognoſco venientem: veniens eſt homo: ergo cognoſco hominẽ. Item ſi videam domum a longe non diſcernẽdo an ſit ex lapidib⁹ aut ex lignis extructa, cognoſco quidem ligna de per accidens: quia cognoſco domũ: & domus eſt ex lignis: ergo cognoſco ligna: quod quidem ſimpliciter non eſt cognoſcere. Ait ergo Ariſto. quod accipit hic ſcire ſolum per ſe & ſimpliciter. Unde ſcire hoc modo inquit tunc arbitramur, cum cauſam ob quam res eſt, illius cauſam eſſe, & fieri nõ poſſe vt aliter ſe habeat, cognoſcere arbitramur. — *Scire dupliciter.*

¶ Duę ſunt particulę definitionis: quãuis expoſitores, tranſlationem Boetii ſecuti, tres diſtinguant. Boetius enim ſic habet: Cum cauſam arbitramur cognoſcere propter quam res eſt, & quoniam illius eſt cauſa, & q nõ contingit hoc aliter ſe habere. Ubi diſtinguit tanquam duo, cognoſcere cauſam rei, & cognoſcere quoniam illius eſt cauſa. Sed certe phraſis Gręcã nõ diſtinguit in duo: nã formaliter cognoſcere cauſam eſt cognoſcere cauſam eſſe talis rei. Eſt ergo ſenſus, q tunc ſcimus aliquã rem, cum id quod eſt cauſa illius, cognoſcimus eſſe cauſam eius. Si vero pro captu incipientium vis diſtinguere tres particulas vt lucidior ſit textus, non inhibeo. Tertia ergo tunc erit, & non contingit aliter ſe habere. Exempli gratia, vt quis ſciat eclipſim lunę non ſufficit vt videat ipſam eclipſari: illa enim eſt experientia & non ſcientia, neq; requiritur talis experientia: nam & cęcus poteſt per aſtrologiam eclipſim ſcire. Sed requiruntur tria: videlicet q ſciat terram interponi inter ſolem & lunã: & ſecundo quod ſciat illud eſſe cauſam eclipſis, alias ſciẽs rem quę eſt cauſa, ſolum virtualiter & in confuſo & de per accidens ſciret eclipſim: ſicut dixit ſuperius Ariſt. quod ſciens vniuerſale ſcit ſecundum quid ſingulare. Ut enim ſimpliciter non ſcitur ſingulare niſi quando actu ſubſumitur ſub vniuerſali: ita nec ſimpliciter ſcimus effectum per hoc ſolum q ſciamus rem quę eſt cauſa: niſi ſciamus illam eſſe illius effectus cauſam. Sed tertio requiritur, q ſciamus non poſſe fieri rem aliter ſe habere, id eſt, non poſſe aliter fieri, niſi quod quotieſcunq; ponitur hęc cauſa, ponitur talis effectus. U. g. quanuis ego ſciam Petrum eſſe ſtudioſum: quia conſuetudinem habuit cum ſtudioſis, aut quia indutus eſt habitum religioſi, non ſimpliciter & certiſſime rem ſcio: quia poteſt aliter eſſe: puta q ex tali cauſa non ſequatur talis effectus. Et in naturalibus licet ſciam pluuiam eſſe quia flauit Auſter, non ſcio certiſſime, quia poteſt aliter eſſe, puta quod flante Auſtro non pluat: aut q non flante, pluat. Unde tertia particula. ſ. q non contingit aliter ſe habere, vt docte notauit Albertus, non debet referri ad neceſſitatem pręmiſſarum vel ad neceſſitatẽ concluſionis: ſed ad neceſſitatem illationis & cõſequentię: quę prouenit ex hoc q talis res neceſſario ſequitur ex tali cauſa. ¶ Probat Ariſt. definitionem ex autoritate omnium in vniuerſum tam ſapientiũ quã inſipientium. Sapientes enim tunc iudicant ſe verẽ ſcire rem & vere ſciunt, quando hoc modo ſciunt cauſas. Et inſipientes tunc ſe etiã arbitrantur ſcire, cũ arbitrantur ſe ſcire cauſam: licet non vere ſciant, q — *Tres particulę definitionis.*

non ſciuit verã cauſam. Quod eſt dicere: Nullus pro
pterea ꝙ ſolũ videt eclipſim lunę, tunc putat ſe ſci⸗
re rem: hac enim de cauſa coeperunt homines cau⸗
ſas inquirere effectuũ quos experiebãtur: quia nõ
aliter putabant rem ſcire: ſed q̄ primũ quis inuenit
aliquid, quod arbitrat̃ eſſe cauſam, arbitratur etiã
rem ſcire, vt ſi credat quis lunam eclipſari propter
interpoſitionem nubeculę inter ipſam ⁊ viſum no⸗
ſtrũ, fallitur quidẽ, ſed tunc putat rem ſcire. ¶ Hinc
patet (vt ait S. Thomas) ꝙ hęc nõ eſt definitio quid
rei: quia nõ datur definitio ſciẽtię per genus ⁊ diffe
rentiã: ſed eſt definitio explicans ſignificationẽ no⸗
minis, ſcire, ⁊ ideo probauit eam ex communi modo
loquendi: nam vt habet̃. 2. Topi. cap. 2. nominibus
vtendũ eſt vt plures. Quod adnotare debent qui re
rũ definitiones pro libito ſuo cõfingunt cõtra natu⸗
ram definiẽdi. Debet eñ definitio eſſe omnibus re⸗
ceptiſſima de qua nulla ſit cõtrouerſia. Et ita conclu
dit Ariſto. ꝙ id cuius ſimpliciter eſt ſciẽtia, neceſſe
eſt ita ſe habere. i. vt ex tali cauſa neceſſario ſequa⸗
tur talis effectus. An vero, inquit, alius ſit modus
ſciendi videbitur inferius. Quod nos in quęſtione
etiã diſputabimus. ¶ Ex quid nominis huius quod
eſt ſcire, infert Ariſt. dicens: Dicimus autem ⁊ per
demonſtrationẽ nos ſcire. Quam aliqui putant eſſe
definitionẽ quid rei per cauſam huius quod eſt ſci⸗
re. Et hoc euidentius apparet in verſione Boetij,
quę ſic habet: Dicimus quia ſcire eſt per demõſtra⸗
tionem intelligere. In Gręco tamen non eſt verbum
intelligere, neqȝ habet formã definitionis: ſed ſolum
videtur Ariſt. explicare, ꝙ finis demõſtrationis eſt
ſcire: eo ꝙ ſcire eſt rem per cauſas cognoſcere, ⁊ de⸗
mõſtratio propter quid procedit a cauſa ad effectũ.
Definitio demõſtrat. ¶ Unde colligit primã definitionẽ demonſtrationis
quę datur per finem. ſ. demõſtratio eſt ratiocinatio
ſeu ſyllogiſmꝰ qui facit ſcire. Ueluti ſi diceres, Ser⸗
ra eſt inſtrumentum lignis ſecandis aptum. Expli⸗
cat vero definitionẽ dicens, ꝙ eam ratiocinationem
ſeu ſyllogiſmũ dicit ſcientiã efficere, quo, dum illum
habemus, tunc ſcimus, ⁊ non alias. In aliquibus co
dicibus Boetij legitur: Demonſtrationẽ autẽ dico
ſyllogiſmũ apodicticõ. Illud tamen appoſitũ eſt ab
aliquo ſciolo: nam Gręce non habetur niſi, epiſtemo
nicon. i. ſcientialẽ: quia apodicticon, idem eſt quod,
demõſtratiuum. Quare perinde eſſet, ac ſi diceres,
Demonſtrationẽ dico ſyllogiſmũ demonſtratiuum:
quod eſſet nugatio. ¶ Quod ſi quis obijciat Ariſto⸗
teli, ꝙ vſus fuerit hic circulo, dum ſcire definit per
demonſtrationẽ, vt vice verſa, demonſtrationem per
ſcire. Reſpondetur, ꝙ iſtę non ſunt definitiones, ſed
potius circumloquutiones quibus affirmatur, ⁊ ſci
re eſſe finem demõſtrationis, ⁊ demonſtrationẽ eſſe
medium ordinatũ ad ſcire. ¶ In ſecunda particula
Definit. 2. demõſtrat. Parti. 2. textus (Si igitur ipſum ſcire ⁊c.) ſequitur ſecunda
definitio demonſtrationis quę eſt materialis: ⁊ con⸗
cludit̃ ex ſuperiori. Ait eñ ꝙ ſi ſcire eſt id quod di⸗
ctum eſt, ⁊ demõſtratio eſt ſyllogiſmus faciẽs ſcire,
colligitur vt demonſtratio ſit ſyllogiſmus procedẽs
ex veris ⁊ primis medioque vacantibus, notioribus
⁊ prioribus ipſa concluſione, ⁊ ex cauſis eiuſdem.
Quod perinde eſt ac ſi diceres: Si domus eſt ędifi⸗
ciũ quod nos a tempeſtatibus defendat, neceſſe eſt
vt ſit ex lapidibus ⁊ lignis ⁊c. Atqui particulę defi⸗
nitionis ſunt numero quinqȝ. i. ex veris, ⁊ primis,
medioqȝ vacantibus. i. carentibus (quod Boetius
ait, immediatis) quare, primis, ⁊ immediatis, non
ſunt duę particulę (vt aliqui putant, facientes ſex
particulas) ſed ſecũda eſt expoſitio prioris, 3. priori⸗
bus, 4. notioribꝰ, 5. cauſis. ¶ Reſpõdet ſtatim Ariſt.
tacitę obiectioni. Poſſet enim quis obijcere, ꝙ omi
ſiſſet pręcipuã particulã. ſ. proprijs, nã demõſtratio
debet reddere propriã cauſam concluſionis. Cui re
ſpõdet, ꝙ ſi principia habeãt cõditiones poſitas, in⸗
Ex veris. Parti. 3. de fiet, vt ſint cauſę proprię cõcluſionis. ¶ In tertia
particula textus (vera igitur ⁊c.) explicat ſingulas
particulas. Primã probat hoc modo: Concluſio de
mõſtrationis debet eſſe ſcita: ⁊ per conſequẽs vera:
ſed falſum non poteſt eſſe principiũ ⁊ cauſa verita⸗
tis: ergo pręmiſſę demonſtrationis debent eſſe verę.
¶ Quod ſi quis arguat, ꝙ ex falſo poteſt ſequi verũ,
vt hic: Omnis homo eſt Deus, Chriſtus eſt homo:
ergo Chriſtus eſt Deus. Reſpondetur, ꝙ quãuis ita
ſit ꝙ hęc ſit bona conſequẽtia, tamen pręmiſſa falſa
nõ eſt cauſa veritatis cõcluſionis: nõ eñ quia omnis
homo eſt Deus, Chriſtus eſt Deus. Et in demõſtra
tione non ſolũ ex pręmiſſis ſequitur cõcluſio in ſen⸗
ſu conditionali: ſed etiam in cauſali. ſ. quia pręmiſſę
ſunt verę, cõcluſio eſt vera. Maiorẽ, videlicet ꝙ con⸗
cluſio cuius eſt ſcientia debet eſſe vera, probat: quia
quod nõ eſt, inquit, non ſcitur. Non intelligit, quod
nõ eſt. i. quod non exiſtit: nam habemus ſciẽtiam de
roſa in hyeme quãdo non eſt. Nominales propterea
exponunt ſecũdę intentionaliter. i. falſum nõ ſcitur.
Attamẽ quãuis hoc ſit verũ, tamen Ariſt. de rebus
loquitur tanquã de obiectis ſciẽtię: ⁊ ideo nõ dixit,
quod nõ eſt verũ, nõ ſcitur, ſed quod nõ eſt. Senſus
ergo eſt, ꝙ id quod rebus ipſis nõ conuenit, ſciri nõ
poteſt: nã ab eo ꝙ res eſt, propoſitio eſt vera. Et po⸗
nit exemplũ, ꝙ cum diameter non ſit cõmenſurabi⸗
Diameter lis coſtę, nõ poteſt de illo haberi ſcientia. Diametrũ
nõ eſſe cõmenſurabilem coſtę, non eſt hic locus plu⸗
ribus verbis explicandi: ſed eſt ſenſus qđ exceſſus
quo diameter excedit coſtã quadrati ęquilateri (nã
de illo ſolo intelligitur) nõ eſt aliqua pars aliquota
coſtę, id eſt, nec eſt medietas, nec tertia, nec quarta,
nec aliqua pars denominata ab aliquo certo nume⸗
ro: ob idqȝ diametri ad coſtam nec eſt proportio du⸗
pla, nec tripla, nec ſeſquialtera, nec ſeſquitertia, nec
ab aliquo numero denominata: ſed eſt medietas du⸗
plę: quod hic nemo ſit anxius intelligere. ¶ Secun⸗
Ex immediatis. da particula erat (Primis medioqȝ vacãtibus) quã
modo exponit per hoc quod eſt (Primis ⁊ indemon
ſtrabilibus) eo nanqȝ principiũ eſt primũ, quia me⸗
dio caret: ⁊ eadẽ ratione eſt indemonſtrabile. ¶ Ubi
proinde adnotandũ eſt, quod propoſitio immediata
(quod nomẽ a tranſlatione Boetij omnes vſurpant)
non dicitur propterea ꝙ contineat cauſam proximã
cõcluſionis: puta inter quam ⁊ concluſionẽ non me
diet alia cauſa, vt habere pulmonem eſt cauſa imme
diata reſpirandi: Sed dicitur immediata, quia ca⸗
ret medio per quod poſſit demonſtrari: quę Gręce
dicitur ana meſa. Quod vbiqȝ Argyropylus appel⸗
lat principiũ medio vacans, id eſt, carens. ¶ Sed eſt
ſecundo notandũ, ꝙ non eſt neceſſariũ omnẽ demon
ſtrationẽ formaliter procedere ex indemonſtrabili⸗
bus: alias ſecunda paſſio nunquam demonſtraretur
per priorem: cum prior etiam ſit demõſtrabilis per
definitionem. Attamen vt ille qui habet demonſtra
tionem vere ſciat concluſionem, neceſſe eſt quod
pręmiſſas (ſi quę ſint demonſtrabiles) vere ſciat re⸗
ſoluere per alias demonſtrationes vſque ad prima
principia. Atque vt ille qui habet decimam demon⸗
ſtrationem Euclidis, vere ſciat illam concluſionem,
neceſſe eſt vt ſciat pręcedentes omnes demonſtra⸗
tiones ſaltem habitualiter. Et hoc eſt quod ait Ari
ſtote. quia non ſciet qui demonſtrationem horum,
ſcilicet, pręmiſſarum, non habet. Cuius rationem
ſubdit, quia ſcire non per accidẽs ea quorum eſt de⸗
monſtratio, eſt demõſtrationem habere. Ait, ea quo
rum eſt demõſtratio: quia dignitates quarũ nõ ſunt
demon⸗



demõſtrationes, vere ſine demõſtratione ſcimus. Et
ait, nõ ſecundũ accidens, quia illa quorũ eſt demon⸗
ſtratio poſſumus per accidẽs ſcire ſine demõſtratio
ne, vt ſupra dictũ eſt, cum ſcimus hominem per hoc
quod ſcimus venientẽ. Eſt ergo ſenſus Ariſt. ꝙ ſi nõ
ſcimus cõcluſionẽ niſi ſciamus demõſtrationes prę⸗
miſſarũ, ⁊ demõſtrationes non procedũt in infinitũ,
ſed deuenitur ad aliqua immediata principia quę
carent medio, neceſſe eſt omnẽ demonſtrationẽ aut
formaliter aut ſaltẽ virtualiter procedere ex primis
⁊ immediatis. Et hoc eſt quod ait. 1. Topi. cap. 1. De
mõſtratio eſt ex primis, aut ex his quę ex primis fi⸗
Ex cauſis. dem acceperunt. ¶ Tertia particula erat (Ex priori
bus) ſed quia eſſe priora ⁊ notiora cõuenit principijs
eo ꝙ ſunt cauſę, explicat primo quintã particulã: di
cens ꝙ pręmiſſę debẽt importare cauſam concluſio
nis: nam vt dictũ eſt, tunc rem ſcimus cum cauſam
eius cognoſcimus. Cum ait demonſtrationẽ proce⸗
dere ex cauſis, nõ ſolũ intelligit veras cauſas quę di
ſtinguuntur ab effectu: vt interpoſitio terrę eſt cau
ſa eclipſis lunę, ⁊ definitio eſt cauſa paſſionis: ſed ra
tiones etiã formales, licet nullo modo diſtinguãtur
ab illo cuius ſunt rationes, nec proprię ſint cauſę: ſi⸗
cut immutabilitas eſt ratio ęternitatis in Deo, vbi
proprie nec eſt cauſa nec effectus: ⁊ immaterialitas
eſt ratio immortalitatis aię: ⁊ in Mathematicis de
monſtratio ꝓcedit ex cauſis. i. rationibus formali⸗
Ex prioribus. bus. ¶ Et ſubdit ꝙ ſi pręmiſſę ſunt cauſa concluſio⸗
nis, inde fit vt ſint priores (quę erat tertia particula
definitionis) nã vt ait in Poſtprędicamẽtis, cap. de
priori. ⁊. 5. Met. tex. 16. quicquid eſt cauſa alterius,
eſt eo prius ſaltẽ natura: ⁊ per cõſequens ſi pręmiſ⸗
ſę ſunt cauſę cognitionis cõcluſionis, debẽt eſſe priꝰ
cognitę q̄ concluſio, vt ex notis ad ignota proceda⸗
mus. ¶ Exponit deinde quomõ pręmiſſę debẽt eſſe
prius notę: q̄ non ſolũ debẽt eſſe notę quantũ ad ſi⸗
gnificationẽ, ſed quantũ ad id qđ ſunt. ſ. vere. ¶ Ad
cuius euidentiã notandũ eſt, ꝙ ſicuti ad ſciendũ ali
quã rem non ſufficit ſcire id quod eſt cauſa, niſi ſcia
mus illud eſſe cauſam talis rei: ita ecõuerſo nec ſuf⸗
ficit ſcire illud eſſe cauſam talis rei, niſi ſciamus il⸗
lud eſſe verũ. Exẽpli gratia. Ut ſciamus eclipſim lu
nę nõ ſatis eſt ſcire ꝙ terra eſt interponibilis inter
ſolem ⁊ lunã, niſi ſciamus illud eſſe cauſam eclipſis.
Sed tamẽ nec rurſus ſufficit, ꝙ cõditionaliter ſcia⸗
mus, ſi terra interponit̃ inter ſolẽ ⁊ lunã, eã eclipſa
ri: ſed requirit̃ ꝙ ſciamus terrã eſſe in rei veritate
interponibilẽ: alias eſſet ſciẽtia ſecundum quid, pu
ta ex ſuppoſitione. Et hoc eſt ꝙ dicunt Sũmuliſtę,
Ad veritatẽ cauſalis nõ ſatis eſſe bonitatẽ cõſequen
tię (quod ſufficit ad veritatẽ cõditionalis) ſed pręter
ea exigi veritatem antecedentis. Et ideo ſyllogiſmi
dialectici nõ generãt proprie ſcientiã, q̄ procedũt
ex admiſſis a reſpondente: ſiue ſint vera ſiue non.
Et in naturalibus vt qs ſciat in particulari piſces
nõ reſpirare, nõ ſatis eſt ſcire ꝙ ſi nõ habent pulmo
nẽ nõ reſpirant: ſed neceſſe eſt ſcire ꝙ non habẽt pul
monẽ: alias ſolũ eſſet ſcire ſcđȝ quid ⁊ in vniuerſali.
Et hoc eſt qđ dicit hic Ariſt. ꝙ pręmiſſę ſunt prius
notę q̄ cõcluſio: nõ ſolũ quantũ ad quid nominis. ſ.
quid ſignificant, ſed quantũ ad quęſtionẽ an eſt, pu
Priora dupliciter. Parti. 4. ta ꝙ ſint verę: vt dictũ eſt ſuperius tex. 2. ¶ In quar
ta particula textus (Dupliciter autẽ) quia dixerat
principia debere eſſe priora concluſione, diſtinguit
dupliciter eſſe aliquid prius alio; vno modo quo ad
naturã, ⁊ altero modo quo ad nos. Illa ſunt, inquit,
priora quo ad nos, quę ſenſui ſunt propinquiora, vt
ſingularia. Illa vero ſunt priora quo ad naturã, quę
ſunt a ſenſibꝰ remotiora, vt vniuerſalia. Et quę ſunt
priora quo ad naturã, ſunt priora ſimpliciter: nam
id conuenit alicui ſimpliciter, quod conuenit ſecun
dum naturam. Priora vero quo ad nos ſunt ſecun⸗
dum quid priora. i. vt cadunt in cognitione noſtra.
¶ Sed ſunt hic dubia quatuor. Primum offert ſe ſta Dubiũ. 1.
tim aduerſus Ariſtotelem qui ſibi ipſe videtur con
trarius: nam. 1. Phyſi. tex. 2. ait notiora quo ad nos
eſſe vniuerſalia, ⁊ notiora naturę eſſe ſingularia, hic
vero dicit contrariũ. Reſpondetur vt reſpondet S.
Tho. ꝙ ſingulare vno modo accipit̃ ſingulariter pro
illo quod cadit ſub ſenſu, vt diſtinguitur cõtra ſim⸗
pliciter vniuerſale, quod ſolo intellectu percipitur
per abſtractionẽ a conditionibus ſingularibus. Et
iſto modo dicit hic ſingularia eſſe nobis notiora: q̄
cognitio noſtra pro iſto ſtatu incipit a ſenſu: vniuer
ſalia vero ſunt notiora naturę. Nam illa ſunt notio⸗
ra naturę, quę a natura ſunt ſimpliciter intenta (lo⸗
quimur eñ de natura ac ſi ageret per cognitionẽ,
ſicut artifex) artifex autem prius cognoſcit finem ad
quẽ, deinde ordinat media: ⁊ ita natura prius inten
dit ſpeciẽ cõſeruare, ⁊ ad illũ finẽ producit ſingula⸗
ria quę de per accidens cadunt in intentione natu⸗
rę: ſicut de per accidens cadit ſub intentione artifi⸗
cis hic vel ille lapis ad conſtruendã domũ: nam hoc
vel illo indifferenter poſſet vti. Nec opus eſt hic ac
cipere naturã pro natura naturãte (vt aliqui dicũt)
puta pro Deo, qui eſt author naturę, ſed pro ipſa na
tura rei ac ſi ipſa cognoſceret ⁊ produceret ſe, vt ait
Albertus. Alio modo accipitur ſingulare nõ ſimpli
citer, ſed reſpectu magis vniuerſalis: quomodo ſpe⸗
cies dicitur ſingulare ſeu particulare reſpectu ge⸗
neris. Et iſto modo dicit. 1. Phyſi. ꝙ magis particu
lare eſt notius naturę: ⁊ ſimpliciter, quia in inten⸗
tione naturę principalior finis eſt ſpecies q̄ genus,
prius enim intendit hominẽ aut equum ⁊c. quã ani
mal. Sed in cognitione noſtra prius ſunt magis v⸗
niuerſalia quę illic vocat Ariſt. magis cõfuſa. Nam
licet cognitio noſtra incipiat a ſenſu, ⁊ per cõſequẽs
prius percipiat res ſingulares vt ſunt in materia
ſenſibili, tamẽ de illis prius format ſingulare vagũ
magis cõmune, q̄ minus cõmune. Itaqȝ ſenſus non
percipit niſi hoc animal quod videt, ſed prius cũ vi
det a remotis cognoſcit hoc eſſe ens, mox per motũ
hoc eſſe animal, deinde per figurã hoc eſſe hõẽm, ⁊
tandẽ de facie hunc eſſe Socratẽ. Unde licet ſenſus
non formet notitias, niſi ſingulares in ſupponendo,
tamẽ prius format ſingulares vagas vniuerſaliores
Dubiũ. 2. in ſignificãdo. ¶ Et per hoc ſoluit̃ ſcđm dubiũ qđ eſt
hoc. Illic eñ dicit innatã nobis eſſe viã a natura vt
ex notioribus nobis procedamus: vnde videt̃ ſequi
ꝙ debemus ꝓcedere a ſingularibus ad vniuerſalia:
hic vero, vt videbimus ſtatim cap. 4. dicit, ꝙ demõ⸗
ſtratio ſimpliciter nõ eſt niſi ex vniuerſalibus. Re⸗
ſpondetur tamẽ, ꝙ illic ſolũ dicit, ꝙ in acquiſitione
ſcientiarũ debemus procedere prius ex principijs
vniuerſaliorib ꝰ (ſicut prius de re viſa formamus, hoc
ens, q̄ hoc aĩal, aut hic homo) vt prius in genere de⸗
bemus tractare de ente naturali, ⁊ de materia ⁊ for
ma in cõmuni, ⁊ de motu in cõmuni, quę ſunt notio⸗
ra: q̄ de coelis in particulari, aut de anima, aut de ge
neratione ⁊c. Sed tamẽ cũ hoc ſtat, ꝙ oĩs ſciẽtia de⸗
bet tractare de rebus abſtrahẽdo a cõditionibꝰ ſin⸗
gularibus: nã tractat de rebus vt ſunt perpetuę. Et
hoc eſt quod dicit hic: videlicet ꝙ oĩs demonſtratio
debet procedere ex vniuerſalibus. Quare ſenſus nõ
facit demõſtrationes nec habet ſcientias: ſed ſolus
intellectus cuius eſt abſtrahere a ſingularibꝰ. ¶ At
Dubiũ. 3. tertiũ eſt hic maius dubiũ. Si oĩs demonſtratio, vt
proxime dixerat Ariſt. debet procedere ex cauſis, vt
quid ingerit ſermonẽ de prioribus quo ad nos? nam
priora quo ad nos ſunt effectus: vt eclipſis lunę quã

 nos

Demonſt. propter qd ⁊ quia.

nos ſentimus eſt effectus interpoſitionis terre: q̄re ex prioribus quo ad nos nulla poteſt fieri demōſtratio. Reſpōdetur, ꝙ hic incipit inſinuare Ariſt. diuiſionē demōſtrationis ꝓpter quid, ⁊ qꝛ eſt, quā cap. 10. tex. 50. eſt explicaturus. ¶ Ubi adnotandū eſt, ꝙ cauſa duplex eſt. Alia eſt cauſa rei, puta vt res ſit: alia eſt cauſa veritatis, puta cauſa aſſenſus cōcluſiōis. Et differt hoc modo inter demonſtrationē propter quid, ⁊ qꝛ eſt, ꝙ in demōſtratione propter quid, cauſe rei, puta cauſa eſſendi, ſunt parter cauſe cognoſcendi. ſ. cauſa veritatis concluſionis: iuxta illud. 2. Met. tex. 4. eadē eſt cauſa eſſendi ⁊ cognoſcendi: ſed in demōſtratione, qꝛ, cauſe cognoſcēdi. ſ. cauſe veritatis cōcluſionis, nō ſunt cauſe rei quo ad eſſe: ſed potius effectus. Et ideo oīs demōſtratio procedit quidē ex prioribus. ſ. demōſtratio ꝓpter quid, ex prioribus quo ad naturā: ⁊ demōſtratio qꝛ eſt, ex priorib⁹ quo ad nos. Item oīs demōſtratio ꝓcedit ex cauſis cognoſcēdi. i. ex cauſis productiuis aſſenſus concluſionis. Sed tamē nō oīs procedit ex cauſis eſſendi: ſed ſola demōſtratio propter quid: vt ſi dicas, omne aīal reſpirās habet pulmonē: hō eſt aīal reſpirās: ergo. premiſſe ſunt cauſe aſſenſus concluſionis: ſed tū reſpirare non eſt cauſa, ſed effectus pulmonis. Quā ob rem demōſtratio, qꝛ, nō facit ſimpliciter ſcire: qꝛ non reddit cauſam rei quod requiritur ad ſimpliciter cognoſcendū rem. ¶ Hoc poſtea dilatabit inferi⁹ Ariſt. manifeſtās, ꝙ demōſtratio ꝓpter quid poteſt procedere ex genere cauſe efficiētis formalis ⁊ finalis.

Dubiū. 4.

¶ Quartū dubiū eſt circa id quod ait Ariſto. ſ. ꝙ priora quo ad naturā ⁊ priora quo ad nos opponuntur. Primo qꝛ nō videtur qua oppoſitione opponātur. Et preterea qꝛ Cōmentator. 1. Phyſ. com. 2. ait, ꝙ in Mathematicis eadē ſunt priora quo ad naturā ⁊ priora quo ad nos. ¶ Reſpōdetur, ꝙ priora nature ⁊ priora nobis in naturalibus opponūtur relatiue: ſicut cauſa efficiens ⁊ effectus: nā effectus ſunt priores nobis, ⁊ cauſe, priores nature. Sed tamē qꝛ Mathematice ſcientie abſtrahūt, nō ſolū a ſingularib⁹, ſicut reliquę ſcientie: ſed a materia ſenſibili (in quo differunt a ſciētiis naturalib⁹) tractāt eñ nō de triāgulo aut circulo lapidis vel argenti vel ligni: ſed de triāgulo, abſtrahēdo a quacūq; materia: inde fit, vt in illis nō diſtinguit̄ prius quo ad nos, ⁊ quo ad naturā: (nā priora quo ad nos ſunt ſenſibilia) ſed cauſe formales per quas demonſtrant Mathematici ſunt priores nature ⁊ etiā in cognitione noſtra. Prius enim ſuapte natura intellectu percipimus, a quolibet puncto in quodlibet punctū lineā duci, deinde lineam recte cadentem ſuper lineā rectam angulos vtrinq; equales cōſtituere, ⁊ ita cōſequenter ordine ipſo nature procedit etiā cognitio noſtra. ¶ At vero qꝛ principia prima nō vident̄ eſſe principia propria rei, cū tamē demōſtratio debeat ꝓcedere ex ꝓpriis, hoc ſaluat ſtatim Ariſt. dicēs, ꝙ principiū primū eſt principiū propriū.

Prin. pri.

¶ Sed arguitur hoc eſſe falſum. Dicimus enim primū principiū intrinſecū demonſtrationis illud in quo prima paſſio affirmat̄ de definitione: vt, oīe animal rationale eſt diſcurſiuū: vnde prouenit ꝙ prius cognoſcat cauſam ꝗ effectum, ⁊ inde ꝙ ſit admiratiuū, ⁊ inde tandē ꝙ ſit riſibile. Ubi apparet, ꝙ illud principiū quod eſt primū immediatū, eſt remotū reſpectu vltime paſſionis, puta riſibilitatis: ergo videtur ꝙ non ſit propria cauſa illius: nā idē videtur eſſe cauſa propria, ⁊ cauſa proxima. Reſpondet tamen Ariſt. ꝙ principiū immediatū quāuis ſit remotum reſpectu ſecunde vel tertie paſſionis, nihilo minus eſt propriū principiū eius: nam vt ipſe docet. 2. Meta. tex. 6. quod eſt primū in vnaquaq; re, eſt poſteriorū propria cauſa. At in genere calidorū ignis calefacit ferrū: ⁊ ferrū, aquā: ⁊ aqua, manū: caloris ergo manus, ignis eſt proprium principium, in cuius virtute medie cauſe agebant. Quare, eſſe animal rationale, eſt propria cauſa oīm paſſionū que homini cōueniunt: non obſtāte ordine quo per priores paſſiones eſt cauſa poſteriorū: nam vt hic inquit Albertus, prima principia licet ſint remota, appropriantur tamen ad effectū per principia intermedia.

Dubiū. 5.

Hinc diſſoluitur dubium hoc, ꝙ videtur Ariſto. per inutilē repetitionē dixiſſe, ex primis, ⁊ ex prioribus: nam primū eſt ſuperlatiuū de ly prius: poſtquā ergo dictū eſt, ex primis, nugatio eſt addere, ex prioribus. Quanuis enim alij aliter ſoluant, eſt tamen manifeſta reſponſio: nam quod dixerat, ex primis, inſinuauerat generalit̄ principia que formaliter intrant demonſtrationē, aut alia in que premiſſe demonſtrationis reſoluūtur. Sed cum ait, ex prioribus, explicat particulariter premiſſas formales demonſtrationis: que omnes debent eſſe priores concluſione: licet non ſit neceſſe quod ſint prime, ſed ſatis eſt ꝙ reducuntur ad primas.

Parti. 5.

¶ In quinta particula huius capitis (Eſt autē demonſtrationis principiū) exacte Ariſt. definit demonſtrationis principia. At occaſione illius exponit octo nomina. Primū eſt ly principiū. Principiū enim inquit eſt propoſitio medio vacās (quod Boetius dicit, immediata) ea vero, inquit, medio vacat, qua non eſt alia prior. Ubi notādum eſt, quod propoſitio immediata dupliciter poteſt intelligi, vt dicit Albert⁹: vno modo reſpectu concluſionis: que quidem eſt propoſitio reddēs proximā cauſam cōcluſionis: ſicut eſſe admiratiuū reſpectu huius quod eſt eſſe riſibilē. Et alio modo propoſitio eſt immediata: quia non habet aliā priorem per quam demonſtretur. Albertus videtur in hoc eſſe ambiguus: ſed alij dicūt, ꝙ accipitur hic propoſitio immediata primo modo: ⁊ quod intendit Ariſto. docere quomodo omnis demonſtratio debet formaliter procedere ex proximis principiis cōcluſioni: puta inter que ⁊ concluſionē non ſit medium. ¶ At vero quanuis ita ſit ꝙ demonſtratio, vt ſit euidens, debet procedere ex proximis cauſis, tamen Ariſt. non vocat propoſitionem immediatam, illam que eſt cōcluſioni proxima. Prima, quia propoſitio proxima cōcluſioni non ſemper eſt prima: nā prima, cū ſit ſuperlatiuū, dicit negationē prioris: vt expreſſe hic dicit Ariſto. Item qꝛ ſuperius, docens demonſtrationē debere procedere ex primis, expoſuit ſe, dicens, ꝙ alias nullus ſcit cōcluſionem niſi premiſſas ſciat reducere in primas ⁊ indemōſtrabiles: propoſitio vera proxima concluſioni ſepiſſime eſt demonſtrabilis.

Propō immediate.

¶ Dicendum eſt igitur, ꝙ propoſitio immediata eſt illa, cuius predicatum ineſt ſubiecto per ſe primo ſine aliquo medio: vt illa in qua prima paſſio predicatur de definitione: aut definitio de ſpecie: vt omne animal rationale eſt diſcurſiuū (ſi demus illā eſſe primā paſſionem) nam ſtatim ſine medio ex hoc quod eſt rationale, cōuenit vt ſit diſcurſiuum: ⁊ hec, homo eſt animal rationale, nam definitio per ſe primo conuenit ſpeciei. Et ideo dicitur immediata ſeu medio vacās: quam inferius Ariſt. cap. 4. vocat, per ſe primo: quia. ſ. inter predicatū ⁊ ſubiectū nullū eſt medium. Ubi vero paſſio ſecunda vel tertia predicatur de definito, eſt propoſitio mediata, vt animal rationale eſt riſibile: quia predicatum non conuenit ſubiecto immediate, ſed per aliam mediam paſſionem, ſcilicet, quia eſt admiratiuū. Et ideo talis propoſitio eſt demonſtrabilis per illud medium. ſ. omne animal admiratiuū eſt riſibile: omne animal rationale eſt admiratiuum: ergo. Et pariter vbi definitio predicatur de indiuiduo eſt mediata: qꝛ Petrus nō





eſt animal rationale niſi qꝛ eſt homo: ⁊ ideo, Petrus eſt animal rationale, demōſtratur per mediū, homo: . ſ. oīs homo eſt animal rationale, Petrus eſt homo: ergo. ¶ Et hoc eſt hic attente aduertendū pro arte poſterioriſtica, ꝙ illud mediū ratione cuius predicatū alicuius propoſitionis ineſt ſubiecto, vniuerſaliter eſt mediū ad demonſtrandū talē propoſitionē, ꝙ ſi predicatū ſine medio ineſt ſubiecto, illa eſt immediata medio carēs: ⁊ per conſequēs eſt indemōſtrabilis. ¶ Quod ſi quis arguat cōtra hoc probādo, ꝙ nullum principium intrinſecū demonſtrationis ſit immediatū: quia maxime illud in quo prima paſſio predicat̄ de definitione: ſed principia extrinſeca per ſe nota ⁊ dignitates (vt quodlibet eſt vel nō eſt) ⁊ ſimilia, ſunt priora. Ad hoc reſpondebitur ſtatim parti. 6. ⁊ in. q. 2. ¶ At quia in definitione principij ponitur, propoſitio, occaſione eius exponit quid eſt ꝓpoſitio Dialectica, qd demōſtratiua, qd enuntiatio, qd cōtradictio, qd affirmatio ⁊ quid negatio.

Enūtiatio.

¶ Ad quorum notitiā notandū eſt, ꝙ Paulus Venetus ⁊ alij putāt, ꝙ enuntiatio eſt diſiunctiua ex duabus cōtradictoriis: qua de cauſa ꝓpoſitio dicit̄ hic eſſe altera pars (. ſ. categorica) enuntiationis. Sed tū profecto, enuntiatio, de ſe nō dicit eſſe diſiunctiuā aut cōſtantē ex cōtradictoriis: nā. 1. Periher. definit Ariſto. ꝙ enuntiatio eſt oīs oratio in qua eſt verū vel falſum: quam deinceps diuidit in affirmatiuā ⁊ negatiuā: ⁊ hic ait, ꝙ enūtiatio eſt contradictionis vtraq; pars. Et ideo tam affirmatiua categorica ꝗ negatiua ſeorſum eſt enuntiatio. ¶ Igit̄ notanda eſt differentia inter quatuor hec noīa, Enuntiatio, Problema, Propoſitio, Concluſio. Enuntiatio eſt oratio verū vel falſum ſignificās que aſſertiue aut negatiue ⁊ per modū ſentētie profertur: vnde ⁊ ꝓnuntiare ſententiam dicimus. Problema vero, vt colligit̄ ex Ariſto. 1. Topi. cap. 9. eſt oratio que in mediū proponit̄ tanꝗ dubia, vt diſputatione iactet̄: proballo eñ idē eſt qđ, in mediū profero, ſeu iacto. Sed propoſitio quāuis inter Summuliſtas pro eodē accipiat̄ pro quo enuntiatio, eſt tū enūtiatio q̄ proponit̄ vel aſſumit̄ tanꝗ premiſſa ad inferendū aliā. Concluſio vero eſt enuntiatio q̄ ex alia infert̄. Itaq; tam propoſitio q̄ȝ cōcluſio eſt ſpēs enūtiationis, imo ſola ratione differt ab enuntiatione: qꝛ vtraq; profertur aſſertiue vel negatiue: niſi ꝙ ꝓpoſitio cōnotat vt ſit premiſſa, ⁊ cōcluſio ꝙ ſit ꝓbata: ſed enūtiatio abſtrahit ab vtroq;, vnde q̄ modo eſt concluſio poteſt in alio ſyllogiſmo eſſe propoſitio. Problema vero nō eſt enuntiatio: qꝛ nō proponit̄ aſſertiue: ſed dubitatiue per modū diſiunctionis. ſ. vtrū bona corporis ſint pars foelicitatis, necne.

Propoſitio Dialec.

¶ Propoſitio vero diuidit̄ in Dialecticā (quā Argyropylus appellat propoſitionē diſſerendi: nam Dialectica idē eſt quod diſſerēdi ſeu diſputādi ſcientia) ⁊ propoſitionē demonſtratiuā: quā appellat propoſitionē demōſtrādi. Propoſitio Dialectica eſt propoſitio probabilis ſiue vera ſit ſiue falſa: vt habetur 1. Topi. cap. 1. id eſt, q̄ plurimis aut ſapiētibus apparet. Propoſitio vero demōſtratiua eſt ſolū ꝓpoſitio vera, imo neceſſaria. Ait ergo Ariſ. ꝙ propoſitio eſt altera pars enuntiationis. Pars. ſ. ſubiectiua, ſicut homo dicit̄ pars aīalis: qꝛ eſt ſpēs eius. i. eſt enūtiatio affirmatiua vel negatiua. Addit tū, vnum de vno cōplectēs. i. ſignificās: ad excludendū propoſitionē plures, ex terminis equiuocis: que nō eſt idonea ſyllogiſmo anteaq̄ȝ diſtinguatur in ſua equiuocata. Et propoſitio (inquit) diſſerendi. i. Dialectica eſt q̄ vtrāuis partē accipit. i. indifferēter affirmatiuā vel negatiuā, verā vel falſam, dūmodo ſit probabilis.

Demōſtratiua.

Demōſtratiua vero eſt illa ſolū que determinate eſt vera: nam ex duabus contradictoriis neceſſe eſt alterā eſſe veram. Non ergo eſt ſenſus, ꝙ vnius certi ſyllogiſmi Dialectici vtraq; contradictoriarum ſit ſimul premiſſa aut cōcluſio (illud enim nō eſt poſſibile) ſed ex duabus ꝯtradictoriis vtraq; poteſt eſſe idonea ad ſyllogiſmū Dialecticū: vt ſi dicas, nauale bellū erit cras, nullū erit nauale bellū cras, quelibet pars eſt ꝓpoſitio Dialectica: ⁊ neutra eſt demōſtratiua. Sed ſi dicas, cras orietur ſol, nō orietur ſol cras, affirmatiua eſt naturaliter demonſtratiua: ſed negatiua, nec eſt demōſtratiua nec Dialectica.

Contradictio.

¶ Contradictio inquit eſt oppoſitio cuius per ſe mediū nullū eſt. i. eſt oppoſitio inter duas propoſitiones inter quas nullū eſt mediū: ſed ſi vna non eſt vera, alia eſt vera, (ad differentiā contrariarū quarū vtraq; eſt falſa) ⁊ ſi vna nō eſt falſa, alia eſt falſa: ad differentiā ſubcontrariarum. Imo ſubtiliter ponitur differentia inter cōtradictionē ⁊ alia genera oppoſitionū: nam inter videns ⁊ cecū priuatiue oppoſita, licet nō ſit mediū in ſubiecto proprio, puta apto ad videndū, tamē ſimpliciter eſt mediū in cato ante nonū diē, vel in talpa, vel in lapide: qui nec eſt videns nec cecus. Et inter duplū ⁊ ſubduplū relatiue oppoſita eſt mediū in angelo: qui cū ſit indiuiſibilis, nec eſt duplus nec ſubduplus: ⁊ inter album ⁊ nigrū, que ſunt cōtraria, eſt medi⁹ color qui nec eſt albus nec niger. Et quāuis ſint aliqua cōtraria immediata, que. ſ. nō habent mediū in ſubiecto proprio, vt ſanitas ⁊ egritudo in animali, tamē lapis nec eſt ſanus formaliter nec eger: ⁊ ꝙ in ſubiecto proprio nō habeāt mediū, eſt in quantū participāt aliquid de cōtradictione: nā cecus eſt qui nō videt, ⁊ eger qui nō habet debitā proportionem in quā eſt ſanitas. Contradictio vero ⁊ in quocunq; ⁊ per ſe non habet mediū.

Parti. 6.

¶ Poſtremo definit affirmationē ⁊ negationē: que definitiones per ſe luceſcūt. ¶ In ſexta particula (Principiorū autē) diuidit Ariſto. prima principia in poſitiones ⁊ dignitates: ⁊ rurſus poſitiones in poſitiones ſimpliciter, ⁊ ſuppoſitiones. Ait ergo, ꝙ principiorū medio vacantiū. i. que ſunt prima ⁊ indemōſtrabilia, id quidē poſitio dicit̄ quod fieri nequit vt demōſtretur, quodq; nō neceſſe eſt eum habere qui diſcere aliqđ inſtituit: id vero quod omnes habere, qui modo diſcere aliqđ parāt, neceſſe eſt, dignitates appellantur. In exemplaribus que nunc emendatiſſima habentur, hic locus eſt deprauatiſſimus: nam pro eo ꝙ eſt, poſitio, habetur poſitionem: ⁊ pro eo quod eſt, eum habere qui diſcere quid inſtituit, habetur, eum diſcere quid inſtituit habere. Que proinde ad Grecū nos exemplar reuocauimus. Eſt ergo ſenſus Ariſt. ꝙ ex principiis indemōſtrabilibus aliqua ſunt que dicuntur poſitiones, alia vero que dicuntur dignitates.

Dignitas.

Dignitas eſt principiū indemonſtrabile, quod naturaliter neceſſe eſt eum habere, qui diſcere vult aliquā ſcientiā antequam doctorē adeat.

Poſitio.

Poſitio vero eſt principiū indemonſtrabile quod non eſt neceſſe naturaliter eum habere, qui vult ſcientiā aliquā diſcere, ſed illud a doctore illius ſcientie recipit. ¶ Ad cuius euidentiā notandū eſt, ꝙ quāuis omnis propoſitio immediata. i. cuius predicatū per ſe primo ineſt ſubiecto, quantū eſt ex natura ſua ſit per ſe nota, tamen nō omnis talis eſt per ſe nota nobis: propterea ꝙ termini illius non ſunt oībus per ſe noti. Alie vero ſunt que nō ſolum ex natura ſua, ſed nobis etiam ſunt per ſe note: qꝛ termini earū ſunt omnibus noti. Exempli gratia. Hec propoſitio, quodlibet eſt vel nō eſt, eſt per ſe nota ex natura ſua: nam eſſe aut nō eſſe immediate cōuenit cuicūq; rei: ⁊ eſt per ſe nota nobis: qꝛ termini. i. extrema illius ꝓpoſitionis ſunt oībus notiſſima: quod eñ primo de vnaquaq; re cognoſcimus, eſt eſſe aut nō eſſe: ⁊ ideo hec appellatur

dignitas:qꝛ digna eſt cui apprehenſę omnes ſtatim
ex terminis aſſentiant ſine doctore. Et hęc dicitur
ſimpliciter per ſe nota. Tametſi inter dignitates
ſint gradus: nam alia eſt dignitas vniuerſaliſſima,
vt illa quę modo dicta eſt: alię vero ſunt dignitates
particulariter certis ſcientiis ſeruientes, vt omne
totũ eſt maius ſua parte, in Mathematicis: corpora
naturalia mouẽtur, in Philoſophia naturali. At ve
ro iſta, anguli recti ſunt ęquales, quanuis a natura
ſua ſit per ſe nota: nam ęqualitas eſt de definitione
anguli recti (eſt enim angulus rectus quem facit li
nea recta cadens ſuper lineã rectã ęquales vtrinqꝫ
angulos cõſtituens) tamen illa nõ eſt per ſe nota no
bis: quia ruſticus, quantũlibet ſit Latinus, nõ natu-
raliter iudicabit eſſe verã, niſi geometra eam expli-
cuerit ⁊ aliquo modo probauerit. Et ratio eſt, quia
definitio anguli recti, nõ eſt per ſe nota nobis. Quo
circa nec eſt demõſtrabilis, cum ſit immediata: nec
rurſus eſt dignitas: ſed dicitur poſitio quam doctor
ſtatim proponit ⁊ exponit diſcipulo. Eodem modo
in medicina poſitio eſt, ꝙ cõtraria cõtrariis curan-
tur: ⁊ in Philoſophia naturali, ꝙ corpora naturalia
conſtant ex contrariis. Ecce quemadmodũ diſcipu-
lus, dignitates quidẽ naturaliter per ſe nouit: poſi-
tiones vero a doctore recipit. Eſt autẽ aliud genus
ſuppoſitionũ nõ ſimpliciter, ſed ſecundũ quid: nem-
pe quę in vna ſcientia ſupponuntur, ſed probantur
in alia. Supponit enim Geometra a quolibet pũcto
in quodlibet punctũ lineã duci, quod tamen probat
Philoſophus naturalis. 5. Phyſi. text. 29. eo ꝙ duo
pũcta nõ poſſunt eſſe immediata, ſed inter duo quę-
libet mediat linea recta. Et Muſica ⁊ Perſpectiua
multa ſupponunt ex ſuis ſubalternantibus, Arith-
metica ⁊ Geometria. ¶ Subdiuidit mox Ariſt. poſi-
tionem in eam quę ſimpliciter dicitur poſitio, ⁊ ſup
poſitionẽ. Ait enim, ꝙ ſi id quod ponitur a doctore
eſt propoſitio, ſiue affirmatiua ſiue negatiua, appel-
latur ſuppoſitio, vt ſunt exempla modo poſita: ſi ve-
ro non ſit propoſitio, ſed definitio nõ ſignificans ve-
re vel falſe, eſt poſitio, nõ tamẽ ſuppoſitio. Vt Ari-
thmeticus ponit definitionẽ vnitatis aut pũcti. Et
ratio eſt, quia nomen, ſuppoſitio, ſonat ſubiectionẽ
ſubiecti ad prędicatũ: ⁊ ideo nõ dicimur ſupponere,
niſi quando ſupponimus aliquid eſſe verum vel fal
ſum: quando autem ponimus ꝙ definitio hominis
ſit, animal rationale, nihil ſupponimus eſſe verum:
cum definitio non ſit propoſitio: ſed explicamus rei
quidditatẽ. ¶ Quod ſi quis arguat Ariſtotelẽ male
ſubdiuidere poſitionẽ in definitionẽ ⁊ ſuppoſitionẽ:
nam omne principium (vt videtur inſinuaſſe Ariſto
teles) eſt propoſitio: puta propoſitio immediata: ſed
poſitio eſt ſpecies principij (nam diuiditur principi
um in poſitionem ⁊ ſuppoſitionẽ) ergo omnis poſi-
tio eſt propoſitio: ⁊ definitio non eſt propoſitio: ergo
nec eſt poſitio. Dupliciter ⁊ bene reſpõdet S. Tho.
Primo, ꝙ nõ omne principiũ debet eſſe propoſitio:
imo definitio eſt principiũ. Et ſecũdo quãuis omne
principiũ ſit propoſitio, ⁊ definitio nõ ſit propoſitio,
tamẽ habita definitione, ſtatim conſtituitur princi-
pium immediatũ in quo definitio prędicatur de ſpe
cie. ¶ In ſeptima ⁊ poſtrema particula huius capi- Particu-la. 7. Ex notioribus.
tis, [Cũ autẽ credere ⁊c.] Ariſt. tandẽ probat quar-
tam particulã definitionis, ex notioribus. Et artifi-
cioſe intendit duas propoſitiones: probat enim pręmiſſas eſſe notiores cõcluſione: primo, quia ſunt cau
ſę: ſecundo, quia ſunt priores. Ait enim, ꝙ ſi rem, id
eſt, concluſionẽ ſcimus propter demonſtrationem,
hęc vero eſt: quia ſunt ea ex quibus extruitur, hoc
eſt: Demonſtratio vero eo eſt ſcientiam generans,
quia pręmiſſę ex quibus procedit ſunt verę, neceſſe
eſt, non ſolum illas pręmiſſas eſſe notas in veritate,
verum eſſe notiores quam ſit concluſio. Nam ſem-
per (inquit) illud eſt magis tale propter quod vnum
quodqꝫ aliud eſt tale. Velut ſi propter Deum diligi
mus proximum, Deum certe magis diligimus quã
proximum. ¶ Secundo illic [fieri autem ⁊c.] probat
pręmiſſas eſſe notiores concluſione, eo ꝙ ſunt prius
cognitę. Et ratio eſt hęc. Ea quę homo antea ſciuit,
neceſſe eſt melius credat ⁊ aſſentiat quã ea quę an-
tea non ſciuit: ſed pręmiſſas antea ſciuit quam con-
cluſionem: ergo notiores ſunt pręmiſſę quam cõclu
ſio. At quia poterat quis obiicere, pręmiſſas nõ poſ
prie ſciri (nam aſſenſus pręmiſſarum non vocatur
ſcientia, ſed intellectus) ideo, inſinuans ꝙ ille aſſen
ſus eſt melior diſpoſitio quam ſi eſſet ſcientia, for-
mat ſic rationem, fieri non poteſt vt ea quiſqꝫ ma-
gis credat quę antea neſciuit, ⁊ circa quę non me-
lius diſpoſitus eſt quã ſi ſciret: id eſt, circa quę neqꝫ
habuit ſcientiam neque intellectum (qualis eſt con
cluſio) quam ea quorum habuit ſcientiam vel intel-
lectum (quales ſunt pręmiſſę ⁊c.) Et ne quis rurſus
obiiceret, ꝙ non omnes pręmiſſas ſcimus ante con-
cluſionem (nam ſuperiori capite text. 3. dixerat, ꝙ ſo
lum maiorem ſcimus ante concluſionem: minorem
vero ſimul) propterea reſtrinxit ſe, videlicet, ꝙ ne-
ceſſe eſt vel omnes vel ſaltem aliquam pręmiſſam eſ
ſe notiorem concluſione: inſinuãs forte quod minor
non ſemper eſt notior. Scienti nanqꝫ omnem trian-
gulũ habere tres angulos ęquales duobus rectis,
non eſt neceſſe vt notius ſit hunc triangulum eſſe
triangulum, quam eum habere tres angulos ⁊c.
At vero quomodo intelligatur pręmiſſas eſſe notio
res concluſione, quęſtione ſecunda expreſſius diſpu-
tabitur. ¶ Concludit demum, ꝙ ei qui per demon-
ſtrationem ſcientiam eſt habiturus, neceſſe eſt non
ſolum pręmiſſas eſſe magis notas concluſione, verũ
nihil eſſe certius quam ꝙ oppoſita illarum ſint fal-
ſa: nam qui dubitat de contradictorio alicuius pro-
poſitionis, nequit de tali propoſitione eſſe certus.

## QVOD NON OMNIUM ſit demonſtratio. Cap. III.

SVNT autem, quibus pro Text. vj.
pterea quòd ipſa quoque
principia ſciẽtia tenere o-
portet, nõ videtur eſſe ſcien
tia: ſunt etiam, quibus eſſe
quidem videtur, demõſtra
tiones tamen omniũ eſſe:
quorum neutrum ſanè verum, aut neceſſarium
eſt. Qui nanq; ſcientiã omninò nõ eſſe ponunt,
ij aſcendendum eſſe in infinitum cenſent, pro-
pterea quòd poſteriora non ſciuntur ob ea prio
ra, quorum primò non ſunt: rectè quidem dicen
tes. Fieri enim non poteſt, vt infinita quiſquam
pertrãſeat. Quòd ſi ſtatur, ac principia ſunt, hæc
incognita dicuntur eſſe, cùm ipſorum nõ ſit de-
monſtratio: quod quidem ſolùm inquiunt eſſe
ſcire. Quòd ſi fieri non poteſt, vt prima ſciantur,
neque fieri poſſe dicunt, vt ea quæ proficiſcun-
tur



tur ex illis ſciantur ſimpliciter, propriéve: ſed ex
ſuppoſitione duntaxat, nempe ſi illa ſint. At
ſecundi de modo quidem ſciendi cùm ſentiunt:
per demonſtrationem enim ſolùm eſſe ſcien-
tiam dicunt, verùm omnium demonſtratio-
nem eſſe nihil inquiunt prohibere. Fieri enim
poteſt, vt demonſtratio circuli modo verſetur, o-
mniaque mutuò demonſtrentur. ¶ Nos autem
dicimus, nec omnem ſcientiam eſſe demonſtra-
tiuam: ſed eorum quæ medijs vacant, indemon-
ſtrabilem eſſe, quod quidem neceſſarium eſſe
patet. Nam ſi neceſſarium eſt vt priora ſciãtur,
& ea ex quibus conficitur demonſtratio: ſtatur
autem tandem in hiſce quæ vacant medijs, hæc
indemonſtrabilia neceſſe eſt eſſe. Hoc igitur ita
ſeſe habere dicimus, & non ſolùm ſcientiam, ſed
& principium ſcientiæ quoddam eſſe aſſerimus,
quo terminos ipſos cognoſcimus. ¶ Et etiam
patêre dicimus, fieri non poſſe, vt circuli modo
demonſtratio ſimpliciter conuertatur, ſi demon
ſtrationem ex prioribus oportet ac notioribus
eſſe. Fieri enim nequit vt eiſdem eadem ſimul
priora ſint atque poſteriora, niſi altero modo:
veluti ſi alia noſtra ex parte, alia ſimpliciter di-
cãtur: quo quidem modo facit inductio notum.
Quòd ſi ita ſit, non bene eſt ipſum ſimpliciter,
ſcire, definitum, ſed eſt ſanè duplex. An altera de
monſtratio ex hiſce quæ nobis ſunt notiora, quę
ſit ſimpliciter, demonſtratio non eſt? ¶ Euenit
autem hiſce qui dicunt demonſtrationam cir-
culo verſari, non ſolùm id quod nunc eſt dictũ:
ſed etiam nihil aliud vt dicant, quàm ſi hoc eſt,
hoc eſt: hoc verò pacto facile eſt omnia demon-
ſtrare. Atque patet, id ipſum accidere tribus po
ſitis terminis. Siue enim per multos, ſiue per pau
cos redire dicatur, nihil profectò refert: per pau
ciores autem quàm duos. Nam quando cùm. a.
ſit, eſt neceſſariò. b: & . b. cùm ſit, eſt neceſſariò. c:
tunc cùm. a. ſit, neceſſariò. c. ipſum erit. ſi igitur
cùm. a. ſit, neceſſe eſt. b: & cùm. b. ſit, neceſſe eſt
eſſe. a: hoc enim erat circuli modo verſari. Pona-
tur. a. in loco, quo ipſum eſt. c. Dicere igitur cùm
b. ſit. a. ipſum eſſe, nihil aliud eſt, quàm dicere cũ
b. ſit. c. ipſum eſſe. Id autem nihil aliud eſt, quàm
dicere cùm. a. ſit. c. ipſum eſſe. At idem eſt. c. & . a:
quare fit, vt hi qui cenſent orbis modo demon-
ſtrationem verſari, nihil aliud dicãt, quàm cùm
a. ſit. a. ipſum eſſe. Hoc verò pacto facile demon-
ſtrare eſt omnia. ¶ At verò nec id ipſum fieri po-
teſt, niſi in hiſce quæ mutuò ſe ſequũtur, qualia
ſunt ipſa propria. Demonſtratũ eſt igitur priùs,
vno quidem poſito nũquam neceſſariò aliquid
aliud eſſe: vno inquam, aut termino, aut poſitio-
ne vna: è duabus autem poſitionibus primis, ac
minimis fieri poſſe, ſiquidem & ratiocinari con-
tingit. Si igitur. a. & . b. & . c. mutuò ſe ſequantur:
ſic tantùm fieri poteſt, vt oſtẽdantur ex ſeſe mu-
tuò cuncta, quæ in prima ratiocinationis figu-
ra poſtulata ſunt, vt in libro de ſyllogiſmo oſten
dimus: quo loco etiam patuit, cæteris in figuris
aut ratiocinationem hanc non fieri, aut ex hiſce
quæ ſunt ſumpta non fieri. Ea verò, quæ prædi-
cationem non ſuſcipiunt mutuam, fieri non po-
teſt vt mutò demonſtrentur. Quare cùm in de-
mõſtrationibus pauca talia ſint, conſtat vanum
eſſe ac impoſſibile, demonſtrationem eſſe cenſe-
re, atque ob id ipſum poſſe demonſtrationem
omnium eſſe.

IN capite hoc tertio,
qui ſextus eſt textus Ariſtote. ex-
tirpat duos errores Philoſopho-
rum quos ex definitione demonſtra
tionis concipiebant. Ex illa nanqꝫ
determinata veritate quod oportet
principia ante concluſionem cognoſcere, ⁊ quod
nulla eſt ſcientia niſi pręmiſſę a prima vſque prin-
cipia reſoluantur, quidam eliciebant nullam eſſe
poſſibilem ſcientiam: alij vero concedentes poſſi-
bilem eſſe ſcientiam, inferebant contingere circu-
lariter demonſtrari: puta. a. concluſionem, per
b: et. b. rurſus per. a. Atqui ambo iſti errores ex
vno communi falſoqꝫ fundamento pullulabant: vi-
delicet ꝙ nihil contingit ſcire neque euidenter co- Prima. particula.
gnoſcere niſi per demonſtrationem. ¶ Continet er-
go hoc capitulum particulas quinqꝫ. In prima ex-
plicat errores iſtorum. Ait enim, ꝙ negantes ſcien-
tiam eſſe, hac ratione mouentur. Aut principia de-
monſtrationis procedunt in infinitum, ita vt poſte-
riora demonſtrentur per priora, ⁊ illa per alia prio-
ra ⁊c. ⁊ inde recte colligebant, inquit Ariſtoteles,
nihil poſſe ſciri: nam tunc non daretur aliquod pri-
mum principium vnde ſcientia inciperet, ⁊ cum
infinita non ſit poſſibile ſcire, tunc nullum princi-
pium ſciretur: quia poſteriora non ſciuntur niſi ſci-
tis prioribus. Aut non procedunt in infinitum,
ſed deuenitur ad prima principia: ⁊ tunc ſi illa ſunt
prima, non habent priorem demonſtrationem: ⁊ per
conſequens non ſciuntur: quia nihil putabant ſci-
ri poſſe niſi per demonſtrationem. Quod ſi prima
non ſciuntur, tunc nec poſteriora ſimpliciter ſciun
tur: ſed ſcirentur ſolum ex ſuppoſitione. Explicui-
mus enim ſuperius, ꝙ licet quis ſciat conditiona-
liter ꝙ ſi terra interponitur inter Solem ⁊ Lu-
nam eclipſatur, non ſcit ſimpliciter Lunam eclipſa-
ri, niſi cum hoc ſimpliciter ſciat terram poſſe inter
poni. ¶ Secundi vero Philoſophi hoc moueban-
tur paralogiſmo. Cenſebant enim, et ſcientiam eſſe
poſſibilem, ⁊ nihil poſſe ſciri niſi per demonſtratio-
nem: vnde inferebant omnium principiorum eſſe
demonſtrationem: ſi enim. a. ſcitur per. b, neceſſe
eſt ſcire. b: ⁊ per conſequens illius eſſe demonſtra-
tionem. At vero, vt proceſſum euitarent in infini-
tum, dicebant ꝙ. a. demonſtratur per. b, ⁊. b. forſan
per. c: ſed. c. rurſus per. b, ⁊. b. per. a. quod eſt circu-
lariter demonſtrare. ¶ In ſecunda particula textus 2. Particula.
[Nos autem dicimus] euellit Ariſtoteles primum
fundamentum, videlicet, ꝙ nihil contingit ſciri niſi
per demonſtrationem: aſſerẽs aliqua eſſe prima prin
cipia immediata ⁊ indemonſtrabilia. Quare licet

L v pręmiſſę

premiſſe demonſtrabiles reſoluantur in alias priores, ⁊ ille forte in alias: ſtandum tamen eſt in primis quas ſcimus, non per demonſtrationem, ſed ſtatim cognitis terminis. Appellat hic Ariſtot. ſcientiam generaliter, euidentem cognitionẽ: ſiue fiat per demõſtrationẽ (que proprie eſt ſcientia) ſiue ſtatim per apprehẽſionẽ terminorum (que cognitio dicitur intellectus) vt eſt cognitio huius, quodlibet eſt vel nõ eſt: aut huius, omne totũ eſt maius ſua parte: quam dicit Ariſt. non eſſe ſcientiam ſed principium ſcientie. i. aliquid altius ꝙ̃ ſcientia. Et hec inquit cognoſcimus eo ꝙ terminos cognoſcimus (quod Boetius vertit, in quantum terminos cognoſcimus.) Et ita euitatur proceſſus in infinitum, ⁊ ſaluatur ſcientiã

Propõ p ſe nota. eſſe. Et hec eſt definitio propoſitionis per ſe note. Eſt nanq; propoſitio cuius aſſenſus ex ſola notitia

3. Particula. terminorum producitur. ¶ In tertia particula, [Et etiam patere dicimus] incipit reprobare errorem ſecundum: puta ꝙ ſit poſſibilis circularis demonſtratio. Et demõſtrat hunc eſſe errorem tribus rationibus: quarum prima ſumitur ex eo ꝙ demonſtratio procedit ex prioribus ac notioribus cõcluſione. Ait enim, ꝙ ſi daretur demonſtratio circularis, tunc idẽ eſſet prius ⁊ poſterius alio: nam ſi. a. demonſtraretur per. b, b. eſt prius: ⁊ ſi. b. demonſtratur per. a, b. etiam eſt poſterius. At quia poſſet quis ex ſuperioribus reſpondere non eſſe inconueniens, vt idem ſit prius quo ad nos ⁊ poſterius quo ad naturam, ſicut ſingularia per que fit inductio ſunt priora nobis ⁊ poſteriora nature: excludit hanc reſponſionem, dicens, ꝙ ſi hec demonſtratio que procedit ex prioribus nobis faceret ſcire, tunc non bene ſupra definitum eſſet ſcire, vbi dictum eſt ſcire eſſe rem per cauſas cognoſcere: nam talis demõſtratio non procedit ex cauſis, ſed ex effectu. Quocirca dicẽdum eſſet duplex eſſe ſcire, ſcilicet aliud per cauſam ⁊ aliud per effectum: quod tamen eſt falſum: nã ſcire ab effectu, non eſt ſcire. Cognoſcere enim per ſenſum ꝙ ignis calefacit non eſt ſcientia, ſed experientia: q2 non ſcitur per definitionem ignis. Concludit ergo, ꝙ demõſtratio que procedit ex prioribus quo ad nos, nõ eſt ſimpliciter demonſtratio. Et concluditur interroganter per particulam, an, que equiualet negationi. Loco de ly an, ſubſtitue, at, eritq; contextus perſpicacior. Hinc infert S. Thomas ꝙ in ſyllogiſmo dialectico nihil vetat quin detur circulus in diuerſis generibus cauſarum: quia ſyllogiſmus dialecticus, cum non ſemper faciat ſcire, non eſt neceſſe vt

4. Particula. procedat ſemper ex cauſis. ¶ In quarta particula [Euenit autem] format ſecundam rationem. Ait enim perinde eſſe circulariter demonſtrare ac ſi quis demonſtraret idẽ per idem, ſcilicet hoc eſt, quia hoc eſt: quo pacto facile (inquit) eſſet omnia demonſtrare. Et hoc inquit patere poteſt in tribus terminis. Nihil enim refert, per plures an per paucos redire dicatur. i. circulus fiat (quod Boetius vertit, reflectere.)

Circulus. ¶ Ad intelligentiam huius textus, qui obſcurus eſt, demus circulum fieri in tribus his terminis. a. b. c. Et quia. a. eſt. b. eſt, ⁊ quia. b. eſt. c. eſt: vnde directe ſequitur de primo ad vltimum, quia. a. eſt c. eſt, vt infert Ariſto. (ponitur enim in textu, cum, ⁊ ſm Boetium, ſi, pro quia) tunc ſi datur circularis demonſtratio, demonſtretur circulariter. b. per. c, ⁊. a. per. b: ſcilicet q2. c. eſt. L. eſt, ⁊ q2. b. eſt. a. eſt: ⁊ de primo ad vltimum circulariter, quia. c. eſt. a. eſt. Eadẽ ratione incipiẽdo a. b. ſequitur, q2. b. eſt. c. eſt, ⁊ quia c. eſt. a. eſt, vt modo inferebamus: ergo q2. b. eſt. a. eſt: ⁊ per conſequens primus circulus trium terminorum reductus eſt ad duos. ſ. quia. a. eſt. b. eſt: ⁊ quia b. eſt. a. eſt ⁊ hoc eſt quod dicit Ariſtot. ponatur. a. in loco quo ipſum. c. eſt, id eſt loco. c. quod eſt dicere, ſicut pri⁹ inferebat, q2. b. eſt. c. eſt, inferatur quia b. eſt. a. eſt. Rurſus eadem arte ſequitur de primo ad vltimũ, quia. a. eſt. b. eſt, ⁊ quia. b. eſt. a. eſt: ergo quia a. eſt. a. eſt: nam ſicut in tribus terminis ſequebatur, quia. a. eſt. b. eſt, ⁊ quia. b. eſt. c. eſt, ergo quia. a. eſt. c. eſt: ita (poſtquam. a. ponitur loco de ly. c.) pariter ſequitur, quia. a. eſt. b. eſt, ⁊ quia. b. eſt. a. eſt: ergo quia a. eſt. a. eſt. Atq; adeo tandem circulus reducitur ad idem per idem: quod erat intentũ Ariſt. Atqui propterea premiſerat ꝙ nihil refert ſiue per multos ſiue per paucos terminos redire circulus dicatur: etiam per pauciores ꝙ̃ duos: puta per vnũ. In verſione Boetij habetur, Per paucos aut per duos. ⁊ quãuis litera Greca vtranq; traductionẽ admittat, tamen hec Argyropyli ſignificantius explicat mentem Ariſtot. ¶ In quinta ⁊ poſtrema particula. [At

Particula. 5. vero] ſubiũgitur tertia ratio, que talis eſt: Admittẽtes circulum in demonſtrationibus eo id opinãtur, vt ſaluent omnia poſſe demonſtrari: ⁊ ideo debẽt cõſequenter dicere quod cuiuſcunque demõſtrationis poſſunt ambe premiſſe demonſtrari per circulum: hoc tamen eſt falſum: imo ſolum in primo modo prime figure poteſt eſſe circularis demonſtratio: ⁊ adhuc vbi medium ⁊ ambe extremitates ſunt tres termini conuertibiles: ergo vana eſt iſtorum opinio. Ad manifeſtationem minoris ſupponit Ariſto. ex libris Priorum ꝙ demoſtratio, ſicut omnis ſyllogiſmus, non procedit ex vna ſola propoſitione aut vno ſolo termino, ſed ex tribus terminis duas propoſitiones componentibus. Supponit ſecũdo (quod. 5. lib. Summul. late monſtratum eſt) ꝙ circularis ſyllogiſmus tunc fit, quãdo ex concluſione ⁊ altera premiſſarum, aut eius conuertente, infertur altera premiſſa. Ut data iſta demonſtratione, omne animal rationale eſt riſibile: omnis homo eſt animal rationale: ergo omnis homo eſt riſibilis: ex cõcluſione ⁊ minore ſimpliciter conuerſa infertur circulariter maior, hoc modo, omnis homo eſt riſibilis: omne animal rationale eſt homo: ergo omne animal rationale eſt riſibile. Et ex maiori ſimpliciter conuerſa ⁊ cõcluſione, infertur circulariter minor hoc modo, omne riſibile eſt animal rationale: omnis homo eſt riſibilis: ergo omnis homo eſt animal rationale. Unde, vt in Prioribus Ariſt. oſtendit, in ſecũda ⁊ tertia figura fieri nequit, vt per circulum vtraq; premiſſa demonſtretur ex ſola concluſione ⁊ altera premiſſa: qđ hic Ariſto. inquit, ex his que ſunt ſumpta. Et ratio eſt, quia in ſecunda figura concluſio, ⁊ per conſequẽs altera premiſſarum eſt negatiua: ex illis ergo negatiuis non poterit concludi affirmatiua premiſſa: nam ex duobus negatiuis nihil ſequitur. Et in tertia figura cõcluſio ſemper eſt particularis, ⁊ aliqua ſaltem premiſſarum vniuerſalis: obidq; premiſſa vniuerſalis nunquam ſyllogizabitur ex concluſione particulari: quia a non diſtributo ad diſtributum nõ valet ſyllogiſmus. Et eedem rationes currunt in modis negatiuis ⁊ modis particularibus prime figure. Colligitur ergo, ꝙ in ſolo primo modo prime figure poteſt vtraq; premiſſa circulariter demonſtrari: propterea ꝙ cõcluſio eſt vniuerſalis affirmatiua. Sed tamen in ſolis terminis conuertibilibus: alias ſi minor extremitas eſſet inferior ad medium, minor vniuerſalis non conuerteretur ſimpliciter: quod requiritur ad inferendum maiorem. Et ſi maior extremitas eſſet ſuperior ad medium, maior non conuerteretur ſimpliciter: quod requiritur ad inferendum minorem. At ſi premiſſe eſſent iſte, omne animal eſt ſubſtantia, ⁊ omnis homo eſt animal: minor non infert hanc conuertentem, omne animal, eſt homo



mo: nec maior hanc, omnis ſubſtãtia eſt animal. Sequitur ergo falſum eſſe omnem premiſſam cuiuſq; demonſtrationis, poſſe circulariter demonſtrari.

## Quæſtio ſecunda.

### Vtrùm ſcientia & demonſtratio rectè ſint ab Ariſto. definitæ.

A Parte negatiua arguitur primo contra definitionem, ſcire, poſitam in. 5. tex. Definitio illa nõ cõſtituitur ex genere ⁊ differentia: ergo non eſt bona. Probatur antecedens. Genus ſcientie eſt habitus: ⁊ non actualis cognitio (habitus enim eſt a quo homo dicitur ſciens, etiã ſi dormiat: aſſenſus vero actualis nõ dicitur ſcientia, ſed conſideratio, vt infra videbimus) ergo dicẽdum fuiſſet, ſcire, ſeu ſciẽtia eſt habitus, potius quã ſcire, eſt cognoſcere. Item habitus ſcientie differt ab opinione, eo ꝙ eſt certus: ⁊ a fide, eo ꝙ eſt clarus ⁊ euidens: ergo loco differentie deberet poni in definitione ꝙ eſſet habitus certus ⁊ euidens. ¶ Et confirma. Stat quempiam cognoſcere rem aliquam omneſq; eius cauſas ſola ratione probabili vel authoritate alterius: ⁊ tamen tunc non ſciet rem illam: ſed habebit aut opinionem tantum, aut fidem: ergo non ſatis eſt ad ſcientiam cognoſcere rem per cauſas: cui⁹ contrarium aſſeuerat Ariſto. ¶ Secundo principaliter arguitur contra eandem definitionem. Demonſtratio alia eſt ꝓpter quid, ⁊ alia, quia, vt infra text. 30. autor eſt Ariſtote. ſed omnis demonſtratio facit ſcire, vt in prima hic definitione demonſtrationis habetur: ergo quod ſcimus per demonſtrationem, quia, ſimpliciter ſcimus: illud autem nõ ſcimus per cauſam, ſed per effectum: ergo non tantum id ſimpliciter ſcimus cuius cauſas nouimus: aut Ariſtote. ſibiipſi repugnat. ¶ Et confir. Deus eſt maxime ſcibilis, cum ſit ſumma ⁊ prima veritas: cuius ſciẽtiam ſaltem habent beati, ſm illud. 1. Joan. 3. Cum apparuerit, ſimiles ei erimus: videbimus enim eum ſicuti eſt: ⁊ tamen Deus, ſicut non habet cauſam eſſendi, ita nec ſue veritatis: ergo nõ oĩs ſciẽtia eſt cognitio rei per cauſas. ¶ Tertio cõtra tertiã particulam definitionis arguitur. Sciẽtie naturales, rõnales, ⁊ morales ſunt proprie ⁊ ſimpliciter ſcientie: ⁊ tñ non vbiq; ꝓcedũt ex cauſis neceſſarijs ⁊ immutabiliter eoſdẽ habentibus effect⁹: ergo tertia particula. ſ. nõ cõtingit aliter ſe habere, non erat neceſſaria. Maior eſt a philoſophis recepta, ⁊ probaꝛ minor. Uere ſciẽtia naturalis eſt, ꝙ homo eſt bipes, duos habẽs oculos duaſq; manus cũ decẽ digitis ⁊c. tamen quãdoq; naſcunꝛ mõſtra aut hmõi mẽbris trũca, aut mẽbris aliter ſe habentibus. ¶ Quarto principaliter arguitur contra illã quam quidam cenſet ſecundam eſſe definitionem, ſcire. ſ. Scire eſt per demonſtrationem intelligere. Deus habet propriiſſime ſciẽtiã oĩm rerũ: quã tñ non acquiſiuit per demonſtrationẽ: quippe qui ſua eſſentia eſt ſua ſcientia: itẽ angeli, cũ non ſint rationales, nõ diſcurrũt, nec ad ſcientias concluſionum per intellectũ premiſſarũ procedũt: ſed ſimplici intellectui intelligũt ⁊ rẽ ⁊ eius cauſas: ob idq; dicunꝛ ſubſtãtie intellectuales: vt. 1. p. q. 58. ar. 3. ait S. Tho. ⁊ tñ cognitio eoꝝ eſt vere ſcia, altior multo quã nr̃a: ergo nõ oĩs ſciẽtia fit per demõſtrationem. ¶ Quinto principaliter arguiꝛ, cõtra id qđ ait Ariſ. ſ. Qđ nõ eſt, nõ ſcitur. Deus ſcit ea q̃ non ſunt: nam vocat ea q̃ non ſunt tanq̃ ea que ſunt. Roñ. 4. ergo ſaltẽ a Deo qđ non eſt ſcitur. ¶ Sexto arguiꝛ contra definitionẽ primi principij ſeu propoſitionis immediate in qua habeꝛ propoſitionẽ immediatã eſſe illã qua nõ eſt altera prior. Oĩs illa propõ, vt ſup textum explicuim⁹, in qua prima propria paſſio predicatur de definitione eſt immediata, cũ oĩs talis careat medio quo demonſtreꝛ: ⁊ tamen inter huiuſmodi immediatas propõnes vna eſt prior alia: prior enim eſt illa que eſt euidentior: ⁊ manifeſtũ eſt ꝙ hec, omne totũ eſt maius ſua parte, ſit euidẽtior ꝙ̃ ꝙ oẽ aĩal rõnale ſit diſciplinabile: ⁊ euidẽtius eſt, quodlibet eſſe vel nõ eſſe, ꝙ̃ oẽ totũ eſſe maius ſua parte: poſtꝙ̃ eſt principiũ oĩm per ſe notiſſimũ: ergo ſtat aliquã propoſitionẽ eſſe immediatam, qua tñ ſit altera prior. ¶ Et confir. oĩs propoſitio in qua definitio predicatur de definito eſt immediata: quippe cũ eius predicatũ ſit de intrinſeca ratione ſubiecti: ⁊ tñ inter illas vna eſt alia prior: nã definitio q̃ datur per cauſas materiales demõſtraꝛ per illã q̃ datur per cauſam finalẽ, vt Ari. docet lib. 2. tex. 8. ergo idẽ intẽtum. ¶ Septimo principaliter arguiꝛ cõtra illud verbũ in tertia particula tex. 5. ſ. ꝙ nemo ſcit cõcluſionẽ nõ habens ſciẽtiam premiſſarũ per reſolutionẽ vſq; ad prima principia. Multe ſunt demonſtrationes que nõ poſſunt reſolui vſq; ad prima principia per ſe nota. Nõ enim apparet modus quo iſte ꝑmiſſe, oẽ aĩal rõnale eſt riſibile, ⁊ oĩs hõ eſt aĩal rõnale, reſoluanꝛ ad illud primũ principiũ, quodlibet eſt vel non eſt: ergo aut ſcia concluſionis non eſt poſſibilis, aut ſine hmõi reſolutione haberi poteſt. ¶ Et confir. Theologia nr̃a eſt ſciẽtia, vt author eſt S. Tho. 1. p. q. 1. ar. 2. tamen nõ reſoluiꝛ ad prima principia ꝑ ſe nota, procedit enim ex articulis fidei quos, vt ait Apoſtolus, nõ clare, ſʒ in enigmate cognoſcim⁹: ergo vt aliquis habit⁹ ſit ſcia nõ neceſſe habet in per ſe nota prĩcipia reſolui. ¶ Octauo principaliter arguiꝛ contra illud dictum in calce tex. 5. ſ. ꝙ oportet magis credere premiſſis ꝙ̃ cõcluſioni. Omnis cauſa naturalis producit effectum ſibi equalem, cum agat ſecundũ vltimũ potẽtie, vt ignis generat ignẽ: ſed aſſenſus premiſſarũ ſunt cauſe naturales reſpectu aſſenſus cõcluſionis: ergo generãt aſſenſum ſibi equalẽ in certitudine ⁊ claritate: ⁊ per cõſequẽs equaliter cognoſcũtur cõcluſio ⁊ premiſſe. ¶ Et confir. ſi oporteret magis aut perfectius aſſentiri premiſſis quã concluſioni, id preſertim eſſet propter illam regulã Ariſt. Propter qđ vnũquodq; tale ⁊ illud magis: ſed illa eſt falſa, ⁊ que in quocunq; genere cauſarũ patitur inſtãtiam: ergo pariter põt in ꝓpoſito eſſe falſa. Probatur minor, primo in gñe cauſe finalis, vbi precipuã habet apparẽtiã. Non ſequitur, ſanguis minuiꝛ ꝓpter ſanitatẽ: ergo ſanitas magis minuiꝛ. Scđo in genere cauſe efficientis non ſequitur: Dominicus eſt homo propter ſolem ⁊ propter Paulum (nam ſol ⁊ homo generant hominem: 2. phy. text. 26.) ergo ſol, aut Paulus eſt magis hõ. Tertio nec in genere cauſe materialis ſequitur: Nix eſt ſubm̃ albedinis propter quantitatẽ: ergo quantitas eſt magis aut perfecti⁹ ſubm̃. Nec deniq; ſequiꝛ in genere cauſe formalis, Nix eſt alba ꝓpter albedinem: ergo albedo eſt magis alba. ¶ Nono principaliter arguiꝛ cõtra definitionẽ propoſitionis per ſe note, q̃ habetur in text. 6. ſ. propoſitio per ſe nota eſt q̃ ſolis terminis cognitis cognoſcitur. Etenim aut intelligiꝛ de t̃mis qui ſunt notitie intuitiue, aut de notitijs abſtractiuis. Si de intuitiuis, tũc ſequitur has propõnes, Dñicus dictat, Petrus ſcribit, eſſe per ſe notas: nã habẽti notitias intuitiuas mei loquẽtis ⁊ Petri ſcribẽtis ſunt manifeſte: quod tamen eſt falſum, cum predicata non cõueniant per ſe ſubiectis: quia

quia nõ ſunt de intrinſeca eorũ ratione. Si vero in-
telligatur de notitijs abſtractiuis: tunc aut intelli-
gitur de notitia confuſa quale eſt definitum, aut de
diſtincta qualis eſt definitio. Si primũ, tũc ſequitur
ꝙ hec propoſitio, homo eſt rationalis, non eſt per ſe
nota: cum illa nõ fiat euidens ex illa notitia ſubiecti
confuſa: ſed demonſtratur per eius definitionem: ⁊
tamen ꝙ illa ſit per ſe nota apparet ex eo, ꝙ predica
tum eſt de intrinſeca ratione ſubiecti qđ ſufficit ad
propoſitionem per ſe notã, vt tradit S. Tho. 1. p. q.
2. ar. 1. Si vero intelligat̃ de notitijs diſtinctis qua-
lis eſt definitio, tunc ſequitur ꝙ omnis propoſitio
demonſtrabilis eſt per ſe nota: quod inuoluit repu-
gnãtiam. Et ſequela probatur: nam hec, omnis ho-
mo eſt diſciplinalis, habita definitione ſubiecti, eſt
per ſe nota: eſt enim per ſe notum omne animal ra-
tionale eſſe diſciplinabile: ſaltẽ ſi illa ſit prima pro-
pria paſſio. ¶ Decimo contra vltimum membrũ ca-
pitis tertij arguitur, ꝙ detur demonſtratio circula-
ris. Primi philoſophi ab effectu demonſtrarũt cau
ſam, vt viſa eclipſi inueſtigarunt cauſam: cœperunt
enim admirari ⁊ inde philoſophari. 1. met. cap. 2. et
poſtmodum inuentis cauſis tradiderunt ſcientias
contrario modo. ſ. ex cauſis demonſtrando effectus:
ergo. Qđ ſi dicatur hmõi circulum non eſſe negatũ
ab Ariſtotele, arguitur ꝙ etiam in cauſis poſſit eſſe
circularis demonſtratio: nam deambulatio eſt cau-
ſa efficiens ſanitatis, ⁊ ſanitas cauſa finalis deambu
lationis. 2. phy. text. 30. ergo vtrunq; per alterutrũ
demonſtratur. Qđ ſi quis rurſus dicat in diuerſis
generibus cauſarum non eſſe prohibitam circularẽ
demonſtrationem, arguitur demum ꝙ in eodem ge-
nere cauſę detur demõſtratio circularis. Vapor eſt
materialis cauſa ex qua generatur pluuia: ⁊ pluuia
vice verſa eſt cauſa itidem materialis ex qua gene-
ratur vapor, vt Ariſto. ſecundo huius cõcedit: ergo
poteſt ex illis fieri circularis demonſtratio hoc mõ,
Quotieſcunq; eſt vaporum abundantia, pluuię ſunt
frequentiores: ſed in hyeme eſt vaporum abundan-
tia, ergo ⁊ pluuię: ⁊ circulariter ſequitur, in hyeme
ſunt pluuię frequentiores: ergo ⁊ vapores. ¶ Pro
parte affirmatiua q̃ſtionis militat autoritas Ariſt.

¶ Ad quæſtionem propter au-
toritatem Ariſto. affirmatiue reſpõdetur. Unde cir
ca materiam primi argumenti notandũ eſt primo, ꝙ
quãuis vulgari conſuetudine receptum ſit (vt lib. 1.
retrac. c. 14. meminit Auguſti.) id nos dici ſcire, qđ
aliorum teſtimonio didicimus, licet ſola id fide hu-
mana aut opinione teneamus, ſicut ſcimus bellum
Aphricanũ aut Troianum fuiſſe: tamẽ inter philoſo
phos, qui iuxta nominis proprietatem loquũtur, il-
lud ſolũ dicimur ſcire, vt illic ipſe teſtatur, qđ men-
tis firma ratione cõprehẽdimus, videlicet qđ intel-
lectus manifeſta viſione intuetur. At ſcientia gene
rali nomine idem ſit, quod euidentia: ſiue illa habeat̃
per ſenſum ſiue per intellectũ. Quocirca non debe-
mus, vt multi faciunt, acceptiones ſcientię ad libi-
tum multiplicare. At ſecundum hunc vſum ſapien-
Scire. 4. modis. tũ quatuor modis accipitur ſcire: ſeu quatuor ſunt
gradus ſcientię ⁊ euidẽtię ſm quatuor ordines rei
ſcibilis. Scire primo modo accipit̃ cõmuniter pro
experiẽtia rerũ mere cõtingẽtium quę in proſpectu
noſtro contingunt: vt dicimur ſcire homines diſpu-
tare, quos audimus: ⁊ hominem ſedere quem vide-
mus. Et hęc quanuis dicatur quodã modo ſcientia,
q; eſt euidentia: tñ non proprie, ſed communiter eſt
ſcientia: quia eſt rerum contingentium prorſus va-
riabilium ⁊ nullam habentium certitudinem: ſed
2. Modo. vocatur proprio nomine experientia. Secundo mo-
do accipitur proprie pro cognitiõe naturalium aut
moralium rerum, q̃ plurimũ ⁊ regulariter eodẽ mo-
do ſe habent: vt dicimur ſcire, in vere ⁊ autũno toni
trua eſſe: flante Auſtro pluuiã ſubſequi: ⁊ alia id ge-
nus multa in medicina ⁊ in philoſophia morali. Et
hęc proprie eſt ſciẽtia: licet non ſit ita certa nec eui-
dens ſicut ſcientię mathematicę. Tertio modo ac-
cipitur ſcientia magis proprie pro cognitione eorũ, 3. Modo.
quę cum ſimpliciter neceſſaria, ſemper immutabili
ter vno modo ſe habent. Hęc autem ſunt in duplici
differentia: nã alia ſunt immediata principia: nem-
pe quę non habent priores cauſas per quas demon-
ſtrẽtur, vt ſunt prima principia: puta, quodlibet eſt
vel non eſt, omne totum eſt maius ſua parte, omne
animal ratiõale eſt diſciplinabile: quã deinceps ſup- 1. Paſſio.
ponamus eſſe primã inter proprias paſſiones hoĩs.
Alia vero ſunt ſimpliciter neceſſaria, quę habent
cauſas ex quibus eorum cognitio procedit. Et hęc
cognitio eſt quarto modo ⁊ propriiſſime ſcientia, vt 4. Modo.
aſſerit Ariſt. Et ratio huius eſt, quia veritas rei idẽ
eſt quod eſſe rei: vnde ſicut res ſe habet ad eſſe, ita ⁊
ad veritatem. 2. met. tex. 4. ⁊ ideo quod eſt cauſa al-
terius, vt ſit, eſt etiam cauſa, vt verũ ſit: cũ ergo ſci-
re ſit veritatem rei perfecte cognoſcere, non poteſt
res ſciri, niſi cognoſcantur cauſę illius quę ſunt cau
ſę veritatis. Enimuero ſicut nõ poteſt quis ſcire ve
rũne aurũ ſit, an falſum, niſi cognoſcendo an conſtet
ex proprijs principijs auri: ita in vniuerſum nullius
rei veritatẽ plene cognoſcim⁹, qđ eſt ſcire rem, niſi
ſciamus illam reſoluere ad prima principia ex qui-
bus iudicium rei ſumitur. Quã ob rem philoſophi
videntes rerum effectus, cœperunt cauſas perſcru-
tari, ⁊ inde dicti ſunt philoſophi: ⁊ fœlices habeban-
tur q̃ rerũ poterant cognoſcere cauſas. ¶ Quo fit vt
cognitio principiorum nõ ponatur in tertio gradu,
propterea ꝙ ſit inferior cognitio q̃ quartus grad⁹,
(imo eſt prętantior diſpoſitio, vt habetur in textu):
ſed ponitur in tertio, quia non vocatur propriiſſime
ſciẽtia, ſed intellectus. Cognitio enim principiorũ,
q; eſt ſimpliciſſimus ⁊ primus actus intellectus, ſor-
titur nomen ipſius potentię. ¶ Secũdo notandũ eſt,
ꝙ Ariſto. non anxie curat, pręſertim in Dialectica,
res per definitiones quidditatiuas definire: ſed ſa-
tis habet, quid nominis exẽplis vſuq; philoſophorũ
explicare. Qua dere ſunt qui exiſtimant in deſcri-
ptione Ariſtotelis ſupplẽda eſſe alia verba, vt cõple
ta ſit definitio ſcientię. ſ. ꝙ ſit cognitio cõplexa, cer-
ta, ⁊ euidens. Crediderim tñ nõ opus eſſe ſupplemẽ
to, ſed ſola expoſitione verborũ Ariſtotelis. Etenim
idipſum eſt rem cognoſcere per cauſam, qđ rei veri-
tatem certo ⁊ euidenter iudicare. Qui enim ſolum
habet notitiam apprehenſiuã huius quod eſt Papã
dormire, nõ dicitur veritatẽ cognoſcere. Et qui opi-
natur quãtitatẽ diſtingui a re quãta, aut credit Deũ
eſſe Trinum, cognoſcit quidem aliquo modo verita
tem, nõ tamẽ per cauſam, ſed ratione pbabili vel au-
thoritate. Cognoſcere nãq; rem per cauſam eſt habe Cognoſ. p cauſam.
re iudicium rei ex proprijs principijs, quę mediante
lumine naturali intellectum cõuincunt per reſolu-
tionem vſq; ad manifeſtiſſima principia. Qđ patet
in verbo Ariſtot. vbi ait, ꝙ non ſciet qui non habet
horum. i. premiſſarum, demonſtrationem. Atqui co-
gnoſcere non ſolum dicitur qui actu rem cõſiderat,
ſed proprius qui habet habitum: nam ſapiens, etiam
dum nihil conſiderat, cenſetur diciturq; res cogno-
ſcere. ¶ Colligitur ergo definitio ſcientię, quę eſt ve- Definitio ſcientię.
lut expoſitio deſcriptionis Ariſto. Scientia eſt ha-
bitus verus, certus ⁊ euidẽs, ex pprijs rei cauſis ge
nitus. Ubi ponitur, habitus, loco gñis nam aſſenſus
actualis nõ dicit̃ ſcia, ſed cõſideratio ſcię. Dicit̃, ve-
rus,



rus, ad differentiam erroris: quia qđ non eſt non ſci-
tur. Dicitur, certus, ad differẽtiã opinionis, q̃ eſt ha
bitus cũ formidine. Dicit̃, euidens, ad drĩam fidei, q̃
eſt habitus obſcur⁹ ⁊ ineuidẽs. Dicit̃ deniq;, ex cau
ſis rei genit⁹, ad drĩam intellect⁹ pricipiorũ, p ſe ⁊ nõ
ex alijs principijs notorũ. ¶ Hinc colligit̃ primo ſolu
tio primi argumẽti principalis, nã verbũ cognoſce-
re apud Ariſtotelẽ intelligitur habitualiter: qđ eſt
genus ſciẽtię: ⁊ cum ait, rem per cauſas cognoſcere,
inſinuat differẽtias definitionis, ſcilicet ꝙ cognitio
ſit certa ⁊ euidẽs. ¶ Et perinde ſoluitur cõfirmatio.
Negat̃ eñ ꝙ qui cõcluſionẽ eiuſq; cauſas ſola ratio
ne probabili aut authoritate nouerit, cõcluſionẽ illã
ſimpliciter ex pricipijs cognoſcat. Cognoſcere nãq;
rem ſimpliciter ex principijs, eſt habere iudiciũ rei,
quale eius principia ſuapte natura in lumine natu-
Intellect⁹ ſciẽtia ⁊ ſapientia. rali producũt. ¶ Secũdo colligit̃ differẽtia inter in-
tellectũ, ſciẽtiã, ⁊ ſapientiã. Intellectus enim eſt ha
bitus principiorũ qui ex notitijs terminorũ genera
tur: ſciẽtia vero eſt habitus cõcluſionũ, qui p demon
ſtrationẽ producit̃: ſed ſapientia eſt habitus quo aſ-
ſentimur ⁊ principijs ⁊ concluſioni, ⁊ cõcluſioni pro
pter principia, vt elicitur ex Ariſto. 1. mag. mora. vbi
ait, ꝙ ſapientia conſtat ex intellectu ⁊ ſcientia: ⁊ ex
S. Thom. 12. q. 57. arti. 2. Tametſi in alia ſignifica-
tione ſapientia per excellentiam dicatur illa ſciẽtia
quę tractat de altiſſimis cauſis: qualis eſt metaphy-
ſica, vt habetur. 1. metaphy. 1. ⁊. 2. cap. Quemadmo-
dum ⁊ theologia merito inter ſciẽtias digna eſt no-
mine ſapientię. ¶ Sumitur tamen hinc argumẽtum
aduerſus verbum illud textus. 5. quo ait Ariſto. me
lius eſſe diſpoſitum qui habet intellectũ quã qui ha-
bet ſcientiam. Arguitur enim ſic, qui habet intelle-
ctum principiorũ nõ oĩs habet ſciẽtiã cõcluſionis, q̃
vero habet ſciẽtiã cõcluſionũ, habet ſimul intellectũ
aut ſapientiã principiorũ: ergo hic eſt melius diſpo-
ſitus. ¶ Reſpondet̃, ꝙ Ariſt. nõ cõparauit habentem
ſolum intellectum ad habentem intellectum ⁊ ſcien
tiã ſeu ſapientiam: manifeſtum enim eſt, ꝙ qui ha-
bet ambo ſimul melius eſt diſpoſitus quã qui habet
eorũ alterũ: ſed cõparauit habitũ ſeorſum principio
rũ ad habitũ pręciſum concluſionũ. Quorũ primus
eſt prętãtior: quia eſt cognitio rei per ſe: ſcientia ve
ro eſt cognitio rei per aliud. ¶ At vero dubium re-
ſtat circa primam acceptionem ſciẽtię, vbi diximus
experientiam veritatum mere contingentium eſſe
ſciẽtiam, propterea ꝙ eſt euidẽtia. Dubiũ inquã eſt
quod nõ videt̃ eiuſmodi aſſenſus eſſe euidentia. Eui-
dentia quippe eſt aſſenſus per quem non ſtat cogno
ſcentem decipi: ſed ſtat Petrum decipi per hoc iu-
dicium (dum Paulus eſt ei pręſens) puta ſi ſupra na-
turaliter ſeruetur iudicium in abſentia Pauli: aut ſi
dęmon in pręſentia Petri cadauer Pauli exanima-
tum moueat ac ſi eſſet viuum: ergo tale iudiciũ non
eſt euidentia. ¶ Iuniores hic multa conſumunt ver-
Euidentia naturalis ⁊ ſupernaturalis. ba de euidentia propter Petrum Aliacenſem, qui
in prologo. q. 1. diſtinguit duplicem euidentiam. ſ. na
turalem ⁊ ſupernaturalem. Naturalis inquit euidẽ
tia eſt aſſenſus quo nõ ſtat habẽtem naturaliter de-
cipi: ſed ſtat ſupernaturaliter. Euidentia vero ſuper
naturalis eſt aſſenſus, quo non ſtat habentem deci-
pi nec naturaliter nec ſupernaturaliter. Exempli
gratia. Iudicium ꝙ Paulus eſt, dum illud exiſtit in
mente Petri, eſt euidentia naturalis: quia natura
liter Petr⁹ nõ poteſt decipi per ipſum, poteſt tamẽ
ſupernaturaliter, vt argumentũ probat. Idẽ tñ iudi
cium in mẽte Pauli eſt (vt dicunt) euidẽtia ſuperna
turalis: q; non ſtat Paulũ decipi per ipſum etiam ſu
pernaturaliter. Quia vel eſſet in caſu quo Paulus
viueret, ⁊ tũc iudiciũ eſt verũ: aut caſu quo Paulus
nõ viueret, ⁊ tũc nõ haberet tale iudiciũ, ⁊ per conſe
quẽs nõ deciperet̃. Si vero maneret ſupnaturaliter
in aĩa ſeparata Pauli, illa deciperet̃ iudicãs ꝙ Pau
lus eſt. Unde inferunt, ꝙ idẽ iudiciũ in vno ſubiecto
eſt euidentia naturalis, in alio vero ſupernaturalis.
¶ Exiſtimo tñ nõ opus eſſe hac diſtinctione. Sed eui Euidentia
dẽtia idem eſt qđ clarum ⁊ manifeſtũ iudiciũ produ
ctũ, aut a notitia intuitiua aut ex notitijs terminorũ
immediate (vt in per ſe notis) aut mediate p demon-
ſtrationem: hoc. n. ſonat verbũ, videre, vnde nomen
euidẽtia deriuatur: At euidẽtia ſit nomẽ cõe ad qua
tuor illas acceptiones ſciẽtię ſuprapoſitas. Atqui ſa
tis eſt, vt iudicium ſimpliciter ſit euidẽtia ꝙ ſuapte
natura non ſit deceptoriũ, tametſi ſupernaturaliter
per ipſum poſſit quis decipi. Nihil eñ minus ignis
ille erat ſimpliciter calefactiuus, q̃n naturaliter nõ
calefaciebat tres pueros in camino ignis. ¶ Et ſunt
alia pterea argumẽta cõtra iſtos. Primũ ꝙ impro-
prie vocãt euidẽtiã ſupernaturalem, eo ꝙ per ipſam
nõ ſtat quẽq̃ naturaliter aut ſupnaturaliter decipi:
nã ſupnaturalis aſſenſus nõ eſt niſi qui aut ſupnatu
raliter pducit̃, aut de ſubiecto eſt ſupnaturali. De-
inde q; etiã ſm ſuã definitionẽ nulla eſt euidentia ſu
pernaturalis: nã licet p illud iudiciũ, Paul⁹ eſt, nõ
poſſit decipi Paul⁹, põt tñ p illud decipi ſupernatu
raliter Petrus, vt ipſi fatẽtur: qđ ſufficit vt iudiciũ
ſimpliciter ſit ſupernaturaliter deceptoriũ. Quare
male cõcedũt, ꝙ illud iudiciũ in vno intellectu ſit na
turalis euidẽtia, ⁊ in alio ſupnaturalis: ſed cenſendũ
eſt ſimpliciter naturalis. ¶ Hinc ſequit̃ ꝙ hoc iudiciũ
hic panis eſt, qđ habemus de hoſtia ante cõſecratio-
nẽ, eſt ſimpliciter euidẽs: nõ obſtãte ꝙ gentilis poſt
cõſecrationẽ ſupnaturaliter per ipſum decipit̃. Cre-
do nãq; idẽ iudiciũ manere in gẽtili de pane poſt con
ſecrationẽ, qđ erat ante cõſecrationẽ: poſtq̃ manet
eadẽ notitia intuitiua accidentiũ productiua ⁊ con-
ſeruatiua eiuſdẽ. In Chriſtiano vero non manet idẽ:
quippe in quo fides corrigit ſenſum ne decipiatur.

¶ Ad ſecundũ principale Ariſt. Ad ſecũdũ argumẽtũ.
ipſe reſpõdet in tex. 6. vbi ait, ꝙ demõſtratio, q; non Demõſtratio, quia.
facit ſimpliciter ſcire: ob idq; in tex. 5. vbi ait demon
ſtrationẽ eſſe ſyllogiſmum qui facit ſcire, ſolũ definit
demõſtrationẽ propter quid, de qua ſtatim ſubiũgit
ꝙ procedit ex immediatis pncipijs ⁊ ex cauſis. De-
mõſtratio vero, q;, ſolũ producit ſimplex iudiciũ cõ-
cluſionis. v. g. hę premiſſę, id qđ quotieſcunq; ſumi-
tur vt plurimum expellit choleram eſt purgatiuum
cholerę, rebarbarũ eſt hmõi: ſolum producũt per ex-
perientiam ab effectu hoc iudicium, ꝙ rebarbarum
eſt purgatiuũ cholerę: ſed quare ſit purgatiuũ cho-
lerę, puta a calore an a pprietate: hoc nõ demõſtrãt.
Et per ↄ̃ns tale iudiciũ proprie non eſt ſcientia. Eo-
dẽ modo cũ video ignẽ calefacere, cognoſco ignem
eſſe calefactiuum. an vero ſit calidus formaliter an
virtualiter, hoc non cognoſco: nã ſimiliter calefacit
ſol: q; eſt virtualiter calidus ſicut ignis. Et ideo eſt
dicit̃ demõſtratio, q; ly q;, nõ accipit̃ cauſaliter: ſed
eſt cõiunctio. ſ. demonſtratio ꝙ hoc eſt tale. Quocir-
ca poti⁹ appellãda eſt demõſtratio qđ eſt, aut, quale
eſt, q̃ q;. Nec eſt demõſtratio ſimpliciter, ſed ſecũdũ
quid, poſtq̃ nõ dicit quare eſt tale. Et hoc eſt qđ ait:
An vero ⁊ ali⁹ ſciẽdi mod⁹ ſit, poſterius dicemus.
¶ Ad cõfirmationem rñdetur, ꝙ quãuis in Deo non Ad confir.
ſit vere cauſa alicuius attributi qđ eſt in illo, nihilo
minus eſt aliquid quod eſt ratio alterius qđ ſufficit
ad pprĩa ſciẽtiã: videbũt eñ beati ꝙ De⁹ q̃ eſt miſe-
ricors ⁊ ſapiẽs, creauit mundum ⁊ redemit hoĩes: ⁊
q; eſt purus actus nihil habẽs de potẽtia, eſt immu
tabilis ⁊ ęternus: ⁊ quia iuſtus, eſt remunerator,
licet

licet illa non diſtinguantur realiter, quia etiã ſi paſſiones in nobis nõ diſtinguerentur realiter a ſubiectis, nihilo minus demõſtrarentur de illis. Et ideo viſio beatifica eſt propria ſciẽtia: licet nõ ſit diſcurſiua. De exiſtentia tamen illius nulla eſt cauſa nec ratio alia quã natura ſua: naturę enĩ Dei eſt exiſtere.

Ad tertiũ. Sciẽtię naturales et mora.

## ¶ Ad tertium argumentum re-

ſponſum eſt iam, ꝙ ſcientię naturales ⁊ morales ſint proprie ⁊ ſimpliciter ſcientię, licet nõ ſint ita certę ⁊ immutabiles ſicut mathematicę quod maxime debẽt adnotare dialectici. Exiſtimat enim vulgus dialecticorũ hoc tempore nullã eſſe proprie ſcientiam pręter ſolas mathematicas, cũ tamen apud ſapiẽtes philoſophia naturalis ⁊ moralis ſint proprie ſcientię. Quãuis intra latitudinem proprię ſcientię ſint gradus maioris ⁊ minoris euidentię ⁊ certitudinis. Quis nãq; dubitat ſcientias eſſe iſtas naturales, videlicet fructus in Vere germinare, ⁊ in autũno matureſcere propter motũ viriũ ſolis: Tonitrua eſſe in autũno: tẽpeſtates in hyeme: Flantem auſtrum pluuiam ſubſequi, aquilonem nubes diſpergere, alia huiuſmodi: licet nõnunquã deficiant. Et in medicina ⁊ aſtrologia ſunt multę ſimiles proprię ſcientię, licet non ſint certiſſimę vt mathematicę. Vnde ad Ariſt. reſpondetur, ꝙ qñ ait ſcientiam procedere ex cauſis quas non contingit aliter ſe habere, id ſolum intelligit de ſcientijs certiſſimis quales ſunt mathematicę. Vel forte intelligit, ꝙ non contingit aliter ſe habere ſuo modo in quocunq; gradu ſciẽtię, puta ꝙ in mathematicis nullatenus contingere poteſt oppoſitum: ſed tamen in naturalibus non contingit regulariter oppoſitum, ſed rariſſime.

Ad quartũ Angelorũ ſcientia.

## ¶ Ad quartum principale poſ-

ſet quis forſan negare ſcientiã angelorũ eſſe proprie ſcientiã: quia nõ eſt per diſcurſum acquiſita vt argumentũ probat. Attamen melius eſt dicere, imo nullatenus negandũ eſt angelos habere proprijſſimam ſciẽtiã: nam quãuis angelus nõ prius habeat aſſenſum. v. g. huius ꝙ hõ eſt admiratiuus, ex quo poſtea generet aſſenſum ꝙ eſt riſibilis: nihilo minus in obiecto, ſimplici aſſenſu cognoſcit illud eſſe cauſam huius, ſcilicet ꝙ homo eſt riſibilis, quia eſt admiratiuꝰ: ⁊ admiratiuꝰ, quia eſt animal rationale: ⁊ cognoſcit terrę naſcẽtia gigni propter acceſſum ſolis ⁊c. Itaq; cognoſcit effectus ex ſuis cuiuſq; cauſis procedere: quod ſufficit ad rationem ſcientię. Et hoc manifeſte patet in Deo, qui vno omniũ cõſenſu conceditur habere omniũ rerũ ſciẽtias: quãuis non acquiſierit illas per demõſtrationẽ: ſed ſua eſſentia eſt ſua ſcientia. Ariſt. vero ſolũ aſſeruit ſcientiã fieri per demonſtrationem in hominibꝰ eo ꝙ ratiocinatione diſcurrunt. ¶ Ex quo ſequitur, ꝙ ſi in illa deſcriptione ſcire eſt rem per cauſas cognoſcere, ly per, dicat cauſam ex parte cognoſcentis, vt vnus aſſenſus generetur ex alio, illa definitio non conuenit ſcientię Dei nec angelorum: ſi vero dicat cauſam ex parte obiecti, videlicet ꝙ vna res cognoſcitur eſſe effectus alterius, cõuenit illis ſcientijs coeleſtium ſpirituum. Cum dicimus angelum vnico aſſenſu cognoſcere omnia, non intelligas ꝙ vnico aſſenſu intelligit omẽs veritates mundi. ſed ꝙ vnica ſpecies intelligibilis, repręſentãs. v. g. ſpeciem humanam, repręſentat ſimul effectus ⁊ cauſas, nõ prius vnũ quã aliud: qđ nõ eſt in pręſentiarũ locus pluribus verbis diſputandi.

Ad quintũ Scientia Dei.

## ¶ Ad quintũ principale reſpon-

detur, hanc inter alias eſſe differentiam inter nos ⁊ Deum, ꝙ nos ſolum habemus ſcientiã ſpecierũ vniuerſalium rerũ quę ſunt createę. Et habemus illas, etiã in tẽpore quo indiuidua talis ſpeciei non ſunt: nã habemus ſcientiã roſę in hyeme, ⁊ ſciẽtiam eclipſis, qñ eclipſis nõ eſt: eo ꝙ ſciẽtia nõ eſt formaliter de indiuiduis. Et hoc eſt ſcire id quod eſt: puta, ſpeciem, cuius indiuidua ſunt vel in re vel in cauſis naturalibus. Deus vero nõ ſolũ ſcit ea q̃ ſunt in aliqua differentia tẽporis. ſ. quę ſunt fuerunt vel erũt: aut quę ſunt in cauſis naturalibus: ſed etiam ſcit omnia illa quę ſupernaturaliter pducere põt: licet nũquã erunt. Differẽter tamẽ vt. 1. p. q. 14. arti. 9. docet S. Tho. nam illa q̃ ſunt in aliqua differẽtia tẽporis cognoſcit ſcientia viſionis: quã Summuliſtę vocãt notitiam intuitiuã: ſed illa quę nunquam erũt, cognoſcit ſcientia ſimplicis intelligentię: quam poſſumus vocare cognitionẽ abſtractiuam. Nec differẽtia hęc eſt in Deo ſcdm ſe, nam ſua ſimpliciſſima eſſentia cognoſcit perſpicaciſſime oĩa: ſed differentia eſt ex parte rerum ꝙ ſcientia viſionis connotat exiſtentiam ⁊ pręſentiam obiecti in aliqua differentia temporis: ſciẽtia vero ſimplicis intelligẽtię, nõ cõnotat ꝙ obiectum habeat aliam exiſtẽtiã quã ſimpliciter cognoſci. Nihilo minus tamẽ Deus nõ ſcit id qđ nõ eſt, cõtra ſenſum Ariſt. quia eo modo quo ſcit illa q̃ ſcit ſimplici intelligẽtia: eo inquã modo, illa ſunt: nam ſunt poſſibilia de potentia Dei abſoluta. Chimera vero aliaq; entia imaginaria quę nõ ſunt in potẽtia Dei, quia veras nõ habent quidditates, nec ſunt proprie entia, non cadunt ſub obiecto intellectus, quod eſt ens, illa tamen cognitio imaginaria quę de illis habetur non concipitur, niſi ſub ratione entis: nihil enim de illis cognoſcimus niſi quod fingimus eſſe entia: ſed de hoc nihil amplius in pręſentiarum.

Ad ſextũ. Propõ immediata.

## ¶ Ad ſextum principale reſpon

detur per diſtinctionẽ, prioris, Ariſtotelicã. ſ. quoad nos ⁊ quoad naturã. Etenim quando Ariſtoteles dicit propoſitionẽ illam eſſe immediatam qua non eſt altera prior, intelligit de prioritate ſimpliciter quo ad naturã: hęc enim pręmiſſa, omne animal rationale eſt diſciplinabile (ſi illa ſit paſſio prima) nullam habet natura priorẽ: quia inter ſubiectum ⁊ pręedicatũ nullum eſt medium per qđ pręedicatum demõſtretur de ſubiecto. Nihil tñ vetat quo minus habeat priorẽ quo ad nos. i. notiorẽ nobis: vtpote q̃ conſtat ex terminis nobis notioribus, vt probatũ eſt in argumento. Sed notandũ eſt, ꝙ neq; iſtę, omne totũ eſt maius ſua parte, ſi ab ęqualibus ęqualia demas ⁊c. dicunt notiores quo ad nos quã iſta, omẽ animal rationale eſt diſciplinabile, propterea ꝙ illę conducãt aliquid ad probationem huius: ſed ſunt euidẽtiores in geometria, quã iſta in philoſophia naturali. Illa vero, quodlibet eſt vel non eſt, quomodo conducat ad oĩm ſcientiarũ principia, Text. 26. tangemus.

Ad confir.

¶ In ſolutione confirmationis multi multa verba conſumũt vt defendant quomodo propoſitio in qua definitio materialis pręedicatur de ſubiecto ſit immediata, nõ obſtante ꝙ demonſtretur per cauſam finalem. Exiſtimo tamen non eſſe pluribus verbis opus ad explicandum mẽtem Ariſtotelis. Intelligit enim propoſitionem immediatam eſſe illam qua nõ eſt altera prior in eodem genere: nihil tamen obſtat aliam eſſe priorem in alio genere cauſę. Exempli gratia. Folia vitis ſunt ampliora quã folia amygdali ad defendendum vuas a tempeſtatibus q̃ ſunt magis teneri fructus quã amygdala: nihilominus tã immediata eſt iſta, vitis eſt habẽs folia ampla, quã iſta, vitis habet folia protegentia vuas a tempeſtatibus: ſed illa eſt immediata in genere cauſę materialis, ⁊ hęc in genere cauſę finalis: ⁊ ideo non repugnat, ꝙ materialis demonſtretur per finalem.

Cauſa materialis demon. per finalem.

Eadem ratione tã immediata eſt hęc in ſuo genere, domus eſt artificium conſtructum ex lapidibus, lignis, ⁊ cęmento, q̃ꝫ hęc, domus eſt artificium qđ nos a tẽpeſtatibus tuetur: licet prima demonſtretur per ſecundã. Et hac ratione in expoſitione tex. 5. diximus definitionem demõſtrationis materialem demõſtrari per finalem. Qđ fit hoc modo: Omnis ſyllogiſmus faciens ſcire conſtat ex veris primis immediatis: ſed omnis demonſtratio eſt ſyllogiſmus faciens ſcire: ergo omnis demonſtratio conſtat ex veris ⁊c.

Ad. 7. Reſolutio neceſſaria ad ſciẽtiã.

## ¶ Ad ſeptimum principale re-

ſpondetur, ꝙ vt aliquis habeat veram ſcientiam, ſatis eſt ſe ſcire reſoluere pręmiſſas vſq; ad principia immediata ⁊ indemõſtrabilia: non tñ ſemper eſt neceſſarium ſcire eas reſoluere vſq; ad principia quę ſunt ſimpliciter per ſe nota nobis: ſaltẽ vſq; ad hoc, quodlibet eſt vel nõ eſt. Principium. n. immediatũ, vt dictum eſt, eſt omnis propoſitio inter cuius pręedicatum ⁊ ſubm̃ nihil mediat: tametſi nõ omnis talis propoſitio ſit ſimpliciter per ſe nota nobis. Verũ eſt tamen ꝙ in mathematicis, quę ſunt ſcientię certiſſimę, ⁊ de quibus fere in hoc libro ſemper loquit̃ Ariſt. omnes concluſiones reducuntur ad principia per ſe nota nobis. Vt videre eſt apud Euclidem qui propoſitis per ſe notis principijs, inde ſenſim nonã prioribus propoſitionẽ adijciens, procedit ad cõcluſiões obſcuriores ac magis difficiles. Vt ex his principijs a quolibet puncto in quodlibet punctum lineam ducere, ⁊ ſuper quodlibet pũctum circulũ deſcribere, concludit primam cõcluſionem. ſ. ſuper datam lineã rectã triangulũ ęquilaterum conſtituere. Ex qua (addito alio principio. ſ. ſi ab ęqualibus ęqualia demas, quę remanent ſunt ęqualia) infert ſecundam. ſ. a dato puncto, cuilibet lineę rectę propoſitę, ęquam lineam rectam ducere: ⁊ ita conſequenter. Quocirca nemo ſcit decimam concluſionẽ niſi vſq; ad hęc prima principia eam reſoluat. Quę exempla non eſt pręſentis negotij explicare. Et ſuo modo in philoſophia naturali fit reſolutio ad per ſe nota ſenſui: ⁊ in philoſophia morali, ad notiſſima per conſuetudinem. Vt ꝙ corpus non moueatur a ſe, ſed ab anima, probatur: quia omne quod mouetur, ab alio mouetur. Et hoc rurſus, quia non poteſt eadem res formaliter eſſe agens ⁊ patiens. Quod demum oſtẽditur. 8. Phyſicorum per hęc principia: Omne agens agit in quãtum eſt in actu, ⁊ omne ſubiectum patitur in quantum eſt in potentia (nulla enim res calefacit niſi ſit actu calida aut actualem virtutem habeat calefaciendi: neq; aliqua res calefit, niſi careat illo gradu caloris quem recipit) ſed repugnat eandem rem hoc modo eſſe in actu ſimul ⁊ potentia: ergo. ¶ At vero in ſcientijs metaphyſicis non eſt ita facilis huiuſmodi reſolutio. Procedunt enim demonſtrando proprias paſſiones de ſubiecto per definitionem, ⁊ quia pro iſto ſtatu cognitio noſtra incipit aſſenſu, non poſſumus huiuſmodi principia a priori, ſed ab effectu vtcunq; cognoſcere. Cognoſcimus enim ab effectu omnem hominem eſſe riſibilem: ſed quomodo talis paſſio ex natura ⁊ definitione hominis pullulet, nõ videmus. Quare in hoc nõ ſe torqueãt dialectici: neq; accuſent Ariſtotelem, ꝙ non docuerit omnes demonſtrationes ad principia per ſe nota reſoluere. Et multo minus fallantur credentes ꝙ omnia principia ſunt reſoluenda formaliter ad hoc principiũ generale, quodlibet eſt vel non eſt: quia hoc vt iacet nõ intrat formaliter demonſtrationem, ſed quomodo dicatur principium vniuerſale, videbimus ſupra textum vigeſimumſextum.



Ad confir. Theologia eſt ſcientia

## ¶ Circa materiam cõfirmatio-

nis notãdum eſt primo, ꝙ Theologia iuxta nominis proprietatem non eſt habitus articulorum fidei quo aſſentimur ſacrę ſcripturę reuelatę: ſed habitus vel aſſenſus quos ex propoſitionibus reuelatis deducũt theologi. Et ratio nominis probat̃: qꝛ aſſenſus articulorũ fidei ꝓprio nomine dicitur fides, ⁊ nullo modo theologia: alias oẽs Chriſtiani credentes articulis dicerentur theologi. Quare abuſiue aſſenſus fidei dicit̃ theologia: ſed. v. g. ex illo articulo, Deus eſt trinus ⁊ vnus, inferũt theologi quaſi exponẽtes illum, ꝙ pſonę diuinę cõſtituũtur ⁊ diſtinguũtur relationibꝰ: ⁊ ex illo articulo, ꝙ Deus eſt hõ, inferunt ꝙ verbũ diuinũ in inſtãti incarnatus eſt: quia opus ſpiritus ſancti non expectat tẽpus. Iſti ⁊ alij id genus aſſenſus, qui ſunt velut expoſitiones ſacrę ſcripturę, ſunt theologia. Itaq; non omnis aſſenſus theologicus eſt de fide: ſed poteſt quis oppoſitum opinari. ¶ Secundo notandum eſt, ꝙ cum ait S. Tho. theologiã eſſe ſcientiã, non eſt intelligendum ꝙ ſit aſſenſus euidens ⁊ clarus (vt aliqui Thomiſtę mordicus aſſerere contendũt) nec talis ſenſus potuit in mẽtem S. Tho. venire. Probat̃, qꝛ aſſenſus cõcluſionis, qui ſolum eſt propter pręmiſſas, nõ poteſt eſſe euidẽtior q̃ꝫ ſint pręmiſſę: nam propter quod vnumquodq; tale ⁊ illud magis: ſed aſſenſus theologicus infertur ex articulis fidei, ⁊ adhuc non per conſequentiam euidẽtem (nam qui ſequuntur per cõſequentiã euidẽtem itidẽ ſunt aſſenſus fidei) ergo theologia noſtra non põt eſſe clarior q̃ꝫ aſſenſus fidei: q (vt inquit Paulꝰ) eſt obſcurꝰ ⁊ ęnigmaticꝰ. Sed dicunt aliqui Thomiſtę, ꝙ qꝛ concluſio theologica quã ego habeo eſt euidẽs beatis, ab illa euidentia dicitur theologia noſtra euidẽs. Hoc tamẽ eſt inopinabile: quia, vt inquit hic Ariſt. nemo habet euidentiam concluſionis niſi euidẽter reſoluat ad prima principia: nos autẽ nõ poſſumus reſoluere theologiã ita euidẽter: qꝛ nõ videmus Deũ in quo iſtę veritates lucent.

Theolog. non eſt euidens.

¶ Et ſecundo arguitur: qꝛ ſi theologia nr̃a eſt euidẽs, quęro quantum habeãt gradũ euidentię, poſtq̃ꝫ articuli ex quibus inferũtur non ſunt euidẽtes. Si dicat̃, ꝙ habent tantã euidentiã quantã habẽt beati, hoc eſt ridiculum. ¶ Et tertio arguitur. Si theologia noſtra eſt euidẽs, tunc inferã ex cõcluſione theologica articulum fidei (ſicut enim ex articulo ſequitur cõcluſio theologica, ita vice verſa) ⁊ tunc ſequitur, ꝙ ex euidentia theologię fiet euidens articulus fidei: qđ eſt impoſſibile. Alias rationes fecimus ſuper primã partem, a quibus hic ſuperſedemus. ¶ Tertio ergo notãdum eſt iuxta mẽtẽ S. Tho. ꝙ articuli fidei q nobis ſunt obſcuri, beatis ⁊ maxime Chriſto ſunt euidẽtes: qꝛ vident illos in verbo, cũ ergo theologia nr̃a inferat̃ ex illis, hoc exiſtimat S. Tho. ſatis eſſe vt theologia noſtra dicat̃ quodã mõ ſciẽtia: licet nobis nõ ſit euidens. Neq; id gratis affirmat: ſed ꝓbat primo authoritate Auguſtini, qui. 14. de Trini. cap. 1. vocat ſimpliciter eam ſcientiã qua fides ſaluberrima gignit̃, nutritur, defenditur, ⁊ roboratur. Et ſecũdo ad ſimilitudinẽ ſciẽtię ſubalternatę. Si enĩ quis credat aliqua pͥncipia geometrica ſola autoritate geometrę, ⁊ ex illis in muſica diſcurrat ad alias cõcluſiones, illa muſica profecto erit ſciẽtia: licet nõ ſit euidentior quã principia quę ſola autoritate ſunt credita: ergo eadẽ rõne ſi fidẽ nos recipimꝰ ſola authoritate Chr̃i cui articuli ſunt euidentes, ſequitur ꝙ concluſiones quas inde nos deducimus ſunt ſcientia. Et ideo S. Tho. de veritate. q. 14. art. 10. comparat theologiã ſciẽtię diſcipuli credẽtis principia a magiſtro. ¶ Qđ ſi quis perſiſtat diſputãs de noie, ꝙ nõ debet vocari ſcientiã,

ſcientiis, poſtquã nõ eſt euidẽs, probatur id demum quia aſſenſus Theologici nõ habẽt quo alio nomine ſignificantius nũcupentur. Non enim dicuntur opinio poſtquam procedunt ex certiſſimis principijs. Nec poſſunt dici fides: nam fides eſt aſſenſus qui habetur immediate ſola authoritate: aut qui inde euidenter elicitur, vt Chriſtus eſt homo, ⁊ per conſequens, Chriſtus eſt riſibilis: Theologia vero nõ habetur immediate per authoritatẽ, ſed ex articulis fidei iuuante lumine naturali: ergo ſicut in ſcientijs naturalibus aſſenſus principiorũ dicitur intellect⁹, ⁊ aſſenſus concluſionis dicitur ſcientia, ita ⁊ hic aſſenſus principiorũ dicit̃ fides, ⁊ Theologia dicitur ſcientia: non quidẽ perfectiſſime, ſicut ſcientię euidentes: ſed quodammodo imperfectę: nihilo minus ſimpliciter eſt ſcientia. ¶ Unde ad confirmationẽ reſpõdetur, ꝙ qñ Ariſt. dicit neminẽ habere ſciãm, niſi ſciat illam reſoluere vſq; ad principia per ſe nota, intelligit de ſcientia perfectiſſima quę eſt euidentia.

**Ad. 8. Aſſentire magis pręmiſſis ⁊c.** ¶ Ad octauum principale multiplex eſt ſolutio doctorũ: quorum profecto vix eſt q̃ argumento ſatiſfaciat. Quidam enim exponunt, ꝙ neceſſe eſt magis credere pręmiſſas quã cõcluſionẽ intẽſiue: alij vero, magis clare, ⁊ alij, certius. Et ad argumentũ reſpõdent, ꝙ quãuis cauſa vniuoca producat effectum ſibi ęqualem, vt ignis generat ignẽ, ⁊ homo hominem: tamen in cauſis ęquiuocis illud nõ eſt neceſſarium: quia ſol non generat ſolẽ. Et hac ratione, cum aſſenſus principiorũ, qui eſt intellect⁹, ſit cauſa ęquiuoca reſpectu ſciẽtię cõcluſionis (quia differunt ſpecie) non poteſt effectum ęqualem producere.

**Prima replica.** ¶ At vero contra hanc ſolutionem, quę communis eſt, arguitur primo. Quãuis intellectus principiorũ ſit cauſa ęquiuoca, ſolũ inde ſequitur ꝙ non poteſt producere aſſenſum cõcluſionis qui ſit intellectus, velut ſol nõ poteſt producere ſolem, attamen nihil vetat quo minus poſſit producere aſſenſum tã intenſum quam eſt ipſe.

**Secundo.** ¶ Secundo, quia ſi pręmiſſę deberent eſſe intenſiores ſemper quã cõcluſio, ſequeretur ꝙ alicuius concluſionis aſſenſus neceſſario deberet eſſe remiſſiſſimus. Hoc oſtenditur in mathematicis: exorditur enim Euclides ex propoſitionibus per ſe notis, ⁊ procedit per priores concluſiones, poſteriores demonſtrando. Si ergo aſſenſus poſterior debet ſemper eſſe remiſſior q̃ pręcedens, ſequitur ꝙ decim⁹ aut vigeſimus deberet eſſe remiſſiſſimus: quod eſt cõtra experiẽtiam.

**Tertio.** ¶ Tertio arguitur. Si ſemper aſſenſus pręmiſſarum debet eſſe intenſior, detur. v.g. ꝙ aſſenſus principiorũ ſit vt tria, ⁊ aſſenſus primę concluſionis vt duo, ⁊ aſſenſus. v.g. decimę aut vigeſimę, vt vnum: tunc remittantur illi aſſenſus vniformiter: ⁊ ſequitur ꝙ prius remittetur totus aſſenſus concluſionis quam pręmiſſarum: ⁊ ſic ſtabit aſſentire pręmiſſis ⁊ nõ concluſioni. ¶ Eadem fere argumenta fieri poſſunt de claritate ⁊ de certitudine. Quanuis enim intellectus differat ſpecie a ſciẽtia, quia ille producitur ex notitijs terminorum ⁊ ſcientia per demonſtrationem, non tamen videtur repugnare ꝙ ſcientia ſit aſſenſus tam certus ⁊ tam clarus quã intellectus: alias argumenta facta videntur pariter currere.

**Quarto.** ¶ Et quarto arguitur ſic. Eſto intellectus principiorum ſemper ſit intẽſior aut certior q̃ aſſenſus cõcluſionis, quia eſt cauſa ęquiuoca, nõ tamẽ inde ſequitur vniuerſaliter, ꝙ oportet ſemper aſſentire magis pręmiſſis quã cõcluſioni: nam ſępiſſime aſſenſus etiam pręmiſſarũ ſunt ſcientię habitę per priores demonſtrationes: ⁊ tũc pręmiſſę ſunt cauſa vniuoca reſpectu concluſionis.

**Quinto.** ¶ Et poſtremo hęc omnia cõfirmantur experientia: nam re vera huius demonſtrationis, omne animal rationale eſt riſibile, oĩs homo eſt animal rationale, ergo oĩs homo eſt riſibilis, tam intenſe, tam certo, tam clare aſſentimur concluſioni quã pręmiſſis. ¶ Sunt qui aliter exponãt dictum Ariſt. ſ. ꝙ oportet magis aſſentire pręmiſſis. i. immediatius: quia per pauciora media aſſentimur pręmiſſis. Quę quidem expoſitio licet quandoq; mihi placuit, iã nũc nõ adeo ſatiſfacit: nã quanuis ratio quare oportet magis credere pręmiſſis quã concluſioni eſt quia immediatius illis aſſentimus, tamẽ hoc quod eſt immediatius aſſentire nõ eſt magis ſcire: nam cum ſcientia conſiſtat in claritate ⁊ certitudine, magis aſſentire eſt clarius aut certius aut firmius adhęrere.

**Suppõ.** ¶ Reſpondetur ergo per quatuor propoſitiones. Supponim⁹ primũ, ꝙ dictũ Ariſto. intelligitur qñ aſſentimur concluſioni ſolum ꝓpter pręmiſſas ⁊ nõ aliunde: ſi. n. ego aſſentiã Deũ eſſe vnũ, non ſolũ propter rationes naturales, ſed propter autoritatẽ Chriſti, certius aſſentiam cõcluſioni q̃ rationibus naturalibus. Et ſi aſſent'am lunã eclipſari, non ſolũ propter rationẽ aſtrologicã, ſed etiã propter experientiã, clarius forſan aſſentiã cõcluſioni q̃ pręmiſſis.

**1. Propõ.** ¶ Tunc eſt prima propoſitio. De principijs per ſe notis, vt ſunt dignitates ⁊ petitiones ⁊ ſuppoſitiones, manifeſtũ eſt ꝙ certius ⁊ clarius aſſentimur illis q̃ concluſionibus. Et de illis pręſertim intelligitur dictum Ariſt. vt patet ex eius contextu. Quod eñi per ſe eſt tale (vt inquit Albertus) magis eſt tale q̃ quod eſt per aliud tale: vt ignis, qui per ſe eſt calidus, magis eſt calidus quam aqua, q̃ per ignẽ eſt calida: ſed huiuſmodi principia per ſe ſunt nota. i. ex ſuis terminis, vt paulo poſt explicabimus: ergo ſunt magis nota q̃ concluſiones: ⁊ per conſequens certius ⁊ euidentius illis aſſentimur. ¶ Secundo id cõſtat experientia. Notius. n. eſt ⁊ euidentius, a quolibet puncto in quodlibet punctum lineam duci, ⁊ ſuper quodlibet punctũ circulum deſcribi, q̃ ſuper rectã lineã angulum ęquilaterum conſtitui, quę eſt prima concluſio apud Euclidem illata ex illis principijs: imo inter ipſa principia per ſe nota notius ⁊ euidentius eſt, nõ poſſe idẽ ſimul eſſe ⁊ non eſſe, q̃ ꝙ ſi ab ęqualibus ęqualia demas, quę remanent ſunt ęqualia.

**2. Propõ.** ¶ Secũda propoſitio. Inter ipſas concluſiones clarior eſt ⁊ euidentior prima q̃ ſecunda: ⁊ ſecunda, q̃ tertia ⁊c. Hoc patet in mathematicis: nam clarior eſt ⁊ perſpicacior illa modo poſita q̃ hęc, a dato puncto, cuilibet rectę linę poteſt ęqualis deſcribi, quę eſt ſecunda illata ex illa apud Euclidem. Et hoc quilibet poteſt experiri.

**3. Propõ.** ¶ Tertia propoſitio. Non ſemper eſt perceptibilis iſte exceſſus claritatis ⁊ certitudinis. Hoc patet, nam forſan in mathematicis decima iam concluſio nõ eſt perciptibiliter notior quam vndecima. Et id maxime patet in metaphyſicis: quia certe nõ percepimus ꝙ clarius aſſentiamus, omne animal rationale eſſe riſibile, quam omnẽ hominẽ eſſe riſibilem. Et in hoc fere doctores huius tẽporis decipiũtur: quia enim non percipiũt huiuſmodi exceſſus, fingunt neſcio quas gloſſas dicti Ariſtotelis.

**Claritas ⁊ certitudo.** ¶ Sed hoc eſt qđ doctores hic etiã diſcruciat: nẽpe in quo cõſiſtit claritas ⁊ certitudo habit⁹ ⁊ aſſenſus: ⁊ ꝙ vnus ſit clarior aut certior alio. Et quidẽ certitudo idẽ eſt quod firmitas aſſenſus, a quo homo dimoueri nequit, aut difficile dimoueri poteſt. Sunt enim gradus firmitatis: nam firmius ⁊ certius adhęrere debet Chriſtianus articulis fidei, licet obſcuris, quã cõcluſionibus demõſtratis. Et eadem ratione firmius adhęremus principijs per ſe notis, q̃ concluſionibus habitis per demõſtrationẽ: qꝛ vel obliuione vel per aliquã fallaciã facilius dimouemur a cõcluſione quã a principiis per ſe notis. At vero euidẽtia ⁊ claritas aſſenſus non ita facile definiri poteſt in quo cõſiſtat. Non enim conſiſtit in eo quod certitudo: nam difficilius Chriſtian⁹ dimouebit̃ ab aſſenſu fidei, q̃ ab aſſenſu ſcientię: tãetſi fides ſit obſcura: ſcia vero, clara. Uñ omiſſis multis q̃ hic multi dicunt, exiſtimo ꝙ claritas ⁊ euidẽtia nõ poſſunt ꝑ alia nomina ſignificãtius explicari, q̃ voces ipſę ſonant. Iudicium eñi clarum ⁊ euidẽs idem eſt qđ iudicium, vt ita dicam intuitiuũ, ad qđ intellectus ab ipſo obiecto conuincitur. Ut eñi euidentia ſenſus idem eſt quod notitia intuitiua rei ſingularis pręſentis, ita iudicium euidẽs intellectus eſt viſio intellectus, quę fit, aut per experientiã (ſi ſit rei ſingularis) aut, ſi ſit rei vniuerſalis, fit ex notitiis terminorũ mediate vel immediate: vt in ſolutione ad primũ dicebamus. Quo fit vt aſſenſus fidei eo non ſit euidens, qđ non cõuincitur intellectus ab obiecto, ſed autoritate dicẽtis, voluntate captiuante intellectum in obſequium Chriſti, vt inquit Apoſtolus: 2. Corinth. 10. ¶ Atqui iſta ratione clarius aſſentimur principiis per ſe notis q̃ cõcluſionibus: vtpote q̃ cum maiori lumine naturalis ſplendeãt, ſtatim ſuapte natura ſine aliquo negotio aſſentimur illis: cũ tñ concluſiones nõ niſi ratiocinãdo ſciamus. ¶ Ac pari ratione clari⁹ aſſentimur cõcluſionib⁹, quę ſunt principiis propinquiores, q̃ illis quę ſunt remotiores ⁊ poſteriores. ¶ Poſſum⁹ aliter circũſcribere claritatẽ per hoc quod qui clarius ⁊ perſpicatiori ingenio intelligit aliquod principium, plures in eo ſtatim concluſiones intuetur q̃ alius. Ueluti ex duobus eandẽ imaginem intuentibus, qui perſpicaciori eſt viſu plura videt in ea q̃ alius. Et hoc mõ qui clarius videt Deũ, plures regulariter videt in eo creaturas, q̃ qui minus clare videt: vt. 1. q. 12. ar. 8. teſtatur S. Tho.

**4. Propõ.** ¶ Quarta propoſitio. Non eſt neceſſe intẽſius aſſentire principiis q̃ cõcluſioni. Hoc patet ex argumẽtis factis ⁊ ex ratione quã iam nunc ſubiiciã. ¶ Unde ad octauũ principale rñdetur, ꝙ intellect⁹ principiorũ formaliter differt a ſcientia cõcluſionis in claritate: quippe qui ſtatim ex notitiis terminoꝝ habetur: ⁊ ideo claritas eius alterius rationis eſt a claritate concluſionis: qui habetur per demonſtrationẽ atq; adeo tanquã cauſa ęquiuoca, nunquã attingit ad producendã ęq̃lem claritatẽ concluſionis. Attamen intẽſio eſt eiuſdem rationis in principiis ⁊ concluſionibus: ⁊ ideo nõ eſt neceſſariũ, ꝙ aſſenſus principioꝝ ſint ſemper intenſiores: imo poſſunt aſſenſum cõcluſionis ęque intenſum producere.

**Ad replicas.** ¶ Et per hęc facilis eſt reſponſio ad oẽs replicas: nẽpe concedimus earũ cõcluſiones quantũ ad intenſionẽ. ſ. ꝙ nõ eſt neceſſe aſſenſus principiorum eſſe intenſiores: negamus tamen eas quantum ad claritatẽ: imo eſt neceſſariũ ꝙ ſint clariores ⁊ certiores. Et hęc fuit mens expreſſa Ariſt. nam quod dixerat, demonſtrationem procedere ex notioribus, poſtea exponit, dicens, ꝙ neceſſe eſt magis credere principiis: vbi nulla eſt mentio de intenſione. ¶ Sed ſpecialiter ad quartã replicã reſpondetur ꝙ etiã vbi pręmiſſę non ſunt per ſe notę: ſed concluſiones alias demonſtratę, adhuc ſunt notiores ⁊ clariores q̃ concluſio. Tametſi huiuſmodi exceſſus claritatis ſępiſſime ſit imperceptibilis: atq; adeo ꝑ hoc reſpondetur ad vltimã replicã. ¶ Sed videntur adhuc ſtare in ſuo vigore ſecũda, ac tertia replica, videlicet, ꝙ decima aut vigeſima concluſio deberet eſſe remiſſiſſima in claritate: item quod ſi vniformiter remitteretur claritas principiorũ, ⁊ concluſionũ ante venirent ad non gradũ claritas concluſionis, q̃ claritas principiorum. Ad hęc verũtñ reſpondetur, ꝙ exceſſus iſti claritatis non ſunt ęquales in omnibus cõcluſionib⁹: ſed ſi claritas. v.g. principiorũ eſt vt tria ⁊ claritas cõcluſiõis vt duo, claritas tũc. v.g. centeſimę concluſionis erit forte vt vnum. Itaque omnes exceſſus a prima vſque ad centeſimam nõ faciunt niſi vnum gradum per partes proportionales, ⁊ ita ſunt imperceptibiles gradus: et ideo ſi remitteretur claritas omnium non deberent remitti ęqualiter: ſed proportionabiliter plus remitteretur de clariori q̃ de minus clara: ⁊ per conſequẽs nunquam deueniretur vt aſſenſus principiorũ eſſet clarus, ⁊ cõcluſionis, non clarus: quia intrinſecum eſt principiis claris aſſenſum clarum producere. Sed de his ſatis.

**Ad confir. Propter vnumquodq; tale ⁊c.** ¶ Ad confirmationem octaui principalis argumenti fere quot ſunt capita, tot ſunt reſponſiones. Et S. Tho. hic. ⁊ 1. p. q. 87. ar. 2. ad tertium: ⁊ de veritate. q. 10. arti. 9. ad tertium, diuerſas limitationes attribuit illi regulę, ꝓpter quod vnũquodq; tale ⁊c. Et Caiet. egregie vt ſolet eam hic etiam exponit, licet verbis forſan ſubobſcuris. Exiſtimo tamen regulam ſic ⁊ breuiſſime et perſpicaciſſime explicari: Si aliquod pręgdicatũ conueniat alicui propterea ꝙ idem aliquo modo conuenit alteri, magis aut perfectiori modo cõuenit alteri propter qđ conuenit huic. Exempla patent in omnibus generibus cauſarum. In genere cauſę finalis: Minutio ſanguinis aut amara potio amatur, aut deſideratur, aut procuratur: quia ſanitas, amatur, deſideratur, ⁊ procurat̃: ergo ſanitas magis amat̃ ⁊c. illa eñi tria pdicata conueniunt minutioni aut poſitioni: quia conueniunt ſanitati. Sed non ſequitur, ſanguis minuitur propter ſanitatẽ: ergo ſanitas minuitur quia illud pręgdicatũ, minuitur, non conuenit ſanguini, qꝛ cõuenit ſanitati. Aliud enim eſt dicere, ſanguis minuitur propter ſanitatem, et aliud, ſanguis minuitur, quia ſanitas minuitur: imo ſanguis minuit̃ vt ſanitas augeatur. In genere cauſę efficientis: Aqua eſt calida, qꝛ ignis applicatus eſt calid⁹: ergo ignis eſt magis calidus. Non tñ ſequitur, aqua eſt calida propter ſolem: ergo ſol eſt magis calidus, quia aqua non eſt calida eo ꝙ ſol eſt calidus formaliter: ſed qꝛ eſt calidus virtualiter. Quapropter ſolũ ſequitur, ꝙ ſol ſit calidus altiori modo q̃ aqua. Et ideo expoſita eſt regula disiunctiue. ſ. ꝙ ſi pręgdicatum conueniat alicui ꝓpterea ꝙ idẽ aliquo modo conueniat alteri, tunc magis aut perfectiori modo conuenit priori. Nam ſi conuenit vtrique formaliter, conuenit priori magis: ſi vero cõueniat priori ſolũ virtualiter tunc conuenit illi perfectius. In Deo eſt manifeſtiſſimum exemplum, qui eſt eminenter omnia. Angeli enim ſunt angeli, et homines ſunt homines ⁊c. propter Deum: non quia Deus formaliter eſt talia, ſed qꝛ eſt eminenter talia: ſequitur ergo, ꝙ perfectiori mõ Deus ſit angelus ⁊ hõ ⁊c. q̃ angelus ſit angelus, aut hõ ſit hõ. Et in hoc peccat ſecundũ exẽplum confirmationis: non eñi Dominicus eſt hõ, qꝛ ſol eſt hõ: nec eſt homo qꝛ Paulus eſt hõ: ſed quia genuit ipſum. Et ideo non ſequit̃, ꝙ Paulus ſit magis hõ. Sicut ignis genitus non eſt ignis, qꝛ generans eſt ignis: poſtquã enim genit⁹ eſt ignis, etiã ſi generãs non ſit ignis, manebit ignis genitus. Tametſi hic põt addi ſecunda ratio, ꝙ qꝛ homo aut ignis non ſuſcipit magis ⁊ minus, ꝓpterea neutri conuenit magis. In genere cauſę formalis eſt exemplũ Ariſt. 7. meta. text. 7. Materia eſt ens qꝛ forma eſt ens: ergo forma eſt magis ens q̃ materia (ens. n. vt dicit actũ eſſendi recipit magis ⁊ minus) attamen nix quãuis ſit alba propter albedinẽ, non tñ eſt alba qꝛ albedo eſt alba: ⁊ ideo non ſequitur, ꝙ albedo ſit magis alba. In genere cauſę materialis ſequitur: Quãtitas eſt ſubm̃ albedinis, quia nix eſt ſubm̃, ergo nix eſt

magis ſeu perfectiori modo ſubm̄: nam nix eſt ſubiectum, quod: ⁊ quantitas, ſubiectū quo. Unde ad tertium membrū cōfirmationis quādo dicitur, Nix eſt ſubiectum albedinis propter quantitatem, ſi ly propter, deſignet ꝙ quātitas eſt ſubm̄ materiale reſpectu niuis, itaq; nix ſubiectat albedinem: qꝛ nix ſubiectatur in quantitate: hoc negatur (imo econuerſo quantitas eſt ſubm̄ propter niuē) quare non ſequit̄, ꝙ quantitas eſt magis ſubiectū: imo contrarium: ſi tamē intelligatur ꝙ nix eſt ſubm̄ albedinis, quia eſt capax quantitatis, aut qꝛ recipit albedinem mediāte quantitate, id cōceditur: ſed nihil ſequitur cōtra regulā. Itaq; vt in ſumma cuncta cōplectamur non eſt idem dicere .a. eſt tale propter .b, ⁊ .a. eſt tale quia .b. eſt tale. ¶ Deſcendendo ad propoſitum Ariſt. concluſio non ſcitur, qꝛ prima principia ſcientur: ſed qꝛ principia altiori modo cognoſcuntur: ⁊ ideo non ſequitur ꝙ principia magis ſciantur: ſed ꝙ perfectiori modo cognoſcantur: nempe quod intelligantur per aſſenſum qui eſt intellectꝰ, vt patet in exemplo poſito de aqua calida propter ſolem.

¶ Nonum argumentum petit
Ad.9. definitionem propoſitiōis per ſe notę. De quo tres ſunt opiniones: cum Ariſt. enim dicat propoſitionē per ſe notam eſſe, quam cognoſcimus inquantum terminos cognoſcimꝰ, Nominales qui nō admittūt res prędicari: ſed ſolos terminos, nomine terminorum intelligunt voces aut notitias ex quibus formaliter cōponitur propoſitio. Unde Greg. 1. ſen. diſ.
Propō p ſe nota Grego. 2. q. vnica dicit, ꝙ propoſitio per ſe nota eſt illa quę cuilibet potenti vti ratione pōt eſſe nota abſq; indigentia notitię alicuius extrinſeci. Quod eſt dicere: Eſt ꝓpoſitio ex talibus terminis compoſita, qui in quocūq; intellectu ſint, ſiue intuitiui ſiue abſtractiui, ꝑ ſe producūt aſſenſum illius. Ut ſunt iſtę, quodlibet eſt vel non eſt, omne totū eſt maius ſua parte, ſeu, omne continens eſt maius contento, per quam illa quodāmodo demonſtratur. Iſtę vero, Dominicus loquitur, Petrus eſt albus, ⁊ reliquę accidentales nō ſunt per ſe notę: quia iſti termini non ſuffiiciunt producere iudiciū in quocunq; intellectu: puta in habente ſolū notitias abſtractiuas horū terminorū. Neq; iſta, hō eſt riſibilis, eſt per ſe nota: quippe quę indiget aliis ꝓpoſitionibus quibus demonſtretur. ¶ Infert corollaria quędam contra S. Tho. Primum, ꝙ non omnis propoſitio cuius prędicatū eſt de intrinſeca ratione ſubiecti eſt per ſe nota. Hęc nāq;, angelus eſt ſpiritus, non eſt per ſe nota: qꝛ illi termini abſtractiui in nobis non generant euidens iudicium: licet prędicatum ſit de ratione ſubiecti, ⁊ angelis ſit euidens. Neq; iſta, Deus eſt, eſt per ſe nota, licet beatis ſit euidēs: qꝛ nobis non eſt per ſe nota.
Scotus. ¶ Scotꝰ vero paululū diuertit ab hac prima opinione. Ait enim. 1. ſenten. diſtin. 2. q. 2. ꝙ propoſitio per ſe nota eſt illa quę ſit nota ex propriis terminis illius vt ſunt illius. Opinatur nanq; quod definitio ⁊ definitū, quāuis idem ſignificent, tn̄ cenſentur diſtincti termini. Unde infert ꝙ hęc ꝓpoſitio, omnis homo eſt riſibilis, nō eſt per ſe nota: hęc tn̄, omne animal rationale eſt riſibile, eſt per ſe nota. Etenim quanuis illa prior fiat nota ex terminis huius ſecundę (vtpote cuius ſubiectū eſt definitio ſubiecti prioris) talis tn̄ definitio non eſt ꝓprius terminus prioris: ob idq;, homo eſt riſibilis, non fit euidens ex propriis terminis: ſed ex definitione quę eſt quodāmodo terminus alienus. Atq; adeo infert ꝙ hęc ꝓpoſitio, Deus eſt, quam habent beati, eſt per ſe nota: qꝛ illi cognoſcūt Deum diſtincte ac ſi eum quidditatiue cognoſcerent per definitionē. Sed ſimilis, Deus eſt, quam nos habemus, non eſt per ſe nota. Quam putat eſſe aliā: quia vna conſtat ex terminis diſtinctis: ⁊ alia ex notitiis confuſis ⁊ abſtractiuis. Greg. tamen cenſet eſſe eandem: et ideo negat ſimpliciter eſſe per ſe notam, qꝛ nobis non eſt per ſe nota. ¶ Cōueniunt autem Sco. ⁊ Greg. etiam contra S. Tho. (vt videbimus) ꝙ non eſt diſtinguenda ꝓpoſitio per ſe nota, ſm̄ ſe ⁊ quo ad nos, imo omnis (inquiunt) ꝑ ſe nota, ſecundum ſe, eſt per ſe nota quo ad nos: ⁊ econuerſo.
S. Thom. ¶ At vero opinio S. Thomę conſiſtit in ſequentibus propoſitionibus: quę colligūtur ex. 1. p. q. 2. artic. 1. ⁊ aliis locis ſuę doctrinę. Primum eius fundamentum eſt hoc: ꝙ quando ait Ariſtot. propoſitionem per ſe notam eſſe illam, quam cognoſcimus inquantum terminos cognoſcimus, nomine terminorū nō intelligit notitias aut voces: ſed res ſignificatas quę ſunt termini, puta ſubiectū ⁊ prędicatū: nam vt in prologo prędicamentorum adnotauimus non ſolum voces, ſed etiā res prędicantur. Et ꝙ ita intelligat Ariſto. eſt manifeſtum ex modo loquendi ipſius (quod contrarij autores debuiſſent conſiderare.) Enimuero ſi per terminos intellexiſſet notitias, non dixiſſet, inquantum terminos cognoſcimus ſed inquātū terminos formamꝰ: nō.n. cognoſcimus notitias, ſed res per notitias.
1. Propō. ¶ Hinc ſequitur prima propoſitio. S. Thomę. Dupliciter aliqua propoſitio eſt per ſe nota. Uno modo ſm̄ ſe, ex natura ſua ⁊ non quo ad nos: et alio modo ſm̄ ſe et quo ad nos. Propoſitio ſm̄ ſe per ſe nota eſt illa, cuius prędicatum eſt de intrinſeca ratione ſubiecti (puta definitio aut pars eius) vt, homo eſt animal, homo eſt rationalis, quę quidē dicūtur per ſe notę non quia notitię eius intuitiuę vel abſtractiuę producant eius aſſenſum, ſed qꝛ cognita quidditate ſubiecti per eiꝰ definitionem, ⁊ quidditate prędicati, ⁊ ſtatim eſt euidens hominem eſſe aīal, ⁊ eſſe rationalē: voco ſubiectum ⁊ prędicatū res ipſas ſignificatas. Hęc vero, hō eſt albus, nō eſt per ſe nota: quia cognita quidditate ſubiecti non eſt euidens hominē eſſe albū. Propoſitio per ſe nota ſecūdum ſe ⁊ quod ad nos eſt illa, cuius prędicatum eſt de intrinſeca ratione ſubiecti ⁊ termini eius (id eſt quidditates rerum ſignificatarum per extrema) ſunt omnibus noti, vt quodlibet eſt vel non eſt, omne totum eſt maius ſua parte. Nullus em̄ ignorat quid eſt ens, ⁊ quid totū. Quare omnis per ſe nota quo ad nos eſt per ſe nota ſecūdum ſe: ⁊ dicitur per ſe nota ſimpliciter.
Per ſe nota ſimplr. Non tamen omnis per ſe nota ſecūdum ſe, eſt per ſe nota nobis: ⁊ ideo dicetur per ſe nota ſcd̄m quid, vt ſunt iſtę, homo eſt rōnalis, angelus eſt ſpiritus, ⁊ ſimiles in quibus licet prędicatum ſit de ratione ſubiecti, tn̄ quidditates extremoꝝ non ſunt omnibus notiſſimę. Qđ ſi termini fuerint noti non omnibus, ſed ſapientibus, tunc erit per ſe nota ſapientibus, vt ait Boetius in de hebdomadibus de hac propoſitione, Incorporalia non ſunt proprie in loco.
De eſt, eſt ꝑ ſe nota. ¶ Hinc ſequitur ꝙ hęc, Deus eſt, eſt per ſe nota ſecundum ſe: quia de intrinſeca ratione Dei eſt exiſtere: tamen non eſt ꝑ ſe nota ſimpliciter: quia non omnibus, ſed ſolis beatis, ſunt notę quidditates extremorum. Differentia ergo eſt inter Scotum et nos, quod ille putat eſſe duas propoſitiones, illam, Deus eſt, quę eſt in beatis: ⁊ illam quę eſt in nobis, propterea quia conſtant ex diuerſis notitiis formalibus. Nos autē reſpicientes ad res ſignificatas dicimus eſſe eandem. ¶ Et ꝙ hęc fuerit mens Ariſt. ꝑter argumentū factū ex eiꝰ mō loquēdi, arguitur ſecundo. Ait nanq; dupliciter eſſe aliqua notiora, ſcilicet quo ad naturam et quo ad nos. Ubi non vocat notiora notitias ſeu voces: ſed res ſignificatas, dicens, cauſas eſſe notiores naturę, ⁊ effectus notiores nobis: ergo eadem ratione alia erunt per ſe nota ſcd̄m ſe ⁊ quo ad naturam, ⁊ alia per ſe nota nobis. ¶ Et tertio pręter autoritatem Ariſto. arguitur ad rem. Propoſitio per ſe nota vt nomen ſonat, eſt cuius connexio inuicē extremorū cuicūq; cognoſcēti eorū quidditates eſt nota: ſed omnis propoſitio cuius ꝑdicatum eſt de intrinſeca ratiōe ſubiecti eſt hmōi: ergo omnis talis eſt per ſe nota. ¶ Sed eſt hic notandum, ꝙ non tantum propoſitio cuius prędicatum eſt de intrinſeca ratione ſubiecti eſt per ſe nota: ſed omnis in vniuerſum propoſitio immediata eſt per ſe nota, vt omne animal rationale eſt diſciplinabile, ſi illa ſit prima paſſio, qꝛ illa ineſt ſubiecto nō per aliud medium.
Propō demonſtrabilis. Probatur, propoſitio per ſe nota ſecundum ſe opponitur propoſitioni demonſtrabili: itaq; idem eſt per ſe nota, ⁊ indemonſtrabilis, ⁊ idem eſt demonſtrabilis et non per ſe nota: ſed propoſitio in qua prima paſſio prędicatur de definitione eſt indemonſtrabilis: quia cū prędicatum per ſe primo ineſt ſubiecto, caret medio per quod demōſtretur: ergo eſt per ſe nota. Sed homo eſt diſciplinabilis, nō eſt per ſe nota: qꝛ licet prima paſſio immediate inſit definitioni, tamen definito nō ineſt immediate: ſed ineſt per definitionē quę eſt mediū per qđ paſſio demōſtratur de definito. Unde neq; illa in qua ſecunda vel tertia paſſio prędicat̄ de definitione eſt per ſe nota: qꝛ eſt demōſtrabilis ꝑ primā paſſionē. In ſumma, tantū valet propoſitio ꝑ ſe nota, quantū, non per aliud mediū nota, quod eſt dicere, immediata. Unde propoſitiones negatiuę in quibus vnum generaliſſimū negatur de alio, vt ſubſtantia non eſt qualitas, cenſerentur ab Ariſto. ſm̄ ſe per ſe notę. ¶ Contra hanc doctrinam S. Thomę potiſſima argumenta Scoti ſunt hęc: Iſta propoſitio, omnis homo eſt rationalis, eſt ex natura ſua a priori demonſtrabilis: ergo non eſt per ſe nota. Conſequētia patet: quia per ſe notū idem quod, non per aliud notum: et antecedens probatur: quia demonſtratur per definitionem, ſcilicet omne animal rationale eſt rationale ⁊c. ¶ Et ſecundo arguitur. Si illa,
Contra. omnis homo eſt rationalis, eſt per ſe nota ſecundū ſe, propterea quod cognita quidditate ſubiecti ⁊ prędicati ſtatim eſſet nota, eadem ratione hęc, omnis homo eſt diſciplinabilis, eſt per ſe nota: nam cognita quidditate ſubiecti ſtatim eſt euidens: conſequēs eſt falſum: quia illa eſt demonſtrabilis per definitionem ſubiecti: ergo definitio propoſitionis per ſe notę eſt nulla. ¶ Et tertio pro claritate materię arguitur. Illa propoſitio, omne animal rationale eſt diſciplinabile, eſt per ſe nota, vt dictum eſt: ⁊ hęc omnis homo eſt diſciplinabilis, non eſt per ſe nota: ⁊ ſolum differunt penes hoc, ꝙ ſubiectum vnius eſt definitio ⁊ ſubiectum alterius eſt definitū, licet res ſignificata ſit eadem: ergo alius terminus eſt definitio et alius definitū (alias demonſtratio non conſtaret niſi ex duobus terminis: qꝛ mediū non differret a minori extremitate) ⁊ per ꝯn̄s ad illos reſpiciendū eſt ad propoſitionem eſſe per ſe notam. Atq; adeo bene dicit Scotus, ꝙ prima propoſitio eſt per ſe nota: quia ex propriis terminis fit nota, ⁊ ſecunda non, qꝛ ex alienis fit nota. ¶ Sed pro ſolutione iſtorum notandum eſt, ꝙ in demonſtratione, ſi ad res ſignificatas reſpiciamus, non ſunt niſi duo termini. ſ. ſubiectum ⁊ paſſio: ſed ſubiectū ipſum diſtincte ſignificatū per definitionem eſt medium ad demonſtrandum paſſionem de eodem ſubiecto cōfuſe ſignificato per definitum. Ob idq; in definitione non ſunt tres termini ſcd̄m res ſignificatas, ſed ſm̄ cognitionē ⁊ apprehēſionem noſtram. ¶ Unde ad primum argumentū negatur hanc propoſitionem, omnis homo eſt rationalis, eſſe ex natura ſua ſcd̄m rem demōſtrabilem: imo eſt per ſe nota: quia ſm̄ rem eſt eadem cum illa, om̄e animal rationale eſt rationale: ſed reſpectu noſtri eſt demonſtrabilis. Et hoc eſt quod dicit S. Thom. quod eſt ſecundum ſe per ſe nota, ſed nō quo ad nos: quia nos non diſtincte cognoſcimus quidditatem ſubiecti, niſi per definitionem, per quam illa eſt nobis demonſtrabilis. ¶ Et eodem modo reſpondetur ad ſecundum, concedimus enim eadem ratione, oīs homo eſt diſciplinabilis, eſſe per ſe notā ſcd̄m ſe: ſed demōſtratur reſpectu noſtri per definitionem. ¶ Unde ad tertium argumentum reſpondetur, ꝙ tam ꝑ ſe nota eſt hęc ſecundū ſe, omnis homo diſciplinabilis, ꝙ̄ hęc, omne animal rationale eſt diſciplinabile, ſed reſpectu noſtri illa demonſtratur per hanc. Nec ſecundū ſe differunt: quia eadem eſt res ſignificata per ſubiectū vtriuſq;: ſed differunt, ſm̄ cognitionē ⁊ apprehenſionem noſtrā. ¶ Et confirmantur ſolutiones iſtę: nam in angelo qui non indiget complexa cognitione, ſed ſimplici notitia diſtinctiſſimē cognoſcit res: eadem propoſitio eſt, homo eſt diſciplinabilis, ⁊ animal rationale eſt diſciplinabile, et ſine aliqua demonſtratione eſt ei per ſe nota. ¶ Unde ad nonum argumentū principale reſpondetur, ꝙ cum ait Ad.9.
Ariſto. propoſitionem per ſe notam cognoſci inquātum terminos cognoſcimus, nec intelligit de notitiis intuitiuis nec abſtractiuis: ſed de rebus ſignificatis quas vocat terminos, vt expoſitum eſt. ¶ Ad Ad.10.
decimum argumentum reſpondetur, ꝙ mens Ariſt. non eſt negare in vniuerſum demonſtrationem circularē: ſed negare demōſtrationē circularē in eodē genere demonſtrationis, ⁊ eodem genere cauſę. Unde in ſyllogiſmis dialecticis nihil prohibet cōtingere circulū, vt Ariſt. cōcedit in tex. 6. ⁊ nos ibi expoſuimus qn̄ ex concluſione ⁊ vna pręmiſſarum ſequitur altera: hmōi enim ſyllogiſmus ſecundus, nō eſt neceſſe vt ſit demōſtratio, puta ꝙ pręmiſſę ſint verę cauſę cōcluſionis: ſed ſolū ſequitur cōditionaliter, ꝙ ſi ſequitur, omne.a.eſt.b, omne.c.eſt.a, ergo omne.c. eſt.b: conſequenter etiam ſubſequitur, omne.c. eſt b, omne.a.eſt.c. (quę eſt conuerſa minoris) ergo om̄e a.eſt.b. ¶ Secundo ſequitur, ꝙ non inconuenit demonſtrare propter quid eclipſim lunę hoc modo: Quando terra interponitur inter ſolē ⁊ lunā, luna eclipſatur: ſed qn̄ ſol eſt in tali puncto cœli, et luna in tali tunc terra interponitur: ergo quando ſunt in talibus punctis luna eclipſatur. Et econuerſo. Quotieſcunq; luna eclipſatur terra interponitur: ſed ſole ⁊ luna exiſtētibus in tali aſpectu luna eclipſatur: ergo quādo ſunt in tali aſpectu terra interponitur. Hoc inquā non eſt inconueniens: qꝛ in prima conſequentia antecedens importat cauſam realem conſequentis quo ad eſſe: ⁊ in ſecūda, antecedēs ſolū eſt ſignum per qđ cognoſcimus ꝯn̄s. ¶ Neq; inconuenit, ꝙ cauſa finalis demonſtretur per efficientē hoc modo, quicūq; deambulat poſt cœnā, acquirit aut conſeruat ſanitatē: hic deambulat poſt cœnam: ergo. et econuerſo. Quicūq; ſeruat ſanitatē deambulat poſt cœnam: hic conſeruat ſanitatē: ergo. ¶ Sed hoc eſt quod Ariſt. prętendit. ſ. ꝙ in eodem genere cauſę: ſicut repugnat ꝙ.a. ſit cauſa.b. et.b. cauſa.a. ita repugnat ꝙ.a. demonſtretur per.b. et.b. per.a. Et ideo ad vltimam replicā quę directe militat contra hoc, reſpondetur primo, ꝙ vapor non eſt adęquata cauſa materialis ex qua generatur pluuia, quia poteſt etiam generari ex aere condenſato. Nec pluuia eſt cauſa totalis generationis vaporis: quippe quum poſſit etiam vapor generari ex aere condēſato in cauernis terrę. Et ſecundo reſpondetur, ꝙ vapor non eſt materia eiuſdē pluuię, ex qua idem vapor genitus

tus eſt: ſed vapor.a.generat.b.pluuiam, et.b.pluuia generat vaporem.c, ⁊.c.vapor pluuiam.d.⁊c. Ob idq; nihil prohibet quo minus per vaporē tanquā per ſignum demonſtretur futura pluuia, ⁊ per pluuiam demonſtretur futurus alius vapor.

## Quid de omni, modi per ſe, & quid vniuerſale. Cap.IIII.

Text. vij. CVM autem fieri nequeat, vt id cuius eſt abſolutè ſcientia aliter ſeſe habeat, id neceſſariū eſt profectò quodcunque ſciri demonſtratiua ſcientia poteſt: ea verò demonſtratiua ſcientia eſt, quā demonſtrationē habendo habemus: ergo demonſtratio ex neceſſariis ratiocinatio eſt.

Textus. viij. ¶Sumendum eſt igitur, ex quibus qualibúſve demonſtrationes conficiuntur. Atque primò, quid de omni, quid per ſe, quid vniuerſaliter dicimus, determinemus. Id itaque de omni dicimus, quod non cuidam ineſt, cuidam non ineſt: neq; quod interdum competit, interdum non competit: vt ſi animal omni de homine dicitur, ſi verum eſt hunc dicere hominem, verum eſt eum & animal dicere: ac ſi nunc verum eſt alterum dicere, verum eſt & alterum dicere: & ſi in omni linea punctum ineſt, ſimiliter. Atq; huius ſignum eſt, id quod facimus. Hoc enim pacto inficiationes afferre, cùm de omni interrogamur, ſolemus, ſi aut de aliquo non dicatur, aut ſi interdùm non inſit.

Textus. ix. ¶Per ſe autem, in ratione quid eſt dicente, ea quæ ſunt dicimus: vt triangulo linea, & lineæ punctum ineſt: ex his enim ipſorum ſubſtantia conſtat, & hæc in ratione quid eſt dicente, inſunt. ¶Et item ea quorum in ratione quæ quid eſt patefacit, ea ipſa ſunt, quibus inſunt: quo pacto lineæ quidem rectum & curuum ineſt, numero verò par atq; impar, primum atque compoſitum: figuræ denique laterum æqualium, ac altera



parte longius. Atque in horum quidem definitione numerus, in illorum



autem linea ineſt. Quæ igitur aut illo aut hoc inſunt modo, per ſe cuique competere dico: quæ verò neutro modo competunt accidentia, qualiter animali muſicum, aut album competit. ¶Prætereà id per ſe dicimus, quod non de ſubiecto alio dicitur vllo: ambulare enim cùm aliquid aliud ſit, quàm quod ambulans eſt: & item album: at ſubſtantia & quæcunque hoc aliquid ſignificant, cùm non ſit aliud quicquam, id ſunt quod ſunt. Ea igitur quę de ſubiecto non dicuntur per ſe, ea verò quæ de ſubiecto dicuntur accidentia voco. ¶Inſuper alio modo, id quidem quod vnicuique per ſe competit, per ſe dicimus: id autem quod hanc conditionem egreditur, accidens: veluti ſi ambulante quopiam coruſcauerit, id accidens dicimus: non enim ob id ipſum coruſcauit, quia ambulauerit, ſed id dicimus accidiſſe: at cùm iugularetur quiſpiam, mortem obierit, iugulationémve, id per ſe dicimus: ob id ipſum enim quia iugulabatur mortuus eſt, ſed non accidit eum cùm iugularetur mortem oppetiiſſe.

Textus. x. ¶Quæ igitur in hiſce quæ ſub ſciētiam ſimpliciter cadunt, per ſe dicuntur, vel eo pacto vt ſint in prædicatis ſubiecta vel eo rurſus vt ipſa ſint in ſubiectis, & per ſe & neceſſariò ſunt. Nam fieri non poteſt, vt non competant aut ſimpliciter hæc, aut eorum oppoſita: veluti lineæ rectum aut obliquum, & numero par aut impar. Eſt enim contrarium, aut priuatio, aut contradictio genere in eodem, ceu par eſt id, qd' eſt non impar in numeris, vbi ſequitur. Quare neceſſe eſt affirmare aut negare eſt, neceſſe eſt & ea quæ per ſe inſunt cōpetere. Id igitur quod de omni, & id quod per ſe dicimus, hoc ſit modo determinatum.

Textus. xj. ¶Vniuerſaliter autem id competere dico, quod de omni dicitur & per ſe, atque hoc planè quo ipſum eſt. Patet igitur ea neceſſariò rebus ineſſe, quę ipſis vniuerſaliter cōpetunt. Atq; per ſe & hoc quo ipſum eſt eadem eſſe dico veluti lineæ per ſe punctum ineſt, rectúmve, ea nanq; ratione qua linea eſt, & triāgulo quo triangulus eſt recti duo: per ſe enī triāgulus tres duobus rectis æquos. Tunc autē quippiā vniuerſaliter ineſt, cùm de quouis & primò oſtenditur: velut æquales duobus rectis habere, non vniuerſaliter figuræ ineſt, de figura licèt duob⁹ rectis angulos æquos habere liceat oſtēdere: at non de quauis figura, nec oſtendēs figura quauis vtitur: quadratū enim eſt quidē figura, non tamē tres duobus rectis æquos habet. Is etiam triangulus qui duorum æqualium laterum eſt, omnis quidē duobus rectis tres æquos habet, at non primus: triangulus enim prior. Qui igitur primus his duobus re



ctis æquos habere vel quoduis aliud demonſtratur, ei primò vniuerſaliter id cōpetit, & demonſtratio per ſe eius vniuerſaliter eſt: cæterorum verò quodam modo, non per ſe, nec eius vniuerſaliter eſt, qui duorum eſt æqualium laterum, ſed ſuperat, & ad plura ſeſe extendit.

Hæc



HAec eſt tertia pars principalis primi libri: ī qua poſtquā in.1.cap. conſtitutum eſt demōſtrationem eſſe neceſſariam, et in duobus ſequentibus definitum eſt, quid eſt ſcientia ⁊ quid demonſtratio: explicatur modo ex qualibus pręmiſſis conficiatur demonſtratio. Ut prima quęſtio fuerit, an demonſtratio ſit: ſecūda, quid ſit: ⁊ tertia qualis ſit. Quę quidem pars protenditur, vt ſupra diximus, per octo capita vſque ad vndecimum. Habetque tria membra. In primis enim duobus capitulis exponitur tres termini quorum notitia neceſſaria eſt ad ſubſequētia, ſcilicet quid ſit dici de omni, ⁊ per ſe, ⁊ vniuerſaliter. In quatuor ſubſequentibus explicatur ex quibus propoſitionibus conſtituatur demonſtratio: ⁊ in duobus vltimis concluditur duplicem eſſe demōſtrationem. ſ. propter quid, ⁊ quia, atq; adeo primā figuram eſſe demonſtrationi aptiſſimam. Caput hoc quartum (quod totius eſt artis poſterioriſticę baſis ac fundamentū: atq; adeo in quo tantiſper inmorandum nobis eſt) ſm diuiſionem

Text.7. Conmentatoris continet textus quinq;. ¶In primo, qui eſt ſeptimus in ordine, pręmittit Ariſto. hanc concluſionem, quam fere in hac tertia parte intendit explicare ⁊ probare. Demonſtratio eſt ratiocinatio ſeu ſyllogiſmus procedens ex neceſſariis. Hanc concluſionē ex ſupradictis ita concludit: Cum fieri nequeat, vt id aliter ſe habeat cuius eſt abſolute ſcientia, ſit vt id quod ſcitur demonſtratiua ſcientia, ſit neceſſarium. Antecedens ſupponitur ex.2.cap. et conſequentia eſt nota, quia idem eſt, neceſſarium, et quod non poteſt aliter ſe habere. Addit in concluſione, qd ſcitur demonſtratiua ſcientia, ad explicandū quod dixerat in antecedēti, abſolute ſcientia, oīs enī ſciētia ſimpliciter eſt demōſtratiua. Rurſus: Quicquid ſcitur demonſtratiua ſcientia eſt neceſſariū: ⁊ demonſtratiua ſcientia eſt illa quam habemus demonſtrationē habendo.i. quam acquirimus ſolum per demonſtrationem, vt cap.2. dictum eſt, ergo omnis demonſtratio procedit ex neceſſariis. Conſequentia eſt nota: quia cōcluſio neceſſaria non concluditur, tanquam ex propriis cauſis, niſi ex propoſitionib⁹ neceſſariis. Dixerim, tanq̄ ex ꝓpriis cauſis, q2 neceſſariū bene pōt ſyllogizari ex contingentibus ⁊ ex falſis: ſequitur nāq;, Oīe animal eſt non vidēs, talpa eſt animal, ergo talpa eſt non videns: tñ maior illa, etiā ſi in aliquo caſu eſſet vera, nō eſt cauſa concluſionis: nam quāuis eſſet falſa, nihilominus

Text.8. concluſio eſſet vera. ¶In tex.8. [Sumendum eſt igitur] explicatur quid ſit dici de omni. Ubi adnotandum eſt primo, ꝙ cum in hac tertia parte intendat Ariſtote. docere demonſtrationem procedere ex neceſſariis, vult primo docere neceſſitatem propoſitionis in his tribus conſiſtere. ſ. ſi pręedicatum reſpectu ſubiecti dicatur de omni, per ſe, ⁊ vniuerſaliter. ¶Secundo notandū eſt, ꝙ duplex eſt dici de omni. ſ.

Dici de oī prioriſticū ⁊ poſterio. prioriſticū ⁊ poſterioriſticū. Dici de omni prioriſticum eſt pręedicatū ita affirmari de ſubiecto, vt nihil ſit ſumere ſub illo de quo non affirmet pręedicatū, ſiue talis p̄dicatio contingens fuerit, ſiue neceſſaria. Non dixerim, Dici de omni eſt ꝓpoſitio vniuerſalis affirmatiua, vt aliqui dicunt: q2 propoſitio non eſt id quod dicitur de omni: ſed in illa pręedicatum dicitur de omni. Ut pręedicatum huius, omnis homo vigilat dicitur de omni. Et dicitur prioriſticum, quia ad negotium libri Priorum, vbi ſolū agit de forma ſyllogiſmi, ſatis eſt ꝙ pręmiſſę regulent per dici de omni hoc modo: aut per dici de nullo, ſi fuerit ſyllogiſmus negatiuus.i. ꝙ maior extremitas pręedicetur de medio in propoſitione ſimpliciter affirmatiua vel ſimpliciter negatiua, vt.5.libr. Summu. expoſitum eſt. Hic vero, vbi agitur de materia pręmiſſarum ex quibus conſtat demonſtratio, aliter conſideratur, dici de omni, quod appellatur poſterioriſticū. Eſt nanq; pręedicari de omni ſuppoſito ſeu indiuiduo ſubiecti pro quolibet tēpore, vt oīe animal rationale eſt riſibile, omnis hō eſt animal rationale. Et hoc eſt quod ait Ariſt. Quod non cuidā ineſt, cuidam non ineſt: nec interdū cōpetit, interdū non competit. Ut ſi animal dicitur de omni hoīe, de quocunq; verū eſt dicere ꝙ eſt hō, verū eſt etiā ꝙ eſt animal: ⁊ quocūq; tēpore verum eſt, ꝙ eſt homo. verum eſt etiā ꝙ eſt animal. At cum ait, in omni linea ineſt punctū (.i. de oī linea pręedicatur pūctum) non intelligas in recto. ſ. ꝙ omnis linea eſt punctum, ſed in obliquo. ſ. omnis linea continuatur ⁊ terminatur punctis. Et ideo de quocunq; vere dicitur, ꝙ eſt linea ⁊ in quocunq; tēpore id dicitur, vere etiā dicit quod cōtinuatur per puncta. Itaq; vniuerſalitas ſuppoſitorū, vt notauit Albertus, requiritur propter formam ſyllogiſmi: vniuerſalitas vero tēporis, propter neceſſitatem materię demōſtrationis. ¶Cum audis, pro quolibet indiuiduo ⁊ tēpore, intelligito affirmatiue ſi ſubiectū habet indiuidua ⁊ eſt in tempore: alias intelligitur proportionabiliter negatiue.i. ꝙ nullum ſit indiuiduum ſubiecti, aut tempus pro quo pręedicatum nō cōpetat: quia in Deo non ſunt plura indiuidua nec tempus, ⁊ tñ hę cenſentur de omni, Deus eſt purus actus, ⁊ ſimiles: q2 in ęternitate ſunt verę. ¶Ex quo

1. corollar. ſequitur primo, ꝙ non conuertuntur, dici de omni, ⁊ propō vniuerſalis. Primo: quia dici de omni, vt dictum eſt, non eſt conditio propoſitionis, ſed pręedicati. Secundo: q2 in vniuerſali falſa pręedicatum nō dicitur de omni: poſtquā nō vere dicitur de ſubiecto, licet denotetur dici. Qd ſufficit vt ſit apta pręmiſſa in ſyllo. dialectico. Et tertio, q2 propoſitio in qua pręedicatum dicitur de omni poſterioriſtice, nō indiget vt ſit formaliter vniuerſalis: q2 in illis indefinita ęquiualet vniuerſali: tam de omni enī eſt poſterioriſtice, homo eſt animal, q̄ omnis homo eſt animal, quinimo gratia doctrinę indefinitis nobis vtendū eſt in demonſtrationibus pro vniuerſalibus. ¶Secundo ſequitur, ꝙ dici de omni prioriſticum eſt ſuperius ad poſterioriſticum. Omne.n. poſterioriſticū eſt prioriſticū: ⁊ non conuerſo. Nec definiuit hic dici de nullo ſicut in prioribus: q2 loquitur de demōſtratione potiſſima qualis eſt affirmatiua. Pōt tñ proportionabiliter definiri dici de nullo. Eſt.n. pręedicatum negari de ſubiecto pro quolibet eius ſuppoſito ⁊ quolibet tēpore, vt nulla ſubſtantia eſt qualitas, nullus hō eſt equus. ¶Probat Ariſt. ſuā definitionē a ſigno dicens, ꝙ ſignū huius videlicet ꝙ tale ſit, dici de omni, inde ſumitur, ꝙ hoc pacto ſolem⁹ Tex.9. afferre inficiationes, id eſt negationes ſeu inſtātias, interrogati an tale pręedicatum dicatur de omni. Exempli gratia. Interrogati an in his propoſitionibus, oīs figura habet tres angulos ęquales duobus rectis, oīs hō vigilat, caſu ꝙ ſit vera, p̄dicatum dicatur de omni: vtrūq; negamus, q2 in prima nō dicitur dī quolibet ſuppoſito ſubiecti: ⁊ in altera, non dicitur pro quolibet tempore. ¶In tex.9. [per ſe autem dicimus] explicat Ariſt. ſecundā particulam. ſ. quid ſit pręedicatum per ſe ineſſe ſubiecto. Ubi notādum eſt primo, quod quāuis propoſitio ipſa dicatur propoſitio per ſe et per accidens, nihilominus non pōt explicari quę propoſitio ſit per ſe aut per accidens, niſi per ordinē ad res ſignificatas. Intelligi enim nequit qño pręedicatum vocale aut mentale, per ſe aut per accidens conueniat ſubiecto, niſi quia res

 ſignifi-

ſignificata, per ſe ⁊ non per aliā cauſam aut ꝑ aliud accidens conuenit ſubiecto. Et hoc oſtendit, ꝙ non ſolum voces pꝛedicantur ſed res ipſe, vt in pꝛologo

**Quatuoꝛ modi ꝑ ſe.** pꝛedicamentoꝛū late diſcuſſimus. ¶ Secundo notandum eſt, ꝙ Ariſt. ponit quatuoꝛ modos dicendi per ſe, in quatuoꝛ particulis textus (de quib⁹ etiam meminit. 5. meta. tex. 23.) Qui quidem modi hac ratione diſtinguuntur. Hec pꝛepoſitio, per, apud philoſophos dicit oīa quatuoꝛ genera cauſarum: quarū due ſunt intrinſece. ſ. formalis ⁊ materialis: ⁊ totidē extrinſece. ſ. efficiens ⁊ finalis. ¶ Pꝛimus ergo ⁊ digniſſimus modus eſt vbi ly, per, dicit cauſam formalē: ⁊ quia forma intrinſeca rei eſt eius definitio, fit, vt illa pꝛopoſitio ſit in pꝛimo modo dicendi per ſe, cuius pꝛedicatum eſt de intrinſeca ratione, id eſt definitione ſubiecti: puta definitio aut pars ei⁹, vt homo eſt animal, homo eſt rationalis, homo eſt animal rationale. Non dixerim, ꝙ pꝛimus modus dicendi per ſe ſit pꝛopoſitio, vt quidā dicunt: qꝛ cum ꝓpō nō dicatur. i. pꝛedicet̃, ſed pꝛedicatū dicatur de ſubiecto, illa eſt impꝛopꝛia locutio: ⁊ magis pꝛopꝛie dicit̃ ꝙ pꝛopoſitio eſt in tali modo dicendi per ſe. Pergit vt ſolet exēpla ponere in mathematicis: triāgulo inquit ineſt linea ⁊ linee punctū. Ineſſe nanq̧ apud Ariſt. idē eſt, qđ pꝛedicari: non tñ intelligit ꝙ linea pꝛedicetur de triangulo in recto ſed in obliquo, quemadmodū ponitur in eius definitione. Eſt. n. triāgulus figura tribus rectis lineis contēta: ⁊ linea eſt longitudo ſine latitudine ⁊ ꝓfunditate cui⁹ partes punctis continuantur ⁊ terminantur. Et ideo dicit, ꝙ ſubſtantia. i. definitio linee conſtat ex punctis, quanuis punctum non ſit pars linee vt diximus in capi.

**Scđus modus per ſe.** de quantitate. ¶ In ſecunda particula textus [Et item] ſubditur ſecundus modus. Unde in ſecūdo modo dicēdi per ſe eſt illa pꝛopoſitio, cuius ſubiectum eſt in definitione pꝛedicati, vt homo eſt riſibilis, et omnis in qua pꝛopꝛia paſſio pꝛedicatur de ſubiecto. Accidens enim pꝛopꝛiū definitur per eius ſubm̄, vt riſibilitas eſt hominis aptitudo ad ridendū. Et hoc eſt quod ait: Ea (ſcilicet pꝛedicata) dicuntur ſecundo modo per ſe, in quoꝛū ratione q̄ quid eſt pateſaciat (. i. in definitione quidditatiua) ſunt ipſa, ſcilicet ſubiecta, quib⁹ inſunt talia p̄dicata. Subiungit exēpla mathematica, vt linee rectum ⁊ curuū ineſt, numero vero, par atq̧ impar. Sunt enim paſſiones linee rectum ⁊ curuum: ⁊ paſſiones numeri par ⁊ impar, ⁊ ſimplex ⁊ cōpoſitū. Et ideo ſubdit Ariſt. ꝙ in definitione hoꝛū. ſ. par, impar, ſimplex, ⁊ compoſitū, ponitur numerus. Eſt eñ par, numerus in duos equales numeros partibilis: ⁊ impar eſt numerus qui in duos equales diuidi non poteſt. Numerus vero ſim

**Numerus par, impar ſimplex, cōpoſitus.** plex, vt queſtione pꝛima de quantitate dicebamus, eſt ille qui nullo alio numero menſuratur, ſed ſola vnitate, vt binarius ternarius ⁊c. numerus vero cōpoſitus eſt qui alio numero menſuratur, vt nouenarius, qui cōſtat ex ter tribus, quaſi ex tribus lateribus equalibus: ⁊ ſexdenarius, qui conſtat ex quater quatuoꝛ. In definitione autē illoꝛū. ſ. recti ⁊ curui ponitur linea. Rectū enim eſt linea cuius mediū non exit ab extremis: ⁊ curuum, eſt linea cuius medium exit ab extremis. Quocirca huiuſmodi pꝛopoſitiones, linea eſt recta, vel curua, numerus eſt par ⁊c. ſunt in ſecundo modo dicendi per ſe. In vltimo exemplo trāſfert Boetius tanquam paſſiones figure, equilaterum, iſoſceles, ſcalenon, que verba nec ſunt in codice Greco, nec punctim expꝛimunt mentem Ariſt. Grece enim non eſt niſi, iſopleuron, id eſt equilaterum: que eſt paſſio non ſolius trianguli, ſed oīs figure recti linee: et heteromeces, id eſt altera parte longius, que eſt paſſio q̄drati potius ꝙ̄ trianguli. Et ideo nos poſuimus exempla in quadratis. Imo vero et numeri ipſi poſſunt eſſe equilateri, vt nouenarius eſt triangulus equilaterus: et ſexdenarius, quadratus equilaterus. Sed de ſpecieb⁹ trianguli in capite ſequenti. ¶ Ut ergo ad rem reuertamur quantū ex artificio Ariſt. conijcio in iſto ſecundo modo, ly per, dicit cauſam materialem que etiam eſt intrinſeca: ſubiectū. n. tanq̄ʒ cauſa materialis in qua recipitur paſſio intrat eius definitionem, vt patet cū dicimus, aquilitas eſt naſi curuitas. Ubi curuitas q̄ eſt genus contrahitur per naſum, tanquam per differentiam in genere cauſe materialis, ad eſſe aquilitatis. ¶ Subiungit Ariſt. quod ea pꝛedicata que neutro iſtoꝛū modoꝛum ſe habēt. ſ. ꝙ nec pꝛedicatum eſt de ratione ſubiecti, nec ſubiectum de ratione pꝛedicati, cōueniunt ſubiecto per accidens, vt animali muſicū aut albū cōpetit. Neq̧ enim albū eſt de definitione animalis, neq̧ animal de definitione albi. ¶ Hinc patet ratio nominis per ſe, pꝛedicatum eñ dicitur ineſſe per ſe ſubiecto: qꝛ non ineſt per accidens vt in ſubſequētibus perſpicatius eluceſcet.

¶ In tertia particula textus [Pꝛeterea id ꝑ ſe] ſubſequit̃ tertius modus. Unde per ſe tertio modo tm̄ **Tertius modus.** ſonat, quantū ſolitarie. Ut tm̄ valeat, quantum res que ſuapte natura per ſe exiſtit. i. non in alio. Ubi ꝑ ſe ſolum excludit concomitantiā ſubiecti. Quemadmodum Socrates ⁊ quecū q̧ ſubſtantia dicitur ens per ſe: accidens vero, vt ambulare, ⁊ albedo, ens in alio. Et hoc inſinuant exempla Ariſt. vbi ait: Ambulare eñ cū aliud ſit ꝙ̄ qđ ambulans eſt: ⁊ itē album, ſcilicet pꝛo foꝛmali vt albedo, aliud etiam ſit ꝙ̄ res q̄ eſt alba, ſupple, non ſunt per ſe, ſed entia in alio: ſubſtantia vero. i. vniuerſalia pꝛedicamenti ſubſtantie ⁊ quecunq̧ hoc aliquid ſignificāt. i. indiuidue ſubſtātie, id ſunt quod ſunt. i. entia ſunt per ſe. Unde cum dicit ea eſſe per ſe que de ſubiecto nullo dicuntur, non excludit, dici de ſubiecto, tanquā vniuerſale de ſuo inferioꝛi, ſed tanq̄ʒ accidens de ſubiecto: nā vniuerſalia ſubſtantie ſunt entia per ſe: licet quidditatiue dicātur de ſuis inferioꝛibus. ¶ Colligitur hinc q̄ʒ ſit lata differentia inter tertium modum ⁊ duos pꝛecedentes: nā duo pꝛioꝛes ſunt modi cōplexoꝛum: tertius vero eſt modus incōplexoꝛū. Quod eſt dicere: Duo pꝛioꝛes ſunt modi pꝛedicādi. ſ. quibus pꝛedicata in ꝓpoſitione dicunt̃ de ſubiecto: ſed tertius modus potius eſt modus eſſendi rerū q̄ʒ pꝛedicādi. Petrus. n. ſine oꝛdine ad pꝛopoſitionē dicitur ens per ſe: ⁊ albū, ens per accidens. ¶ In quarta parti **Quartus modus.** cula textus [Inſuꝑ alio modo] ſubſequitur tandem quartus modus ꝑ ſe. Unde in quarto mō dicēdi per ſe eſt pꝛopoſitio in qua pꝛedicat̃ effectus de ſua pꝛopꝛia cauſa, vt iugulatus interiit. Iugulatio eñ ꝑ ſe eſt cauſa moꝛtis. Et iſte modus opponitur effectui per accidens. i. qui foꝛte contingit cauſe non per ſe intēdenti talē effectū, vt cū me ambulante coꝛuſcat: ambulatio enim non eſt per ſe cauſa coꝛuſcationis. Aut ſi dicas, edificatoꝛ theſaurū inuenit, ſed edificatoꝛ edificat, eſt per ſe. Pꝛimi ergo duo modi ſunt ꝑ ſe pꝛedicādi: terti⁹ vero, per ſe eſſendi: ⁊ quart⁹, per ſe cauſandi. ¶ Sed eſt notandum, ꝙ nihil vetat ſcđm ⁊ quartum modū aliq̄ñ coincidere. Subiectū enim per definitionē eſt cauſa paſſionis: ob idq̧, homo eſt riſibilis, que eſt in ſecundo modo, eſt etiam in quarto, vt inſinuat Albertus. Aut, quo verius dicamus, hec eſt in quarto mō, oñe animal rationale eſt riſibi **Tex. 10.** le, cuius ſubiectū expꝛimit cām ꝑ ſe pꝛedicati. ¶ In **Applicatio modoꝛū ꝑ ſe ad demōſtrationem.** textu. 10. [Que igitur in hiſce] applicat Ariſt. modos per ſe ad vſum demonſtrādi. De quo ſunt varie opiniones. Atqui rē p̄mo obſcurā fecit ⁊ variā tranſlatio Boetij quam doctoꝛes ſequuntur: Que ſic habet,



habet, que ergo dicuntur in ſimpliciter ſcibilibus ꝑ ſe ſic ſunt, ſicut ineſſe p̄dicātibus, aut ineſſe pꝛopter ipſa, que verba pꝛeter ꝙ̄ ꝙ vix ſunt intelligibilia, ſenſum Ariſtote. ad verum non referunt. S. Thomas gloſſat hoc mō: In demonſtratione vbi paſſio concluditur de ſubiecto (que cōcluſiones ſunt ſimpliciter ſcibiles) cōcluſio eſt in ſecūdo modo per ſe, ⁊ item in quarto: qꝛ ſubiectū eſt per ſe cauſa paſſionis. Et ita gloſſat, aut ineſſe pꝛopter ipſa. Et per ꝯñs exiſtimat ꝙ in ſimpliciter ſcibilibus ſoli ſecundus, et quartus modus, deſeruiūt demōſtrationi quantū ad cōcluſionē. Themiſti⁹ vero ⁊ Linconienſis cōtra cēſent ſolos duos pꝛimos modos deſeruire demonſtrationi: eo ꝙ ſunt modi pꝛedicādi qui cōſtituūt ꝓpōnes intrinſece neceſſarias: quales requirunt̃ ad demōſtrationē. Albertus ⁊ alij putant oēs modos deſeruire de

**1. Pꝛopō.** mōſtrationi: vt late eſt videre apud Paulū. ¶ At vero ne nos opinionum turba cōfundat, pꝛima ꝓpōſit. In demonſtratione vbi paſſio concluditur de ſubiecto per eius definitionem, conueniunt pꝛimus, ſecundus ⁊ quartus modus dicēdi ꝑ ſe. In hac eñ demōſtratione, oē aīal rōnale eſt diſciplinabile: oīs hō eſt aīal rationale: ergo oīs hō eſt diſciplinabilis, concluſio eſt in ſecundo mō, ⁊ minoꝛ in pꝛimo, ⁊ maioꝛ in quarto: nā definitio ſubiecti eſt ꝓxima ⁊ per ſe cauſa paſſionis. Pꝛopoſitio eſt S. Tho. lec. 13. Et pꝛeterea ambe pꝛemiſſe ſunt etiā per ſe cauſe cōcluſionis, qđ pertinet ad quartū modū. Attamen Ariſ. vt litera Greca ⁊ tranſlatio Argyꝛopyli teſtatur, ſolū fecit mentionē de pꝛimo ⁊ ſecūdo modo, cū ait: Que igit̃ in hiſce que ſub ſcientiam ſimpliciter cadunt (id eſt vbi paſſio per definitionē demōſtrat̃ de ſubiecto) per ſe dicunt̃, vel eo pacto vt ſint in p̄dicatis ſubiecta. i. vt ſubiecta ſint in definitione p̄dicati, qđ contingit in ſecūdo modo in quo eſt cōcluſio, vel eo rurſus vt ipſa (. ſ. p̄dicata) ſint in ſubiectis. i. in definitione ſubiectoꝛum (quod contingit in pꝛimo modo, in quo eſt

**2. Pꝛopō.** minoꝛ) hec inquit ⁊ ꝑ ſe ⁊ neceſſario ſunt. ¶ Secūda pꝛopoſitio. Ubi ſecunda paſſio demonſtrat̃ de ſubiecto per pꝛimā paſſionē, vt omne admiratiuū eſt riſibile, oīs hō eſt admiratiuus, ergo oīs hō eſt riſibilis: cōcluſio ⁊ minoꝛ ſunt in ſecundo modo: maioꝛ xº

**3. Pꝛopō.** in q̄rto. ¶ Tertia pꝛopoſitio. Ubi definitio mālis demōſtratur de definito, per definitionē foꝛmalem aut per finalē, cōcluſio ⁊ minoꝛ ſunt in pꝛimo mō, et maioꝛ eſt in q̄rto. Exēpli gratia. Quicunq̧ vindictā appetit acceſſionē ſanguinis patit̃ circa coꝛ: irat⁹ vindictā appetit: ergo iratus accenſionē patitur circa coꝛ. Cōcluſio ⁊ minoꝛ ſunt in pꝛimo modo: qꝛ in concluſione p̄dicat̃ definitio materialis, ⁊ in minoꝛi definitio foꝛmalis de ſubiecto: ſed maioꝛ eſt in quarto: qꝛ definitio foꝛmalis eſt cauſa foꝛmalis definitionis materialis. Eodē modo ſi dicas, oīs ſyllogiſmus qui facit ſcire cōſtat ex veris, ⁊ notioꝛib⁹ cauſis concluſionis: oīs demonſtratio eſt ſyllogiſmus faciens ſcire: ergo oīs demonſtratio cōſtat ex veris ⁊c. vbi demōſtratur definitio materialis per finalē. ¶ Hic adnotato, ꝙ quartus modus perſeitatis non ſolū conſtituit̃ in cauſis efficientibus: ſed etiā in cauſis finalibus ⁊ foꝛmalib⁹, vt patet in maioꝛibus harū demōſtrationum. Imo etiam in cauſis materialibus: hec enim eſt per ſe quarto modo, edificiū conſtructū ex parietib⁹ ⁊ tecto eſt pulchꝛū, vbi ſubm̄ eſt cauſa materialis p̄dicati. ¶ Tertius vero modus dicēdi ꝑ ſe (fateoꝛ) non video q̄uo ſeruiat demōſtrationi: cū non ſit modus pꝛedicandi, ſed eſſendi rerū, vt incōplexe ſignificantur, At potius eſt vt numerarētur oēs modi per ſe. Uel foꝛte ad denotandū, ꝙ omnes demonſtrationes q̄ fiunt in alijs nouem pꝛedicamētis, que ſunt entia in alio, reducuntur aut quodammodo ſuſtinentur in rebus pꝛedicamēti ſubſtantie, tanꝙ̄ in pꝛimis ſubiectis que ſunt per ſe tertio modo. ¶ Pꝛobat conſequēter Ariſt. ꝙ hmōi pꝛopoſitiones per ſe ſunt neceſſarie. Ubi notandū eſt, quod ꝓpꝛia paſſio **Pꝛopꝛia paſſio duplex.** aut eſt ſimplex accidens quod cōuertitur cum ſubiecto, vt riſibile cum homine. Et de iſtis non eſt dubiū quin faciant pꝛopoſitiones neceſſarias. Attamē eſt alia paſſio que ipſa ſimplex non conuertitur cū ſubiecto, ſed diſiunctum ex illa ⁊ ſuo oppoſito aut ſuis oppoſitis, vt rectū non cōuertitur cum linea, ſed rectum vel curuū, nec par conuertitur cū numero, ſed par vel impar. Et pꝛobat, ꝙ iſte in quib⁹ totū diſiunctū pꝛedicat̃ ſint neceſſarie, vt omnis numerus eſt par vel impar. Ait. n. ꝙ hec oīa habēt ſe tanꝙ̄ cōtraria, aut pꝛiuatiue oppoſita, aut contradictoꝛia in eodem genere. Quod eſt dicere: Quāuis de aliquo ente puta de albedine neget̃ vtrunq̧. ſ. rectū ⁊ curuū ⁊ par vel impar, quia non ſunt paſſiones qualitatis, tñ indeterminato genere. ſ. quātitatis negari nō poteſt vtrunq̧, vt puta in linea vel in numero. Curuū eñ idē eſt quod nō rectū in linea. i. linea nō recta: et par, idem eſt qđ non impar in numero, vbi ſequitur . i. vbi ex hoc qđ non ſit impar ſequit̃ eſſe parem. Et hoc eſt qđ dicit ꝙ opponunt̃ ſicut contradictio, aut pꝛiuatio in eodē gn̄e. Sicut egrū idem eſt quod animal non ſanū. Unde oīs linea aut eſt recta aut non eſt recta, quia de quolibet verū eſt idē affirmari aut negari, ſi non eſt recta, cum ſit apta nata eſſe recta, ſequitur ꝙ eſt curua. Et hoc mō pꝛoceditur in alijs diſiūctis. Omnis eñ naſus eſt rectus vel ſimus vel aquilus. Aut. n. eſt rectus aut non eſt rectus: ſi non eſt rectus, aut eſt cauus, ⁊ tunc eſt ſimus: aut nō eſt cauus. Si ergo nec eſt rectus nec cauus, ſequitur ꝙ ſit gibboſus, qđ eſt, aquilus. ¶ In textu. 11. [vniuer **Tex. 11.** ſaliter autem] exponit tertiū terminū pꝛopoſitū in pꝛincipio capituli. ſ. quid ſit vniuerſale, ſeu vniuer **Dici vniuerſaliter.** ſaliter dici. Ad cuius litere intelligentiā notandum eſt hos tres terminos, Dici de omni, ⁊ per ſe, ⁊ vniuerſaliter ſe habere tanꝙ̄ ſuperi⁹ ⁊ inferius. Oē. n. vniuerſale eſt per, ⁊ non conuerſo: atque omne per ſe eſt de oī, ⁊ nō ecōuerſo. Exempli gratia: omne aīal eſt coloꝛatū, omnis cygnus eſt albus, omnis coꝛuus eſt niger, ſunt de omni, etiā poſterioꝛiſtice: qꝛ pꝛedicatū conuenit cuicunq̧ ſuppoſito ſubiecti pꝛo quolibet tēpoꝛe, ſaltē naturaliter: tñ non ſunt ꝑ ſe, qꝛ nigredo nō eſt de intrinſeca ratione coꝛui, nec albedo de intrinſeca ratione cygni. Imo nec ſunt pꝛopꝛie paſſiones vt in pꝛedicabilibus cap. de accidēte oſtendimus. Itē in hac, omnis hō eſt ſenſibilis, pꝛedicatū dicitur de omni, ⁊ per ſe, ſed nō vniuerſaliter. ¶ Ubi notato ſcđo, ꝙ pꝛedicatū dici vniuerſaliter de ſubiecto nō eſt pꝛedicari tanquā vnum ex quinq̧ vniuerſalibus: nec ſufficit vt conueniat cuicunq̧ ſuppoſito ſubiecti: ſed eſt quod cōueniat ſubiecto per ſe p̄mo: At, licet ſenſibile conueniat homini per ſe (qꝛ ſi accipiatur vt differentia cōſtitutiua animalis, eſt in definitione hominis: ⁊ ſi accipiatur tanquā paſſio animalis, eſt mediata paſſio hominis) tamē nō cōuenit homini per ſe pꝛimo. ſ. per hominē, ſed per animal: nā hō inquantū animal eſt ſenſibilis. ¶ Quod ſi arguas hominē ⁊ aīal foꝛmaliter idē eſſe: qꝛ hō foꝛmaliter eſt animal, vt. q. 3. ſuper pꝛolog. Poꝛphy. expoſitum reliquimus. Rn̄detur, ꝙ illa diſtinctio rationis ſufficit vt p̄dicatū qđ conuenit homini rōne ſuperioꝛis, dicat̃ cōuenire per aliud. Itaq̧ conuenire per ſe opponitur huic qđ eſt per accidens (per ſe. n. conuenit qđ eſt de ratione alterius, vel de cuius ratione eſt aliud) ſed, per ſe pꝛimo, opponitur huic qđ eſt, per aliud. Et quo vno verbo dicamus, pꝛedicatum conuenire vniuerſaliter requirit mutuā cōuertentiam:

vt.ſ.tale prędicatum omni ⁊ ſoli ſubiecto cõueniat: aut ſaltẽ ſit proximū genus proprię ſpeciei: vt homo eſt aĩal. ¶ Quo fit vt dici de omni, dicat reſpectū p̄dicati (vt.ſ. de oĩbus dicatur) ⁊ dici per ſe notat reſpectū ad ipſam naturã ſubiecti, vt.ſ. p̄dicatū ſit de definitione ſubiecti aut vice verſa. Sed dici per ſe primo, qđ eſt vniuerſaliter, dicit negationẽ prioris.i. ꝙ conueniat huic non per aliud cui primo conuenit. ¶ Per hęc ergo quę dicta ſunt totus tex.11. ſplẽdet. Ponit.n. primo Ariſt. definitionẽ vniuerſalis prędicati dicens: Vniuerſaliter id cõpetere, qđ de omni dicit̃, ⁊ ꝑ ſe, atq; hoc plane quo ipſum eſt. Qđ Boetius vertit [ſecundum quod ipſum] De omni, ⁊ ꝑ ſe ad excludendum hanc, omnis cygnus eſt albus. Eo quod ipſum.i. inquantum tale, ad excludendū hanc homo eſt ſenſibilis. ¶ Quod ſi arguas. Homo inquantum homo eſt ſenſibilis: ergo homo eo quod eſt ipſe, ⁊ ſecundū quod eſt ipſe, eſt ſenſibilis: nam inquãtū, ⁊ ſecundum quod, idem ſunt. Reſpondetur, ꝙ homo inquantum homo eſt ſenſibilis, eſt ęquiuoca. Si enĩ intelligatur ꝙ ſecundū ſuam totam ⁊ adęquatã naturam eſt ſenſibilis, falſum eſt: quia tunc ſoli homini hoc conueniret. Si autem intelligatur, ꝙ ſm aliquã partẽ ſuę definitionis.i. inquantū eſt animal, eſt ſenſibilis, id cõceditur: ſed hoc non ſufficit vt prędicatum per ſe primo cõueniat ei. Qđ eſt cõuenire ſecundū qđ eſt hõ. Et hoc eſt notandum ne quis decipiat̃ credẽs idẽ eſſe, per ſe, ⁊ eo qđ ipſum, aut ſm qđ eſt ipſum. Quo fit vt neq; ſit idẽ de oĩ ⁊ vniuerſaliter dici. ¶ Infert mox Ariſt. dicẽs, Patet igit̃ ea neceſſario rebꝰ ineſſe, q̃ vniuerſaliter competunt. Ac ſi dixiſſet, Patet ex dictis propõnes illas eſſe ſimpliciter neceſſarias, in quibꝰ prędicata dicunt̃ de omni, ꝑ ſe, ⁊ vniuerſaliter. Ad hoc.n. propoſitū expoſuit hos tres terminos, vt oſtẽderet naturã propõnis neceſſarię in his conſiſtere: quę ad vſum pertinet demonſtrãdi. ¶ Et ſequitur in textu: Atq; per ſe ⁊ hoc quo ipſum eſt (id eſt ſm qđ ipſum, vt vertit Boetius) eadem eſſe dico. Quod gloſſat S.Tho. dicens, idẽ eſſe per ſe ⁊ ſm quod ipſum. De quo a nonnullis reprehenditur. Nam tunc, vt dicunt, nugatio eſſet dicere per ſe, ⁊ ſecundū, ſeu inquãtū ipſum. At vero neſcio cur reprehendit̃ de hoc S. Tho. potius q̃ Ariſtot. qui idem dicit. Senſus ergo eſt: non ꝙ ſint omnino idem ſicut homo ⁊ homo, ſed ſicut ſuperius et inferius: quẽadmodū dicimꝰ, idẽ eſſe hominẽ ⁊ animal, q; eo qđ ipſum addit ſupra, ꝑ ſe. Vnde ſubiũgit Ariſto. veluti lineę ꝑ ſe punctū ineſt, rectūue: ea nãq; ratione qua linea eſt linea, conſtat ex pũctis, qđ pertinet ad primū modū dicendi per ſe, ⁊ eſt recta vel curua: qđ pertinet ad ſecundū modum. Et q; hęc prędicata cõueniunt illi conuertibiliter: fit, vt conueniãt ⁊ per ſe, ⁊ ſecundum qđ ipſum. Et eodẽ modo habere tres angulos ęquales duobꝰ rectis cõuenit triangulo per ſe primo. Subdit tñ ꝙ tunc quippiam vniuerſaliter ineſt.i. ſecundū qđ ipſum, cũ de quocunq; ſuppoſito ſubiecti dicit̃, ⁊ primo conuenit tali ſubiecto. Defectu primi hęc non eſt per ſe: figura habet tres angulos ęquales duobus rectis: q; id non conuenit cuicũq; figurę: puta quadrangulo. Et defectu ſecundę particulę hęc non eſt per ſe, iſoſceles. i. triãgulus duorũ tm̃ laterum ęqualiũ habet tres ⁊c. q; licet conueniat omni, non tñ primo. Sed primo conuenit triangulo, ⁊ per triangulum conuenit iſoſceli: ſicut, ſenſible, primo conuenit animali: et per animal homini. ¶ Cõcludit tandẽ Ariſt. ꝙ demõſtratio ꝓpter quid ⁊ potiſſima debet fieri ex talibꝰ propoſitionibus neceſſariis, quarũ prędicata per ſe primo conueniũt ſubiectis. Quare non debet prius demõſtrari habere tres angulos de iſoſcele, ſed de triangulo.ſ. omnis figura rectilinea trium angulorum habet tres angulos ⁊c. omnis triangulus eſt figura rectilinea ⁊c. ergo. Nam ſi ſubſumas, omnis iſoſceles ⁊c. nec minor nec cõcluſio erit per ſe primo. Eadem autem paſſio demonſtrabitur de iſoſcele per triangulum hoc modo, oĩs triangulus habet tres angulos ⁊c. oĩs iſoſceles eſt triangulus: ergo. Veluti ſi dicas, ꝙ paſſio aĩalis prius debet demonſtrari de aĩali ꝑ ſuã definitionẽ, ⁊ deinde ꝑ aĩal de ſuis ſpeciebus. De figura aũt demõſtrabit̃ habere tres angulos ęquales ⁊c. nõ vniuerſaliter (vt ait Ariſt.) ſed particulariter hoc modo: Oĩs triangulus habet tres angulos ⁊c. quędã figura eſt triangulus, ergo. ¶ Qua luce ſi oculate inſpicias, clareſcit quẽadmodū demonſtratio debet cõſtare ex immediatis.i. ex propoſitionibꝰ in quibꝰ inter p̄dicatū ⁊ ſubm̃ nihil mediet. Idẽ.n. eſt p̄dicatū eſſe immediatū ſubiecti, ⁊ ꝑ ſe primo conuenire illi. Et idẽ eſt ſeruandū in paſſionibus ſecundis, vt.ſ. primo demonſtretur de prima per definitionem ipſius primę paſſionis, et poſtea demonſtretur de ſubiecto per primã paſſionẽ, vt omne animal qđ cognito effectu ignorat cauſam eſt riſibile: omñe aĩal admiratiuū eſt hmõi: ergo omne animal admiratiuum eſt riſibile. Et poſtmodum, omne animal admiratiuum eſt riſibile: omnis homo eſt aĩa admiratiuum: ergo. Minor vero (vtpote in qua prima paſſio prędicatur de ſubiecto) demonſtrabit̃ per definitionẽ ſubiecti. Dicitur admiratio cauſa riſus ad hunc ſenſum, ꝙ riſus non prouenit niſi ex repentino gaudio: et repẽtinum eſt aut cuius cauſam ignoramus, aut quod aliquã affert nouitatem, vt in facetiis, aut qđ ſubito occurrit. Quę quidẽ nobis accidere non poſſent, ſi ſimul oĩa ſicuti angeli cognoſceremus. Cauſa riſus.

## De deceptione circa vniuerſale.
## CAP. V.

OPortet autem non latere errorem perſæpe fieri, & non eſſe id quod oſtẽditur primum vniuerſale, quemadmodùm eſſe videatur. Decipimur autem hac deceptione, cùm aut præter ſingulare, vel ſingularia nihil eſt, quod accipiatur ſuperius: aut eſt quidem, ſed nomine caret in diuerſis ſpecie rebus: aut eſt in parte totum id de quod demonſtratur. Parti nanque accommodabitur quidem demonſtratio, & de qualibet erit: attamen non erit huius primi vniuerſaliter demonſtratio: ac huiuſce primi quatenus primum eſt demonſtrationem dico, cùm eſt primi vniuerſaliter. ¶ Si igitur quiſpiam oſtenderit rectas duas lineas non concurrere, inter quas eadem in parte ſunt anguli recti, ex recta linea ſecante illas oborti: huius ex eo demonſtratio propriè videbitur eſſe, quia ſic in omnibus angulis rectis eſt, verum non eſt: quippe cùm id fiat non ex eo, quia ſic ſint illi anguli duobus rectis æqui, ſed ex eo quia quouis modo duobus æqui ſint recti. Text.xij.

Tex. xiij. ¶ Et ſi nullus alius eſſet triãgulus q̃ iſce



iſce, qui duorũ æqualium laterũ eſt, huic vt duorum eſt æqualiũ laterũ, angulos æquos duobus rectis habere competere videatur. Et ſimilitudo rationũ mutato ordine numeris vt numeri, lineis vt lineæ, ſolidis vt ſolida, tẽporibus deniq; vt tempora ſunt, cõpetere videtur, quemadmodùm ſeorſum olim oſtendebatur: quod tamen vna demonſtratione de omnibus demõſtrari poteſt: ſed quia non ſunt quippiã vnum hæc omnia nomine certo vocatũ, numeri inquam, longitudines, tempora, ſolidaq;, atq; differũt inter ſe ſpecie, ideo ſeorſum ſumebantur: nunc autem vniuerſaliter hoc demonſtratur. Non enim hiſce, vel vt lineæ ſunt, vel vt numeri, ſed vt hoc quod quidem vniuerſaliter his ineſſe cunctis ſupponitur cõpetit. ¶ Quocirca ſi quis vnumquemq; triangulum, eũ inquã, qui ex æqualibus omnibus, & eum qui ex omnibus inæqualibus & item eũ qui è duobus æqualibus lateribus conſtat, aut vna, aut alia ſeorſum



demonſtratione, tres æquos duobus rectis habere oſtenderit: nondum is profectò triangulum ſcit duobus rectis æquales habere, niſi eo ſciendi modo, quem ipſi more ſuo ſophiſtæ profitentur, neque de triangulo vniuerſaliter id præcipit, & ſi nullus alius præter iſtos triangulus eſt: non enim id iſtis vt trianguli ſunt, nec omnia triangulo ratione formæ, ſed numeri ineſſe cognouit.

Tex. xiiij. Tametſi nullus triangulus eſt, quem ipſe non æquos duobus rectis tres habere ſciat. ¶ Quando igitur non ſcit vniuerſaliter, & quando ſimpliciter ſcit, manifeſtum eſt. Enimuerò ſi eadẽ eſſet trianguli ratio, & duorum æqualium laterũ trianguli, cæterorumq; triangulorum demonſtratio, aut cuique, aut omnibus æquè ſine vllo diſcrimine accommodaretur, vt patet. Cùm verò non ſit eadem, ſed diuerſa, tresque anguli duobus rectis æquales, hoc cuique competere quoquiſque triangulus eſt, non ſcit iſce ſimpliciter qui dicto modo demonſtrat. ¶ Patet autem, vtrum illi competat vt triangulus eſt, an vt duorum æqualium laterum: & quando per hunc competit primum, & cuius eſt vniuerſaliter demonſtratio. Nam ei competit vt tale eſt, cui cæteris ſublatis competit primo: veluti laterum duorum æqualium æneo triangulo, competent anguli duobus rectis æquales: at ære ſublato, vt non ſit æneus, etiam competẽt. Et item laterum æqualitate duorum ſublata, vt non ſit duorum æqualium laterum: at non competent ſublata figura, vel termino: ſed non primis ipſis ſublatis. Quo igitur primo ſublato non competent, triangulo: per hunc enim & cæteris competunt, & huius eſt vniuerſaliter demonſtratio.

POſtquam ſuperiori capite definitum eſt quid ſit prędicatum per ſe primo dici de ſubiecto (quod eſt vniuerſaliter dici) in hoc quinto id perſpicatius exponit Ariſtote. docens quemadmodum errare contingit demonſtando tanquam vniuerſale id quod nõ eſt vniuerſale, ⁊ quomodo ſint eiuſmodi errores cauendi. Atqui ſecundum diuiſionem Commentatoris tres numero ſunt in hoc capite textus. In primo, qui eſt ordine duodecimus, proponit primum Ariſto. ꝙ tripliciter contingit deceptio in aſſignatione vniuerſalis: ⁊ continuo in ſecunda particula ſubnectit exemplum tertij erroris. Ait ergo, ꝙ contingit deceptio in aſſignatione vniuerſalis: aut quando paſſio quę per ſe primo conuenit ſuperiori, aſſignat̃ inferiori aut ſingulari ipſiꝰ, eo ꝙ pręter illam ſpeciem aut ſingularia quibus aſſignatur non ſunt plura, vt ſi ſolis hominibus exiſtẽtibus in mũdo, ſenſibile demõſtraretur de illis. Aut ex eo ꝙ licet ſint plures ſpecies aut ſingularia: non tamen eſt impoſitum nomen commune illius generis, vt ſi generi animalium non eſſet impoſitum vnũ nomen commune: ⁊ hac de cauſa, ſenſibile, demõſtraretur ſeorſum de hominibꝰ ⁊ de equis, ⁊ de aliis ſpeciebus. Tertius modus ſecundū S.Tho. ⁊ quoſdam alios eſt, quando id de quo paſſio demonſtratur, tanquam per ſe primo ſe habet ad id de quo vere demõſtratur tanquam totū ad partem. Ita enim legendū eſt, ⁊ nõ ſicut mendoſi codices habẽt [ad id qđ demõſtratur.] Vt ſi, aptū natū videre, quod nõ cõuenit oĩ animali (quia nõ cõuenit talpę nec catulo ante nonũ diẽ) demonſtretur de animali: quod ſe habet vt totū, (.ſ. vt vniuerſale genus) ad illas ſpecies quibus vere cõuenit. ¶ At vero q̃uis veriſſimũ ſit (vt ait S. Th.) ꝙ qui hoc tertio modo demõſtraret deciperet̃: tamẽ literę Gręcę ⁊ trãſlationi Argyropyli, quę certiſſima eſt, nõ vr̃ hic tertius modus q̃drare. Sed verſio Boetij quę prorſus inintelligibilis eſt in hac parte, cauſa fuit aliis hallucinandi, vt Albertus teſtatur. Imo profecto (niſi vitio chalcographorũ id detur) tranſlatio quę circunfertur ſub noĩe Seuerini Boetij, indigna paſſim videtur tanto authore: Adeo vt ſint qui putent alterius eſſe indocti hoĩs. ¶ Senſus ergo deceptionis tertij modi eſt: Quãdo propria paſſio quę per ſe primo conuenit alicui rationi aut definitioni vniuerſali, attribuitur alicui particulari quę licet ſecundum rem cõuertatur cũ ſuperiori, tamẽ ſecundū rationẽ eſt inferior ⁊ pars eius. Exemplũ ſubiungit Ariſt. ibi, ſi igitur quiſpiã ⁊c. Vbi ad notandū eſt, ꝙ lineę parallelę ſunt lineę ęqualiter diſtãtes. Quarũ propria paſſio eſt ꝙ nunq̃ verſus quancunq; partem concurrent, licet in infinitū protrahãtur. Definiuntur tamen adęquata definitione hoc modo a mathematicis: Lineę parallelę ſunt quę quomodocunq; a recta linea incidantur, ſiue perpendiculariter ſiue trãſuerſaliter cadẽte, cõſtituunt cũ illa ex eadẽ parte duos angulos, aut rectos aut duobꝰ rectis ęquales. Si enim cadat perpendiculariter, vt in hac figura, anguli ſunt formaliter recti: quales ſunt. a. et. b.




Si vero linea cadat trãſuerſaliter, vt in hac ſecunda,




tunc ſunt ęquales duobus rectis: quia quantum demptum eſt de. a, additum eſt. b: vt geometrę demonſtrant. Si ergo quis demonſtrauerit hoc modo:

Tex.12. — Tres deceptiones circa vniuerſale. — Tranſlatio Boetij. — Lineę parallelę.

Omnes due lineę rectę inter quas in eadem parte ſunt anguli recti ex recta lineā perpendiculari ſecante illas oborti, id eſt reſultantes nunquā cōcurrent: lineę parallelę ſunt eiuſmodi: ergo.⁊c. huiuſmodi, inquit, demonſtratio videbitur quidē eſſe propria, eo ꝙ maior eſt de omni ⁊ per ſe (omnes enim lineę quę tales angulos rectos faciunt nunꝗ concurrent: quia omnes tales ſunt parallelę) tamē verū nō eſt.i.demōſtratio nō eſt propria: [quippe cum id fiat id eſt lineas non concurrere contingat [nō ex eo] id eſt nō ex illa particulari rōne, quia tales lineę faciūt angulos illo particulari modo rectos, vt apparet in prima figura: ſed ex eo qꝛ quouis modo faciūt ęquales duobus rectis, ſiue linea cadat perpendiculariter, ſiue tranſuerſaliter: quia hęc eſt adęquata definitio parallelarum. Et ideo hoc modo aſſumendū erat in maiori. Et ita intelligitur qđ pręceſſerat in textu [aut eſt in parte totū id de quo demōſtratur.] Vocat enim partem illud vnū membrum diſiunctiuę definitionis, ⁊ totū illā definitionē vniuerſalē adęquatam parallelarū: ⁊ quia ſecūdū rem totū diſiunctū ⁊ quęlibet pars cōuertuntur, dicit totū eſt in parte. Quare ſecūdum rem idem eſſet accipere pro medio quācunqꝫ illarū partium definitionis. Et ideo ſubiungit [parti quidē accōmodabitur demonſtratio, ⁊ de qualibet erit].i.quęcunqꝫ pars ſumatur pro medio, procedet demonſtratio. Sed tamē nunꝗ maior erit per ſe primo niſi aſſumatur tota ⁊ adęquata parallelarū definitio.

Tex.13. ¶ In textu.13. [Et ſi nullus alius] ſequitur exemplum primi modi deceptionis. Si enim inquit in mūdo nullus eſſet triangulus niſi iſoſceles: ⁊ ideo aliquis de illo demonſtraret, habere tres angulos ęquales duobus rectis, eſſet deceptio: quia paſſio illa licet cōueniat omni iſoſceli, tamē non cōuenit illi per ſe primo, ſed triangulo. Quemadmodū eſto nulla eſſet ſpecies animalis pręter hominē, nihilominꝰ, ſenſibile, nō cōueniret per ſe primo homini. Themiſtius ⁊ alij antiqui ponūt exemplum de ſole ⁊ luna. Eſto enim nō ſit niſi vnus ſol aut vna luna, nihil tamē debet demōſtrari de ſole tanquam de hoc indiuiduo: vt ſi demonſtretur ꝙ ſol eſt maior tota terra debet demōſtrari tāquā de ſpecie: itaqꝫ ſi eſſent plures ſoles haberēt eandē proprietatē. ¶ In ſecunda particula textus: [Et ſimilitudo rationū] ponit exemplū ſecūdi modi, puta quādo paſſio generis attribuitur ſpeciebꝰ propterea ꝙ non eſt nomē impoſitum generi: vt ſi animali nō eſſet nomē impoſitū, ⁊ ideo ſenſibile demōſtrareť ſeorſum de hoīe ⁊ de equo, talis cōcluſio nō eſſet per ſe primo. Aut ſi forte canibus ⁊ lupis eſt aliquod cōe genus per quod illę ſpēs proprie differūt ab alijs ſpeciebus animalium, ⁊ eo ꝙ tale genus nō eſt nominatū, paſſiones illius ſeorſum demonſtrarentur de canibus ⁊ de lupis.

Proportio. Proportionalitas. ¶ At vero pro exēplo Ariſt. notādum eſt, ꝙ proportio eſt habitudo inter duos numeros: vt dupla inter q̄tuor ⁊ duo. Proportionalitas vero eſt proportio inter duas proportiones. Quę ſi ſit cōiuncta cōtingit in tribus terminis: vt qualis eſt proportio duorum ad quatuor, talis eſt quatuor ad octo. Si vero ſit diuiſa, contingit in quatuor terminis: vt qualis eſt proportio duorū ad tria, talis eſt quatuor ad ſex. Et inter hos terminos permutata proportio dicitur quando permutantur termini hoc modo: Sicut duo ad tria, ita quatuor ad ſex (quia vtrobiqꝫ eſt ſeſquialtera) ergo ſicut duo ad quatuor, ita tria ad ſex: quia vtrobique eſt dupla. Et iſte modus arguendi cōuenit lineis, corporibus, numeris, ⁊ temporibus, quę ſunt ſpecies quantitatis. Cum ergo permutatim proportionari demonſtrant Geometra de lineis: ⁊ Arithmeticus, de numeris: ⁊ philoſophus, de ſolidis.ſ. de corporibus ⁊ de temporibus, nō faciūt propoſitiones per ſe primo: quia illa paſſio cōmunis oībus demonſtratur de ſingulis ſpeciebus. Id autē fit, quia nō eſt nomē impoſitū cōmune quod ſignificet illa oīa in quantū ſunt proportionalia. ¶ Sed cōtra. Quantitas eſt nomē cōmune ad oīa illa: ergo de quantitate poſſet in cōmuni fieri talis demōſtratio. Quidā reſpōdent, ꝙ nō omni quantitati cōuenit permutatim proportionari: quia non cōuenit orationi. Sed certe hoc falſum eſt, quia oratio vt eſt de prędicamēto quātitatis dicit longum ⁊ breue, inter quę poteſt eſſe proportio. Et ideo ſecūdo reſpōdet S. Tho. ꝙ quantitates in quantū ſunt permutatim proportionabiles nō habent nomē cōmune: nam proportionari non ſolū dicit quantitatē: ſed habitudinē inter quantitates.

Species triāguli. ¶ Subiungit tandem aliud exemplum quod eſt ſicut corollariū.ſ. Si quis de ſpeciebus trianguli, quę ſunt, ęquilaterus, Gręce iſopleuros, ⁊ omniū laterum inęqualiū, Gręce ſcalenos, ⁊ duorū laterū ęqualiū, qui Gręce dicitur iſoſceles nō iſocheles, vt vulgo transfertur. Iſoſceles. Enimuero ſcelos idē eſt quod crus, ⁊ iſos ęqualis: vnde expuncta prima.ſ. iſoceles, idē eſt quod triangulus ęqualium cruriū.i. duorū laterū ęqualiū: qꝛ crura in hoīe ſunt duo. Si quis, inquit, de huiuſmodi ſpeciebus vnica demōſtratione aut pluribus demōſtrauerit, habere tres angulos ęquales duobus rectis, peccabit in aſſignatione vniuerſalis: quia talis paſſio non cōuenit per ſe primo ſpeciebus, ſed generi, puta triangulo. Unica demōſtratione id fiet ſi minor extremitas ſit copulatū illarū ſpecierum: vt ſi quis dicat, oīs figura rectilinea trium angulorū habet tres angulos.⁊c. ęquilaterus et iſoſceles et ſcalenos eſt figura rectilinea.⁊c. ergo ęquilaterus et iſoſceles ⁊ ſcalenos habent tres angulos ęquales duobus rectis. Hęc enim cōcluſio nō magis eſt per ſe primo, quā ſi ſeorſum copulatiue eadem paſſio prędicaretur de ſingulis ſpeciebus. Concludit ergo, ꝙ qui ita ſcit, ſolū ſcit ſophiſtico modo: quia licet ſciat omnem triāgulū habere tres angulos, id tamē ſolū ſcit ratiōe numeri.i. quia numerauit ſingulas ſpecies: nō tamen demonſtrauit de illis ſecundū rationem cōmuuem triāguli cui primo cōuenit illa paſſio.

Tex.14. ¶ In textu.14. [Quando igitur] cōcludit ex dictis manifeſtū eſſe quādo quis nō ſcit vniuerſaliter, ⁊ quando ſcit vniuerſaliter ⁊ ſimpliciter. Et aſſignat rationē proximi dicti. Si enim inquit eadē eſſet ratio.i. definitio triāguli in cōmuni ⁊ definitio ſingularū ſpecierum aut omniū ſimul, tunc qui ſciret de ſingulis ſpeciebus paſſionē trianguli, ſimpliciter ſciret: cū tamē non ſit eadē, qui ſcit de ſpeciebus paſſiones trianguli, nō ſcit ſimpliciter: quia talis paſſio non cōuenit per ſe primo ſpeciebus.

Documentum. ¶ In ſecunda tandē particula textus ſubiungit documentū, quo facile quis dignoſcat, quādo prędicatū aliquod per ſe primo cōueniat ſubiecto. Et eſt tale. Quādo prędicatū taliter cōuenit alicui ſubiecto, vt demptis ⁊ circūſcriptis quibuſcunqꝫ alijs, adhuc cōuenit illi, ⁊ illo dempto nō cōuenit alteri, tale prędicatū cōuenit per ſe primo, ⁊ per ꝯn̄s vniuerſaliter tali ſubiecto. Exempli gratia. In hac, triangulus habet tres angulos ęquales duobus rectis, prędicatū per ſe primo cōuenit ſubiecto: qꝛ licet illud prędicatū cōueniat iſoſceli, ⁊ iſoſceli ęneo (.i. ex ęre cōpoſito) nihilominus quanuis nullum ſit ęs nec ſit angulus iſoſcelis, adhuc triāgulus habebit tres angulos.⁊c. Et quanuis figurę, quę eſt genus trianguli, ⁊ termino.i. lineis terminatis, ex quibus cōponitur figura, conueniat habere tres angulos ęquales duobus rectis, hoc conuenit ratione trianguli: nam dempto triangulo, nulla figura habebit tres angulos ęquales duobus rectis. Itaqꝫ habere tres angulos ęquales duobus rectis, tam inferiori ſpeciei quā ſuperiori generi cōuenit ratione triāguli: ⁊ per cōſequens, per ſe primo ⁊ vniuerſaliter conuenit triangulo.



## Quæſtio tertia.

## Vtrùm modos dicendi per ſe probè tradiderit Ariſtoteles.

A Parte negatiua contra definitionē huius quod eſt, dici de oī, arguitur primo. In his propoſitionibus, omne animal rationale eſt riſibile, oīs homo eſt animal, oīs homo eſt riſibilis, ⁊ ſimilibꝰ, prędicatū dicitur de omni poſterioriſtice, quādoquidē ex illis cōficiť demōſtratio potiſſima: ⁊ tamē illis non conuenit definitio: ergo illa nō eſt bona. Probať minor: qꝛ prędicatū cōuenire ꝓ quolibet tpe (vt ſuper textū adnotauimus) eſt propoſitionē ſimpliciter eſſe neceſſariā, ⁊ tamē iſtę nō ſunt ſimpliciter neceſſarię: qꝛ ſupernaturaliter poſſunt eſſe falſę: imo vidētur fuiſſe falſę ante mundi creationē qn̄ ſubiecta nō ſupponebāt. ¶ Et cōfirmatur primo argumentū. Iſtę propoſitiones, ſol oritur ⁊ occidit, ſol ⁊ luna quolibet menſe coeunt ⁊ opponuntur, ⁊ id genus alię ſunt in quibus prędicatū dicitť de oī poſterioriſticę: ęquiualēt enī vniuerſalibus ⁊ cenſentur in materia neceſſaria ⁊ ꝑpetuę veritatis in philoſophia naturali: ⁊ tn̄ prędicata nō cōueniunt ſubō pro quolibet tēpore: ergo. ¶ Et cōfirmatur ſecundo. Has propoſitiones, auſter cōgregat nubes q̄s Aquilo diſſipat: in vere arua florēt, in hyeme cōgelantur niues, cenſent philoſophi eſſe tales quarū prędicata dicunť de oī, ſiquidē pertinēt ad ſcientiā naturalē q̄ proprie (vt dictū eſt) iudicať eſſe ſciētia: ⁊ tamen prędicata nō ſemꝑ cōueniunt ſubiectis quippe quę nōnunquā deficiant: ergo definitio Ariſto. nō eſt bona. ¶ Secūdo principaliter cōtra primū modū dicēdi ꝑ ſe arguiť. Si oīs propoſitio in qua definitio aut pars definitionis prędicať de definito eſſet in primo modo, ſequereť ꝙ iſtę propoſitiones, riſibile eſt homo, ſimus eſt naſus preſſus, ⁊ omnes illę in quibus ſubiectū prędicať de ſua paſſione, eſſent in primo modo, vtpote in quibus prędicatū eſt de definitione ſubiecti, quia vt in ſcđo modo dictū eſt ſubiectū poniť in definitione paſſionis: cōſequens tamen eſt falſum, cū illę ſint indirectę: ergo definitio Ariſt. nō eſt bona. ¶ Et cōfirmamus argumentū eodē modo arguēdo cōtra ſecundū modū dicēdi per ſe. Sequereť enim has eſſe in ſcđo modo, aīal eſt homo, aīal eſt rationale: lineā eſt recta, triangulus eſt ęquilaterus, ⁊ ſimiles: nēpe in quibus ſubiectū eſt de definitione prędicati: ꝯn̄s tamē eſt falſum, cum nō ſolū nō ſint directę, ſed neqꝫ ſint de oī: ſi enī illas vniuerſales effeceris, falſę tunc erūt. ¶ Tertio principaliter ad idē arguiť. Sequeretur ex definitione primi modi oēs prędicationes in quibus definitio, aut pars definitionis ſuperioris generis prędicatur de ſpecie aut de indiuiduo eſſe in primo modo perſeitatis: vt homo eſt ſubſtātia aīata ſenſibilis, albedo eſt qualitas, Petrus eſt corporeꝰ, ⁊ ſimiles. ¶ Et cōfirmatur argumentū ſi ſimiliter arguatur cōtra ſecūdū modū. Pariter nanqꝫ ſequitur ex illo illas propoſitiones eſſe in ſecundo modo in quibus paſſiones ſuperiorū prędicantur de inferioribus, vt homo eſt ſenſibilis, Petrus eſt riſibilis, ⁊ ſimiles. Conſequens tamen vtrunqꝫ eſt falſum: nam propoſitio per ſe videtur eadē eſſe quę propoſitio immediata: ⁊ tamē propoſitiones iſtę oēs ſunt mediatę: qꝛ nec animatū nec ſenſibile cōuenit hoī niſi per aīal, neqꝫ corporeū conuenit Petro niſi per corpus, quod eſt genus remotiſſimū: neqꝫ riſibile cōuenit illi niſi per hominē. ¶ Quarto principaliter contra ſecundū modū arguitur, ſubiectū nō eſt de definitione proprię paſſionis: ergo hac ratione paſſio non prędicatur de ſubiecto in ſcđo modo per ſe. Probať an̄s. Propria paſſio eſt quoddā accidēs de genere qualitatis: ergo definitur quidditatiue per propriū genꝰ ⁊ intrinſecā differentiā (ſicuti albedo. v.g. definitur eſſe color.a. ⁊ linea eſt lōgitudo quātitatis ſine latitudine) ⁊ per ꝯn̄s propria paſſio nō definiť per ſuum ſubiectū. ¶ Et cōfir. Propriū accipiť.4. modis vt in prędicabilibus monſtratū eſt: ſed propriū tribus primis modis non facit prędicationē per ſe: ergo nulla reſtat ratio cur propriū quarto modo faciat talē prędicationē. Probať minor: nā proprium primo modo nō facit propoſitionē de omni: qꝛ cōuenit ſoli, ſed non oī, vt hoī cōuenit eſſe medicū. Et propriū ſcđo modo nō definitur per eius ſubiectū, qꝛ nō cōuenit ſoli, vt bipes nō definiť ꝙ ſit homo habēs duos pedes, ſed aīal duorū pedū. Et propriū tertio modo, vt caneſcere, nō cōuenit ſemꝑ: ⁊ per ꝯn̄s nō facit propoſitionē de oī poſterioriſtice. ¶ Quinto principaliter contra vtrūqꝫ modū arguitur. Nō ſolū ꝓpoſitiones in q̄bus definitio aut pars definitionis prędicatur de definito ſunt in primo modo dicendi per ſe, nec illę tātum in quibus ſubiectū eſt de definitione prędicati ſunt in ſcđo modo: ergo definitiones ſunt nullę. Probať an̄s. Propoſitiones in quibꝰ vna definitio prędicatur de alia, vt eſt hęc, ſyllogiſmus faciēs ſcire eſt ille qui conſtat ex veris ⁊ notioribus.⁊c. ⁊ propoſitiones in quibus differētia ſuperioris prędicatur de differētia inferioris, vt rationale eſt ſenſibile, ⁊ illę in quibus differentia prędicatur de definitione. Et multę alię ſunt in primo modo dicēdi per ſe: quia in his oībus prędicatū eſt de intrinſeca ratione ſubiecti: ⁊ tamē in illis non prędicatur definitio aut pars definitionis de ſuo definito. Item propoſitiones in quibus vna paſſio prędicatur de alia, vt viſibile eſt ſenſibile, diſciplinabile eſt riſibile, ſunt in ſecundo modo, aut in quibus paſſio rei vnius prędicamenti prędicatur de re alterius, vt cœlū eſt circulare, terra eſt rotunda, ſunt in ſecundo modo: quia iſtę omnes ſunt prędicationes proprij, ⁊ tamen ſubiectū in illis non eſt de definitione prędicati. Terra enim nō ponitur in definitione circularis aut rotundi: ſed quātitas.ſ. linea aut ſuperficies: ergo definitiones ſunt inſufficiētes. ¶ Sexto contra quartum modū arguitur. Propoſitiones quarti modi ſunt ſimpliciter propoſitiones accidentales, ergo male connumerantur inter modos dicendi per ſe. Antecedēs patet de iſtis, medicus ſanat, ędificator ędificat, quę cum ſint in quarto modo dicendi per ſe, ſunt nihilominus accidentales ⁊ ſimpliciter cōtingentes. ¶ Et id confirmatur ex illa propoſitione quam Ariſt. aſſeruit ſtatim poſt ſecundum modum, videlicet, ꝙ propoſitio in qua nec prędicatū eſt de ratione ſubiecti, nec ſubiectum de ratione predicati eſt per accidens: tales vero ſunt iſtę aſſumptę, quia nec ędificatio definitur per ędificatorem nec ſanatio per medicum: ſed vtraqꝫ per terminum. Eſt enim ędificatio factio ędificij, ⁊ ſanatio productio ſanitatis, ſicut calefactio motus ad calorem. ¶ Et ſeptimo demum arguitur. Quatuor iſti modi dicendi per ſe eo introducti ſunt ab Ariſtotele vt ſub illis comprehenderet omnes propoſitiones neceſſarias: ſed ſunt multę propoſitiones neceſſarię quę non comprehenduntur ſub illis, vt conditionales, ſi Petrus diſputat, Petrus loquitur: et propoſitiones de pręterito ad quartum oppoſita nō eſt po-

eſt potentia. Et illę in quibus prędicatur accidēs de ſubiecto a quo non eſt ſeparabile ratione materię, vt omne animal eſt coloratum, omnis coruus eſt niger, quę non ſunt in ſecundo modo, cum non ſint prędicationes proprij, & per conſequēs in nullo ſunt modo. Et illę item in quibus ſuperius concretum accidentale prędicatur de inferiori, vt, omne album eſt coloratum, quicquid currit mouetur, quę videntur accidentales poſtquam prędicata ſunt accidentia, & tamen ſunt neceſſarię: ergo numerus ille quaternarius eſt inſufficiens. ¶ In contrarium eſt authoritas Ariſtote.

Ad primū argumētū.

¶ Ad quæſtionem reſponſio eſt affirmatiua. Unde ad primum argumētum multi ex Nominalibus huius temporis reſpōdent, ꝙ illę propoſitiones, omne animal rationale eſt riſibile, omnis homo eſt animal. &c. vt faciant ſenſum neceſſarium & ſint de omni, debent accipi vt copula abſoluatur a tempore vt faciant ſenſum diuiſum de poſſibili, puta omne animal rationale poſſibiliter eſt riſibile. &c. ¶ At vero profecto Ariſto. nunquam hoc ſomniauit. Primo, quia nūquā viſus eſt facere demonſtrationē ex modalibus: & tamen ſi huiuſmodi propoſitiones de ineſſe crediliſſet facere ſenſum modalem potius vſus fuiſſet modalibus in demōſtratione quā propoſitionib⁹ de in eſſe. ¶ Prętereà, quia ſi propoſitiones demonſtrationū deberēt accipi in ſenſu modali, impertinēs eſſet vt extrema haberēt ſe in materia naturali an in materia contingenti: nā tam neceſſaria eſt, oīs homo eſt albus, quam, oīs homo eſt riſibilis, & tamē nunquā Ariſt. nec aliquis philoſophus fecit demonſtrationē in materia cōtingenti. ¶ Et poſtremo arguitur. Demōſtratio eſt ſyllogiſmus cuius pręmiſſę reddunt cauſam neceſſariā concluſionis: ſed in hoc ſyllogiſmo, omne animal rationale eſt riſibile, omnis homo eſt animal rationale: ergo oīs homo eſt riſibilis, pręmiſſę reddunt propriā cauſam & neceſſariā concluſionis: ergo in illis vt iacent prędicata dicuntur de omni poſterioriſtice, & per conſequēs cenſendę ſunt ſimpliciciter neceſſarię. ¶ Unde dicēdum eſt, vt .2. lib. Summularum expoſuimus, ꝙ in eiuſmodi propoſitionibus extrema ſupponunt naturaliter. Quod eſt dicere: Quando prędicatum eſt de intrinſeca ratione ſubiecti, verbum non reſtringit extrema vt exiſtant in ordine ad ſuum tempus: ſed denotat ſimplicem cōnexionē extremorū. Et ideo quādo dico, oīs homo eſt animal, aut oīs homo eſt riſibilis, ſenſus eſt ꝙ natura hoīs eſt eſſe aīal, aut eſſe riſibile. Quod certe erat verū ante creationem mundi. ¶ Et hoc docēt verba Ariſt. in tex. 8. vbi nō explicat neceſſitatē harū propoſitionū per neceſſitatem rerū ſignificatarū per extrema (nā homo res contingens eſt) ſed dicit eſſe neceſſarias propter neceſſariā connexionē extremorū. ſ. ꝙ quicūq; & de quocūq; verū ſit dicere, hoc eſt hō, verū erit dicere, & id eſſe aīal.

Ad confir.

¶ Ad ambas cōfirmationes eſſent forte q̄ negaſſent ꝓpoſitiones illic aſſumptas, nō eſſe ſufficiēter neceſſarias vt in illis ꝑdicata dicantur de oī: nēpe q: nō ſemper ſunt verę: & dicerēt cōſequenter ꝙ de illis in actu. ſ. ſol oritur, ſol & luna cōiunguntur, nō eſt ſcientia: ſed de illis de poſſibili, ſol poteſt oriri, planetę poſſunt cōiungi. &c. ¶ At vero iuxta doctrinā Ariſt. & oīm philoſophorū aliter reſpondendum eſt: videlicet, ꝙ oīs propoſitio quę eſt apta ad aliquā ſcientiam: quę proprie eſt ſcientia, eſt ſubinde neceſſaria & de omni. Et re vera nō ſolum de aptitudine motus & coniunctionū planetarū, ſed de actu ipſo eſt ſcientia. Primo, q: philoſophi non ſolum ſciunt ꝙ planetę ſunt apti taliter moueri aut coniungi: ſed ꝙ certis temporibus coniungūtur. Et pręterea quia ſi illę propoſitiones ſcibiles facerēt tātum ſenſum de aptitudine, eadem ratione hęc eſſet ſcibilis, oīs homo eſt albus: vtpote cuius ſenſus eſſet, oīs homo eſt aptus habere albedinem, quę eſt neceſſaria.

Inter propoſitiones neceſſarias ſunt grad⁹

¶ Dicendū ergo eſt, ꝙ ſicut inter ſciētias nō obſtāte ꝙ ſint proprię ſcientię, ſunt gradus certitudinis & euidentię: ita & inter propoſitiones neceſſarias & de omni ſunt gradus. Qui poſſunt hic diſtingui tres, in primo gradu ſunt propoſitiones ita neceſſarię vt per nullā potentiam poſſunt deficere, vt propoſitiones mathematicę & illę quę ſumuntur in argumēto. De⁹ enim nequit facere quin triāgulus habeat tres angulos ęquales duobus rectis, & homo ſit riſibilis. i. non poteſt facere quin talis ſit natura rerū. In ſecundo gradu ſunt propoſitiones quę licet nō pro quolibet tēpore ſint verę, tamen ſunt ſemper & indefectibiliter verę temporib⁹ ſuis a natura ſtatutis: vt propoſitiones primę cōfirmationis. ſ. ſol oritur et occidit, & ſimiles. In tertio gradu ſunt propoſitiones ſecundę cōfirmationis: in quibus licet prędicata nec ſemper inſunt ſubiectis nec ſimpliciter indefectibiliter ſuis temporibus inſunt, tamē vt plurimū & regulariter euenit vt ſignificāt & rariſſime deficiūt, vt cāpi in vere floreſcūt. &c. Et ita gloſſanda eſt illa particula [Neq; quod interdum competit: et interdum non competit] ſed ſemper, videlicet, aut ſimpliciter, aut ſuis temporibus, aut regulariter.

Ad ſecundum principale.

¶ Circa materiā ſecundi principalis Paulus Venetus, modū forte antiquorum ſequutus, dupliciter, inquit, propoſitio ponitur in aliquo modo dicendi per ſe. Uno modo proprie & directe, & alio modo reductiue. Directe & proprie in primo modo ſolū ponuntur propoſitiones in quibus definitio aut pars definitionis prędicatur de definito. Reductiue autē ponatur cōuertentes illarū, vt animal eſt homo, rationale eſt homo, quia iſtę per conuerſionem reducūtur ad propoſitiones primi modi. Eadē ratione in ſecundo modo ponūtur directe propoſitiones in quibus paſſio prędicatur de ſubiecto: ſed reductiue ponūtur earū cōuertentes eadē ratione, vt riſibile eſt homo, ſimus eſt naſus. ¶ At vero quāuis diſputatio ſit de noīe, tamen forte melius eſt dicere, ꝙ propoſitiones indirectę nō ſunt in aliquo modo dicendi per ſe. Omnes nanq; propoſitiones q̄ ſunt per ſe ſunt aptę ad demonſtrationē: & tamen ex indirectis propoſitionibus nō cōficitur demonſtratio. ¶ Et pręterea Paulus & eius comites nō ſoluūt argumentū: quo probatur illā, aīal eſt homo, quā reductiue ipſi ponunt in primo modo, directe pertinere ad ſecundū: & illā, riſibile eſt homo, quā ipſi reductiue ponūt in ſecundo, directe pertinere ad primū: quia in prima ſubiectū eſt de definitione prędicati, & in hac, prędicatū de definitione ſubiecti. ¶ Neoterici ergo facile reſpōdent dictas propoſitiones nō eſſe per ſe: q: ſunt indirectę. Attamē quāuis ita ſit. ſ. nullā indirectā eſſe per ſe, videtur tamen petitio principij negare illas eſſe directas: nam diceret quis forte, ꝙ poſtquā in hac, riſibile eſt homo, prędicatum ponitur in definitiōe ſubiecti, prędicatū conſequenter ſe habet vt forma ſubiecti (nam definitio eſt forma definiti) quod ſufficit ad prędicationē directam. Item reſtaret difficultas cur in abſtracto, ſimitas eſt naſi depreſſio, eſt in primo modo per ſe: & in cōcreto, ſimus eſt naſus preſſus, nō eſt in primo modo: ſi quidē vtrobiq; prędicatur definitio de definito.

Nota.

¶ Dicendū eſt ergo ad argumētum principale, ꝙ in primo modo ſolum ponitur propoſitio, in qua prędicatur definitio aut pars definitionis de definito: dum modo prędice

tur



tur ſub illa forma qua res definitur ſecundū exigentiam ſuę proprię naturę. Atqui differentia eſt inter ſubſtantiam & accidentia, ꝙ natura ſubſtantię, eo ꝙ per ſe exiſtit, eſt definire in cōcreto: natura vero accidentis, (eo ꝙ eſt in alio,) definitur in abſtracto: in cuius definitione ponitur ſubiectū tanquā quid extrinſecū a quo tale accidens dependet. Exempli gratia. Homo eſt animal rationale, cuius definitionis quęlibet pars prędicatur de definito in primo modo. Itē triāgulus eſt figura tribus lineis rectis contenta, vbi linea eodē modo prędicatur in obliquo de triangulo. Simitas vero, cum ſit accidens, debet in abſtracto definiri: & ideo hęc eſt in primo modo, ſimitas eſt naſi depreſſio, vbi naſus in obliquo prędicat de ſimitate. At cū dicimus, ſimus eſt naſus preſſus, nō definitur ſimitas ſecundū exigentiam ſuę naturę: ſed ſecundū exigentiā talis ſignificationis. ſ. in concreto: quapropter prędicatio fit indirecta, & per conſequens non eſt ſimpliciter in primo modo. Niſi velis dicere, ꝙ ſecūdum quid eſt in primo modo: quod eſt quęſtio de nomine. Eodē modo, riſibilitas eſt hominis aptitudo ad ridendū, eſt in primo modo dicendi per ſe: ſed, riſibile eſt homo aptus ad ridendū, non eſt ſimpliciter in illo, quia eſt indirecta. ¶ Pari ratione reſpōdetur ad confirmationem ꝙ illę, animal eſt homo, rationale eſt homo, nō ſunt in ſecundo modo: q: ſunt indirectę. Unde quādo Ariſt. inquit propoſitionem cui⁹ ſubiectū eſt in definitione prędicati eſſe in ſecundo modo, loquitur formaliter de ſubiecto quod. ſ. vere eſt ſubiectū reſpectu prędicati. Modo genus aut differētia nō eſt ſubiectū reſpectu ſpeciei, ſed potius ſe habet vt forma: & ſpecies ſe habet vt ſubiectū reſpectu illorū. ¶ Et pręterea, aīal eſt homo, nō eſt per ſe, ſed quodā modo per accidēs. Accidit enim quodā modo animali eſſe hominē: cū ſit aliquod animal qđ non eſt homo. Non dixerim ꝙ homo eſt accidens nominaliter: quia nō ſignificat rem quę eſt accidēs, ſed participialiter: quia quodā modo accidit animali. ¶ Eodem modo, linea eſt recta, numerus eſt par, & ſimiles, non ſunt proprie in ſecūdo modo: q: ſubiectū eſt ſuperius quam prędicatum: & ideo nō ſunt de omni (nō enim omnis linea eſt recta,) ſed iſtę ſunt per ſe in ſecundo modo, omnis linea eſt recta vel curua, oīs numerus eſt par vel impar. Et ita intelligēdus eſt Ariſt. nō enim ſentit ꝙ quęlibet pars diſiuncti ſeorſum per ſe prędicetur de ſubiecto, ſed totū diſiunctū. Qua de cauſa probauit ꝙ non quęlibet pars, ſed totum diſiunctū neceſſario prędicatur de ſubiecto. Earem ratione iſtę nō ſunt proprie per ſe in ſecundo modo, animal eſt riſibile, triangulus eſt ęquilaterus: quia nō ſunt de omni: ſed iſtę, triangulus eſt ęquilaterus vel iſoſceles vel ſcalenon. Nec iſta eſt per ſe in primo modo, animal eſt rationale, ſed iſta forſan eſt per ſe in primo modo, omne animal eſt rationale vel irrationale, poſtquā eſt de omni, & quęlibet pars prędicati eſt de intrinſeca ratione alicuius ſpeciei ſubiecti, quibus ſpeciebus ſubiectū, ſcilicet, animal, per ſe competit.

Ad tertiū.

¶ Ad tertium principale ſunt etiam qui dicunt, illas propoſitiones in quibus genera mediata aut differentię ſuperiorum prędicantur de ſpeciebus & de indiuiduis eſſe in primo modo: non quidem primario, ſed ſecundario: & pariter illas in quibus paſſiones generum prędicantur de ſpeciebus eſſe in ſecundo modo ſecundario. ¶ Contra iſtos de nomine non diſputauerim: dum modo, vt neceſſarium eſt, concedant propoſitiones eiuſmodi ſimpliciter & proprie eſſe per ſe. Nam ſi non concedāt eſſe per ſe niſi propoſitiones in quibus proximum genus, aut propria differentia, aut adęquata paſſio prędicatur de proprio definito, tunc idem eſſet propoſitio per ſe, & immediata, & per conſequens idē eſſet per ſe, & per ſe primo, ſeu ſecundū quod ipſum. Quod expreſſe eſt contra Ariſto. qui poſtq̄ diſtinxit modos per ſe, adiecit tanquam tertiam conditionem vniuerſalis prędicati quod conueniret ſubiecto per ſe primo, id eſt, non per aliud. Unde ad argumentum conceditur, propoſitiones illic aſſumptas ſimpliciter & proprie eſſe per ſe. Ad quod, vt diximus, ſatis eſt vt prędicata conueniant ſubiectis non per accidens. Nec obſtat ꝙ conueniant per aliud medium. Et conſequēter negamus ꝙ idem ſit propoſitio per ſe & propoſitio immediata. Fatemur tamen ꝙ propoſitio immediata, & per ſe primo, conuertuntur, id eſt, cuius prędicatū conuenit ſubiecto nec per accidens nec per aliud.

Propoſitiones ſingulares per ſe.

¶ De illis ſingularibus, Petrus eſt rationalis, aut riſibilis, reſtaret nonnullum dubium, quia nō vidētur ſimpliciter neceſſarię: poſtquam ſingularia non ſunt res neceſſarię. Nihilominus quia natura & definitio indiuidui non eſt alia quam natura ſpeciei: exiſtimo in illis ſingularibus extrema ſupponere naturaliter, et per conſequens eſſe neceſſarias: perinde vt ſunt illę, homo eſt rationalis, homo eſt riſibilis. Unde in iſtis impertinens eſt quod extrema ſignificent res corruptibiles: ſed ſatis ꝙ connexio extremorum ſit neceſſaria, id eſt, ꝙ ſubiectum non poſſit intelligi eſſe ſine prędicato vt dictum eſt in tex. 8.

Ad quartū

¶ Pro ſolutione quarti principalis notandum eſt, hanc eſſe differentiam inter accidentia communia & proprias paſſiones, quod accidentia communia, quia nullum ſibi vendicant proprium ſubiectum quod peculiariter denominent, ſolum definiūtur per genus, proprium, & differentiam intrinſecam, vt argumentum probat. Albedo enim licet ſoli corpori mixto conueniat: tamen nec conuenit omni, nec habet certum ſubiectum. ſ. animal aut lignum. &c. At vero propria paſſio ſemper denominat certum ſubiectum, vt ſimitas, ſubiectū ꝓprium habet naſum, remotum hominē: & hinc fit vt definiatur per ſubiectū. Simitas enim eſt quędā depreſſio in naſo. Itaq; illud genus, depreſſio, non cōtrahitur ad eſſe ſimitatis niſi per hoc quod eſt naſi. Et pariter riſibile, quia denominat proprium ſubiectū, puta hominē, definitur per illud. Nihil tamen forte vetat, ſi huiuſmodi paſſiones quaten⁹ qualitates ſunt, habeant aliquas intrinſecas differentias per quas poſſint definiri: ſed ſunt nobis ignotę.

Ad confir.

¶ Ad cōfirmationem facile quis poſſet reſpondere, ſolum ꝓprium quarto modo facere ꝑdicationem per ſe.

Per ſe tripliciter.

Placet nihilominus diſtinctio Pauli Veneti, qui, Propoſitiones, inquit, tripliciter ſunt in ſecūdo modo dicendi per ſe. ſ. aut perſeitate ſolius prędicati (quales conſtituit propriū primo modo,) aut perſeitate ſolius ſubiecti (quales cōſtituit propriū ſcđo modo,) aut perſeitate ſimul vtriuſq; (quales facit ꝓpriū tertio & quarto modo) Exēpli grā. Hęc, hō eſt habilis ad artem medicā, cuius prędicatū eſt propriū primo modo, eſt per ſe, perſeitate ſolius prędicati: nā habilitas hęc per ſe depēdet ab hoīe: quippe cui ſoli cōpetere poteſt: ſed nō eſt per ſe perſeitate ſubiecti: q: poteſt eſſe homo qui ſit inhabilis ad talē artē. Idem dici poteſt de oībus his in quibus paſſio ſpeciei prędicatur de ſuperiori gñe: vt aīal eſt riſibile, triangulus eſt ęquilaterus, linea eſt recta, numerus eſt par, & ſimiles. Hęc vero, homo eſt bipes, cuius prędicatū eſt proprium ſcđo modo, eſt per ſe ꝑſeitate ſubiecti: q: hō per ſe habet vt ſit bipes: ſed nō perſeitate prędicati: nā bipes

poteſt

poteſt eſſe ſine homine, vt in pauone: ſed, homo eſt riſibilis, eſt per ſe, perſeitate vtriuſqꝫ. Et omnes iſtę perſeitates ſuo modo ſufficiunt ad demõſtrationes. Hęc vero, homo caneſcit, vt dicat aptitudinē, cuius prędicatũ eſt propriũ tertio modo: poteſt etiã concedi in ſecundo modo dicēdi per ſe: quia talis aptitudo ſemper ineſt ſubiecto, licet nõ pro ſemper quantũ ad actũ. Quod ſufficit vt ſit de oĩ poſteriorice. Attamē, homo eſt medicus, medicus ſanat, homo caneſcit, vt dicat actum, accidentales ſunt, licet ſecunda ⁊ tertia pertineant ad quartum modum dicendi per ſe.

Ad quintũ

¶ Ad quintũ reſpõdetur, quòd Ariſt. non dicit ſolas ꝓpoſitiones eſſe in p̃mo modo, in quibus prędicatur definitio aut pars definitionis de definito: ſed illas oẽs in quibus prędicatum eſt de ratione ſubiecti. Vnde illa in qua vna definitio prędicatur de alia eſt etiã in primo modo: quia eſt apta ad demõſtrationem. Et pariter illa in qua differētia prędicatur de definitione. Illa vero in qua differētia ſuperioris prędicatur de differentia inferioris, licet nõ ſit ita apta ad demonſtrationem, cenſeri poteſt in primo modo, ſaltem ſecundarie: quia differētia ſuperioris eſt de intrinſeca ratione differētię inferioris: licet nõ ſit per ſe primo, ſed mediate duplici mediatione. Senſibile nanqꝫ (vt ſit differentia) cõuenit per ſe primo aĩali: ⁊ aĩal, per ſe primo homini, cui etiã per ſe primo cõuenit rationale: ⁊ hac ratione hęc eſt per ſe mediate, rationale eſt ſenſibile. ¶ Pari ratiõe illa in qua paſſio ſuperioris prędicatur de paſſione inferioris erit in ſcđo modo. Vbi vero paſſio prędicatur de definitione ſubiecti aut de definitiõe alterius paſſionis, eſt in quarto modo, vt ſuper textũ decimũ adnotauimus: quia ſubiectum tũc explicat cauſam prędicati. Sed iſtę, cœlũ eſt circulare, terra eſt rotunda, poſſunt appellari per ſe, perſeitate ſoliꝰ ſubiecti: vt prędicationes proprij ſecundo modo: nã terra per ſe habet vt ſit rotunda, ⁊ cœlũ vt ſit circulare: licet circulare, per ſe nõ habeat eſſe in cœlo: ſed eſt paſſio quãtitatis in quacũqꝫ ſit materia. ¶ Nec obſtat rem vniꝰ prędicamenti per ſe prędicari de re alterius, non ſolum in ſcđo modo, vbi paſſio eſt de prędicamēto qualitatis ⁊ ſubiectũ de prędicamēto ſubſtantię: ſed etiã primo modo: nam linea prędicatur per ſe in obliquo de triangulo tanꝙ pars definitionis vt dictum eſt: licet linea ſit in prędicamento quantitatis, triãgulus vero in prędicamento qualitatis.

Ad ſextum

¶ Ad ſextũ argumentum doctores negant has propoſitiones, medicus ſanat, ędificator ędificat, eſſe in quarto modo ꝑ ſe: quia ſunt ſimpliciter accidētales: ſed illę in quibus prędicatũ dicit aptitudinē, ſunt (inquiũt) in quarto modo, vt medicus eſt potēs ſanare, ⁊ ędificator ędificare. Quod ſi quis in contrariũ arguat, has potius eſſe in ſcđo modo dicēdi per ſe: potētia enim ſanandi eſt propria paſſio medici ⁊ artis. Reſpondet dñs Caietanus, ꝙ oĩs propoſitio quarti modi eſt etiam ſecundi modi. Nempe quatenus dicit perſeitatem cauſę, eſt quarti modi: ⁊ quatenus dicit perſeitatē prędicationis, eſt ſecundi modi. Et cõſequēter ad confirmationem reſpõdet, ꝙ Ariſto. eo dixit propoſitionē quę non eſt in primo vel ſecundo modo, eſſe per accidēs, quia ꝓpoſitio quarti modi eſt etiã in ſecũdo: alias ſequitur, inquit, ex dictis Ariſtotelis propoſitionē quarti modi eſſe per accidēs: quod eſt repugnantia. ¶ Cõtra hãc tñ gloſſam ſunt mihi argumēta. Primũ quia expreſſe Ariſto. ponit in quarto modo nõ quidē aptitudines ſed actuales effectus. ſ. iugulatus interijt, ⁊ per accidēs ponit, ſi me ambulante coruſcat: ergo eadem ratiõe, medicus ſanat, ędificator ędificat, eſt in quarto modo. Itē qꝛ ad quartũ modũ per ſe, impertinens eſt ꝙ ſit prędicatio, nec ne: ſed ſatis eſt ꝙ ſit effectus qui per ſe ſequitur ex tali cauſa. Effectus, inquam, ⁊ non aptitudo ad effectũ. ¶ Et poſtremo arguitur: qꝛ cum illę propoſitiones in quibus aptitudo ad opus prędicatur de ſubiecto ſint manifeſtę in ſecundo modo, nõ erat neceſſe propter illas addere quartum modũ. ¶ Dicendũ eſt igitur aliter ſub aliorũ cenſura, ꝙ accidētale dicitur dupliciter. Vno modo vt opponitur modo per ſe prędicandi: ⁊ alio modo vt opponit modo per ſe cauſandi. Et propoſitio quarti modi eſt accidentalis primo modo: qꝛ prędicatũ nõ eſt de intrinſeca ratione ſubiecti, ſed eſt per ſe perſeitate cauſandi: quia effectus diſignatus per prędicatũ, per ſe ſequitur ex cauſa ſignificata per ſubiectũ. Et hęc eſt expreſſa ſentẽtia Ariſt. qui ſtatim poſt primos duos modos excludit oẽs alias propoſitiones a ratiõe per ſe prędicãdi: denotãs, ꝙ quartus modus nõ facit propoſitionem per ſe prędicandi, ſed per ſe cauſandi.

Accidentale dupliciter.

¶ Et ideo tam argumento quam confirmationi concedimus id quod intendunt probare, ſcilicet, ꝙ propoſitiones per ſe quarto modo ſunt per accidens ſecundo modo: nec aliqua eſt repugnantia.

Ad ſeptimum.

¶ Ad ſeptimũ deniq; reſpondetur, ꝙ ſufficientia modorũ quatuor dicendi per ſe ſumitur hoc modo. Per ſe aut per accidēs cõuenit rebus, ⁊ per illas terminis, aut quantum ad eſſe, aut quantũ ad ineſſe ſeu prędicari, aut quantũ ad efficere ſeu cauſare. Quãtum ad eſſe, facit tertiũ modum. Omnis enim ſubſtãtia per ſe exiſtit: ſed omne accidēs exiſtit in alio. Tametſi inter ſubſtantias perfectiſſime ſit Deus per ſe, qui a nulla cauſa dependet. Deinde intelligẽtię, quę non dependent a materia. Et poſtremo ſubſtantię ⁊ ſuppoſita materialia, quę nõ dependent a ſubiecto inhęrentię ſicut accidētia. Per ſe autē inhęrendi, ad quod ſequitur per ſe prędicandi, diuiditur in primũ ⁊ ſecundũ modum ratione iam explicata. Ac demũ per ſe cauſandi pertinet ad quartũ modũ. Qui licet poſſet diſtingui in quatuor genera cauſarũ: id tamē erat impertinēs propoſito: quia indifferenter ex oĩbus cauſis poteſt procedere demõſtratio, vt in ſubſequentibus videbimus.

Sufficientia quatuor modorum.

¶ Hinc ſequitur ſolutio argumēti. Reſpõdetur enim ꝙ Ariſt. non intendit ſub his modis comprehēdere omnes propoſitiones neceſſarias, quomodocũqꝫ ſint neceſſarię: ſed illas ſolũ quę ſunt neceſſarię ex intrinſeca ratione ⁊ cõnexione extremorũ. ſ. vbi vnũ extremũ eſt de intrinſeca ratione alterius: aut ſequitur intrinſece tanꝙ proprius effectus ex illa cauſa: nam iſtę ſolę ſunt aptę ad demonſtrationē. Et hoc eſt vnũ ⁊ potiſſimũ fundamentũ quod cõmendandũ eſt memorię ad intelligentiã huius libri.

Propoſitio neceſſaria multifariam.

¶ Sunt tamē alię propoſitiones neceſſarię ex ſuppoſitione, vt ſi ſol eſt animal, eſt ſenſibilis: aut quia in prętеritũ tranſiuit veritas, vt Adam fuit: aut in quibus accidens inſeparabile prędicatur de ſubiecto, quod nõ cõuenit ratione formę ſed ratione materię, vt omne animal eſt coloratum, omnis coruus eſt niger, quę nec ſunt per ſe nec pertinent ad demonſtrationem: ſed ſolum ad ſyllogiſmum dialecticum. Iſtę vero, omne album eſt coloratum, quicquid currit mouetur, licet ratione ſignificati materialis ſubiecti ſint accidentales, tamen ratione ſignificati formalis ſunt per ſe et eſſentiales: ſicut albedo eſt color, ⁊ curſus eſt motus. Et hęc, omne corpus mixtum eſt coloratum, forſan poteſt haberi tanquam in ſecundo modo dicendi per ſe: quia ſtatim ad mixtionē quatuor qualitatum primarum ſequitur color.

Fundamentum.

¶ Quod



## Quòd demonſtratio eſt ex neceſſariis & per ſe propoſitionibus. Cap. vj.

Text. xv.

SI IGITVR DEmõſtatiua ſcientia ex principijs eſt neceſſarijs: quod enim quiſpiam ſcit, id fieri nequit vt aliter ſeſe habeat. Ea verò quæ per ſe rebꝰ inſunt, neceſſariò competũt. Nam quædã inſunt in eorum quibus competunt ratione, quædam in ſua res eas habent de quibus dicuntur: quorum alterum oppoſitorum inſit neceſſe eſt, patet ex talibus quibuſdam ratiocinationem conſtare: omne nanq; quod ineſt aut hoc pacto, aut per accidens competit: accidentia verò non ſunt neceſſaria.

Text. xvj.

¶ Aut igitur ita dicatur, aut hoc principium ſupponatur, demonſtrationem neceſſariam eſſe: & ſi demõſtratum ſit quippiam, fieri non poſſe vt illud ſeſe habeat ſecùs. Ex neceſſarijs ergò conſtare demonſtratiuam ratiocinationem oportet. Etnim fit, vt & non demõſtrans ratiocinetur ex veris: at aut ex neceſſarijs quiſquam niſi demonſtrans ratiocinationem cõficiat, non fit. Id enim ipſum iam demonſtrationis proprium eſt. ¶ Signo etiam illo patet, demonſtrationem è neceſſarijs eſſe: nam inficiationes aduerſus eos qui demonſtrare putant, negationem neceſſitatis inferre nos conſueuimus: aut putantes omninò fieri poſſe quò res aliter ſeſe habeat, aut diſputationis cauſa contendētes. ¶ Ex quibus etiam patet ſtultos eſſe profectò, qui principia bene ſumere putant, ſi probabilis ſit propoſitio atq; vera, vti Sophiſtæ: ſcire enim ſcientiam habere eſt: nõ enim ideò propoſitio principium eſt, quia probabilis, aut non probabilis eſt: ſed quia prima eſt ipſius generis, circa quod fit demonſtratio. Et verum non omne proprium eſt.

Tex. xvij.

¶ Atque demonſtratiuam ratiocinationem ex neceſſarijs eſſe oportere, ex hiſce patet: nam ſi non eſt iſte ſciens qui nõ habet eius rationem propter quid eſt, cuius eſt demõſtratio: atque fieri poteſt, vt. a. quidem ipſi c. neceſſariò cõpetat: medium autem. b. per quod illud eſt demonſtratum, non ſit neceſſariò: is planè qui talem ratiocinationem extruxit, non ſcit propter quid eſt: quippe cùm illud ob ipſum medium non ſit: nam ipſum quidem fieri poteſt, vt non ſit: concluſio autem eſt neceſſaria. ¶ Prætereà ſi quis nunc neſcit, rationem habens, & ſaluus re ſalua eſt, neque oblitus eſt: is neque priùs ſciebat. Quòd ſi medium non eſt corruptum fieri verò poteſt vt corrũpatur, id quod accidit, erit poſſibile atque contingens: ſed vt is ſciat qui ſic ſe hãbet, fieri minimè poteſt. ¶ Cùm igitur concluſio neceſſaria eſt, nihil prohibet medium non neceſſarium eſſe, per quod fuit probata. Fieri nãque poteſt, vt neceſſarium ex non neceſſarijs etiã concludatur: perinde atque fit, vt verum ex falſis concludatur. At cùm medium eſt neceſſariũ, concluſio quoq; neceſſaria eſt: queādmodum & ex veris infertur ſemper concluſio vera: nam tã ipſi b. quàm. a. b. ipſi. c. neceſſariò competat: igitur & a neceſſe eſt ipſi cõpetere. c. Verùm fieri nequit, vt cùm concluſio non eſt neceſſaria, medium neceſſarij ſubeat rationem. Inſit enim. a. non neceſſariò ipſi. c: ſi igitur. a. ipſi. b, &. b. ipſi. c. competere neceſſariò dixeris: &. a. profectò ipſi. c. competere neceſſariò concedas oportet. At ipſi competere non eo pacto ſupponebatur.

Tex. xviij.

¶ Cùm igitur id quod demonſtratiuè quiſpiam ſcit, neceſſariũ oporteat eſſe, conſtat per medium quoque neceſſarium demõſtrationem eius illum habere oportere. vt neſcit illud profectò, aut propter quid neceſſariò ſit, aut quòd ſit: ſed aut ſe ſcire arbitratur quod neſcit, ſi, ſcilicet, neceſſarium quod neceſſarium non eſt, eſſe putet: aut nec ſcire arbitratur: æquo diſcrimine ſanè, ſiue quod ſcit aliquid per media: ſiue cur ſit aliquid, per medijs vacantia ſciuerit. ¶ Eorum autem quæ non per ſe, eo quo determinata ſunt ea quæ per ſe competunt modo, accidunt, demonſtratiua ſcientia non eſt: non enim fit, vt neceſſariò concluſio demonſtretur. Fit enim, vt accidens ipſum non inſit: de tali nanq; accidente loquor. ¶ Quanquàm fortaſſe quiſpiam dubitauit, cuius nam gratia de his hæc interrogare oportet, ſi concluſionem eſſe neceſſe non eſt. Nihil enim refert ſi quiſpiam quæuis interrogans, deinde ccõluſionem dicat. At enim interrogare oportet, non vt per interrogata neceſſarium quicquam ſequatur: ſed quia dicere neceſſe eſt ei, qui illa dicit, & verè dici, ſi competant verè.

POſtquam in quarto & quinto capitulis, quę fũt prima pars tertij membri principalis huiꝰ libri, conſtitutũ eſt quę propoſitiones ſunt per ſe, in quatuor ſequētibus capitulis proſequitur Ariſt. dicere ex qualibus propoſitionibus conſtet demonſtratio propter quid: quę eſt ſecunda pars eiuſdem membri. Quocirca cuncta quę in his quatuor capitulis cõtinentur, de ſola demonſtratione propter quid intelliguntur. ¶ Et intendit principaliter oſtendere, ꝙ demonſtratio conſtet ex propoſitionibus per ſe ⁊ proprijs. At vero quia potiſſimũ medium quo vtitur ad probandũ ꝙ conſtat ex propoſitionibus per ſe, eſt quia conſtat ex neceſſarijs, quę eadē ſunt quę per ſe, ideo ſextũ caput totum conſumit probando ꝙ demõſtratio ſit ex neceſſarijs. Et ſecundũ diuiſionē Commentatoris capitulũ continet quatuor textus, ¶ In primo, ꝗ eſt ordine quintus Tex. 15.

tuſdecimus,ſecundū S.Tho.ꝛ fere doctores, intendit Ariſt.probare hāc concluſionē.i.demōſtratio eſt ex neceſſariis,per hoc, quod eſt ex propoſitionibus per ſe.Et ideo ſecundū S.Tho.legendū eſt hoc modo:Si igitur eſt aliqua demonſtratiua ſciētia, illa fit ex neceſſariis. Et Caietanus ſtomachatur aduerſus eos qui hoc nō conſiderauerunt apud S. Tho.¶At vero nihil authoritati S. Thomę (quam ſummo eius ingenio ꝛ eruditioni ſummā oēs vbiq; ꝛ debent ꝛ deferunt)derogatur, ſi in re minima hoc adnotetur ꝙ forte Ariſt. potius in hoc textu ecōuerſo videtur ſtatuere hāc concluſionē.ſ.Demonſtratio eſt ex propoſitionibus per ſe.Quam probat per hoc quod eſt ex propoſitionibus neceſſariis. Primo, quia hanc principaliter intendit in his quatuor capitulis:ad quam oſtendendam pręmiſit quatuor modos per ſe. ¶Secūdo,quia cū infra probet demonſtrationē conſtare ex propoſitionibus per ſe,per hoc,ꝙ conſtat ex neceſſariis:ſi modo ꝓbaret ꝙ conſtat ex neceſſariis, per hoc ꝙ cōſtat ex propoſitionibus per ſe, vteretur circulo.Tametſi argumētum hoc aliquo modo ſoluat S.Tho.¶Et pręterea in litera Gręca, quā fideliter Argyropylus tranſfert,manifeſte videtur Ariſto.facere hunc ſyllogiſmū: Omnis demōſtratio eſt ex propoſitionibus neceſſariis, ſed propoſitiones neceſſarię eędē ſunt quę per ſe:ergo oīs demōſtratio eſt ex propoſitionibus per ſe. Licet illud formet ſub forma cōditionali. Et ideo maior eſt totū illud, [Si igitur demōſtratiua ſcientia ex principiis eſt neceſſariis. ꝛc.]Et minor eſt illa, [Ea vero quę per ſe rebus inſunt,neceſſario cōpetunt.] Quam ſic probat. Ea quę neceſſario cōpetunt,quędā ſunt in eorum ratione quibus cōpetunt(ꝛ hęc pertinēt ad primū modū ꝑ ſe:)quędā vero in ſua(.ſ.ratiōe)includūt eas res (.ſ.ſubiecta)de quibus prędicātur.Et hęc pertinent ad ſecundū modū per ſe:Addit[Quorū alterū oppoſitorum inſit neceſſe eſt]propter proprias paſſiones diſiunctas.ſ.par vel impar,rectū vel curuū, quorum alterū de neceſſitate ineſt ſubiecto. Et ita ſubinfert concluſionē.ſ.Ex talibus(puta propoſitionibus per ſe)conſtare demonſtrationem.Cōfirmat deniq; ſolas propoſitiones per ſe eſſe neceſſarias: qꝛ quicquid ineſt ſubiecto,aut ineſt per ſe aut per accidens,ſed quod ineſt per accidēs, nō ineſt neceſſario: ergo ſolę propoſitiones per ſe ſunt neceſſarię.¶In textu.16.[Aut igitur ita dicatur]reuertitur ad probandū añs. Ait ergo,aut ita dicatur.ſ.aut habeat pro confeſſo omnē demōſtrationem conſtare ex his quę ſunt per ſe:aut ſi id negetur,ſtatuatur tanꝗ principiū ad illud probandū,ꝙ oīs demōſtratio procedit ex neceſſariis: in quo differt demōſtrator a dialectico. Fit enim vt nō demonſtrans (.ſ. dialecticus) ratiocinetur ex veris (hoc eſt licet nō ſint neceſſaria)tamē demōſtrator nō poteſt niſi ex neceſſariis procedere,ꝛ quicunq; procedit ex neceſſariis eſt demōſtrator.Et hinc confirmatur nō propoſuiſſe ſupra tanquā concluſionē,demonſtrationem eſſe ex neceſſariis, cum modo id ſtatuat tanquā principiū.¶Et cōfirmat id Ariſt.in ſecunda particula textus tali ſigno,videlicet,ꝙ inficiationes .i.inſtantias aduerſus eos qui nō demōſtrant conſueuimus inferre,negantes ꝙ talis ſyllogiſmus ſit ex neceſſariis.Siue id negemus quia ita credimus, ſiue diſputationis gratia. ¶Unde in tertia particula infert corollariū, dicēs, ſtultos eos eſſe qui putant propoſitiones probabiles ad vtrumlibet eſſe idonea principia demōſtrandi,vti ſophiſtę,quia nō eſt principiū demonſtrationis niſi ſit propoſitio immediata ꝛ prima:ſaltē in illo genere in quo fit demonſtratio.Quod addit propterea,ꝙ non requiritur vt aliquis vere habeat ſcientiā ꝙ reſoluat demonſtrationes vſq; ad prima principia ſimpliciter, ſed vſq; ad prima infra limites illius ſcientię: vt primū principium in geometria eſt, A quolibet puncto in quodlibet punctū lineā ducere,tametſi illud probet philoſophus naturalis per hoc quod inter quęlibet puncta eſt dare medium ſpatiū.Et ita cōcludit,ꝙ non oē verū eſt propriū: ſed verū neceſſariū ꝛ per ſe.¶Sophiſtas appellat hic,non ſicut in libris elenchorū,illos qui ex falſis apparētibus veris,paralogizantur: ſed illos qui ex veris non neceſſariis,putāt ſe demōſtrare,cū nō demōſtrent.¶In textu.17. [Atq; demōſtrationem]reuertitur Ariſt. ad confirmandū illud ſuppoſitū principiū.ſ.omnē demonſtrationem procedere ex principiis neceſſariis.Quod manifeſtat duabus rationibus.Prima ex hoc ꝙ cōcluſio demōſtrationis debet eſſe neceſſaria(quod ex ſupra dictis ſupponitur) infert pręmiſſas eſſe neceſſarias, hoc modo:Supponatur,inquit, ꝙ ille nō eſt vere ſciēs nec demōſtrans,qui non habet rationē propter quid illius cōcluſionis cuius ſit demōſtratio.Tunc detur ꝙ a quidē ipſi.c.neceſſario cōpetet,id eſt ꝙ hęc cōcluſio ſit neceſſaria,Omne.c.eſt.a:medium autē.b. per quod demōſtrat,detur non eſſe neceſſariū, videlicet, ambas,aut alterā iſtarū non eſſe neceſſarias.ſ. omne b.eſt.a,omne.c.eſt. b,(ex his enim literis ſemper obſeruato apud Ariſtotelē ꝙ.a. eſt maior extremitas, b.mediū,c.vero minor extremitas) is inquit qui hāc demonſtrationē extruxit,nō ſcit propter quid concluſionis,quia effectus cauſę proprię nunquā ſequitur niſi poſita cauſa:attamē cum añs eſt cōtingens ꝛ conſequens neceſſariū,poteſt concluſio eſſe vera ſine veritate antecedentis:ꝛ per conſequens antecedēs nō eſt cauſa conſequentis.¶Secunda ratio eſt in ſecunda particula textus [Pręterea ſi quis.ꝛc.] ad cuius euidētiam notato quatuor eſſe in cauſa, vt quis nunc non ſciat quę antea ſciuerit.ſ.vel quia oblitus eſt rationis ꝛ medii per quod ſciebat, aut quia ſciēs mortuus eſt,taliter.ſ.periit, vt nō manſerit ſubiectū ſcientię)ne arguas ꝙ in anima ſeparata manet ſcientia,)aut quia obiectum ſcientię aliter ſeſe habet (vt ſit ſermo de ſcientia large,puta ſi Petro ſedēte ſcio ipſum ſedere, ipſo ambulante periit ſcientia) aut ſi quis obliuiſcitur ipſius concluſionis. Tunc format hāc rationē:Si quis nunc habēs rationē in memoria quam antea habebat,ꝛ ſaluus.i. viuens, ꝛ re ſalua.i.obiecto ſcientię exiſtente, neq; oblitus cōcluſionis,nō vere ſcit:ille profecto neq; prius ſciebat(quia nulla eſt cauſa quare nunc non ſciat ſi antea ſciebat) ſed ille qui demonſtrat concluſionem neceſſariā per mediū contingens,corrupto medio.i.realiter ſe habente quam per pręmiſſas ſignificatur, nō vere ſcit: quia pręmiſſę ſunt falſę:ꝛ ille neq; eſt mortuus, neq; eſt corrūptū obiectū ſciētię cōcluſionis: neq; eſt oblitus cōcluſionis,neq; rationis,ſeu medii:ergo ſequitur,ꝙ antea quando pręmiſſę contingentes erant verę,nō magis ſciebat ꝙ modo. In ſumma intēdit hāc rationē:Quia ex falſis ſyllogizatur cōcluſionem neceſſariā, nō demonſtrat neq; ſcit propter quid: ergo nec ille qui ex veris nō neceſſariis procedit. Et hoc eſt quod dicit,ꝙ impertinēs eſt contingens eſſe corruptū necne.i.ita eſſe vt per propoſitionem contingentem ſignificatur nec ne:quia ſi nō eſt corruptum poteſt corrumpi manente cōcluſione neceſſaria vera.Et ideo tandē cōcluditur,ꝙ cōtingens nō eſt cauſa concluſionis neceſſarię.¶In tertia particula textus,(Cum igitur cōcluſio]ſubinfert Ariſt. tres concluſiones. Prima,Nihil prohibet alicuius ſyllogiſmi concluſionem eſſe neceſſariā,ꝛ pręmiſſas non eſſe neceſſarias:qꝛ neceſſariū ſequitur ex non neceſſario, ſicut verū ex falſo.Licet ille ſyllogiſmus nō erit demonſtratio.

Sophiſta.

Tex.16.

Tex.17.

Quatuor cauſę corruptionis ſcientię.

Tres concluſiones.





monſtratio.¶Secunda, Si medium.i. pręmiſſę alicuius ſyllogiſmi ſunt neceſſarię,cōcluſio erit neceſſaria:nam alias antecedēs poterit eſſe verum ꝛ conſequens falſum. ¶Tertia, Si concluſio ſyllogiſmi non eſt neceſſaria, tunc fieri nequit vt pręmiſſę ſint neceſſarię. Hęc manifeſte ſequitur ex ſecunda. Detur enim ꝙ concluſio non ſit neceſſaria.ſ.omne.c.eſt a.tunc infertur contradictio.Si enim pręmiſſę, ſcilicet,omne.b.eſt.a, et omne.c. eſt.b, ſunt neceſſarię (vt datur)concluſio erit neceſſaria (per ſecundā concluſionem.)Cuius tamē oppoſitum eſt datum. ¶In textu.18.[Cum igitur ꝛc.concludit per modum recapitulationis illud ſuppoſitum principium,videlicet ꝙ ſi demonſtratum.i.concluſio demonſtrationis eſt neceſſaria,neceſſarium ſubinde eſt vt demonſtratio procedat per mediū,id eſt pręmiſſas neceſſarias. Alias qui per pręmiſſas non neceſſarias ſyllogizatur,nec ſcit propter quid. i. cauſam a priori concluſionis,nec ſcit quod eſt. i.concluſionem eſſe neceſſariam. Boetius vertit, Nec quia eſt. Quod eſt dicere: Siue quis faciat demonſtrationem a priori propter quid, ſiue ab effectu, niſi ex neceſſariis procedat,neſcit ſimpliciter concluſionem:ſed aut decipietur arbitrans ſe ſcire quod neſcit,ſi putet pręmiſſas eſſe neceſſarias quę non ſunt neceſſarię:aut ſi nō putet illas eſſe neceſſarias,nec putabit ſe ſcire.Siue id ſciuerit per media,id eſt per pręmiſſas mediatas demonſtrabiles per priora media: ſiue id ſciuerit per media immediata carentia priori medio. Accumulat tot verba vt oſtendat in vniuerſum nullam eſſe demonſtrationem, niſi quę ex neceſſariis procedit. ¶In ſecunda particula text.[Eorum autē ꝛc.] quaſi confirmans, Ariſtotelis concluſionem principaliter intentam.ſ. quod omnis demonſtratio procedit ex propoſitionibus per ſe, dicit, ꝙ eorū quę nō ſunt per ſe, eo modo quo ea quę ſunt per ſe determinata ſunt:ſed ſunt, ſed per accidens, non eſt ſcientia nec demonſtratio. Et ratio eſt quia talis propoſitio per accidens cum non ſit neceſſaria,poterit eſſe falſa. Subiungit tamen, quod loquitur de accidente quod poteſt ſeparari. i. quod non eſt propria paſſio ſubiecti, ſed poteſt ſeparari per intellectū a natura ſubiecti. Nam de propriis paſſionibus ſcientia eſſe poteſt: quia faciunt propoſitiones per ſe.¶In tertia particula tex. [Quanquam forte ꝛc.] mouet ꝛ ſoluit dubitatiunculam hanc:Si de accidentibus.i.de rebus ſignificatis per propoſitiones non neceſſarias non poteſt eſſe ſcientia, cur dialecticus interrogat problemata accidentalia, id eſt, propoſitiones contingentes,vt inde conficiat ſyllogiſmos. Et aliquando id quod reſpondens negat arguens concludit, tanquam concluſionem per ſyllogiſmum dialecticum. ¶Reſpondet Ariſtot. ꝙ dialecticus non interrogat reſpondentem de contingentibus, propterea ꝙ ex illis contendat concludere cōcluſiones neceſſarias: ſed quia reſpondens tenetur conſequenter reſpondere.i. ſi conceſſit antecedens tanquam verum, debet concedere conſequens propter neceſſitatē conſequentię.Itaq; Ariſto.hic vult oſtendere differentiam inter dialecticum ꝛ demonſtratorem,ꝙ demōſtrator vtitur duplici neceſſitate, ſcilicet, conſequentię, et principiorum: et ideo concludit neceſſariam concluſionem. Dialecticus vero ſolum vtitur neceſſitate conſequentię vt oſtendat quod ſi aliqua vera concedantur, concedenda ſunt et quę ex illis ſequuntur.

Tex.18.

Dubitatio

## Demonſtrationē ex iis quæ per ſe ſunt & ex perpetuis eſſe. Cap. VII.

CVM igitur ea quæ per ſe inſunt, neceſſariò circa vnū quodque competant genus & vt tale eſt quodque, patet demonſtrationes ipſas ſcientiarū effectrices de his eſſe, quæ per ſe competunt, & ex talibus extrui atque conſtare, accidentia nanque non ſunt neceſſaria: quare non fit,vt neceſſariò concluſio propter quid eſt ſciatur, neq; ſi ſemper ſit, non autem per ſe ſit: quod ita eſſe, declarant eæ ratiocinationū, quæ per ſigna conficiūtur: id enim quod eſt per ſe, non per ſe quiſpiam ſciet, neque propter quid eſt. Scire autem autem propter quid eſt, nihil aliud eſt, quàm per cauſam ſcire: per ſe ergo tertio medium, & medio primum ineſſe oportet. ¶Non igitur fieri poteſt, vt ex alio genere quiſquam in aliud tranſiens quicquā demonſtret: veluti concluſionem geometricam arithmetica demonſtratione: tria nanque ſunt, quæ in demonſtrationibus inſunt: vnū id quod demōſtratur ineſſe: hoc autē eſt id, quod alicui per ſe generi competit, aliud dignitates: dignitates autē ea ſunt, ex quibus fit demonſtratio: tertium eſt genus ipſum ſubiectū, cuius affectus accidentiaq; per ſe demonſtratio patefacit. ¶Fieri igitur poteſt,vt ea quidem ſunt eadem, è quibus fit demonſtratio: at quarum genus diuerſum eſt,vt Arithmeticæ Geometriæq;, in hiſce fieri nequit,vt ad quæ magnitudinibus accidunt, Arithmetica demonſtratio accōmodetur, niſi ſint ipſæ magnitudines numeri: hoc autem vt in quibuſdam fieri poteſt, poſteriùs explicabitur. Arithmetica verò demonſtratio, ſemper ī ſe genus id habet, circa quod ipſa verſatur: cæteræque ſimiliter: quare, ſi tranſire migraréque debeat demōſtratio, aut idem genus ſimpliciter, aut aliqua ex parte idem neceſſe eſt eſſe: ſecùs verò patet fieri nō poſſe. Ex eodem enim genere ipſa extrema & media, neceſſe eſt eſſe: nam ſi nō ſint per ſe, accidētia erunt profectò. ¶Quocircà fieri non pōt, quò geometria contrariorum vnam ſcientiam eſſe, vel duos cubos cubum eſſe, demonſtret: aut alia quæuis ſcientia; id quod ad aliam pertinet, niſi in hiſce quæ ſic inter ſeſe habent, vt altera ſub altera collocetur: quod pacto tam ad arithmeticā muſica quàm ad geometriā perſpectiua ſe habet. ¶Neq; ſi quid lineis ineſt, nō vt lineæ ſunt, priorumq; ratione principiorū geometria demonſtrat: veluti ſi pulcherrima linearum ſit linea recta: aut ſi ſe habeat ad circun-

Text.xix.

Text. xx.

ferentiam contrario modo: non enim hæc ratione proprij generis ipſarum, ſed cuiuſdam communis competunt. ¶Patet autem, ſi propoſitiones ex quibus fit ratiocinatio vniuerſales ſint, neceſſario concluſionem quoque perpetuam eſſe demonſtrationis talis, & demonſtrationis omninò: non eſt igitur eorum quæ intereunt demonſtratio, neque ſcientia ſimpliciter, ſed tanquàm per accidens: quia nō eſt ipſius vniuerſaliter, ſed aliquo in tempore, & quodam etiam modo: atque cùm eſt concluſio corruptibilis, neceſſe eſt alteram propoſitionem & non vniuerſalem & caducam eſſe: caducam, quoniam eſt & ipſa concluſio talis, cùm eſt illa talis: non vniuerſalem, quoniam quoddam non erit eorum, quæ ſubiecti ſubeunt rationem: quare fieri nequit vniuerſaliter ratiocinatio: ſed hoc in tempore tantùm.

Tex. xxj.

¶Similiter res ſeſe habet & in definitionibus ipſis: quippe cùm definitio aut principium demonſtrationis ſit, aut demonſtratio poſitione differens, aut quædam demonſtrationis concluſio. ¶Patet etiam, demonſtrationes atque ſcientias eorum quæ ſæpe fiunt, vt lunæ defectiones, & huiuſmodi rerum, quo quidem ſunt tales, hoc eſſe ſemper: quo verò non ſunt ſemper, hoc eſſe particulares.

Tex.xxij.

Tex.xxiij

¶Cùm autem pateat fieri non poſſe: vt quidquā demonſtretur, niſi ſuis quidq; principiis, ſi id quod demonſtratur rei competit non vt eſt illa, non ſanè quippiā ſcitur, etiam ſi ex veris & indemonſtrabilibus, medioque vacantibus oſtendatur. Fit enim vt quippiam perinde oſtendatur, atq; Briſo quadrationē oſtēdit.



Huiuſcemodi nanque rationes per cōmune quoddam oſtēdunt, quod & alij competet: quapropter & ad alias res non propinquas ipſæ rationes accommodantur. Igitur res non vt illa eſt, ſed per accidens ſcitur: non enim & ad aliud genus demonſtratio accommodaretur. Tunc autem vnumquodque non per accidens ſcimus, cùm per id cognitionē conſequimur, per quod competit, ex principiis illius qua ratione eſt illud: velut cum duobus rectis æquales habere, ei ſcimus competere, cui per ſe competit idipſum ex principiis. Quare ſi illud competit ei per ſe cui competit, medium neceſſe eſt in eadem eſſe propinquitate. ¶Quòd ſi non ſit ita, at perinde erit, atque cùm muſica per arithmeticam demonſtratur. Atque talia demōſtrantur quidem ſimiliter; differentia tamen eſt. Nam ipſum quidem eſſe ad aliam ſcientiam attinet. Subiectum enim genus diuerſum eſt: ipſum autem propter quid, ſuperioris nimirùm eſt, cuius per ſe ſunt ipſi affectus. Quare patet ex hiſce fieri non poſſe, vt demonſtretur quicquam, niſi ex ſuis quidque principiis: ſed horum principia habent commune. ¶Quòd ſi id conſtat, patet fieri non poſſe quiſquam propriorum principiorum vt demonſtrationem exhibeat. Erunt enim illa omnium principia, & ipſorum ſcientia domina omnium erit. Etenim is ſcit magis, qui ſuperioribus ex cauſis ſcit: ſcit enim tum ex prioribus, cùm iis è cauſis ſcit, quæ non effectus ſubeunt rationem: quare ſi magis ſcit, & maximè: & ſi eſt illa ſcientia, magis profectò maximeque ſcientia eſt. ¶Demonſtratio verò ad aliud genus non accommodatur, niſi eo modo quo tam ad demonſtrationem facultatis machinarum extruendarum, vel ad perſpectiuas geometricæ, quàm ad muſicam arithmeticæ demōſtrationes accommodantur, vt diximus. ¶At verò difficile admodùm ſe ſe percipere eſt quempiam, ſi ſciat néc ne. Eſt enim difficile cognoſcere, ſi ex principiis vnius cuiuſque ſciamus néc ne: quod quidem eſt ſcire. Putamus autē ſæpenumero ſcire, ſi ex veris quibuſdam primis ve ratiocinationem habemus. Id verò non eſt ità, ſed oportet ipſis primis eſſe propinqua.

Tex.19.

COnſtituto iam & comprobato illo principio ꝙ.ſ. demonſtratio propter quid procedit ex neceſſariis, in capite hoc ſeptimo Ariſto. primo repetit et corroborat concluſionē primo propoſitā.ſ.ꝙ oīs demonſtratio eſt ex propoſitionibus per ſe: moxqꝫ adiungit ſecundā. ſ. ꝙ oīs demōſtratio ꝑcedit ex propriis, ⁊ deinde tertiā ꝙ procedit ex perpetuis. Atqꝫ in partitione Cōmentatoris ſunt in hoc capite textus quinqꝫ. In primo qui eſt ordine decimuſnonus, reſumitur cōcluſio, ꝙ oīs demōſtratio eſt ex propoſitionibꝰ per ſe. Quod probat ex pręmiſſo principio: qꝛ demonſtratio eſt ex neceſſariis: ſed ea quę per ſe cōpetunt in vnoquoqꝫ genere, ⁊ vt tale eſt quodcūqꝫ, ſunt neceſſaria: ergo demonſtratio eſt ex his quę ſunt per ſe. Addit [vt tale eſt quodcunqꝫ] qꝛ hoī inquantū homo neceſſariū eſt eſſe riſibilē ⁊c. Accidētia autē non neceſſario inſunt ſubiectis: ⁊ ideo de propoſitionibus cōtingentibus ſignificantibus huiuſmodi accidētia nulla eſt ſcientia. Hic dubitāt quomodo ſupra oſtenſum eſt demonſtrationē eſſe neceſſariorū, qꝛ eſt eorū quę ſunt per ſe: et hic circulariter eſſe eorū quę ſunt per ſe, qꝛ eſt neceſſariorum. Sed nobis nullū eſt dubium, quippe qui credimus idem demonſtraſſe in textu quintodecimo quod repetit modo. ¶Subdit autem [Neque ſi ſemper ſit, ſi non per ſe ſit, cadit ſub ſcientia.] Quod dupliciter exponitur. Uno modo, quod licet ſint propoſitiones neceſſarię: vt omnis cygnus eſt albus, omnis coruus eſt niger, omne animal eſt coloratum: tamen qꝛ prędicata non ſunt proprię paſſiones: ⁊ per cōſequēs nō ſunt per ſe, fit vt nec ſint propoſitiones ſcibiles. Scdō modo proprius ad literā. Quāuis pręmiſſę neceſſario cōcludant aliquā cōcluſionē, ſi nō ſunt per ſe nō faciūt propriā ſcientiā. Qđ manifeſte patet vbi eſt demonſtratio a ſigno et non per cauſam. Ut ſi quis demonſtrauerit, omne mixtū ex elementis eſſe corruptibile (exemplum eſt S. Tho.) (eo quod omne tale experimur antiquari ⁊ ſeneſcere, manifeſtū eſt quicqđ ſeneſcit eſſe corruptibile,

1. Conclu.



bile, tamen cauſa per ſe corruptibilitatis nō eſt illa: ſed cōpoſitio ex cōtrariis. Et ideo qui hoc modo per ſignū demōſtrat nō ſcit propter quid. Concludit ergo Ariſt. ꝙ vt cōcluſio ſimpliciter ſciatur, debet tertio medium, ⁊ medio primū per ſe ineſſe. i. debet eſſe per ſe tam minor propoſitio in qua mediū prędicat̄ de tertio. ſ. de minori extremitate, quā maior in qua primum. i. maior extremitas prędicatur de medio.

Tex.20.

¶In textu.20. [Non igitur fieri] accedit iam Ariſt. ad probandū ſecundā cōcluſionē principalē. ſ. ꝙ oīs demōſtratio debet procedere ex propriis principiis id eſt importātibus proprias cauſas cōcluſionis. Et qꝛ propriū duo excludit. ſ. ⁊ alienū, ⁊ cōmune, vtrūqꝫ hic probat. ſ. ꝙ demōſtratio vnius ſcientię nō procedit ex principiis alienis alterius ſcientię: (Et hoc eſt quod ait non cōtingere tranſire de genere in genus, vt. ſ. arithmetica vtatur demōſtratione geometrica,) ⁊ rurſus probat ꝙ vna ſcientia non demōſtrat ex illis principiis quę ſunt cōmunia illi ⁊ aliis ſcientiis.

2. Conclu.

Propriū duo excludit.

Tria ſunt in demonſtratione.

¶Diuiditur aūt textus in quatuor particulas. Ad hoc autem oſtendendū ſupponit primo tria eſſe in demōſtratione. Primū id quod demonſtrat̄ ineſſe. Et hoc eſt quod per ſe ineſt alicui generi. i. ſubiecto alicuius ſcientię. Quę ſunt proprię paſſiones illius. Alterū eſt dignitates et principia cōplexa per quę procedit talis ſciētia: Et tertiū eſt genus ipſum, puta ſubiectū cuius paſſiones demōſtrantur. Quod in geometria eſt, quantitas cōtinua, ⁊ in arithmetica, numerus. At ſubiectū ſcientię vocat genus, propterea ꝙ nō de qualibet ſpecie eſt alia ⁊ alia ſciētia: ſed de vno gñe eſt vna ſcientia, vt de aīali eſt ſcientia animaliū: ⁊ de quātitate cōtinua cuius ſunt plures ſpecies. ſ. linea, ſuperficies ⁊ corpus, eſt geometria tractās etiā de pluribus ſpeciebus figurarū. ¶Dubitant hic autē cur Ariſt. inter ea quę cōtingūt demōſtrationi non cōnumerauit mediū. ſ. definitionē. Ad quod reſpōdent alij aliter. Sed puto horū tantū triū meminiſſe Ariſtotelē, aut qꝛ horū tantū meminerat in primo capite: vbi dixit, tria eſſe pręcognita ante demōſtrationē. Aut (quod ego exiſtimo) qꝛ hęc tria ſufficiūt ad propoſitū. Nō eñ principia poſſunt eſſe aliena aut cōmunia, niſi aut ratiōe ſubiecti aut paſſionis aut dignitatis. Si enim ſubiectū eſt alienū ſciētię, definitio etiā erit aliena. ¶In ſcđa particula textus, [Fieri igitur poteſt) his ſuppoſitis intendit probare hanc concluſionē: Nulla ſciētia demonſtrat ex principiis alienis. ſ. alterius ſciētię. Ad cuius euidentiā notandū eſt, ꝙ duę ſcientię aut habent omnino ſubiecta diuerſa. ſ. ex ęquo diuidentia idē genus. Ut Geometria, cuius ſubiectū eſt quātitas cōtinua: ⁊ Arithmetica, cuius ſubiectum eſt quātitas diſcreta: quę ſunt genera ſubalternata quantitatis. Aut ſubiectū vnius eſt directe inferius ad ſubiectū alterius: vt ſe habēt ſcientia de aīali ⁊ ſciētia de hoīe: ſeu ſcientia de triangulo ⁊ ſciētia de iſoſcele. Aut tertio modo quando ſubiectū vnius eſt inferius accidētaliter ad ſubiectū alterius: vt Geometria ⁊ Perſpectiua, cuius ſubiectū eſt, linea viſualis, ⁊ Arithmetica ⁊ Muſica, cuius ſubiectum eſt, numerꝰ ſonorus. Uiſuale enim eſt accidens lineę: ſicuti ſonorū, eſt accidens numeri. Primo modo ſcientię ſunt ſimpliciter diuerſę: ⁊ ſi vna vteretur principiis alterius, diceretur vna migrare ſeu tranſire in aliā: nam principia vnius ſunt alteri aliena et vice verſa. Secundo vero modo ſcientię non ſunt diuerſę: ſed ad eandem ſcientiam pertinet demōſtrare paſſiones animalis, ⁊ per animal deſcendere ad hominem: ⁊ ad eandem pertinet demonſtrare paſſiones trianguli, ⁊ per triangulum demonſtrare eaſdem de ſpeciebus trianguli. Nec ille vocatur deſcenſus de ſcientia in ſcientiam. Sed tertio modo ſcientię nō ſunt omnino diuerſę, ſed ſubalternę: ⁊ tranſitus a ſubalternāte ad ſubalternatā vocatur deſcenſus, qui eſt licitus. Utitur enim perſpectiuus principiis Geometrię: et Muſica, principiis Arithmeticę. Et ideo Geometria deſcendit ad perſpectiuam dando illi principia: ⁊ perſpectiuus aſcendit ad geometriā recipiendo ab illa.

Demōſtratio non eſt ex alienis.

¶Intendit ergo Ariſt. formare hanc rationem quę certe apud expoſitores ſine forma eſt, ⁊ ſine luce. Illa ſcientia non poteſt demōſtrare ex principiis alterius ſciētię, cum qua non cōmunicat in genere. i. in ſubiecto: ſed ſcientię diuerſę, quarū vna nō ſubalternatur alteri, nō cōmunicant in ſubiecto: ergo ex talibus ſcientiis vna non poteſt demōſtrari ex principiis alterius. Maiorē inſinuat dicēs [fieri igitur poteſt vt ea quidē ſint eadē e quibus fit demonſtratio] . i. fieri poteſt vt in aliquibus ſcientiis eadem ſint principia (nempe in ſubalternante et ſubalternata vt ſtatim dicetur) at quorū genus diuerſum eſt. i. diuerſum ſubiectum, vt Arithmeticę ⁊ Geometrię, in hiſce fieri nequit vt Arithmetica demōſtratio accōmodetur ad ea quę magnitudinibus accidunt. i. fieri nequit vt Arithmetica demonſtret ex principiis Geometrię. ¶Subiungit, Niſi ſint magnitudines ipſę numeri. i. niſi quantitas continua, quę eſt ſubiectū Geometrię, eſſet ſubiectum inferius ad numerū, qui eſt ſubiectum Arithmeticę. Quod in aliquibus verum eſt: vt ſtatim dicturus eſt de Perſpectiuis ⁊ Geometria: quod tamen non conuenit Geometrię ⁊ Arithmeticę. Minorē autem principalis rationis. ſ. ꝙ ſcientię quę non ſubalternātur habēt ſubiectum omnino diuerſum, probat exemplariter in Arithmetica ⁊ Geometria dicēs. Arithmetica vero demōſtratio ſemper in ſe genus id habet circa quod verſatur cęteręqꝫ ſimiliter. i. habet ſuum obiectū diſtinctum ab aliis ſcientiis: ⁊ ideo trāſire non poteſt vt ſumat principia ab aliis. Nam nō poteſt ſumere principia ab aliis niſi vel in toto vel in parte cōmunicet cū illis in ſubiecto. Sicut ſcientia de triangulo cōmunicat in toto ſubiecto cum ſcientia de iſoſcele, qꝛ ſe habet vt genus ad ſpeciē: ⁊ Geometria communicat in parte ſubiecti cū perſpectiua: vt expoſitū eſt. At vero probandū reſtat quomodo ſi ſcientię non cōmunicant in ſubiecto, cōmunicare nō poſſunt in aliis duobus: puta in dignitatibus, et in paſſionibus quę demonſtrantur. Quod Ariſt. probat dicēs, [Ex eodem enim genere ipſa extrema et media neceſſe eſt eſſe.] Quod eſt dicere, Mediū ⁊ extremitates debent eſſe eiuſdem generis: nam mediū debet eſſe definitio ſubiecti qđ eſt minor extremitas: ⁊ eius paſſio eſt maior extremitas: ⁊ ex his tribus debēt conſtare dignitates. Definitio autē ⁊ paſſio per ſe debent conuenire ſubiecto: ⁊ per cōſequēs debent eſſe eiuſdē generis. Quod ſi non cōueniant per ſe, iam accidētaliter cōueniunt, atqꝫ adeo non erunt principia apta demonſtrationi. Exempli gratia, Subiectū propriū illius paſſionis, habere tres angulos ęquales duobus rectis, eſt triangulus. Si ergo Geometra ad demonſtrandū omnē triangulū habere tres angulos ęquales, acciperet pro medio triangulū ęneū (ſuppoſito ꝙ omnis triangulus eſſet ex ęre) dicens, omnis figura ęnea habet tres angulos ęquales duobus rectis: omnis triangulus eſt figura ęnea ⁊c. ergo. Tunc vteretur principiis alienis: quia illa paſſio per accidēs ineſt medio, ⁊ medium per accidens ineſt ſubiecto. ¶Unde in tertia particula textus, [Quocirca fieri] oſtendit Ariſt. concluſionē intentā exēplis dicens, fieri non poſſe vt geometra demonſtret contrariorū vnā eſſe ſcientiā: quia hęc concluſio potius pertinet ad dialecticā: nec Geometria demōſtrat duos cubos

Nō Ariſt.

cubũ eſſe.i.ex duobus cubis cubũ tertiũ effici: quia
hęc pertinẽt ad Arithmeticã.¶ Niſi(inquit) in hiſce
quarũ altera ſubalternatim ſub altera collocatur, vt
Muſica ſub arithmetica, ⁊ perſpectiua ſub geome-
tria: nam in his poteſt ſubalternata vti principiis
Cubus. ſubalternantis.¶ Ad intellectũ autẽ ſecundi exem-
pli Ariſt. notandũ eſt, ꝙ cubus in quantitate conti
nua eſt corpus omniũ laterũ quaqꝫ verſus ęqualiũ:
vt eſt teſſera quam vulgo diximus taxillũ. Quadra-
tũ enim dicit ſolã ſuperficiẽ ęquilaterã, ⁊ cubus di-
cit corpus. In numeris autẽ eſt etiã figura ſuperfi-
cialis ⁊ corporalis. Numerus enim reſultans ex ali-
quo numero ducto per ſe ipſum ſemel dicitur figu-
ra ſuperficialis: vt quaternarius, qui reſultat ex bis
duobus, eſt quadratũ ſuperficiale: ⁊ nouenariꝰ, qui
reſultat ex ter tribus, eſt triangulus ęquilaterus
ſuperficialis. Numerus vero cubus eſt, qui reſultat
ex ductu alicuius numeri bis multiplicati per ſei-
pſum: vt bis duo bis, ſunt octo: qui eſt numerus cu-
bus: ⁊ ter tria ter, ſunt vigintiſeptem, qui eſt nume
rus cubus: quia videtur aſſurgere in altũ ſicut cor-
pus. In cubis cõtinuis ex duobus cubis non fit cu-
bus: vt patet ſi iuxta ſe ponas duos taxillos, fiet cor
pus altera parte longius: ſed ex octo cubis ſemper
fit cubus, vt patet ſi ſupponas quatuor taxillos in
quadrato et ſuperponas alios quatuor, reſultat cu-
bus: et ita in numeris ex duobus iunctis cubis non
fit ſemper cubus: nã ſexdecim cõtinet duos cubos, ⁊
non eſt cubus. Sed tamẽ ex duobus cubis multipli
cando vnum per aliũ, reſultat ſemper cubus: vt ſi di
cas octies vigintiſeptem (quorũ vterqꝫ eſt cubus) fa
ciunt ducenta ſexdecim, qui etiam eſt numerus cu-
bus, cuius radix eſt ſex: nam ſexties ſex ſexties, ſunt
ducẽta ſexdecim. Ingenioſe ergo Ariſt. poſuit exem
plũ, ꝙ demonſtrare duos cubos facere cubũ, nõ per
tinet ad geometram: ſed eſt illi extranea cõcluſio et
propria arithmetico. Ad geometrã autẽ pertinebit
demonſtrare, ꝙ octo cubi faciũt cubum.¶ In quarta
particula textus, [Neqꝫ ſi quid lineis] ponit tertiũ
exemplũ cõcluſionis.ſ.ꝙ adeo vna ſciẽtia non debet
vti principiis alienis, vt nec de accidẽtibus ſui ſub-
iecti impertinẽtibus ad talem ſcientiã debeat tra-
ctare. Veluti vt Arithmetica non debet tractare de
lineis, an recta linea ſit omnium pulcherrima, an ſit
contraria circulari. Nec Muſica quę tractat de nu-
mero ſonoro, debet tractare an ſonus Muſicę ſit de-
lectabilis: ſed ſolum de proportionibus illorũ.¶ In
Tex.21. textu.21. [Patet autẽ] ſubdit tertiã concluſionẽ.ſ.
3.Concluſ. ꝙ demonſtratio eſt eorũ quę ſunt perpetua ⁊ incor-
ruptibilia.i.ꝙ concluſio demonſtrabilis debet eſſe
ſemper de re incorruptibili. Ait [Demonſtrationis
talis].i.de qua loquimur in propoſito: [⁊ demonſtra
tionis omnino].ſ. ſimpliciter. Ac ſi dixiſſet, ꝙ demõ
ſtratio de qua loquimur eſt ſimpliciter demõſtratio.
Et ꝙ concluſio demonſtrationis debet eſſe incorru-
ptibilis, ⁊ ⁊ perpetua, probat quia procedit ex pro-
poſitionibus.i. ex pręmiſſis vniuerſalibus. Appel-
lat vniuerſales, eas quę ſunt de omni poſterioriſtice
id eſt, quorum prędicata inſunt ſemper ⁊ neceſſario.
Unde vniuerſaliter facit hanc conſequentiã: Si prę
miſſę ſunt perpetuę, neceſſarie concluſio eſt perpe-
tua: vt patet ex ſecũda illorũ triũ concluſionũ, quas
ſupra poſuit in fine tex.17.ſ. Si antecedẽs eſt neceſ-
ſariũ, conſequẽs eſt neceſſariũ. Et ſubdit, ꝙ demon-
ſtratio non eſt eorũ quę intereunt.i. corruptibilium.
Nec de illis eſt ſimpliciter ſcientia ſed ſecundũ acci-
dens: qꝛ tales cõcluſiones non ſunt vniuerſales.i. de
omni poſterioriſtice: ſed ſunt verę aliquãdo. Et rur
ſus infert, ꝙ ſi concluſio eſt corruptibilis, neceſſe eſt
aliquã pręmiſſarũ eſſe ⁊ caducã.i. corruptibilẽ, ⁊ nõ
vniuerſalẽ.i. non de omni poſterioriſtice: vt patet ex
tertia dictarũ concluſionũ in tex.17. V.g. in hoc ſyl-
logiſmo: Quicunqꝫ diſputat loquitur, oĩs homo di-
ſputat: ergo oĩs homo loquitur: qꝛ cõcluſio eſt cõtin
gẽs, fit vt minor etiã ſit cõtingens, ⁊ per cõſequens
non ſit de omni. Et ideo dicit, ꝙ quia maior extremi
tas nõ eſt de ratione ſubiecti, talis demõſtratio non
procedit ex propoſitionibus de omni poſterioriſtice:
ſed ex his quę in aliquo tempore ſunt verę, ⁊ in alio
falſę. Secundum antiquos exponitur demonſtratio
nẽ nõ eſſe corruptibiliũ, qꝛ nõ eſt rerũ quę ꝑ ſe ſunt
corruptibiles, vt oĩs homo eſt riſibilis, Petrus eſt
homo: ergo.¶ Hic adnotare opus eſt quomodo ſecũ
dum Ariſt. non ſolũ de propoſitionibus eſt ſcientia,
ſed de rebus ipſis quas appellat perpetuas ⁊ incor
ruptibiles. Propoſitiones enim nõ dicuntur incor
ruptibiles niſi ratione rerũ. Atqui quomodo intel-
ligatur res de quibus eſt ſcientia eſſe incorruptibi-
les, quęſtione prima de vniuerſalibus ſatis expoſui
mus. Homo enim ⁊ animal quatenus ſunt vniuerſa
lia.ſ. quatenus abſtrahũt ab hoc ⁊ illo hõie, ſunt res
per ſe incorruptibiles. Quod eſt dicere: Connexio
extremorũ eſſentialiũ eſt perpetuę veritatis, vt ho-
mo eſt animal, homo eſt ſubſtantia ⁊c. ſunt tamẽ cor
ruptibiles de per accidẽs ratione indiuiduorũ. Ho-
mo enim eſt res corruptibilis: quia Petrus ⁊ Pau-
lus ⁊ quilibet homo eſt corruptibilis: iuxta illud pri
mo Meta. cap.1. homo non generat hominẽ ſed Cal
liã, nec corrũpitur homo, ſed Callias.¶ In textu.22. Tex.22.
[Similiter res ſeſe habet ⁊c.] ſubdit Ariſt. perinde
rem ſe habere in definitionibus, atqꝫ in concluſioni Definitio
bus ſcibilibus: ꝙ videlicet definitio nõ eſt corrupti- non eſt cor
biliũ, puta ſingularium: ſed incorruptibiliũ, vt pote ruptibiliũ.
ſpecierũ quatenus ſunt vniuerſales. Non enim Pe
trus per ſe primo definitur, ſed homo. Hac de cauſa
Plato poſuit ideas vniuerſales ſeparatas ab indiui Ideę.
duis corruptibilibus, vt de illis eſſet ſcientia ⁊ defi-
nitio. Ariſtot. vero dicit, ꝙ ſcientia ⁊ definitio eſt de
vniuerſalibus quę ſunt realiter in indiuiduis: ⁊ per
ꝯñs eſt de rebus incorruptibilibꝰ ſcdm ſe, corrupti-
bilibus aũt de per accidẽs.¶ Probat autẽ Ariſ. defi
nitionẽ non eſſe corruptibiliũ, ex eo ꝙ demonſtratio
nõ eſt corruptibiliũ. Quia definitio (inquit) aut eſt
principiũ demõſtrationis, aut demõſtratio poſitio-
ne differẽs, aut demonſtrationis cõcluſio. Ad cuius
intellectũ notandũ eſt, ꝙ cum definitio explicet cau
ſam rei, poteſt explicare quoduis q̃tuor generũ cau
ſarũ. Et vna definitio poteſt demõſtrari per aliã. Fi-
nis enĩ eſt prima cauſarũ, quę mouet agẽs: agẽs pro
ducit formã ſibi ſimilem: materia vero diſponitur ſe
cundũ neceſſitatẽ formę. Unde definitio materialis
demonſtratᷣ a priori per formalẽ a qua dependet: for
malis per efficientẽ: ⁊ efficiẽs per finalẽ: ⁊ de primo
ad vltimũ tam materialis q̃ formalis poteſt etiã de
monſtrari per finalẽ. Exempli grã. Definitio irę ma Ira.
terialis eſt, accẽſio ſanguinis circa cor: formalis au-
tẽ ⁊ quodãmodo finalis, eſt, appetitꝰ vindictę. San-
guis enĩ accenditur ad vindictã capeſſendã. Sed ex
vtroqꝫ membro efficitur vna cõpleta definitio irę.ſ.
accẽſio ſanguinis ad cor propter vindictã: cum ergo
oſtenditur hominẽ eſſe iratũ per alterã illarum defi
nitionũ, tunc definitio eſt demõſtratiõis principiũ:
vt ſi dicas, Quicũqꝫ appetit vindictã iraſcitur: qui-
cunqꝫ iniuriã patitur appetit vindictã: ergo. Quan
do vero vna definitio demõſtratur per aliã, tunc vna
definitio eſt demonſtrationis principiũ, ⁊ altera de-
monſtrationis concluſio: vt ſi a priori demonſtretur
materialis per finalẽ ſic, cuicunqꝫ appetenti vindi-
ctã, accẽditur ſanguis circa cor: iniuriã paſſus appe
tit vindictã: ergo iniuriã paſſo accenditur ſanguis
circa



circa cor. Aut ſi vice verſa, a ſigno demõſtretur ma-
terialis per finalẽ. At vero quando ex vtraqꝫ fit vna
definitio totalis, illa eſt tota demonſtratio ſola poſi-
tione.i. diſpoſitione differens. Si enĩ dicas, ꝙ ira eſt
accenſio ſanguinis circa cor, propter appetitũ vin-
dictę, illic redditur propter quid ira eſt accẽſio ſan-
guinis, ſicuti in demonſtratione: ⁊ ponitur mediũ ⁊
virtualiter cõcluſio: hoc ſolo dempto, ꝙ nõ ſunt tres
formaliter propoſitiones diſpoſitę in modo ⁊ figura.
Cum ergo definitio debeat ſic eſſe pars demõſtratio
nis, fit, vt quemadmodũ demõſtratio nõ eſt ex corru
ptibilibus, neqꝫ eorum ſit definitio.¶ Conſequenter
Ariſtot. in ſecunda particula huius textus, [Patet
etiã,] reſpondet cuidã tacito argumento. De eclipſi
enim lunę eſt ſciẽtia: ⁊ tamẽ, luna eclipſatur, non eſt
de omni poſterioriſtice, qꝛ non ſemper eclipſatur ſed
aliquãdo. Reſpõdet enĩ ꝙ inquantũ ſunt tales.i. de-
mõſtrabiles, ſunt quidẽ ſemper: inquantũ vero non
ſunt ſemper, nõ ſunt demonſtrabiles vniuerſaliter,
ſed particulariter.¶ Ubi notandum, ꝙ eclipſis lunę
cõuenit ſemper in ordine ad cauſas: nõ tamẽ ſemper
in ordine ad tẽpus. Quod eſt dicere, quod quotieſ-
cũqꝫ terra interponitᷣ, indefectibiliter luna eclipſatᷣ:
⁊ ſub hac ratione eſt ſcientia vniuerſalis de eclipſi.ſ.
quotieſcunqꝫ terra interponitᷣ inter ſolem ⁊ lunã lu
na eclipſatᷣ: ſed quotieſcũqꝫ ſol ⁊ luna opponuntᷣ in
talibus pũctis ecliptice (puta dũ luminaria ſunt in
capite vel in cauda draconis) terra interponitᷣ: ergo
quoties luminaria ſunt in talibus pũctis luna ecli-
pſatur. At vero qꝛ nõ in quocũqꝫ tẽpore ſimpliciter
eclipſatur, ꝓpterea qñ demõſtratur ꝙ iſto anno, ta-
li die, ⁊ tali hora eclipſabitur, eſt demõſtratio parti-
cularis et non vniuerſalis. Et hoc eſt quod hic dicit
Ariſt. Ob idqꝫ nos quęſtione ſecũda argumẽto ꝑmo
diximus hanc propoſitionẽ, luna eclipſatur, eſſe ſim
pliciter ſcibilẽ. Et hanc etiã eſſe ſcibilem in philoſo
phia naturali, homo eſt bipes, qꝛ regulariᷣ ita eſt:
licet aliquãdo in ſingulari naſcatur monſtrum ſine
Tex.23. duobus pedibus.¶ In textu.23. [Cum autẽ pateat.
reuertitur ad probationẽ ſecundę cõcluſionis prin-
cipalis.ſ. demonſtrationẽ procedere ex propriis. Et
ꝙ propria ſunt quę nec ſunt aliena nec cõmunia, et
iã patefecit demonſtrationẽ nõ ꝓcedere ex alienis,
oſtendit modo nõ procedere ex cõmunibus. Ait er-
go, ꝙ cum vnũquodqꝫ nõ ſit demonſtrandũ ex qbuſ-
cũqꝫ principiis ſed ex propriis, fit, vt ſi principia ſint
cõia quę poſſunt accõmodari ad aliud genus ſciẽtię,
quãquã illa ſint vera ⁊ neceſſaria, non proprie ⁊ per
Briſo. ſe demõſtrari: veluti Briſo, nõ proprie demõſtrabat
quadraturã circuli, quia vtebatur principiis cõmu
nibus.¶ Ad cuius intellectũ ſupponatur expoſitio
huius, quod eſt q̃drare circulũ, quã fecimus in prę-
dicamẽtis cap. de ad aliquid, vbi, ait Ariſto. non eſſe
ſcientiã inuentã quadraturę circuli.ſ.ꝙ detur qua-
dratũ ⁊ circulus quorũ areę ſint ęquales: licet mul-
ti philoſophi vt.1. Phyſ. videbimus eam conati fue
rint inuenire. Inter quos Briſo vtebatur hac ratio
ne: Ubi eſt maius ⁊ minus, eſt ęquale: ſed deſcripto
circulo dabitur intra quadratũ minus, ⁊ extra qua-
dratum maius, vt apparet in figura textus: ergo po
terit dari quadratũ ęquale. Tametſi aliter etiã con-
tẽdebat quadrare circulum, vt.1. Phyſi. eſt videre.
Ait ergo modo Ariſ. ꝙ hęc demonſtratio non proce
debat ex propriis principiis Geometrię, cuius ſcien
tię eſt quadrare circulum (cũ ſit de quantitate conti
nua: (qꝛ maior demõſtrationis eſt cõmunis etiam nu
meris, de quibus eſt Arithmetica. Et ideo dicit ꝙ
illud principiũ non cõuenit rei vt illa eſt.i. nõ conue
nit figuris inquantũ ſunt quantitates continuę (qđ
eſt cõuenire per ſe primo ⁊ ſecundũ quod ipſum) nã
maius ⁊ minus primo cõuenit quãtitati in cõmuni:
⁊ per quantitatẽ cõuenitᷣ figuris ⁊ numeris. Et per
conſequẽs tale principiũ eſt per accidẽs. Nam tũc,
inquit, cognoſcimus rem per ſe, quãdo cognoſcimꝰ
ex propriis: vt cũ demõſtramus de triãgulo habere
tres angulos ęquales duobus rectis per definitio-
nem triãguli, cui per ſe conuenit illa paſſio. Et hoc
eſt quod ait, ꝙ ſi propria paſſio demonſtratur de pro
prio ſubiecto, neceſſe eſt mediũ etiã eſſe in eadẽ pro
pinquitate.¶ In ſecunda particula textus [Quod
ſi nõ ſit ita] ſoluit Ariſt. inſtantiã quę adduci poſſet
cõtra hanc doctrinã. Muſica nãqꝫ vtitur principiis
cõmunibus ſibi ⁊ Arithmeticę, cui ſubalternatur: ⁊
pariter perſpectiua vtitur principiis communibus
ſibi ⁊ Geometrię. Reſpõſio autẽ Ariſtotelis cõſiſtit
in hoc, ꝙ licet ita ſit, tamẽ hęc non eſt inſtãtia: quia
ſi Muſica habet cõmunia principia cũ Arithmeti-
ca, hoc eſt, qꝛ habet ſubiectũ ĩ parte cõmuni cũ illa:
nam ſubiectũ Arithmeticę eſt numerus, ⁊ ſubiectũ
Muſicę numerus ſonorus. Et ideo principia nume
rorũ ſeruiũt etiam numeris ſonoris.¶ Subdit tamẽ
differentiã, dicens [ipſum quidẽ eſſe, ad aliã ſcientiã
attinet].ſ. ad ſubalternatã: ſed propter quid illius
recipit ſubalternata a ſubalternãte. [cuius ſunt ipſi
affectus].i. cuius proprię paſſiones demonſtantur
per illa principia. Boetius vertit, ꝙ ipſum, quia, eſt
propriũ ſubalternatę, ⁊ propter quid eſt ſubalternã
tis. Ubi hoc verbũ, qꝛ (certe ineptũ, vt cap. 10. vide-
bimus) rem obſcurat. Litera explicabitur hoc exem Scientię
plo. Quod diateſſaron (.i. proportio ſeſquitertia qua ſubalternę
lis eſt quatuor ad tria) ſit ſonora ⁊ bene cõſonãs, eſt
cõcluſio proprie Muſicę: nã Arithmeticus nihil di-
cit de ſono. Et hoc eſt quod dicit Boetius ꝙ, quia,
eſt propriũ ſubalternatę. Et Argyropylus ſignificã
tius, ꝙ eſſe, ſcilicet verũ eſt ſubalternatę.i. talẽ pro-
portionẽ eſſe conſonam eſt propria veritas Muſicę:
quia ſubiectũ.ſ. ſubalternę, genus diuerſum eſt, pu-
ta numerus ſonorus. Sed tamẽ propter quid ſit ſo-
nora, illud eſt, quia talis eſt proportio rationalis: et
ꝙ inter quatuor ⁊ tria ſit proportio rationalis pro-
bat Arithmeticus, quia.ſ. habent eandem partẽ ali
quotã cõmunẽ: puta, vnitatẽ. Concludit ergo Ari-
ſto. [Quare patet ex hiſce ⁊c.].i. ſequitur ꝙ ex hac
inſtantia non probatur, ꝙ aliqua ſcientia demõſtret
ex principiis cõmunibus ſibi ⁊ aliis: nam hoc proue
nit ſubalternanti ⁊ ſubalternatę, qꝛ habet ſubiectũ
quodã modo cõmune. Et vt afferretur inſtantia con
tra regulã, deberet probari, ꝙ aliqua ſcientia vtere
tur principiis cõmunibus ſibi ⁊ aliis, cũ quibꝰ nul-
lo modo communicat in ſubiecto.¶ In tertia parti- Sciẽtia nõ
cula tex. (Quod ſi id cõſtat) infert Ariſt. vnã conclu demõſtrat
ſionẽ corollariã quę eſt celebris inter philoſophos. ſua princi-
Nulla ſcientia demonſtrat ſua propria principia: ſed pia.
ad Metaphyſicã quę eſt omniũ domina ⁊ excellen-
tiſſima pertinet probare omniũ principia. Prima
pars cõcluſionis ſequitur ex dictis: nam poſtꝙ quę
uis ſcientia reſoluit ſuas pręmiſſas vſqꝫ ad principia
immediata in ſuo genere, iam tũc illa principia pro
bari nõ poſſunt niſi per alia principia cõia, ⁊ per cõ
ſequẽs ad illam ſcientiã non pertinebit vti talibus
principiis. Secunda pars.ſ. ꝙ hoc pertinet ad me-
taphyſicam non formaliter eſt in textu ſed inſinua-
tur. Sicut enim ſe habet Geometria ad Perſpecti-
uam (quia habet ſubiectũ cõmunis) ita quodã modo
ſe habet Metaphyſica ad omnes ſcientias: quippe
cuius ſubiectũ eſt ens, quod eſt omnium cõmuniſſi-
mum: ergo ſicut Geometria probat principia Per-
ſpectiuę, ita ⁊ Metaphyſica poterit vtcunqꝫ perſua
dere principia aliarum ſcientiarum. V.g. Omne to
tum eſt maius ſua parte, eſt principium mathema-
N iij ticarum

ticarum ſcientiarum, quarum eſt tractare de toto ⁊ partibus quantitatiuis: ſed neganti, perſuadebit illud Metaphyſica hoc modo, omne continens eſt maius contento: ⁊ totum eſt continens partes: ergo. Et ideo ſubdit Ariſt. q̄ talis ſcientia eſt excellentiſſima, ⁊ maxime ſcientia. Nam ſcire eſt rem per cauſas cognoſcere. ergo illa quę tractat de ſupremis cauſis quę ita ſunt cauſę, vt non ſint effectus erit ſuprema ſcientia: talis autem eſt Metaphyſica, cuius ſubiectum eſt ens, quod in genere cauſarū formaliū eſt ſupremū: quia prędicatur vniuerſaliter de omnibus. Tractat etiam de Deo ⁊ intelligentiis: quę in genere cauſarum efficientium ſunt primę. Quod ſi arguas mathematicas eſſe pręſtātiores quia ſint certiores: Reſpondet Ariſtot. in prologo de anima, q̄d dupliciter ſcientia eſt pręſtantior: aut ratione certiſſimi modi procedendi: quomodo mathematicę ſunt pręſtantiſſimę: aut ratione ſubiecti: quomodo inter phyſicas, ſcientia de anima eſt pręſtātiſſima: ſed ſimpliciter Metaphyſica eſt digniſſima: quia tractat de ente vt includit etiam intelligentias. ¶In quarta particula textus, (Demonſtratio vero) concludit demum Ariſto. ſuam concluſionem. ſ. q̄ demonſtratio non vtitur principiis cōmunibus, niſi eo modo quo tam Geometricę demonſtrationes accommodantur ad facultatē machinarum ſtruendarum. ſ. ad artem architecturę, vel ad perſpectiuam (quę ſcientię ſubalternantur illi) quam arithmeticę demōſtrationes accommodantur ad Muſicam. ¶In poſtrema particula textus, (At vero difficile) ad introducendū capitulum ſequens colligit hoc corollarium: Difficile eſt percipere ⁊ cognoſcere, quando quis demonſtrat ex propriis principiis. Decipiuntur enim qui putant ſatis eſſe ad demonſtrationē procedere ex veris ⁊ immediatis, niſi procedat ex propriis.

## De principiis tam communibus quàm propriis. Cap. viij.

Textus. xxiiij

EA autem in quocunque genere principia dico, quæ fieri nequit vt eſſe demōſtrentur. Igitur quidnam ipſa prima, & ea quæ ex hiſce proficiſcuntur ſignificant, ſumitur: at quòd ſint principia ſumere, cætera demōſtrare neceſſe eſt. Ceu quid eſt vnitas, aut rectum, aut triangulus ſumitur, eſſe verò vnitatem ac magnitudinem ſumere, cætera autem demonſtrare oportet. ¶Eorum autem quibus in demonſtratiuis vtuntur ſcientiis, alia cuiuſcunque ſcientiæ propria, alia communia ſunt: communia verò, ſimilitudine rationis: quippe vſus eorum tantùm ſeſe extendat quacunque in ſcientia, quantum cuiuſque ſubiecto generi congruit. Propria ſunt, vt lineam eſſe talem, rectúmve: communia, vt ſi ab æqualibus æqualia demas, ea quæ reſtant æqualia ſunt atq; horum vnumquodq; cuiq; ſatiſfacit, ad cuiuſq; genus accommodatum. Idem enim hoc faciet, ac ſi non de omnibus ipſum accipiet geometra, ſed de magnitudinibus tantùm, & arithmeticus de numeris ſolùm. ¶Sunt etiam & ea propria, circa quæ ſcientia conſiderat ea, quæ per ſe illis inſunt: atque hæc & eſſe & quid ſunt, ſcientiæ ſumunt: vt vnitates Arithmetica: puncta, lineáſve, Geometria: at horum per ſe affectuum quid quidem quiſque ſignificat ſumunt: vt arithmetica, quid par, quid impar, quid quadratum, quid quoq; cubus: Geometria, quid expers rationis: quid frangi, quid concurrere, & huiuſmodi cætera. Demonſtrant autem ipſos eſſe, & per communia, & per ea quæ demonſtrata ſunt. Eadem & Aſtrologia facere ſolet.

Tex.xxv.

¶Omnis nanque demōſtratiua ſcientia circa tria verſatur. Ea ſunt ea quæ ponit eſſe: hæc autem ſunt genus, cuius per ſe affectuum eſt contemplatrix: & ea quæ communes dignitates dicuntur, ex quibus primis demonſtrat: & tertium affectus, quorum quid quiſque ſignificat ſumit: nihil tamen prohibet ſcientiarum nonnullas horum præterire nonnulla: veluti genus non ſupponere eſſe, ſi eſſe pateat: non enim æquè & numerum, & frigidum, & calidum eſſe patet: affectus etiam non ſumere quid ſignificant, ſi ſint clarè, ſicut nec dignitates, nihil prohibet: vt quid ſignificat æqualia ab æqualibus auferre, quia eſt notum: ſed nihilominus hæc tria natura ſunt: id, inquā, circa quod ſcientiam demonſtrant, & ea quæ demonſtrat, atque ea ex quibus demonſtrat.
¶Non eſt autem id ſuppoſitio, neque poſtulatio ſanè, quod per ſeipſum eſſe videriq; neceſſe eſt. Demonſtratio nanque non in oratione quæ eſt extrà, ſed in oratione quæ eſt in mente conſiſtit: quandoquidem neque ratiocinatio in illa conſiſtere videtur. Cùm enim ſemper aduerſus orationem, quæ extrà eſt, per inficiationem obſtetur: vt aduerſus eam quæ eſt in mente, non ſemper. ¶Quòd igitur demonſtrari quidem poteſt, non demonſtratum autem à ſe quiſpiam ſumit, id aut ſupponit, ſi ità eſſe diſcenti videtur, atque hæc non abſolutè quidem, ſed ad illum tantùm ſuppoſitio eſt: aut poſtulat, ſi nulla prorſus dicenti de hoc opinio, vel etiam contraria inſit. Atque hoc inter ſuppoſitionem poſtulationemq; intereſſe. Etenim id eſt poſtulatio, quod eſt contrarium opinioni diſcentis: vel quod quidem demōſtrabile eſt, ſed illud quiſpiam ſumit vtiturq; non demonſtrato. ¶Definitiones igitur cùm affirmationes aut negationes non ſint, ſuppoſitiones non eſſe patet: quas quidem vt genus propoſitio complectitur. Definitiones præterea percipiantur ſolùm oportet: at id ſuppoſitio non eſt, niſi quiſpiam & audire ſuppoſitionem dixerit eſſe. Sed ea ſunt ſuppoſitiones, quæ cùm ſint hoc ipſo quod ſunt, emergit ipſa concluſio.

Neque



Neque geometra falſa ſupponit, quēadmodùm nonnulli putârunt: qui quidem inquiunt, demoſtrantem falſis vti ſuppoſitionibus non oportere: geometram verò falſa ſupponere, deſignatum lineam nunc pedalem, nunc rectam eſſe dicentem, quæ quidem nec recta nec pedalis exiſtat: nam geometra cùm non ſit ea linea, quā deſignauit aut protulit ore, concludere ſolet: ſed cum ea ſint quæ per illam ſignificantur aut indicantur, quæ deſignauit ac protulit ipſe. Inſuper omnis poſtulatio ſuppoſitioque aut vniuerſalis, aut particularis eſt: at neutrum iſtorum definitionibus competit: quare definitiones, ſuppoſitiones, poſtulationeſque non ſunt.
¶Formas igitur aut vnum quid præter ipſa multa eſſe, ideò quia demonſtratio ſit neceſſe non eſt: tamen verum eſt dicere, neceſſariò vnum eſſe de pluribus prædicandum: nam ſi id non ſit, vniuerſale ſanè non erit: at ſi vniuerſale non ſit, non erit medium ipſum: quare nec demonſtratio. Eſſe igitur vnum quid oportet, idémque de pluribus non ſolùm communi nomine prædicandum.

Tex.xxvj

¶Nulla autem demonſtratio ſumit fieri non poſſe, vt ſimul idem affirmetur atque negetur, niſi fuerit opùs vt hoc etiam pacto demonſtretur concluſio. Quod quidem fuerit, ſi ſumpſerimus affirmare quidem primum de medio eſſe verum, negare autem verum non eſſe. Nihil autem refert medium eſſe atque non eſſe ſumere & tertium pari modo. Nam ſi datum eſt id quo hominem dicere verum eſt, & ſi detur & id etiam quo non hominem dicere verum eſt: tamen ſi tantùm hoc totum ſumatur, hominem inquam animal, non autem non animal eſſe: erit etiam verum, Calliam, etiam & non Calliam, animal, non autem non animal dicere: cauſa autem eſt, quia primum non ſolùm de medio, ſed etiam de alio dicitur, propterea quòd ad plura ſeſe extendit. Quare ad concluſionem nihil refert, & ſi medium & ipſum, & non ipſum eſt. ¶Hoc autem, omne inquam affirmandum aut negandum eſſe, ea demonſtratio ſumit, qua deducitur ad id quod fieri nequit: nec tamen ſemper vniuerſaliter, ſed quoad ſatis eſt generi, circa quod genus demonſtrationes afferuntur, ſicut & priùs eſt dictum.

Textus. xxvij.

¶Conueniunt autem inter ſeſe ſcientiæ omnes, in hiſce quæ communia ſunt: communia verò dico, quibus vtunt̄ tanquàm ex eis demonſtrantes, non autem de quibus demonſtrant, nec ea quæ demonſtrant. ¶Differendi quoque facultas cum omnibus conuenit, & ſi qua vniuerſaliter ipſa communia oſtendere nitatur: velut omne quoduis affirmetur, aut negetur oportet, vel ab æqualibus demptis æqualibus, æqualia ſunt ea quæ reſtant: vel talium aliqua, atque ipſa differendi facultas, non eſt ſic definitorum quorundam, neque generis cuiuſdam: non enim interrogaret: demonſtranti nanque, interrogare non licet, propterea quòd ex oppoſitis idem non oſtendatur: hoc autem demonſtratum in hiſce eſt, quæ de ratiocinatione ſunt pertractata.

CVm in capite ſuperiori determinatū ſit demonſtrationem propter quid procedere ex propriis ⁊ non ex cōmunibus principiis, atq; vt in fine concludit, principia propria cognitu ſint difficilia, in hoc octauo cap. latiorem facit ſermonē de principiis demonſtrationis propter qd. Cuius intentio eſt hic oſtendere quę ſint principia propria quęve cōmunia: ⁊ quomodo quęuis ſcientia vtatur huiuſmodi principiis. ſ. aut ſupponendo illa, aut aliqua exponendo, aliis formaliter vtendo in demonſtratione, aliis vero ſolū virtualiter. ¶Atqui ſecundum partitionem Cōmmētatoris quatuor ſunt textus in hoc capite: in quorū primo qui eſt ordine vigeſimuſquartus ponit definitionem ⁊ diuiſionem principiorū. Ait enim principia eſſe in quouis genere, quę in tali genere ſunt indemōſtrabilia. Ubi notato. q̄ ſimpliciter principia, nō dicuntur niſi illa q̄ ſunt immediata. i. quę priora nō habent in tali genere quibus demōſtrētur, vt propoſitio, in qua prima propria paſſio prędicatur de definitione, aut definitio de definito, aut dignitates. ¶Subiungit conuenientiam ⁊ differētiam inter prima principia ⁊ alia quę velut cōcluſiones demōſtrantur. Ait enim q̄ tā principia prima q̄ ea quę ex hiſce proficiſcunt̄ (. ſ. cōcluſiones) ſumitur quid ſignificāt. Sumere eſt recipere tanquā ſuppoſitū. Requirit̄ enim ante demonſtrationē ſupponere ſignificationes terminorū, tam principiorum quā cōcluſionis. [At q̄ ſint principia ſumere, cętera demonſtrare neceſſe eſt.] Id eſt, differunt tamē q̄ prima pricipia eſſe. ſ. ſubiectū eſſe, ⁊ dignitates eſſe veras, neceſſe eſt ſumere. i. ſupponere: qr non ſunt demōſtrabilia: cetera vero. ſ. cōcluſiones neceſſe eſt demōſtrare. Subiungit exēpla. Ceu quid eſt vnitas, quid rectum. i. definitio vnitatis, quę eſt primū ſubiectū Geometrię, ⁊ definitio recti, ⁊ trianguli: quę ſunt paſſiones illius: itē ſubiectū ſupponere. ſ. vnitatē eſſe, hoc ſumendū. i. ſupponendū eſt: nā vt primo capite dictū eſt, de ſubiecto ſupponit̄ quid eſt ⁊ quod eſt, ⁊ de paſſione quid ſignificat: cętera vero. ſ. concluſiones, quod triangulus habet tres angulos ⁊c. oportet demonſtrare. ¶In ſecunda particula textus, [Eorum autem] ſubdit diuiſionem principiorum. Alia enim ſunt ꝓpria vnicuiq; ſciētię, alia communia. At ne quis redarguat eum contradictionis, quippe qui dixerat nullā ſcientiā vti principiis cōmunibus, ait cōmunia appellare ſimilitudine rationis (quod Boetius vertit ſecundū analogiam. i. proportionē.) Et dicunt̄ hoc modo cōia in illis ſolis ſciētiis quę cōmunicāt aliquo modo ī ſubiecto. Et hoc eſt quod ait: Quippè vſus eorū tantū ſe extendit in ſciētia, quantū cōgruit eius ſubiecto. In aliquibus codicibus pro, vſus, habetur, cumulus, mendum eſt. ¶Subdit exēpla vt lineā eſſe, rectūve, proprie ſunt principia Geometrię. At ſi ab ęqualibus ęqualia demas, quę remanent ſunt ęqualia, pricipiū eſt cōmune tam Geometrię q̄ Arithmeticę: qr hoc, cū ſit cōmune omni quātitati, deſeruit tam numeris, quam quātitatibus cōtinuis. Atqui explicat id qd̄ dixerat

Tex.24.

ꝙ .ſ. hoc principiū tantū ſe extendit in vtraqꝫ iſtarū ſcientiarū, quantū cōgruit eius ſubiecto, qꝛ inquit, [Idem hoc faciet in Geometria, ac ſi nō de omnibꝰ ipſum acciperet Geometra: ſed de magnitudinibus tantū ⁊ Arithmeticꝰ de numeris] ac ſi dicat, tm̄ ſeruit aut Geometre aut Arithmetico hoc p̄ncipiū vniuerſale, ac ſi Geometra in particulari dixiſſet, ſi ab equalibus magnitudinibus equales magnitudines demas eq̄les magnitudines remanēt: ⁊ Arithmeticꝰ dixiſſet, ſi ab eq̄libus numeris ⁊c. ¶ In tertia particula tex. [Sūt etiā ea] magis elucidat exemplū de principiis propiis. Dicens ea eſſe principia propria .ſ. incōplexa, circa q̄ ſcientia cōſiderat illa q̄ per ſe illis inſunt. Qualia ſunt propria ſubiecta, quibꝰ per ſe inſunt paſſiones. Sequitur in textu, [Atqꝫ hec (.ſ. ſubiecta) ⁊ eſſe, ⁊ quid ſunt, ſcientie ſumūt] Quia de ſubiecto ſupponitur, quid eſt, ⁊ qꝛ eſt, ſeu, quod eſt, vt Arithmetica ſupponit quid eſt vnitas ⁊ eā eſſe: ⁊ Geometria ſupponit puncta ⁊ lineas. Sequitur [At horū per ſe affectuū quid ſignificāt ſumunt.] Nomine affectus vbiqꝫ intelligitur propria paſſio: de qua vt cap. primo dictū eſt ſciētia ſupponit quid ſignificat: vt Arithmetica ſupponit quid ſignificat par, quid impar, quid quadratum, quid cubus: que ſunt paſſiōes numeri. Geometria quid ſignificat expers ratiōis .i. proportio irrationalis. [Proportio irrationalis.] Proportio dicitur irrationalis que eſt inter duas lineas que non ſunt inter ſe commenſurabiles: puta cuius pars aliquota vnius non eſt aliquota alterius, vt ſecundo cap. diximus de coſta ⁊ diametro quadrati equilateri: linee vero rationales ſunt, vt quadrupedalis ⁊ tripedalis, quibus pes eſt pars aliquota ambarū. Et ideo proportio irrationalis eſt paſſio Geometrie: quia in numeris nulla eſt proportio irrationalis, ſed omnis rationalis: qꝛ omnes numeri habēt ſaltē vnā partē aliquotā cōmunem puta vnitatem. [quid ſignificat frangi] vt linea viſualis que frangitur in ſpeculo: [quid cōcurrere] quemadmodū diximus parallelas non cōcurrere. Subiungit, [Demonſtrāt autē ipſos eſſe per cōmunia, ⁊ per ea que demōſtrata ſunt,] Id eſt, ſcientia vera demōſtrat hos affectus .i. proprias paſſiones vere ineſſe ſubiectis: aut per principia cōmunia, ſicut Geometra ⁊ Arithmeticus vtuntur illo, ſi ab equalibus equalia demas: aut per principia demōſtrata ex illo, vt Geometra ſi ab equalibus magnitudinibus ⁊c. et Arithmeticus ſi ab equalibus numeris ⁊c. [Tex.25.] ¶ In textu .25. [Oīs namqꝫ] preſſius quā id fecerat cap. 2. explicat principiorū differentias .ſ. poſtulationes, ſuppoſitiones, cōes animi cōceptiones. Habetqꝫ textus particulas quinque. In prima reſumit quod dixerat capite primo .ſ. tria eſſe precognita ante demonſtrationē .ſ. de ſubiecto (quod hic vocat genus) quid eſt, ⁊ qꝛ eſt, ſeu quod eſt: de dignitatibus, qꝛ ſunt .ſ. ꝙ ſint vere: ⁊ de paſſionibꝰ, (quas hic nuncupat affectꝰ) quid ſignificāt. Litera perſpicua eſt intelligenti que illic diximus. ¶ Subiungit, ꝙ nihil prohibet ſcientiarum nonnullas, aliqua iſtorum preterire. Boetius vertit, deſpicere. Id eſt nihil prohibet quin demōſtrator aliquādo non ſupponat nec explicet aliqua iſtorū: quia .ſ. ſunt per ſe nota, vt in philoſophia naturali, principiū eſt ignē eſſe calidū: nō eſt neceſſe illud ſupponere poſtquā ad ſenſum patet. Arithmeticus autē nihil mirū ſi ſupponat numerū eſſe: quod non ita patet ad ſenſum. Numerus enim numerās eſt in mente: ⁊ numerus numeratus, in rebus. Et hoc eſt quod ait non eque patet numerū eſſe: ⁊ calidū ⁊ frigidū eſſe. Eodē modo de paſſionibus cum clariſſime ſint earū ſignificationes, non opus eſt ſupponere quid ſignificant. Et de dignitatibus puta quid ſignificat, equalia ab equalibus auferre, quia id eſt notiſſimum. ¶ In ſecunda particula textus, [Non eſt autē] deſcendens ad principia cōplexa de quibus in hoc capitulo eſt principalis intentio, cōſtituit differentiā inter poſtulationē, ſuppoſitionē, ⁊ dignitatē. Et eſt litera certe notatu digna. Ad cuius intellectū notanda eſt differētia inter hec quatuor: Dignitas, ſuppoſitio, petitio, definitio. [Dignitas ſuppō, petitio, definitio.] Primum omniū cōueniūt hec omnia, ꝙ vniuerſa hec ſunt principia quibus demōſtrator vtitur tanquā principiis que nō demōſtrat: qꝛ in tali ſcientia non ſunt proprie demonſtrabilia, ſed per principia alterius ſcientie. Et ideo generali nomine poſſunt appellari omnes ſuppoſitiones: ex quibus demonſtrator exorditur demōſtrationes. Sunt tamen inter hec notande tres differentie. [Prima differentia.] ¶ Primo dignitas differt a ceteris tribus, ꝙ dignitas eſt propoſitio per ſe nota ſimpliciter .ſ. ſecundum ſe et quo ad nos: itaque termini illius omnibus ſunt euidentes. Cetera vero principia, licet poſſint eſſe ſecundum ſe euidentia, tamē nō ſunt euidentia quo ad nos: qꝛ termini non ſunt omnibus per ſe noti. Ob idqꝫ licet demonſtrator nō demonſtret illa, tamē debet illa aliquo modo exponere aut perſuadere aut ſupponere tanquā vera. [2. Differētia.] ¶ Secunda differentia eſt inter ſuppoſitionē ⁊ petitionē. Nam ſuppoſitio vno modo accipitur generaliter, vt eſt nomen commune omnibus principiis: alio modo ſpecialiter, vt diſtinguitur cōtra petitionē. (Si enim ſit aliquod principiū quod non ſit quidē per ſe omnibus tam euidens, q̄ dignitas: ſed tamen reſpōdenti verū apparet: aut q̄a certe verum eſt ⁊ facili negotio explicatur, aut quod in opinione reſpōdentis verū eſt, illud eſt ſuppoſitio: vt ſi quis ſupponat definitionem trianguli eſſe figurā rectilineā triū angulorū: que quidē ex noīe ipſo facile apparet: aut omnes lineas ductas a centro circuli ad circumferentiā eſſe equales: nam oſtenſo centro facile videbit circumferentiā equaliter vndiqꝫ diſtare: aut ſi quis diſputans cum Democrito ſupponeret illi corpora fieri ex atomis, quod licet eſt falſum, tamen ipſe opinat̄ eſſe verum. Hec inquā omnia principia ſpeciali noīe dicuntur ſuppoſitiones. Si vero tale principiū nec ſit euidens reſpondenti nec facile perſuaſibile: aut quia in rei veritate eſt dubiū reſpondenti, aut contrariū eius opinioni, hec dicitur petitio ſeu poſtulatio: qꝛ .ſ. demōſtrator hoc poſtulat a reſpōdente ⁊ ſumit ab illo diſputationis gratia, vt ſi petat ſolē eſſe maiorē tota terra, aut aſtra eſſe paria: aut volens demōſtrare animam eſſe perpetuā ſupponeret eam per ſe moueri, aut ſi quis ab Ariſtotele qui ſcit non eſſe vacuū petat vt admittat vacuum eſſe, vt. v.g. inde demōſtretur non poſſe per tale ſpatiū fieri motū ſucceſſiuū, vt ipſe arguit in quarto Phyſi. Attamē ſi reſpōdens nō admittit quod eſt contra ſuā opinionē, tunc inde oritur queſtio inter diſputantes. [3. Differētia.] ¶ Tertia differentia eſt inter definitionē ⁊ alia tria, ꝙ alia ſunt propoſitiones: et ideo generali noīe dicūtur ſuppoſitiones. Definitio vero non eſt propoſitio: ⁊ ideo nō dicitur ſuppoſitio: ſed poſitio, vt cap. 4. viſum eſt. ¶ Has tres differentias tractat Ariſt. in hoc textu. [Principia nō negant̄ in mente.] Ait ergo [quod per ſe ipſum eſſe, videriqꝫ neceſſe eſt, non eſſe ſuppoſitio nec poſtulatio] ſed dignitas. Ac ſi dicat, ꝙ ſuppoſitio vel poſtulatio, licet per ſe ſit vera .i. indemonſtrabilis, tamen nō per ſe videtur oībus vera, ſed indiget ſuppoſitione .i. ꝙ preponatur a demonſtratore. Dignitas vero et per ſe eſt vera ⁊ per ſe omnibus apparet vera: ⁊ per cōſequens ſuppoſitione non eget, vt quodlibet eſt vel non eſt. At quia poſſet quis dicere nihil eſſe tam manifeſtum, quod non paſſit ab aliquo proteruiſſimo voce negari, dicit ꝙ demōſtratio

non



non eſt in oratione extra .i. in oratione vocali: ſed in mēte. Ac ſi dicat, ꝙ licet quis voce neget prima principia, non tamen pōt id negare mente: quia illic ſunt per ſe euidētia, iuxta illud Cōmētatoris .1. de anima cōmen. 1. intellectus agens eſt cauſa primarū propoſitionū quo ad euidentiā: quippe cuius naturali lumine illuſtrantur. Alias (inquit) ſi ſatis eſſet voce negare principia, non ſolū nulla eſſet demonſtratio, ſed nulla eſſet ratiocinatio .i. ſyllogiſmꝰ: quia verbo quicunqꝫ poteſt omnia inficiari .i. negare. ¶ In tertia particula textus [Qd̄ igitur ⁊c.] ponit ſecūdam differentiā inter ſuppoſitionē ⁊ poſtulationē. Qd̄ igitur inquit demōſtrari quidē poteſt .i. principiū qd̄ nō eſt adeo omnibus euidens, quin poſſit aut demonſtrari aut perſuaderi aliqua ratione cōmuni, tm̄ demonſtrator ſumit illud a reſpōdente tanquā demonſtratum, illud (inquit) ſi ita eſſe dicenti videtur, erit ſuppō: non quidē abſolute, ſed ad illū tm̄ reſpondentē. Qd̄ addit propter ſuppoſitionē que ſolū eſt vera ſm̄ opinionem reſpōdentis: aut quā r̄ndens ſolus admittit, quā alius non admitteret. Si autē id vel non apparet r̄ndenti, vel illi contrariū eſt, tūc erit poſtulatio. Exēpla ſunt iam ſupra appoſita. ¶ In quarta particula textus, [Definitiones igitur ⁊c.] ponit tertiā differētiam inter definitionem (que in verſione Boetij dicitur terminus) ⁊ alia tria. Definitiones inquit cū non ſint affirmationes nec negationes nō ſunt ſuppoſitiones. [Quas quidem vt genus propoſitio cōplectitur.] Id eſt q̄ ſuppoſitiones ſunt ſpecies ꝓpoſitionis. ¶ Subiungit ſecūdā rationē, ꝙ definitio nō ſit ſuppō: quia definitiones ſolum oportet percipiantur .i. intelligantur ſimplici intellectus operatione: id aūt qd̄ tali intellectione ſimplici percipit̄, non eſt ſuppō: quia ſuppoſitio dicit iudiciū. [Niſi quiſpiā, inquit, ⁊ audire ſuppoſitionem dixerit eſſe.] Ubi notato, ꝙ vt Ariſt. ait .3. de anima, tex. 28. ſimpliciū intelligentia cōparatur operationi ſenſuū exteriorum: et ideo intelligere, cōparat hic ad, audire: vt ſicut, audire, non eſt ſuppoſitio, quia nō eſt propoſitio, ita nec intelligere. Sed ea inquit ſunt propoſitiones que cū ſint .ſ. vere, emergit .i. infertur ipſa concluſio. ¶ Reſpondet ſubſequenter tacite queſtiuncule. Dixerat eñ ſuppoſitionē eſſe principiū aut verū ſimpliciter aut ſaltē ſcd̄m opinionem r̄ndentis. At poſſit quis arguere, ꝙ Geometra ſepe ſupponit aliqua falſa, vt puta hanc lineam eſſe pedalem, aut rectam, cum forte non ſit ita. Reſpōdet inquā, ꝙ Geometra non vtitur in ſuis demōſtrationibus illis lineis oſtenſis ad ſenſum: qꝛ de ſingularibꝰ nō eſt ſcientia: ſed lineis in vniuerſali, q̄ deſignātur per illas demōſtratas. ¶ Tandē adiungit tertiā rationē, ꝙ .ſ. definitio non ſit ſuppoſitio, dicēs oīs poſtulatio ⁊ ſuppoſitio aut eſt vniuerſalis, aut particularis: ſed definitio nec vniuerſalis eſt nec particularis: ergo. ¶ In quinta particula textus. [Formas igitur] concludit ex dictis contra [Platonis idee.] Platonē, ꝙ ꝓpter neceſſitatē ſcientiarū aut definitionum nō eſt neceſſe introducere ideas a ſingularibus ſeparatas, q̄ Latine dicūtur forme, ſed eſt neceſſariū dicere vnū eſſe, de pluribus predicandum: puta vnā eſſe rōnem cōmunē ſpecificam aut genericā abſtractā ab indiuiduis ſola operatione intellectus de qua ſit ſciētia ⁊ definitio. Nā ſi hoc vnum nō ſit, non erit vniuerſale: ⁊ ſi nō eſt vniuerſale, nō erit medium demōſtratiōis, qd̄ eſt definitio: ⁊ per ꝯn̄s nec erit demōſtratio. Atqꝫ adeo cōcludit, ꝙ neceſſe eſt eſſe vnū [Uniuerſalia in rebꝰ.] cōmune nō ſolū ſcd̄m nomē, ſed ſcd̄m rationē. Ubi docet vniuerſalia nō ſolum eſſe in nominibus, ſed in indiuiduis ſcd̄m rem, abſtracta tamē per operationem intellectus. [Tex.26.] ¶ In tex. 26. [Nulla autem demonſtratio.] Poſtquā principia tam ꝓpria quā cōmunia explicata ſunt, docere pergit quō vnaqueqꝫ ſciētia vtatur principijs cōmunibus, ⁊ preſertim communiſſimis. Etenim vt .4. Metap. text. 10. ⁊ text. 27. eſt videre, duo ſunt generalia prima principia. Unum negatiuū: De nullo idem affirmari ⁊ negari, verū eſt, alterum affirmatiuum: De quolibet idem affirmari aut negari, verū eſt. In prima ergo particula textus ſermo eſt de primo, ⁊ in altera de ſecundo. Locus iſte obſcuriſſimus habetur. tū quia Grece certe eſt adeo conciſus, vt videatur truncus cui deſit aliquqd verbum: tum quia Latine infideliter eſt traductus propter equiuocationē verborum Grecorū. Unde ⁊ antiqui ⁊ neotrici diuerſe eum exponunt. Proponam prius ſenſum Ariſt. qui facilis eſt: moxqꝫ ad literam deſcendam. [De nullo idē affirmari ⁊ nega.] Tres ſunt termini in ſyllogiſmo .ſ. maior extremitas, medium, ⁊ minor extremitas: quos Ariſto. appellat, primum, medium, ⁊ tertium, vt ſunt in propoſito, animal, homo, Callias. Intēdit ergo Ariſ. docere, ꝙ illud principium, de nullo idem affirmari ⁊ negari verum eſt, non intrat formaliter demonſtrationē. Et vtitur hac ratione. Aut deberet intrare ex parte primi, id eſt maioris extremitatis, aut ex parte medij, aut ex parte tertij .ſ. minoris extremitatis: ſed nullum iſtorū: ergo. Probat minorem. Ex parte maioris extremitatis poni non poteſt ſub illa forma vt iacet: ſed ſi accipiantur pro maiori extremitate duo termini contradictorij quorū vnus affirmetur ⁊ aliꝰ negetur de medio .ſ. Omnis hō eſt aīal ⁊ non eſt non animal: Callias eſt hō: ergo Callias eſt aīal ⁊ non eſt non animal. Et hec quidē optima forma demonſtrationis eſt, vtrum vero illa pars negatiua maioris et cōcluſionis ſit ſuperflua, an aliquid conducat, in fine examinabimus. Ex parte vero medij non poteſt addi hoc principium in proprijs terminis, neqꝫ ex parte minoris extremitatis: ſed addetur ſi accipiantur ꝓ medio aut pro minori extremitate duo termini contradictorij .ſ. omnis homo ⁊ non homo eſt animal: prima parte diſtributa, in ſenſu copulatiuo .ſ. omnis hō eſt aīal ⁊ non hō eſt aīal: Callias eſt hō ⁊ Callias eſt non hō (que vtraqꝫ pars eſſet vera ſi minor extremitas eſſet ſuperior ad medium) ergo. Senſus ergo Ariſt. eſt, ꝙ quāq̄ poſſit dari vtraqꝫ pars maioris vera, tamē illa pars de ſubiecto infinito eſt ſuperflua ⁊ nihil refert ad ſyllogiſmum. Si enim detur ꝙ omnis hō eſt aīal ⁊ nō eſt nō aīal: ⁊ ꝙ Callias eſt animal: licet nō daret̄ illa .ſ. nō hō eſt animal ⁊ nō eſt non aīal: neqꝫ illa, Callias eſt non hō: ſequeretur concluſio .ſ. Callias eſt aīal ⁊ non eſt non animal. Et eadē ratiōe nihil refert ſi ex parte minoris extremitas ſumatur cōtradicto .ſ. Callias ⁊ nō Callias eſt hō, quecunqꝫ .n. pars ſubſumatur, ſufficit vt de illa cōcludatur maior extremitas. Hic tm̄ ſenſus qui certiſſimꝰ eſt Ariſto. nec verſioni Boetij, nec Argyropyli conquadrat, et multo minus illi, quā modo nobis Baſilea correctiſſimā dedit, niſi paucis mutatis verbis, que nos iuxta phraſim Grecam exegimus, ⁊ (ni fallor) merito mutauimus. ¶ Eſt ergo litera hec, [Nulla demonſtratio ſumit fieri non poſſe, vt ſimul idem affirmetur atque negetur] id eſt formaliter ſumit hoc principium [niſi fuerit opus hoc etiam pacto demonſtretur concluſio. Quod quidem fuerit ſi ſumpſerimus affirmare quidem primum .i. maiorem extremitatem de medio eſſe verū, negare autem verū nō eſſe [cuius iam nos exēplū poſuimus.] [Nihil autem refert medium eſſe atqꝫ non eſſe ſumere: ⁊ tertiū pari modo .i. nihil conducit ad vim demonſtrationis duos t̄fos contradictorios capere aut ex parte medij aut ex parte minoris extremitatis. Probat vtrunque ſimul (quod rem facit obſcurā:) [Nam ſi datum eſt id quo hoīem dicere verum eſt] .i. data eſt ea maior propoſitio qua

vere enunciatur hominem eſſe animal ⁊ non eſſe non animal (hęc enim maior extremitas ſupplenda eſt.) [Et ſi detur id etiam quo non hoīem dicere verum eſt].i.quãuis detur etiam vera alia pars maioris de ſubiecto infinito.ſ.nõ hõ eſt animal ⁊ nõ eſt non animal [tamen ſi tantũ hoc tantum ſumatur, hominē in quã aīal non autem non animal eſſe].i.ſi tantum ſumeretur pro maiori illa prima pars de ſubiecto finito [erit etiam verum].i.optime concludetur [Calliã, etiam ⁊ non Calliã, animal, nõ autem non animal dicere.[Si enim ſubſumatur, Callias ⁊ non callias eſt homo, infertur callias ⁊ nõ callias eſt animal ⁊ non eſt nõ animal. Moleſtum eſſet hic referre trãſlationes Boetij ⁊ Argyropyli, vt appareret, ꝙ non ſunt intelligibiles, vt modo circũferuntur. ¶Subiungit Ariſt. cauſam cur maior extremitas, quę dicitur de medio, dicatur etiam de eius contradictorio [Cauſa inquit eſt, quia primũ.i.maior extremitas non ſolum de medio, ſed etiã de alio dicitur: propterea quia ad plura ſeſe extendit] .i. propterea ꝙ maior extremitas eſt ſuperior ad medium, prędicatur tam de homine quã de nõ homine, puta de equo.

Dubium. ¶Dubium reſtat quid velit ſentire Ariſto. in primo mēbro: vtrum ſentiat aliquando eſſe neceſſarium ex parte maioris extremitatis dicere, omnis homo eſt animal ⁊ nõ eſt non animal. Multi ſunt qui dicunt id nunquam eſſe neceſſarium: quibus S.Thom. ſubſcribit: nam cum duo termini contradictorij non poſſunt ſimul verificari de eodem, idem eſt omnino, omnis homo eſt animal, ⁊ omnis homo eſt animal qui non eſt animal. Quare ſecundum iſtos intentio Ariſto. fuit inferre, ꝙ nullo modo tale principiũ intrat demonſtrationē: nam ſi aliquo modo intraret, maxime illo primo modo, ſed illa eſt inutilis repetitio: ergo nullo modo intrat. Quę quidem expoſitio optime poteſt ſubſtineri maxime iuxta verſionē Boetij. Philoponus dicit, ꝙ aliquãdo cõtra ignaros homines ⁊ proteruiſſimos neceſſe eſt tales propoſitiones ſumere. Poſſet enim ignarus dialecticę credere, ꝙ anima eſt perpetua, ⁊ non perpetua: propterea ꝙ ſcdm partem intellectiuam eſt perpetua ⁊ nõ ſcdm ſenſitiuam. Contra quē arguendum eſſet hoc modo, Omnis forma quę habet aliquã operationem nõ depēdentē a corpore eſt perpetua ⁊ non eſt nõ perpetua: aīa eſt huiuſmodi, ergo. Et iuxta phraſim Gręcam quam fideliter transfert Argyropylus forte hoc voluit ſentire Ariſtote. cum dixit [niſi fuerit opus, vt hoc etiam pacto demonſtretur cõcluſio.] ¶In ſecunda particula textus

De qlibet idem affir. aut nega. [Hoc autem ⁊c.] oſtendit quomodo ſecundum principium affirmatiuum, De quolibet idem affirmatur aut negatur, ſeruiat demõſtrationi. Ait enim ꝙ hoc principiũ ſeruit demonſtrationi ducenti ad id quod fieri nequit.i.ad impoſſibile. ¶Ad cuius euidentiam notandum eſt, ꝙ argumentatio ad impoſſibile duabus de cauſis fit. Vel ad oſtendendum bonitatē conſequentię (quod pertinet ad libros Priorũ:) vel ad probãdum veritatem propoſitionis: qđ pertinet ad libros Poſteriorũ.

Demõſt. ad impoſſ. Exēpli gratia. Negat quis hanc conſequentiam de Baroco eſſe bonam, Omne.b. eſt.a, c. non eſt.a: ergo.c. non eſt.b: probabo eſſe bonam ducendo ad impoſſibile: nam ſi illa eſt mala pręmiſſę ſunt verę ⁊ concluſio falſa, tunc ex contradictorio concluſionis vero cũ maiori inferam contradictoriam minoris in Barbara hoc modo, Omne.b. eſt a, omne.c. eſt.b, ergo omne.c. eſt.a: ⁊ ſic vel duo contradictoria ſunt vera, vel prima conſequentia de baroco erat bona: ſed duę cõtradictorię nõ poſſunt eſſe verę per primum principium, ergo prima conſequentia erat bona. At de iſta probatione non eſt ſermo in pręſentia: ſed de probatione concluſionis. Negat enĩ quis hanc propoſitionem, animal non eſt homo. Probabo ex eius contradictoria ducendo ad impoſſibile hoc modo: Sequitur bene, omne animal eſt homo: equus eſt animal, ergo equus eſt homo: cõſequens eſt falſum, ergo aliqua pręmiſſarũ: non minor, ergo maior: ⁊ per conſequens contradictoria negata eſt vera. Qđ probatur per illud principium affirmatiuum: De quolibet affirmatio aut negatio eſt vera. Et ideo ſi affirmatio eſt falſa neceſſe eſt vt negatio ſit vera. ¶Vbi hoc animaduertēdum eſt, quod quęſt.2. argu.7. adnotauimus, ⁊ quęſt.4. ſtatim examinauimus, videlicet, hęc prima principia generaliſſima non intrare formaliter demonſtrationē: ſed ſolum virtualiter. Et ita intelligitur hic textus. Non enim hoc principiũ aſſumitur tãquam pręmiſſa: ſed ſolũ ad probandum ꝙ ſi talis propoſitio eſt falſa ſua contradictoria eſt vera. ¶Subiungit Ariſtote. [Nec tamē ſemp vniuerſaliter, ſed quoad ſatis eſt generi] id eſt ſubiecto talis ſcientię. Qđ eſt dicere: Hoc principium non ſemper aſſumitur ſub illis terminis generaliſſimis, quodlibet eſt ens vel nõ eſt ens, ſed accommodate et limitate ad ſubiectum ſcientię, vt ſi Geometra vult demonſtrare diametrum nõ eſſe cõmēſurabilem coſtę, aſſumit hoc principium: Aut eſt cõmenſurabilis, aut incommenſurabilis: detur ꝙ eſt commenſurabilis: ergo aliqua certa pars eſt aliquota vtriuſq;: cõſequens eſt falſum, ergo ⁊ antecedens: ⁊ per cõſequens eſt incõmenſurabilis. Quia omnes quantitates aut ſunt commenſurabiles, aut incommenſurabiles. Vtitur ergo Geometria, commenſurabili aut incommenſurabili, tanquã primo principio, ⁊ quantitate, vbi non eſt dare mediũ: quia commenſurari eſt proprium quãtitatis. Alia enim entia aliorũ prędicamētorũ, nec ſunt cõmenſurabilia nec immenſurabilia niſi ratione quantitatis. Et eodem modo Arithmeticus vtitur tanquam primo principio, par vel impar, ⁊ philoſophus, mobile, vel immobile ⁊c. Modus vniuerſaliſſimus eſt arguendi in omnibus ſcientijs. ¶In tex.27. [Conueniunt autem] tandem concludit Ariſto. duo corollaria. Primum eſt. Tex.27.
Omnes ſcientię cõmunicant quodã modo, non quidem in his de quibus demonſtrant puta in ſubiecto, nam iſto modo ſolę ſcientię ſubalternę cõmunicant quodã modo in ſubiecto: neq; in his quę demõſtrant, puta in paſſionibus ſeu concluſionibus: quia ſicut quęlibet ſcientia habet proprium ſubiectum, ita ⁊ habet proprias paſſiones: communicãt vero in principijs ex quibus demonſtrant: quia conueniunt ſaltem in illis principijs generaliſſimis in textu pręcedenti expoſitis. ¶Vel aliter exponetur hoc corollarium, videlicet, Omnes ſcientię cõmunicãt in principijs communibꝰ, puta in dictis duobus. Cõmunicant, inquit, in illis tanquam eis ex quibus demonſtrant.i.tanquam principijs quibus omnes ſcientię generaliter vtuntur, vt iam modo dicebamus: non tamē tanquã illis de quibꝰ aliquid demõſtrant, nec tanquã concluſionibus quas demonſtrant. Etenim de illis primis principijs non omnis ſcientia aliquid demonſtrat: tametſi metaphyſica demõſtret aliqđ de illis, puta ꝙ nullus poteſt illa corde negare, vt iam modo dicebat Ariſto. ⁊ habetur.4.meta.tex.8. Nec aliqua ſcientia poteſt a priori demonſtrare illa prima principia: quia ſunt immediatiſſima: quãuis metaphyſica aliquo modo illa a poſteriori oſtendat exēplo ⁊ inductione: quia quacunq; re ſignata nõ poteſt ſimul eſſe ⁊ nõ eſſe: ⁊ neceſſe eſt aut eſſe aut non eſſe. ¶Secundum corollarium eſt ꝙ differendi facultas.i. Dialectica conuenit cum omnibus.i. habet principia communia quibus in omnibus ſcientijs vtitur. ¶Sed eſt notandum, ꝙ vult hic ponere Ariſto. conuenientiam



Conuenit inter Meta. ⁊ Diale. uenientiam inter Dialecticã ⁊ Metaphyſicam, qua ambę differunt a reliquis omnibus ſcientijs, et pręterea differentiam inter ambas. Conueniunt enim vt habetur etiam.4.metap.tex.5. ꝙ vtraq; eſt ſcientia cõmunis ratione ſui ſubiecti: diuerſimode tñ: nã cũ ſubm̃ Metaphyſicę ſit ens, qđ eſt ſuperius ad ſubiecta aliarũ ſcientiarũ, ad ipſam pertinet perſuadere oīa principia rationi cõmuni. V.g. Illud principium Mathematicum, omne totũ eſt maius ſua parte, probat ratione cõmuni quia omne continens eſt maius contento. Cõtinens enĩ cõmunius eſt quã totũ: quia locus eſt cõtinens locatum ⁊ ideo maior, non tamen eſt totũ reſpectu illius. Et hoc principiũ, ſi ab equalibus ęqualia demas ⁊c. perſuadebit per aliud vniuerſalius.ſ.ſi. ab his quę eodem modo ſe habent demas eodem modo ſe habētia quę remanent eodem modo ſe habebãt. Etenim eodē modo ſe habere cõmunius eſt, quã eſſe ęqualia, cõuenit enĩ alijs accidētibus ꝙ quãtitati: vt ſaporibus ⁊ coloribus. Et hac de cauſa in oībus ſciētijs naturalibus cognitio metaphyſicę eſt neceſſaria: quippe cuius propriũ eſt, a priori immediatas rõnes oſtēdere. Dialectica vero, quia eius ſubm̃ eſt ens rõnis, qđ licet nõ ſit ſuperius ad ſubiecta realiũ ſcientiarũ, eſt tñ quodam modo cõe ad oīa, (quia oēs res ſe poſſunt habere vel vt genꝰ, vel vt ſpecies, aut aliud prędicabile) ideo de omnibus poteſt rationes cõmunes ⁊ perſuaſibiles afferre. Exempli grã. Quod lõgiſſimum latus triãguli ſit minus duobus reliquis ſimul ſumptis, probat Euclides principio proprio Geometrię in concluſione vigeſima: ſed id perſuadebit Dialecticꝰ ratione cõi: quia ſignatis punctis extremis longiſſimi lateris puta. a



b inter illa ꝓcedit illud latus recte per chordã, ⁊ alia duo quaſi per arcũ. Itē philoſophꝰ moralis ꝓbat odiũ eſſe in concupiſcibili vbi eſt amor: quia per odium concupiſcimus incõmodũ inimico: ſicut per amorem optamus ei bonũ: ſed Dialecticus probabit rõne cõmuni: qr amor ⁊ odiũ ſunt cõtraria, ⁊ cõtraria ſunt circa idē.

Differt inter Meta. et Dialect. ¶Eſt tñ differētia inter Metaphyſicã ⁊ Dialecticã, ꝙ Metaphyſica ſolum ſumit vnã partē contradictionis determinatã.ſ. veram ad concludēdum id qđ eſt verũ. Dialectica vero ſumit vtrãq; partem contradictionis tã verã quã falſam: ⁊ ex vtraq; tanꝗ probabili argumētatur apparenter: ⁊ propterea dialecticus interrogat reſpondentem vtrã partem oppoſitionis mauult dare. Vnde notanter loquitur hic de Dialectica (quã vocat differendi facultatem) vt diſtinguitur cõtra partem Logicę demonſtratiuã: nam demõſtrator ſolũ aſſumit partem neceſſariã ad concludēdum neceſſaria: vt Geometra ſolum demonſtrat diametrum eſſe incõmenſurabilē coſtę quadrati ęquilateri: dialecticus vero apparenter argumentatur ꝙ ſit cõmenſurabilis hoc modo: Diameter quadrati altera parte lõgioris poteſt eſſe commenſurabilis coſtę: ⁊ non eſt maior ratio de illo quam de ęquilatero: ergo. Item omnes duo numeri ſunt ꝓportionabiles: ergo oēs duę quãtitates. ¶Eſt ergo litera Ariſtotelis. [Differendi facultas.ſ. Dialectica omnibus conuenit.] Id eſt principia habet cõmunia ad omnes ſcientias. [Etſi qua] id eſt ſi aliqua alia ſciētia [vniuerſaliter ipſa cõmunia oſtendere nitatur] vt eſt metaphyſica, quę a poſteriori exemplis nititur oſtendere illud principiũ, quodlibet eſt vel non eſt: aut illud a priori, ſi ab ęqualibus ęqualia demas ⁊c. [Atq; ipſa differendi facultas non eſt ſic definitorũ quorũdã nec generis cuiuſdã] id eſt, At tamen Dialectica nõ ſumit determinatã partem cõtradictionis ſicut Metaphyſica, vel ars demonſtratiua: ſed vtranq; ſumit. [Non enim interrogaret].i. ſi non vteretur vtraq; tanquam probabili non interrogaret vtrã velit reſpondens dare. [Demonſtranti nanq; interrogare non licet, propterea ꝙ ex oppoſitis idem non oſtendatur].i. demonſtrator non interrogat: quia cũ debeat ſolum neceſſarium demonſtrare, non poteſt id facere ex vtralibet parte contradictionis: cum neceſſe ſit alteram eſſe falſam, ex qua non demonſtrabitur neceſſarium. Hanc differētiam inter dialecticã ⁊ demonſtratorē dicit oſtēdiſſe in libris de ratiocinatione.i. de ſyllogiſmo, puta in libris Priorũ.

Solutio dubij. ¶Hinc ſequitur ſolutio dubij qđ hic ſine cauſa multi mouent: quomodo.ſ. aſſerat hic Ariſtote. Dialecticam non eſſe determinati generis, cum.4. metap.tex.5. dicat ſubiectum eius eſſe ens rationis. Ad quod dubium reſpondent aliqui, ꝙ propterea ꝙ ens rationis reperitur vniuerſaliter in omnibus generibus ſcientiarum, dicitur hic Dialectica non eſſe determinati generis. ¶Sed tamen re vera Ariſtote. hic nihil aliud vult, niſi ꝙ Dialectica non determinatur ad aliquam certam partem contradictionis: ſed vtraq; probabiliter vtitur.

## De proprijs cuiuſque interrogationibus. CAP. IX.

QVOD ſi eadem interrogatio ratiocinatiua, & propoſitio contradictionis eſt (ſunt autem in vnaquâque ſcientia propoſitiones, ex quibus vniuſcuiuſq; propria cõficitur ratiocinatio) erunt porrò & interrogationes quædam, ad ſingulas ſcientias attinentes, ex quibus fit cuiuſq; propria ratiocinatio. Patet ergo, non omnem interrogationem Geometricã eſſe, nec ad medendi artem omnem accõmodari, & pari modo de cæteris. Sed aut ea, ex quibus aliquid eorum oſtēditur, de quibus eſt ipſa Geometria, aut ea, quæ ex eiſdem demõſtrantur, ex quibus Geometria demonſtrat, qualia ſunt perſpectiua: idem eſt & in cæteris intelligendum. Atq; de his ipſis reddenda quoque ratio eſt ex Geometricis principijs, cõcluſionibúſve: ſed de principijs non eſt reddenda ratio Geometræ, quatenus profeſſor Geometriæ eſt: eadem ſunt & in cæteris ſcientijs obſeruanda. ¶Nec igitur artificem quemque quęuis percontari, nec ad quamuis interrogationē de ſingulis reſpondere oporter: ſed ea tantùm, quæ in ſcientia ſua determinata ſunt. Quòd ſi quiſpiam cum Geometra, quatenus Geometra eſt, ſic diſſeruerit, patet & bene illum eſſe diſceptaturum, ſi ex his oſtenderit aliquid: quòd ſi hoc diſſeruerit modo, non bene ſine dubio diſceptabit. Patet etiam, illum non redarguere Geometram, niſi per accidens: quam ob rem inter ignaros Geometriæ, de Geometria diſſerendum non eſt: latebit enim is, qui di-

xerit

xerit praue. In cæteris etiam ſcientijs, res ſeſe habet ſimiliter.

Text. xxviij. ¶Cùm autem interrogationes Geometricæ ſint, ſuntne & ageometricæ? & interrogationum eæ quæ ab ea prodeunt ignoratione, quæ eſt diſpoſitio, geometricæne ſunt an non & in quacunque facultatum ſimiliter? præterea vtra ratiocinationum ab ignoratione proficiſcitur: eáne quæ ex oppoſitis conſtat, an ea quæ conſtructa vitioſè eſt? At enim ageometricæ interrogationes, aut ex Geometria ſunt, aut ex alia facultate: nam Muſica quidem interrogatio ageometrica eſt: ex Geometria vt æquè diſtãtes putare concurrere, tum geometrica, tum ageometrica eſt: duplex enim ageometricum, & perinde atque informe: atq; alterum ex eo quia nihil Geometriæ vt informe quod vacat forma: alterũ ex eo quia aliquid eius prauè complectitur: vt informę, quod turpem habet formam, fœdamque: atq; hæc ignoratio, & quæ ex talibus eſt principijs, Geometriæ contraria eſt.

Textus. xxix. ¶In mathematicis autem, non ſimiliter fraus fit, cùm diſſeritur: quia medium eſt ſemper duplex: nam alter extremorũ de hoc omni, & hoc rurſus identidem de altero dicitur: atque prædicatum non dicitur omne: hæc autem cernere licet, quaſi mentis perceptione. In diſſerendi verò facultatis diſceptationibus latẽt. Eſt ne omnis circulus figura? ſi deſignauerit, patet: ſed quidnam vltrà, carmináne ſunt circulus? continuò patet, non eſſe. Atque non oportet inficiationem ad ipſum afferre. ſi inductiua propoſitio ſit. Vt enim neque propoſitio eſt ea, quæ non ad plura ſeſe extendit (non enim erit de omnibus: ex vniuerſalibus autem extruitur ratiocinatio) ſic patet nec eam inficiationem eſſe, quæ vniuerſalis non eſt: etenim eædem ſunt propoſitiones inficiationésve: nam quam affert quiſpiam inficiationem, ea vel diſſerendi vel demonſtrandi propoſitio fieri poteſt. ¶Fit autem, vt quidam vitioſè concludant. Propterea quod eos medios ſumunt, qui terminos vtroſque ſequuntur: quale quidem & Cæneus facit, ignem gigni multiplicata ratione hoc pacto concludens: ignis vt dicit celerrimè gignitur: quòd multiplicata gignitur ratione, id celerrimè gignitur. Hoc autem modo conſtare ratiocinatio nequit: ſed ſi celerrimam generationem multiplicata ſequatur ratio, & ignem celerrima generatio. Interdum igitur fieri nequit, vt ex ijs quæ ſumuntur ratiocinatio conſtruatur: interdum verò fieri poteſt, ſed non cernitur. ¶Quòd ſi fieri non poſſet, vt verum oſtendatur ex falſis, facile eſſet reſoluere: cõuerſio nanque neceſſariò fieret. Sit enim. a. verum: quod cùm ſit, hæc ſunt, quæ quidem eſſe ſcio, veluti b: ex ijs igitur illud eſſe oſtendam. Conuertuntur autem ea magis quæ in mathematicis ſunt: quia nullum accidens, ſed definitiones accipiũt, atque hoc etiam ipſo à diſſerendi differunt facultate. ¶Accreſcit etiam ratiocinatio non per media, ſed aſſumendo. Nam. a. de. b. ſumitur, & hoc de. c. & hoc rurſus de. d. Atque hoc in infinitum procedit. In latus quoque eius fit incrementum a nanque de. c. atque de. e, concluditur. Sit enim a. quidem numerus abſolutè, b. verò ſimpliciter numerus impar, & c. definitus numerus impar, a, igitur de. c. concludetur. Altera rurſus in parte, d. quidem ſit par numerus ſimpliciter ſumptus, e. verò definitus numerus par: a igitur de. e. concludetur.

Poſtquam in fine ſuperioris capitis oſtenſum eſt quomodo particulares ſcientię nõ vtuntur principijs communibus, in hoc nono capite pergit Ariſt. dicere quomodo quęuis ſcientia vtatur proprijs principijs. Atqui ſi partitionem Cõmentatoris ſequimur, capitulũ hoc continet fragmẽtum ſuperioris textus. 27. duoſq; alios textus. ſ. 28. ⁊ 29. In prima ergo parte poſtquam dixerat Dialecticam ⁊ Metaphyſicam habere quodã modo communia principia omnium ſcientiarũ, ſubiungit, ꝙ omnes ſcientię habent ſua propria principia ⁊ interrogationes. Ad cuius notitiam notandũ eſt hęc tria nomina, interrogatio, propoſitio, ⁊ concluſio, idem ſignificare diuerſis rationibus. Eadem enim propoſitio dum interrogatur, eſt interrogatio ſeu quęſtio: dum probatur eſt concluſio: dum admiſſa a reſpondente vel probata ab arguente aſſumitur tanquam pręmiſſa ad aliam probandum, eſt propoſitio. v. g. Anima eſt immortalis, dũ interrogatur, vel a diſcipulo vt ſciatur, vel ab arguente vt probetur, vel reprobetur. eſt interrogatio: dum cõcluditur ex illo medio, quia anima poteſt intelligere ſine corpore, eſt concluſio: dum ex ea infertur operationes noſtras dirigendas eſſe in aliam vitam, eſt propoſitio.

Interrogatio, propoſitio, cõcluſio

¶In prima ergo parte textus Ariſtote. ponit duas concluſiones: primam, quę pertinet ad arguentem: ſecundam, quę pertinet ad reſpondentem. Prima concluſio. Uniuſcuiuſq; ſcientię ſunt proprię interrogationes. Probatur: quia vniuſcuiuſque ſcientię ſunt proprię propoſitiones. ¶Ubi adnotãdum eſt, ꝙ aliter accipitur hic interrogatio quam in ſuperiori capite. Illic enim accipiebatur ſtricte vt pertinet ad dialecticum, qui probabiliter interrogat vtranq; partem contradictionis: hic vero accipitur latiꝰ pro quęſtione quacũq;, etiam ſi ſit propoſitio neceſſaria, quales ſunt in ſcientijs demonſtratiuis. ¶Concludit ergo non omnem interrogationem eſſe geometricã, neq; omnẽ ad artem medicã pertinere [Sed ea ⁊c.] Ubi notandũ, ꝙ interrogatio dupliciter poteſt pertinere ad Geometram: vno modo quia interrogatur propter quid alicuius cõcluſionis Geometricę: alio modo quia interrogatur propter quid alicuius propoſitionis perſpectiuę quę illi ſubalternatur. Quod enim Geometra demonſtrat in communi de lineis: Perſpectiuus aſſumit tãquã principiũ de lineis viſualibus: vnde ad ſubalternãtem ſcientiam pertinet reddere propter quid ſubalternatę. Sit ergo principia eſſe Geometrica aut ea ex quibus aliquid eorum. ſ. concluſionũ demonſtratur, de quibus (ſcilicet concluſionibus)

1. Cõcluſio



(ſcilicet concluſionibus) eſt Geometria, aut ea, ſcilicet principia quę ex eiſdẽ. ſ. principijs demõſtrantur, ex quibꝰ geometria demonſtrat: qualis ſunt principia perſpectiua. Itaque vult dicere, ꝙ principium perſpectiuum põt interrogari a geometra. ¶Qđ ſi quis arguat, qđ potius ad perſpectiuũ ſpectat ſcire principia geometrica, quã ecõuerſo ad geometram principia perſpectiua: ſi quidem perſpectiuus demõſtrat per principia Geometrica. Reſpondetur, ꝙ perſpectiuus inquantum perſpectiuus non probat ſua principia: ſed credit ⁊ recipit illa tanquam probata a geometra: ⁊ ideo illa pertinent ad Geometram. Et hoc eſt qđ ſubiũgit [Atq; de his ipſis (ſcilicet principijs perſpectiuis) reddenda eſt ratio ex principijs Geometrię ſiue ex concluſionibus eius.] Addit nihilominus, ꝙ geometra quatenus eſt Geometra non debet reddere propter quid de ſuis proprijs principijs: ſed hoc pertinebit ad metaphyſicum vt dictum eſt. ¶In ſecunda particula textus. [Nec igitur ⁊c.] ponit ſecundã concluſionem ꝙ. ſ. non pertinet ad quamlibet ſcientiam de quouis interrogato reſpondere. Exẽpli gratia. Si quis interroget geometram, an linea recta pulchrior ſit quã viſualis, an circularis figura aptior ſit ad motum quã quadrãgularis, non pertinebit ad ipſum rñdere: q2 ad ipſum non ſpectat aliquid ſcire de pulchritudine aut de motu. Unde ſubiungit, ꝙ ſi quiſpiam cum geometra quatenus geometra eſt ſic diſſeruerit, vt ex proprijs principijs Geometrię voluerit illum redarguere, bene diſceptabit. Si autem arguerit ex principijs quę nõ ſunt geometrica, redarguet illũ quidẽ per accidens, nec propterea concludet eum eſſe ignarum Geometrię, vt ſi geometram aſſerentẽ quadratum pulchrius eſſe circulo, quis redarguerit circulũ eſſe pulchriorem, nihil probauerit contra geometrã inquãtũ eſt geometra. Ex his colligit Ariſto. documẽtum, ꝙ de vnaquaq; materia diſputandũ eſt inter eos tantũ, hoc eſt, ⁊ cũ his, ⁊ corã his tantũ, qui periti ſunt in illa arte, vt periti ex proprijs principijs diſputent, ⁊ non ex impertinentibꝰ: ⁊ qui aſtant ſciant iudicare vter diſputantium bene diſputet. ¶In text. 28. [Cum autem interrogationes (mouet Ariſto. tres dubitatiunculas: ſi interroganter legantur: nam forſan melius legerẽtur aſſertiue vt patebit. Ad cuius euidentiã notandum eſt, ꝙ quẽadmodũ in vnaquaq; ſciẽtia ſunt ꝓprię interrogationes ⁊ concluſiones, ita ſimul ⁊ proprię ignorantię ſeu deceptiones pertinentes ad illã ſcientiam. ¶Secundo notandũ eſt, ꝙ ignorantia vt videbimus cap. 12. alia eſt purę negationis ⁊ alia praue diſpoſitionis. Ignorantia purę negationis eſt mera negatio ſcientię, vt ruſticus habet nunc ignorantiã geometrię de qua nec verũ dicit nec falſum: ignorantia vero praue diſpoſitionis eſt error contrarius ſcientię: nam ſcientia eſt bona diſpoſitio, vt ſi quis in geometria crederet parallelas concurrere. Ignorantia purę negationis geometrię eſt quęcũq; ignoratio circa materiã aliarũ ſciẽtiarũ: vtpote q̃ nihil pertinet ad geometram, vt ignorãtia Muſicę vel Philoſophię. Ignorantia vero proprie geometrica, eſt illa q̃ eſt in materiã propria geometrię. Et hęc vocatur proprie Gręce ignoratio ageometrica. Quod Boetius transfert non geometrica: ſed melius dicitur, ageometrica, ſeu ingeometrica, quia particula, non, cũ accipit infinitãter, tantũ valet ſicut id qđ non eſt geometricum: vt ignoratio medicinę vocaretur non geometrica, ſicut lignũ dicitur non vidẽs, ſed particula, a, quę Gręce eſt priuatiua ſeu, in, Latine ſignificat ignorationem in propria materia, ſicut cęcũ non dicitur lignũ ſed animal. Exẽplũ Ariſt. eſt, Arrhythmõ, quod poteſt verti, aut informe, vt vertit Argyropylus, aut non ſonorũ. Qđ põt accipi negatiue, vt punctum dicitur informe ⁊ lana non ſonora: aut priuatiue, ſicut qđ habet fœdã ⁊ turpẽ formã dicitur informe: ⁊ diſſonãtia vocũ dicit̃ inſonora. ¶Tertio notandum, ꝙ adhuc hęc ignoratio praue diſpoſitionis poteſt in ſciẽtia contingere dupliciter. Uno modo ex defectu cõſequẽtię quia nõ eſt ſyllogiſmus, ſed paralogiſmꝰ, id eſt ſyllogiſmus vitioſe cõſtructus, vti trãſfert Argyropylꝰ: aut ex defectu materię: quia. ſ. procedit ex oppoſitis. i. ex falſis principijs quę opponuntur principijs ꝓprijs. ¶Igit̃ ſcđm hęc tria notabilia mouet Ariſto. in prima particula tres quęſtiunculas. Prima. Utrum quemadmodum in geometria ſunt interrogationes geometricę, ita ſint et interrogationes nõ geometricę. i. ignorãtię ꝓprię pertinẽtes ad geometrã. Secũda. Eſto ita ſit, vtrum illę interrogationes quę ꝓcedũt ex ea ignoratione q̃ eſt diſpoſitio. ſ. vtrũ ignorantię praue diſpoſitionis ſint proprie geometricę. ¶Tertia. Utra ratiocinationũ proficiſcitur ab ignoratione. i. quę illarũ dr̃ propria ignoratio geometrię, ea ne quę ex oppoſitis conſtat. i. nunquid ea quę ꝓcedit ex falſis principijs an ea potius quę vitioſe cõcludit per paralogiſmũ. ¶In ſecunda particula textus rñdet ad quęſtiones, vel forte vt Philoponꝰ adnotauit, potius ſuperiora verba legẽda ſunt aſſertiue hoc modo, vt ſunt interrogationes proprie geometricę, ita ⁊ ꝓprie ageometricę ⁊c. nunc reddit rationẽ. Sed parũ refert. Reſpõdet ergo per diſtinctionẽ affirmatiue ad ambas priores quęſtiones q̃ ſunt cõnexę. [At enim ageometricę interrogationes aut de geometria ſunt aut ex alia arte] id eſt aut ſunt in materia Geometrię aut in alia materia: vt ignoratio Muſicę eſt non Geometrica, id eſt, aliena a Geometria. Hic eſt intolerabile mendaciũ in omnibus trãſlationibus Argyropyli, vbi ait ꝙ Muſica interrogatio, ſi de Geometria fiat, a geometrica eſt. Muſica enim ignoratio non poteſt eſſe de Geometria. Imo ponit exemplum Ariſtote. de Muſica, propterea ꝙ nullo modo ſubalternatur geometrię, ſed Arihtmeticę. Et quod Argyropylus transfert, ſi de geometria fiat, Gręce non eſt niſi tãtum, ex geometria, quę quidem particula non connectitur cum primo exemplo, ſed cum ſecundo, cum quo nos eam iunximus, hoc modo, [Ex geometria autem ęque diſtãtes, id eſt parallelas cõcurrere] hęc eſt ignorantia ingeometrica de geometria. Et ideo ſubiũgit, ꝙ eſt tum geometrica, quãtũ ad materiã, tũ ageometrica: quia eſt non veritas, ſed ignoratio geometrica. ¶Et ad declarãdũ ſecũdã quęſtionẽ ponit exẽplũ, ꝙ ſicut, informe, dicitur vno modo negatiue de illo qui caret forma: vt eſt punctum vel angulus: ⁊ alio modo de illo qui habet turpem formam, ita ignoratio ingeometrica alia eſt purę negationis, alia praue diſpoſitiõis, quę eſt proprie ingeometrica. Et idem obſeruandum eſt in omnibus ſcientijs. v. g. ꝙ ſunt tantum tria elemẽta, eſt ignoratio purę negationis in philoſophia morali: ſed eſt ignoratio praue diſpoſitionis ⁊ propria in philoſophia naturali: ecõuerſo vero, ꝙ tantum ſunt tres virtutes cardinales, eſt ignoratio purę negationis in philoſophia naturali: quia nihil ad eam pertinet, ſed eſt praue diſpoſitionis in philoſophia morali. ¶In textu 29. [In mathematicis autem] reſpõdet ad tertiam quęſtionem quę erat, vtrum ignoratio propria cuiuſq; ſcientię ſit illa quę procedit ex falſis principijs, an quę ſit ex paralogiſmo puta ex mala conſequentia. Et intendit in toto iſto textu conſtituere differentiam inter ſcientias Mathematicas (quas Boetius transfert doctrinas, eo ꝙ mathematicę per excellentiam dicantur ſcientię ⁊ doctrinę) et diſputationes dialecticas, ꝙ videlicet in dialecticis

2. Concluſ.

Tex. 28.

Ignorãtia duplex.

Tres q̃ſtiões.

Ad duas queſtiões

Arrhythmon.

Tex. 29. Ad tertiã queſtionẽ.

lecticis vtroq; modo contingit deceptio.ſ. et ex fal-
ſis principijs ⁊ ex paralogiſmis: in demonſtrationi-
bus vero contingere quidem poteſt ex falſis princi-
pijs nõ tamẽ ex paralogiſmo: ⁊ ideo pluribus modis
contingit deceptio in dialecticis quã in demonſtrati
uis. Atqui occaſione huius ponit in hoc text. quinq;
differentias in quibus mathematicę excellũt alijs.
Hanc differentiam oſtẽdit quinq; rationibus et ita
in textu, quinq; erunt particulę. ¶ Ad intelligentiã
horum notandum eſt, ꝙ paralogiſmus ex parte prę-
miſſarum contingit ex defectu medij, puta quia vel
ęquiuoce ſumitur (quam antiqui vocabãt fallaciam
in dictione) aut quia non plene diſtribuitur, quam
vocabant fallaciam extra dictionẽ. Primo excludit
a mathematicis primum defectum: deinde ſecundũ:
nam de defectu inferendo (quem nos appellamus
extrinſecum) non facit Ariſto. mentionem hic. Pri-
ma ergo ratio Ariſtot. eſt hęc, Medium in ſcientijs
demonſtratiuis duplex eſt. i. bis ſumitur: quia per ſe
refertur ad vtramq; extremitatem (vtpote quia de
ipſo omni dicitur maior extremitas, ⁊ ipſum dicitur
de omni minori extremitate) ergo in demonſtrati-
uis nec committitur defectus ęquiuocationis medij
nec indiſtributionis eius. Antecedens eſt manife-
ſtum, quia medium in demonſtratione vel eſt defini-
tio cui per ſe primo conuenit paſſio, ⁊ quę per ſe con
uenit definito, aut medium eſt genus, ⁊ minor extre-
mitas eſt ſpecies: ⁊ ideo mediũ non põt eſſe ęquiuo-
cum. Et quãuis non ſumatur cũ ſigno vniuerſali, qꝛ
tamen eſt per ſe: idẽ eſt dicere, animal rationale eſt ri
ſibile, ⁊ omne animal rationale eſt riſibile, ⁊ ideo vir
tualiter diſtribuitur mediũ. At quia dixerat maiorẽ
extremitatẽ dici de omni medio, ⁊ medium de omni
minori, et non dixerat omnem maiorem dici de me-
dio, nec omne medium de minori, ſubiungit ratio-
nem: quia prędicatum, inquit, non dicitur omñe, id eſt
ſignum vniuerſale non debet poni a parte prędica-
ti: vt docuit ipſe. 1. Periher. cap. 5. Concludit ergo
ꝙ huiuſmodi peccata in diſſerendi facultatis. (i. dia-
lecticę) diſceptationibus latent. Et ideo hęc eſt pri-
Prima ex cellẽtia mathematicarum. ma differentia in qua mathematicę excellunt alijs.
¶ Subdit exemplum ęquiuocationis. Circulus enim
ęquiuoce ſignificat ⁊ figuram ⁊ genus quoddam car
minis apud Homerum, qđ eodẽ pede incipit et deſi-
nit. Unde dialecticus poteſt decipere ſic arguendo,
omnie circulus eſt figura: carmen eſt circulus: ergo
carmen eſt figura. At vero apud Geometram fieri
nequit huiuſmodi deceptio. Et ratio eſt quia, [Hęc
inquit cernere licet quaſi mẽtis perceptione. ¶ Ubi
notandum, ꝙ ęquiuocatio quę committitur in hac
voce, circulus, non cõmitteretur ſi ad oculum oſten-
deretur deſcriptus: quia lineatio circuli nõ eſt ęqui
uoca ad carmen ſicut vox. Et quia geometra ex accõ
modatione ſuę ſcientię habet figuras geometricas
ante oculos mentis quemadmodum illas deſcribit
in abaco, propterea cum ei fit mentio de circulo, nul
lam ęquiuocationem intelligit: ſed ſtatim recurrit
ad figuram. Et ideo ſi quis interroget geometram,
eſtne omnis circulus figura? [Si deſignauerit pa-
tet]. i. ſi lineatus fuerit, patet ꝙ omnis circulus eſt
figura: ⁊ quãuis non lineetur in re, tamẽ mentis ocu
lis lineatur a geometra. Et ideo ſi ſubſumatur, car-
men eſt circulus, ſtatim ei patet nõ eſſe verũ. Sum-
ma ergo huius rationis eſt, ꝙ cum in demonſtrati-
uis extremitates per ſe primo cõueniunt medio, in-
de determinatur ſignificatio medij, vt capi non poſ-
ſit ęquiuoce: in dialecticis autẽ, quia propoſitiones
nõ ſunt per ſe, poteſt ęquiuocatio latere: vt hic, qui-
cunq; diſcit eſt ignarus, ſapiens diſcit: ergo ſapiens
eſt ignarus: nam diſcere ęquiuoce ſignificat ⁊ priua-
tionem habitus, ⁊ hoc qđ eſt actu cõſiderare ⁊ intel-
ligere. ¶ In ſecunda particula, [Atq; non oportet]
quia dixerat principia mathematicarũ ſcientiarum
eſſe de omni, inde quaſi corollariũ infert ſecundã ex-
cellentiam huiuſmodi ſcientiarũ ad ſcientias nõ de- 2. Excellencia.
monſtratiuas, videlicet, ꝙ aliter inſtatur hmõi prin
cipijs quam principijs aliarũ ſcientiarum. ¶ Ad cuiꝰ
intelligentiam notandũ, ꝙ inſtantia (quã Argyropy Inſtantia.
lus appellat inficiationem) eſt propoſitio per quam
aliquod principium oſtenditur eſſe falſum: vt ſi quis
philoſophus aſſereret omne corpus eſſe in loco, ad-
duceretur inſtãtia, coelum ſcđm ſe totum non eſſe in
loco. Unde ſicut interrogatio quãdo eſt pręmiſſa, di-
citur propoſitio, ⁊ quando probatur eſt cõcluſio, ita
inſtantia, ſi aſſumatur vt pręmiſſa ad reprobandũ ali
quod principium, eſt propoſitio: ⁊ ſi concludatur tan
quã oppoſitũ principijs, eſt concluſio. ¶ Eſt ergo dif
ferẽtia inter mathematicas ⁊ alias ſciẽtias quę non
procedunt demonſtratione potiſſima, ꝙ in alijs ſciẽ-
tijs ſufficit afferre inſtantiam de aliquo in particu-
lari, vt modo dicebamus de coelo: ⁊ hanc vocat Ari-
ſto. inſtantiam inductiuam: quia inductio fit per ſin-
gularia. Sed in demonſtratiuis, quia pręmiſſę ſunt
de omni, inſtantia non poteſt afferri niſi vniuerſali-
ter falſificando principium. Etenim cum hęc ſit per
ſe primo, triangulus habet tres angulos ⁊c. non po-
teſt inſtantia ferri de aliquo triangulo, quin affera-
tur de omni: quia nulla eſt ratio de vno potior, quam
de alio. Et hoc eſt quod ait Ariſto. [Ut enim neq; eſt
propoſitio (ſcʒ mathematicis) ea quę non ad plura
ſe extendit (cum omnis demonſtratio fiat ex vniuer-
ſalibus) patet nec inſtantiam in his eſſe quę non ſit
vniuerſalis. [Et probat conſequentiam, quia idem
eſt propoſitio ⁊ inſtantia. Nam quę affertur tanquã
inſtantia, ſi modo probatur, poteſt eſſe pręmiſſa ad
aliud probandum tam in demõſtratiuis quã in diale
cticis. ¶ In tertia particula, [Fit autem ⁊c.] acce-
dit ad probandum in mathematicis non continge- 3. Excellentia.
re paralogiſmum ratione medij non diſtributi: quę
eſt tertia excellentia mathematicarum. Exponit ta-
men prius quomodo contingat hic defectus in dia-
lectica. ¶ Ubi notandum eſt, ꝙ in propoſitionibus
conſuetis potiſſimum hic defectus committitur, ſi
quis in ſecũda figura arguat ex puris affirmatiuis:
vbi cum medium prędicetur in vtraq; pręmiſſa, in
neutra diſtribuitur. Quocirca dum medium ſumi-
tur ſuperius ad extremitates: non ſequitur, omnis
homo eſt animal: omnis equus eſt animal: ergo e-
quus eſt homo. ¶ At pro exemplo Ariſto. ſciendum Multiplicata ꝓportio.
eſt, ꝙ ex elementis ſi ſuperius gignitur ex inferio-
ri, dicitur gigni multiplicata ratione (quod Boetius
vertit multiplicata analogia. i. proportione.) Pro-
pterea ꝙ vt author eſt Ariſtote. 2. de genera. tex. 24.
ex vno pugillo terrę fiunt per rarefactionem decem
aquę: et ex vno aquę, plures aeris: et ex vno aeris,
multo plures ignis. Si autem econuerſo inferius
fiat ex ſuperiori, dicitur gigni diminuta proportio-
ne: quia ex multis pugillis aeris, fit vnus aquę per
condenſationẽ. Quidam ergo philoſophus Ceneus
nomine parologizabatur hoc modo. Quicquid gi-
gnitur multiplicata proportione, celerrime gigni-
tur: ignis celerrime gignitur: ergo ignis gignitur
multiplicata proportione. Cuius cõcluſio vera qui-
dem erat: ſed male ſyllogizata propter indiſtributio
nem medij. Et ideo ſi quis ſub illa maiori ſubſumat,
aqua celerrime gignitur ex aere, (quod verum eſt
quando ex aere humido generatur) falſo conclude-
ret, ꝙ aqua multiplicata ratione generatur. Et hoc
eſt quod ait Ariſtote. [Fit autem vt quidam vitio-
ſe concludãt propterea ꝙ eos medios (.ſ. terminos)
ſumant



ſumant qui vtroſq; extremos ſequuntur] ſicut ani-
mal dicitur de homine ⁊ equo: ⁊ celerrime gigni de
igne ⁊ aqua. ¶ Hoc ſuppoſito declarat quõ hic defe-
ctus non cõtingat in mathematicis. Ait enim ꝙ in-
terdum fieri nequit vt ex tali diſpoſitione medij con
ſtruatur bonus ſyllogiſmus: nempe qñ medium eſt
ſuperius ad extremitates: interdũ vero fieri poteſt
vt ſit bonus. [Sed non cernitur]. i. licet nõ videatur
habere formã: vtpote qñ mediũ cõuertitur cũ extre
mitatibus. Unde cũ in mathematicis ⁊ demonſtra-
tiuis ſciẽtijs vt plurimũ extremitates cõuertuntur
cũ medio, quia mediũ vt plurimũ eſt definitio, ⁊ mi-
nor ⁊ maior extremitas ſint definitum ⁊ paſſio, fit vt
in hmõi ſcientijs vt plurimum teneat hic modus ar-
guendi: vt oẽ riſibile eſt animal rationale, oĩs hõ eſt
aĩal rõnale: ergo oĩs hõ eſt riſibilis. Tametſi qñq; nõ
teneat etiã in ꝓpoſitionibꝰ per ſe: vt oĩs hõ eſt aĩal:
oĩs equus eſt animal: ergo equus eſt hõ. ¶ In quarta
4. Excellẽtia. particula textus, [Quod ſi fieri ⁊c.] ex his modo di-
ctis elicit quartã excellentiã mathematicarũ ſcien-
Reſolutio math. facilis. tiarum qua differta dialecticis: videlicet, ꝙ reſolu-
tio facilior eſt in mathematicis, eo ꝙ ꝓcedãt ex cer-
tis ⁊ determinatis principijs. Quam concluſionem
ꝓbat duabꝰ rationibꝰ. ¶ Ad intellectũ primę memi-
niſſe primũ opus eſt, ex prologo huius libri, ꝙ reſol-
uere concluſionem eſt data concluſione inueſtigare
principia ex quibꝰ cõcluditur. Item recordari opor-
tet illiꝰ cap. 6. tex. 17. videlicet, ꝙ demõſtratiuę ſcien
tię ſolũ procedunt ex neceſſarijs: in quo differunt a
dialecticis diſputationibꝰ nã verũ dialecticę non ſo-
lũ ex vero, ſed ex falſo cõcluditur: nõ tñ verum demõ
ſtratur niſi ex vero, qꝛ falſum nõ eſt cauſa veri. ¶ Ex
quo fit vt media dialectica nõ ſint determinata: ſed
ſint infinita: media vero demonſtratiua ſint determi
nata. Exẽpli gr̃a. Omnis hõ eſt riſibilis, dialectice in-
fertur ex his pręmiſſis, oẽ animal eſt riſibile, oĩs hõ
eſt animal: ⁊ ex his, oẽ albũ eſt riſibile, omnis hõ eſt
albus, ⁊ ex infinitis alijs: qꝛ falſa nõ cadunt ſub nu-
mero, cũ error contingat infinitis modis. At demon
ſtrari nõ põt niſi ex veris ⁊ q̃ per ſe ſint cauſę illius:
vt oẽ animal rõnale eſt riſibile: oĩs hõ eſt aĩal rõna-
le. ¶ Et hac de cauſa argute ⁊ ingenioſe infert Ari-
ſto. in dialecticis difficile eſſe reſoluere concluſiones
in omnia principia: qđ tñ eſt facile in demõſtratiuis.
Ait ergo, [Quod ſi fieri non poſſet vt verũ oſtenda-
tur ex falſis (ſcilicet in dialecticis diſputationibꝰ) fa-
cile eſſet reſoluere: cõuerſio nanq; neceſſario fieret]
id eſt ſicut concluſio eſſet vera ita antecedẽs eſſet ve
rum: ⁊ ideo ſicut cõcluſio inferretur ex p̃miſſis, ita ⁊
inferret illas. Sit. n. a. verũ. i. ſit concluſio. a. vera: qđ
cũ ſit, hęc ſunt q̃ quidẽ eſſe ſcio (. i. p̃miſſę etiã eſſent
verę) veluti. b. (per quam literam intelligit ambas
pręmiſſas.) Et his ergo illud oſtẽdam, id eſt ex his er
go pręmiſſis veris oſtendam. i. demonſtrabo conclu-
ſionem. ¶ Applicat hoc ad mathematicas dicens,
[Conuertuntur autẽ ea magis ⁊c.]. i. in mathemati-
cis vero magis cõuertũtur cõcluſio ⁊ pręmiſſę: quia
non accipiunt accidentia cõmunia: ſed ſolum demõ-
ſtrant proprias paſſiones de definito: ⁊ ideo conclu-
ſio infert pręmiſſas ſicut ecõuerſo. In dialecticis ve-
ro cõcluſio infertur ex p̃miſſis tñ non ſemper infert
illas. Et hãc appellabãt antiqui fallaciã cõſequẽtis.
5. Excellentia. ¶ In poſtrema particula textus, [Accreſcit etiam
⁊c.] adiungit ſcđam rationẽ ad eandẽ concluſionẽ. ſ.
ꝙ facilior ſit reſolutio ĩ mathematicis. Et ratio hęc
quintã illis accumulat excellẽtiam. Cum enim dixe-
rat dialecticam multis abundare medijs ad eandem
concluſionẽ: mathematicas vero nõ niſi ex determi-
natis demõſtrare, ſoluit dubiũ quod inde ſuboritur.
Quomodo ergo vna ſcientia mathematica augetur:
nã Dialectica augetur multiplicando media ad eãn
dẽ cõcluſionẽ. Rñdet, ꝙ mathematicę accreſcũt non
per media (loquit̃ de medijs a priori propter qđ (. i. nõ
multiplicãdo media ad eandem cõcluſionẽ ſicut dia
lectica, ſed aſſumendo. i. demonſtrando paſſionem de
ſuo proprio ſubiecto, ⁊ per idem ſubm̃ demõſtrando
eandem paſſionem de inferiori ſubſumpto ſub illo.
¶ Ubi notandũ, ꝙ tripliciter creſcunt ſcientię ma- Tripl'r mathematicę augẽtur.
thematicę: vno modo deſcendendo directe: vt ſi ha-
bere tres angulos ęquales duobus rectis, demon-
ſtretur de triãgulo, cui per ſe primo cõuenit per ſuã
propriã definitionẽ, videlicet, omnis figura rectili-
nea trium angulorũ habet tres ⁊c. triangulus eſt fi-
gura rectilinea ⁊c. ergo triangulus habet tres ⁊c.
Mox eadem paſſio demõſtratur de iſoſcele per trian
gulum. ſ. omnis triangulus habet tres ⁊c. iſoſceles
eſt triangulus: ergo. Deinde omnis iſoſceles habet
tres ⁊c. triangulus ſemicirculi eſt iſoſceles: ergo
Et iſtum modum explicat hic. Appellat enim defi-
nitionem. a. ⁊ primum ſubiectum. b, ſecundum. c. ⁊c.
[Nã, a. inquit de. b. ſumitur.] id eſt prędicatur in mi-
nori primę demonſtrationis: ⁊. b. de. c. in. ſecunda de-
monſtratione ⁊c. ⁊ ita conſequenter. ¶ Secundo mo-
do augentur huiuſmodi ſcientię ad latus. i. per ſpe-
cies ex ęquo diuidentes idem genus. Hoc exemplũ
expoſitores verſionẽ Boetij ſecuti explicãt hoc mo-
do, Dicitur paſſio propia generis, vt omnis nume-
rus eſt finitus vel infinitus, tunc ſequitur, numerus
par eſt numerus: ergo eſt finitus vel infinitus. Si
vero ſubſumas, numerus impar eſt numerus: idem
concludetur de illo. Et ſi dicas, omne aĩal eſt ſenſibi-
le, quancunq; ſpeciem animalis ſubſumas, conclude
tur illa paſſio. ¶ At vero quãuis exẽplum ſit verum,
non tñ eſt quo vtitur Ariſto. nec in Gręco nec in ver-
ſione Argyropyli. Ait enim. a. ſit numerus abſolute
(quod ſit maior extremitas). b. vero ſimpliciter nu-
merus impar (qđ ſit mediũ). c. vero definitus nume-
rus impar. i. certa ſpecies numeri imparis: quod ſit
minor extremitas. Fiet hęc demõſtratio: omne. b. eſt
a, omne. c. eſt. b: ergo omne. c. eſt. a. id eſt, omnis nu-
merus impar eſt numerus: ternarius eſt numerus
impar: ergo ternarius eſt numerus. Rurſus. ſi. d. ſit
numerus par, e. vero definitus numerus par: vt bi-
narius vel quaternarius: fiet hęc demõſtratio, oẽ. d.
eſt. a, oẽ. e. eſt. d: ergo oẽ. e. eſt. a. Uult ergo ꝙ genus
ſupremum, quancunq; ſpeciem ſumas pro medio, con
cludetur de infima ſpecie ſubſumpta ſub tali medio.
Quod eſt ſcientiam augeri ad latus. ¶ Tertio modo
ſcientię mathematicę creſcunt demonſtrando primã
paſſionem de ſubiecto: ⁊ per primã, ſecũdam: ⁊ per ſe
cundam, tertiam: ⁊ ita in infinitum. Quomodo pro
cedit Euclides demonſtrando primo de linea, a quo
libet puncto in quodlibet pũctum duci, ⁊ deinde ſu-
per datam lineam triangulum ęquilaterum colloca-
ri: ⁊ ita conſequenter. Relinquit ergo Ariſto. mathe-
maticas ſcientias abunde commendatas.

## Quæſtio quarta.

### Vtrũ omnis demõſtratio procedat ex principijs per ſe & proprijs.

A Parte negatiua poſſet
ſtatim argumenta fieri cõtra illã fun
damentalẽ cõcluſionẽ Ariſto. cap. 6.
tex. 16. ſ. omnem demonſtrationẽ pro
cedere ex neceſſarijs: nam demonſtra
tiones

tiones naturales de motibus ⁊ cōiunctionibus planetarum, de pluuia ⁊ grandine, et alijs impreſſionibus naturalibus generant ſimpliciter ſcientiam: et tamen non procedunt ex neceſſarijs. Sed ad hęc reſponſum eſt. q. 3. vbi notum fecimus quēadmodum huiuſmodi propoſitiones ſint ſuo modo neceſſarię. ¶ Et ideo aliter arguitur aduerſus primam principalē cōcluſionē in eodem cap. tex. 18. ⁊ 7. cap. tex. 19. videlicet, ꝙ omnis demonſtratio procedit ex principijs per ſe ⁊ nullo modo ex his quę ſunt per accidēs. Ariſto. multas rerum proprietates demōſtrat quę illis cōpetunt per accidens: ergo ſibi eſt ipſe contrarius. Antecedens patet primo. In. 2. Phy. text. 39. demonſtrat caſum et fortunam ineſſe rebus, quę tamen ſunt cauſę per accidens, nam ſunt pręter intentionem agentis. Secundo. In. 2. de coelo text. 43. demonſtrat coelum ſemper moueri et terram ſemper quieſcere: ⁊ tamen motus ⁊ quies non ſunt proprię paſſiones coeli ⁊ terrę, ſed accidētia cōmunia omniū corporum naturalium. Et text. 104. demonſtrat, coelum eſſe ſphęricum, ⁊ terram rotundā: ⁊ tamen ſphęricum ⁊ rotundum non ſunt paſſiones corporū naturalium: ſed quantitatis. Tertio. In. 2. de gene. text. 16. demonſtrat ignem eſſe primo calidum, aerem vero humidum, aquam frigidam, et terram ſiccam: et tamen illę non ſunt proprię paſſiones elemētorum, ſed cōmunes, vtpote calor, igni ⁊ aeri: et humiditas aeri ⁊ aquę ⁊c. Et Commentator. 4. Phyſi. tex. 2. dicit id quod per accidens competit, ſi ſemper competit, poſſe intrare demonſtrationem, vt materiam et formam eſſe mobiles, poteſt eſſe principium ⁊ cōcluſio demonſtrationis, licet per accidens conueniat illis ratione totius cōpoſiti. Et id demū confirmatur, quia omne corpus eſſe coloratum cadit ſub demonſtratione: imo omne animal eſſe coloratum licet eſſe coloratum ſit accidens commune. ¶ Secundo principaliter arguitur: Mathematicę inter omnes ſcientias ſunt quę potiſſimis vtuntur demonſtrationibꝰ: ⁊ tamen demonſtrant per cauſas per accidens: ergo

Tex. xiiij. demonſtratio non ſemper procedit ex cauſis per ſe. ¶ Probatur minor. Demonſtrat geometra ſuper datam lineam diametrum ęquilaterum collocare, deſignata linea recta ⁊ ſumpto vno extremo pro centro, deſcribendo vnum circulum qui tranſeat per aliud extremum, ⁊ rurſus ſuper aliud extremum deſcribēdo alium circulum ęqualem, ⁊ a puncto quo interſecant ſe circuli deducendo duas lineas vſq; ad extrema datę linęę, vt patet in hac figura.



Tunc arguitur ſic: Ad triangulū eſſe ęquilaterū per accidēs eſt deſcriptio illorum circulorum: nam licet nullus ad imaginationem poſſit eſſet circulus, triāgulus nihilominus eſſet ęquilaterus. Item probat omnem triangulum habere tres angulos ęquales duobus rectis, protrahendo vnam quamlibet lineam trianguli. Quę faciat. v. g. triangulum extrinſecum. d: et arguendo hoc modo, angulus extrinſecus. d. eſt ęqualis duobus intrinſecis ſibi oppoſitis, ſcꝫ. a. b. (quę eſt 32. Euclides (ergo duo anguli. c. d. ſunt ęquales tribus. a. b. c. quia ſi idē cōmune. ſcꝫ. c. addatur duobus ęqualibus, quę remanent ſunt ęqualia: ſed. c. ⁊. d. ęquiualent duobus rectis (quę eſt. 13. Euclidis) ergo tres anguli. a. b. c. ęquiualent duobus rectis. At vero ꝙ angulus extrinſecus. d. ſit ęqualis duobus ſibi oppoſitis eſt cauſa per accidens: nam licet nullus eſſet angulus extrinſecus, nihilominus tres anguli intrinſeci ęquiualerēt duobus rectis.




¶ Tertio principaliter arguitur aduerſus ſecundā concluſionem principalem. ſ. demonſtrationem procedere ex proprijs. Et arguitur primo, ꝙ procedat ex alienis tranſeundo de genere in genus contra cōcluſionem poſitam cap. 7. textu. 20. Philoſophia naturalis et Geometria ſunt omnino ſcientię diuerſę: nam ſubiectum philoſophię eſt ens mobile, ⁊ ſubiectum geometrię eſt quantitas continua vt abſtrahit a materia ⁊ motu: ergo principia vnius ſunt ſimpliciter aliena reſpectu alterius: ⁊ tū geometra probat illud principium, A quodlibet pcūto in quodlibet punctum lineam ducere, per hoc principium phyſicum, inter quęlibet duo puncta mediat ſpatium. Et vice verſa philoſophꝰ naturalis. 2. de coelo, tex. 104. probat terram eſſe rotundam ⁊ coelū ſphęricū: quod nō poteſt probari niſi per medium geometricum, videlicet, ꝙ omnes linęę ductę a centro ad circunferentiam ſunt ęquales. Et eodē modo Chirurgus probat vulnera rotunda difficilius ſanari per medium geometricū: per hoc. ſ. ꝙ latera talis vulneris magis diſtant quā ſi haberet figuram oblōgam. Quinimo lunam eſſe eclipſabilē eſt ꝓpoſitio Aſtrologię, ⁊ tamen probatur per interpoſitionem terrę inter ſolem ⁊ lunam, quę eſt medium phyſicum: nam interpoſitio dicit motum, de quo tractat philoſophus naturalis. ¶ Et confirmatur ſpecialiter argumentum in exemplo Ariſtotelis. Geometra vtitur pricipio Arithmeticę: ergo male ponit exemplum Ariſtoteles in iſtis, ꝙ nullo modo vna ſcientia vtitur principijs alteriꝰ. Probatur antecedens. Geometra probat diametrū quadrati ęquilateri non eſſe cōmenſurabilem coſtę, eo ꝙ diameter ⁊ coſta non ſe habent ſicut duo numeri, puta ſicut numerus maior excedit numerum minorem per vnitatem vel vnitates quę ſunt partes aliquotę omnium numerorum. ¶ Quarto principaliter arguitur. Hoc principium vniuerſaliſſimum, de nullo idem ſimul affirmatur ⁊ negatur, intrat formaliter demonſtrationem: ergo male id negauit Ariſto. cap. 8. tex. 26. ⁊ per conſequens omnes ſcientię poſſunt vti hoc communiſſimo principio. Probatur antecedens. Hic eſt optimus ſyllogiſmus, idem ſimul eſſe ⁊ non eſſe eſt impoſſibile: materiam primam eſſe ſine forma eſt idem ſimul eſſe et non eſſe: ergo materiam primam eſſe ſine forma eſt impoſſibile. Item ſi quis proteruiſſimus concederet idem poſſe produci a ſeipſo, redarguendus eſſet contradictionis hoc modo: Idem ſimul eſſe ⁊ non eſſe eſt impoſſibile: ſed idem ſeipſum producere includit idem eſſe quando non eſt (nam cauſa debet pręcedere effectum) ergo idem non poteſt ſeipſum producere. Et multis alijs modis poteſt primum principium intrare demonſtrationem.

¶ Quæſtio hæc partim ex tertia queſtione, partim ex expoſitiōe textus facile diſ-

Ad primū ſoluitur. Nihilominus ad maiorē dilucidationē formata ſunt pauca hęc argumēta. Pręmiſſa ergo affirmatiua rńſione ad queſtionē, ad primū argumētum negat ańs. Et ad primā ꝓbationē rńdetur, ꝙ de caſu ⁊ fortuna poſſumus loqui aut particulariter aut in genere. Particulariter non eſt de illis ſcientia nec demonſtratio: vt infra in hoc lib. aſſerit Ariſto. text. 43. i. non demonſtratur, ꝙ ędificator inueniat theſaurum, aut ꝙ nauigans diteſcat, ⁊ ſimilia: quia hę ſunt cauſę per accidens: et per conſequens non ſunt per ſe quarto modo. Tamen in genere hoc cadit ſub ſcientia, ſcilicet, ꝙ caſus ⁊ fortuna ſunt cauſę per accidens ⁊ dubię, ꝙ earum effectus ſequuntur pręter intentionem agentis. Huiuſmodi enim propoſitiones ſunt per ſe: nam hoc quod eſt eſſe cauſam per accidens



accidens, per ſe primo modo conuenit fortunę: quia illa eſt eius deffinitio. Et hoc modo tractat Ariſt. de fortuna in. 2. phyſi. Et item. 3. Et hic. cap. 3. docet ꝙ de fortuitis, quippe quę in noſtra poteſtate nō ſunt, non eſt conſiliū. ¶ Ad ſecundū membrū rńdetur per illud qđ ſupra dictū eſt. q. 3. in ſolutione cōfirmationis quarti argumenti. ſ. ꝙ vt ſit aliqua propoſitio demonſtrabilis, ſatis eſt ꝙ ſit per ſe aut perſeitate ſolius ſubiecti aut perſeitate ſoliꝰ pręedicati: ⁊ illę coelum mouetur, terra quieſcit, ſunt per ſe perſeitate ſubiecti, ſicut, hō eſt bipes: nā per ſe coelū habet vt moueat̄: licet moueri ꝑ ſe primo non cōueniat coelo. E cōuerſo, hō eſt aptus ad medicinā, eſt demōſtrabilis: qꝛ eſt per ſe perſeitate pręedicati: nā talis aptitudo per ſe cōuenit homini: quāuis non oīs homo ꝑ ſe habeat illam. ¶ Eodē modo poſſet dici ad tertiā probationē, ꝙ ignis per ſe ꝑſeitate ſubiecti eſt calidus, quāuis caliditas conueniat etiam aeri. Sed tū alia eſt intētio Ariſto. videlicet, ꝙ quāuis quodlibet elementū vendicet ſibi duas qualitates, tū vna eſt quę per ſe primo illi conuenit: vt caliditas per ſe primo conuenit igni, et ſiccitas ſecūdario: aeri vero per ſe primo cōuenit humiditas, ⁊ ſecūdario caliditas: hę autē qualitates cōueniunt mixtis rōne elementorū. Et ideo rńdetur, ꝙ ignis eſt calidus, eſt per ſe pmo in ſcđo modo dicendi per ſe: ⁊ ignis calefacit, eſt in quarto: ⁊ per cōſequēs ſunt propoſitiones ſimpliciter demōſtrabiles. Ad illas propōnes, coelū eſt ſphęricū, terra eſt rotūda, rńdetur, ꝙ quāuis rotūditas ſit paſſio quantitatis, nihilominus quia quantitas eſt accidens propriū corporis, corpora naturalia determinant ſibi certā quātitatē quę proinde eſt de illis demonſtrabilis. Unde homini alia eſt propria figura alia vero equo, aliꝗ; aliis animalibꝰ. ¶ Ad autoritatem Commentatoris multi varie rńdent: conceditur tamen intentum ꝙ aliqñ philoſophi non vtuntur ita ſtricte propoſitionibus neceſſariis. ſ. quarū pręedicata per ſe primo cōueniūt ſubiectis: ſed ſatis eſt ſi ſemꝑ cōueniant, ⁊ ideo illa ſeruit demōſtrationi, materia ⁊ forma mouentur localiter, ⁊ itē illa, omne aīal eſt coloratū, ⁊ ꝗq; hęc, cygnus eſt albus,

Ad ſcđm coruus eſt niger ⁊ ſimiles. ¶ Ad ſecundū principale rńdetur, ꝙ Mathematicę ſcientię potiſſimū demonſtrant per cauſas formales, ſicuti ſcientię naturales per efficientem ⁊ finalē, vt videbimus lib. 2. cap. 11. Demonſtrant. n. mathematicę valorē ⁊ virtutem figurarū quātitatis: ⁊ qꝛ per vnā figuram oſtenditur longitudo linearū alterius figurę, ⁊ per vnū angulum extrinſecum oſtenditur ad oculū quantitas oppoſitorum angulorum, propterea ad demonſtrandā paſſionē vnius figurę vtit̄ mathematicus alia figura. U. g. qꝛ triāgulus ęquilaterus conſtat ex tribus ęqualibus lineis, ⁊ lineę exeuntes a cētro ad circūferētiā eiuſdē vel ęqualis circuli ſunt ęquales, propterea oſtenditur ęquilaterus triāgulus per deſcriptionem circulorū. ¶ Unde ad argumentū negatur, ꝙ mathematicę demonſtrent per cauſas omnino accidentales: nā quāuis deſcriptio circulorū non ſit ꝑ ſe cauſa efficiēs triāguli ęquilateri, tū quodā modo eſt cauſa formalis per ſe, ad hūc ſenſum, ꝙ ad deſcriptionē talium circulorū formaliter ſequitur illa diſpoſitio triāguli. Et eodē modo angulus extrinſecꝰ eſt quodā modo forma per quā manifeſtat̄ valor angulorum internorū trianguli. ¶ Ad tertiū principale rńſio patet ex expōne tex. 20. Unde colligit̄ Ariſt.

Ad tertiū. nō negare vniuerſaliter ſciētiā vnā poſſe vti principiis alterius: ſed duo ſunt quę docet. Primū ꝙ vnaquęq; ſcientia habet ſua propria principia, vltra quę ipſa nō procedit, ſed vel ſunt ꝑ ſe nota vel ad aliam ſcientiam pertinebit illa probare. Secundo docet, ꝙ nulla ſcientia probat principia alterius, niſi aliquo modo ſubiectū illius pertineat ad ſubiectū alterius: alias ſi ſubiecta ſunt omnino diuerſa, erit trāſitus ſeu migratio a ſciētia in ſciētiā, qui quidē trāſitus reprobatur: at ſi aliquo mō vnū ſubiectū pertineat ad aliud, non erit trāſitus, ſed deſcēſus licitus. ¶ Unde ad primū membrū argumenti negat̄ ſubiectum Geometrię et Philoſophię eſſe omnino adeo diuerſa, vt principia vnius ſint prorſus aliena reſpectu alterius: nā quāuis Geometra tractet de quātitate ⁊ punctis vt abſtrahunt a materia, nihilominꝰ qꝛ quantitas ⁊ puncta ſunt accidētia corporis naturalis, poteſt philoſophia reddere principiorū Geometrię rationē. ¶ Et pariter ad ſecundū membrum rńdetur, ꝙ eadē paſſio demonſtratur de eodē ſubiecto a diuerſis ſciētiis ꝑ diuerſa media, vt, ꝙ terra eſt rotunda, probat philoſophus naturalis per motum: qꝛ videlicet oēs partes terrę quātū poſſunt tendūt ad centrū, ⁊ per ꝯńs ęqualiter diſtant a cētro: qđ eſt facere circulū. Aſtronomus vero id probat, qꝛ terra eſt velut centrū mūdi ęqualiter diſtās a coelo. Item lunā eſſe eclipſabilē philoſophus naturalis probat per motū: qꝛ. ſ. terra interponit̄ inter ſolē ⁊ lunam, non curando in quibus punctis coeli ſint luminaria. Aſtronomus vero vice verſa id demonſtrat quia quotieſcunq; ſol ⁊ luna ſunt in capite vel cauſa draconis luna priuatur lumine, non curando quod corpus interponitur. ¶ Ad aliud de Chirurgia reſpondetur eodem modo, qꝛ figura vulneris aliquid nonnunꝗ refert ad ſanitatem: propterea chirurgus in quantū Geometra reddit aliquādo cauſam ſuorum principiorū. ¶ Sed ad confirmationem negatur, ꝙ Geometra vtatur principiis Arithmeticę: ſed tū aliquando poteſt una ſcientia vti exemplis alterius: vel quia oppoſita iuxta ſe poſita clarius eluceſcunt, vel qꝛ concluſio vnius ſcientię euidētior eſt in materia alterius. Et quia inter numeros nunquā poteſt eſſe proportio irrationalis: quia ſaltem vnitas erit pars aliquota amborum, propterea geometra probat diametrū non eſſe cōmenſurabilē coſtę, qꝛ non ſe habent vt duo numeri, vt eadem ſit pars aliquota vtriuſq;. ¶ At vero circa quartū argm̄ notandū eſt, ꝙ hęc principia vniuerſaliſſima dupliciter poſſunt conſiderari intrare demonſtrationē: vno mō ad explicandā contradictionē in aliqua particulari materia, vt ſi dicas, idem ſimul eſſe ⁊ nō eſſe eſt impoſſibile: ſed idem ſimul moueri et quieſcere eſt ſimul eſſe et non eſſe: ergo idem ſimul moueri ⁊ quieſcere eſt impoſſibile. Et iſto modo non inconuenit ꝙ expreſſe intrent demōſtrationē: ⁊ ita fit in cōfirmatione: quāuis aliquis poſſet negare illam minorē, materiam eſſe ſine forma, eſt eſſe et non eſſe, de quo alias. Alio modo iſta principia conſiderari poſſunt in demonſtratione ad probandum alias cōcluſiones particulares ſcientiarū. Et hoc modo negat Ariſto. intrare formaliter demōſtrationē: ſed ſolū intrant virtualiter. Unde ſicuti eſt in principiis rerum naturaliū vbi ſunt aliqua principia formaliter intrātia cōpoſitionem ⁊ principia particulariter applicata, vt ignis ad calefaciendū: ⁊ alia pręterea generalia in quorū virtute iſta particularia agunt, vt puta cōſtellationes coeleſtes, ita in demōſtratione ſunt aliqua principia particularia puta pręmiſſę formaliter intrantes demōſtrationē, ⁊ alia ſunt principia vniuerſalia ꝗ nō intrant demonſtrationē formaliter, ſed ſolum virtualit̄: qualia ſunt, de quolibet idem vel affirmatur vel negatur, et de nullo idem ſimul affirmat̄ ⁊ negatur. Enimuero proteruiſſimo negantiprincipium immediatū perſuadetur, deducēdo eum ad impoſſibile per iſta pricipia, vt dictū eſt in expoſitione

textus. Exempli gratia. Si quis negaſſet ab ęqualibus, dēptis ęqualibus, remanere ęqualia, deduceretur ad impoſſibile hoc modo: Si nō remanent ęqualia, ergo remanēt inęqualia: per primū principium (de qualibet.n. quātitate affirmatur ęquale vel inęquale) ſi ſunt inęqualia: ergo vnum eſt maius: addantur ergo exceſſus ęquales qui dempti fuerant, et illud idem remanebit maius: & per conſequens illa anteq̄uam demerentur exceſſus non erant ęqualia: cuius oppoſitum ſupponebat dignitas aſſumpta.

## De Demonſtratione propter quid, & quod eſt. Cap. X.

Tex. xxx DIFFERT autem ſcire eſſe, & propter quid eſt: primò quidem in eadem ſcientia: atq; in hac dupliciter. Vno quidem modo, ſi ratiocinatio non per ea quæ vacant medio fiat: non enim prima ſumitur cauſa: ſcientia autem eius propter quid eſt, per primam fit cauſam. Alio verò modo, ſi per ea quidem quæ vacant medio, non tamen per cauſam, ſed per notius eorum quæ conuertuntur, efficitur. Atque nihil prohibet, vt eorum quæ de ſeſe mutuò prædicantur, notius interdum ſit id, quod non eſt cauſa: quare demonſtratio per id ipſum efficietur. ¶ Veluti vagas ſtellas eſſe propè, quia non micant: vagæ ſtellæ ſint.c, non micare. b, propè eſſe collocetur in. a. Verè igitur. b. dicetur de. c: vagæ nanq; ſtellæ nō micant: at verè etiam. a. de ipſo dicetur. b: quod enim non micat, id eſt propinquum: hoc autem per inductionem vel ſenſum ſumatur: a. igitur neceſſe eſt ipſi competere. c: quare demonſtratum eſt, vagas eſſe propinquas. Hæc igitur ratiocinatio nō eſt ipſius propter quid eſt: non enim, quia non micant vagantes ſtellæ, ideò ſunt propè: ſed quia ſunt propè, ideo non micant. ¶ Fieri autem poteſt, vt per alterum oſtendatur: atque tunc erit ipſius propter quid eſt ratiocinatio: nā ſtellæ vagantes quidem ſint.c, propè autem eſſe ſit.b, & non micare collocetur pro. a: &. b. igitur competit ipſi. c: nam vagantes ſtellæ ſunt propè, &. a. conſtat ipſi cōpetere. b: ea nanq; non micāt quæ propè ſunt. Quibus fit, vt. a. quoq; competat ipſi. c: atq; hæc eſt ratiocinatio ipſius propter quid eſt: nā ſumpta eſt ipſa cauſa prima. ¶ Prorſus fit, vt Luna per accretiones demonſtretur eſſe rotunda: quemadmodū quidam demōſtrant: nam ſi rotundum eſt id omne quod ſic accreſcit, Luna autem ſic accreſcit, perſpicuum eſt, Lunam eſſe rotundam. Atque hoc quidem modo ea facta eſt ratiocinatio, qua ipſum eſſe oſtenditur. At ſi medium econtrà ponatur, extruetur ipſius propter quid eſt ratiocinatio: nō enim ob accretiones tales rotunda eſt Luna: ſed quia eſt figurę rotundæ, ideo talia ſuſcipit incrementa. Atq; ſit pro. c. Luna, rotundū pro. b: ſic accreſcere ponatur pro. a. ¶ In quibus autem ipſa media non cōuertuntur, & eſt id notius quod non eſt cauſa, oſtenditur quidē eſſe, ipſum autem propter quid eſt non demonſtratur. ¶ Præterea in his, quibus medium extrà ponitur: etenim in his ipſis eſt ipſius eſſe, & non ipſius propter quid eſt demonſtratio: non enim dicit cauſam ipſam, veluti propter quid paries non reſpirat, quia non animal eſt: nam ſi hoc non reſpirandi cauſa eſt, oportebat animal reſpirandi cauſam eſſe: ceu ſi negatio cauſa eſt non eſſendi, affirmatio cauſa eſt eſſendi: vt ſi calidorū ac frigidorum intemperatio, ſanitatem non habendi cauſa eſt: eorundem temperatio, ſanitatem habendi cauſa eſt. Pari quoq; modo, ſi affirmatio eſſendi cauſa eſt. Ad hæc autem quæ hoc pacto ſunt aſſignata, non accōmodatur id quod eſt dictū: non enim animal omne reſpirat. ¶ Atque ratiocinatio cauſæ talis in medio fit figura: a. nanq; ſit animal, b. reſpirare, paries. c. Igitur ipſum. a. cuilibet quidem. b. competit: omne nanque quod reſpirat, animal eſt. nulli autem ineſt. c: quare neque. b. cuipiam competit c: paries igitur non reſpirat. Tales verò cauſæ ſimiles ſunt hiſce, quę per exuperationē dicuntur. Hoc autem eſt medium id dicere, quod ſuperat cauſam. Cuius generis eſt Anacharſidis illud, in Scythia modulatrices non ſunt, nam neq; vites. In eadē igitur ſciētia, & in mediorum poſitione, hæ ſunt ratiocinationis ipſius eſſe, ad ipſius propter quid eſt ratiocinationem, differētiæ. ¶ Alio verò modo differūt eſſe, & propter quid eſt, qđ per aliam atq; aliam vtrūq; cōſideratur: tales autem ſunt eæ, quæ ita ſeſe habēt, vt altera ſub altera collocetur, vt ad geometriam perſpectiua, & ad ſolidorum ſcientiam machinarū facultas extruendarum, & ad Arithmeticam Muſica, & ad Aſtrologiā ſeſe habet eorum ſcientia quæ apparent. Atq; harum nonnullę ſcientiarum nomine rationéve ferè conueniunt: ceu Aſtrologia eſt & ipſa Mathematica & nauigandi ſcientia: & Muſica ea eſt quæ Mathematica, & quæ auditū oblectat. ¶ Hîc enim ipſum quidem eſſe, ad eos pertinet ſcire, qui ſenſu vtuntur, ipſum autem propter quid, eſt ad Mathematicos ipſos: hi nanque cauſarum demonſtrationes habent, & perſæpe neſciunt ipſum eſſe, quemadmodùm ij, qui contemplantur ipſum vniuerſale, nonnulla ſingularium, quia non animaduertunt, ſæpenumerò neſciunt. Hæ autem ſunt, quę formis ipſius vtuntur, quæ quidem ſunt alia quædam, ſubſtantiaq; diuerſa. Mathematicæ nanque ſcientiæ circa for-





mas ſunt: de nullo enim ſubiecto dicuntur: nam & ſi Geometria ipſa ſunt in ſubiecto, non tamen vt in ſubiecto ſunt, Geometricæ conſiderationi ſubiiciuntur: vt autem perſpectiua ſeſe habet ad Geometricam, ſic alia ſeſe habet ad perſpectiuam: veluti de Iride: nam ipſum quidem eſſe, ad naturalem pertinet ſcire: ipſum autem propter quid eſt, ipſius eſt perſpectiui, aut ſimpliciter, aut eius qui complectitur Mathematicam. ¶ Complures etiam ſcientiarum, quæ non ſunt ita diſpoſitæ, vt altera ſub altera ſit collocata, pari modo ſe habent: vt Medicina atque Geometria. Nam ſcire vlcerū ea quę orbis ſubeunt formam, tardiùs cęteris curari, ad medicum ſpectat: & propter quid autem, ad Geometram.

HAec eſt tertia pars mēbri tertij principalis: in qua poſt conſtitutam demonſtrationem propter quid, oſtenditur in hoc capite decimo quibus differant demonſtratio propter quid, & quia: & cap. ſequenti, quęnam figura ſit ad demonſtrationem accommodatior. Et eſt in diuiſione Cōmentatoris capitulum hoc textus vnicus, nempe trigeſimus: quem tamen nos in decem particulas partiti ſumus. Duas tamen partes principales continet. In priori oſtendit Ariſtote. demonſtrationem, quia, dupliciter differre a demonſtratione propter quid in eadem ſcientia: et in altera addit quomodo tertio differant in diuerſis ſcientiis. ¶ Ubi circa nomen adnotandum eſt primo, ꝙ demonſtratio, quia, dicitur ex verſione Boetij: nam potius appellanda eſſet demonſtratio: ꝙ hoc eſt hoc, nam hęc eſt differentia inter demonſtrationem, quia, et propter quid, q2 demonſtratio, quia, demonſtrat verum eſſe, ꝙ hoc eſt hoc, non reddendo cauſam illius: quā tamen reddit demonſtratio propter quid. Et ideo ly, quia, non debet intelligi vt dicat cauſam, ſed vt ſit cōiunctio, ſcilicet demonſtratio, quod hoc eſt hoc, ſeu ꝙ hoc eſt verum. Quocirca apud Argyrop. nunquam appellatur, niſi demonſtratio qua oſtenditur ipſum eſſe. ¶ Secundo notandum eſt, ꝙ definitio demonſtrationis poſita in. 2. cap. ſolum eſt demonſtrationis propter quid: quę ſimpliciter eſt demonſtratio. Unde ꝙ aliqua demonſtratio nō ſit propter quid & per conſequens ſit quia, contingit dupliciter: aut quia procedit per cauſam nō quidem immediatam et proximam & propriam, ſed per cauſam remotam: alio modo, quia non procedit per cauſam, ſed per effectum, et per ſignum notius quo ad nos, in cęteris vero omnibus debet demonſtratio, quia, conuenire cum demonſtratione propter quid, vt ſcilicet procedat ex propoſitionibus neceſſariis et per ſe. ¶ Unde demonſtratio, quia, eſt demonſtratio procedens aut ex cauſis mediatis, aut ex effectibus nobis notioribus. Et hoc eſt quod ait, [Differt autem &c.] Atque nihil, inquit, prohibet vt interdum notius ſit id qđ non eſt cauſa, ſcilicet effectus: imo ita regulariter eſt in materialibus. Notior enim nobis eſt eclipſis lunę, q̄z interpoſitio terrę. ¶ In ſecunda particula. [Ueluti vagas ſtellas] ſubiūngit exemplum ſecundi modi. Ubi notandū eſt, quod ſtellę vagę ſeu erraticę, dicuntur planetę, eo ꝙ mouentur proprio motu, ab occidente in orientem contra primum mobile. Quę quidem non apparent micare (ſeu ſcintillare vt vertit Boetius) eo quod ſunt nobis ꝓpinquiores q̄z ſtellę fixę in firmamento. Micatio enim illa ſeu ſcintillatio accidit ex eo quod ſtellę firmamēti, cum ſint a nobis remotiſſimę, cauſant in oculo debiliſſimum conum, qui proinde male figitur oculo: & dum trepidat facit ſydus apparere ſcintillare. Tametſi 2. de coel. tex. 48. Sol etiam dicatur ſcintillare propter excellentiam ſenſibilis quod diſgregat viſum: quę eſt alia cauſa apparentię ſcintillationis: veluti in tegulis, vbi radij ſolis reflectuntur, apparet. Ait ergo, [Uagę ſtellę ſint. c. id eſt ſint minor extremitas: non micare. b. id eſt medium: prope eſſe, collocetur in. a. id eſt in maiori extremitate. Tunc fiet hęc demonſtratio, q2, ſtellę non micātes ſunt prope nos planetę ſunt non micātes: ergo planetę ſunt prope nos. Non micare enim nō eſt cauſa, ſz notius effect⁹ huius quod eſt, eſſe prope: & ideo talis demōſtratio non eſt propter quid. Ait vero ꝙ illę p̄miſſę poſſunt eſſe notę per inductionē aut per ſenſum: nam maior experientia fit nota. Experimur eñ luminoſum remotiſſimum propter debilem in angulū in oculo apparere ſcintillare: & minor itidem fit nota inductione: q2 videmus nec Venerem ſcintillare, nec Mercurium ſcintillare, & ita reliquos. ¶ In tertia particula, [Fieri autē poteſt] docet Ariſto. quemadmodū talis demōſtratio, quia, poteſt reſolui in demonſtrationē propter quid, ſi id qđ accipiebatur pro maiori extremitate accipiatur pro medio, & id qđ accipiebatur pro medio, accipiatur pro maiori extremitate. Cōſtruetur nanq; tunc hęc demonſtratio, ſtellę q̄ ſunt prope nos nō ſcintillant: planetę ſunt ꝓpe nos: ergo planetę non ſcintillant, quę quidē eſt propter quid: nam eſſe prope eſt cauſa non ſcintillandi. ¶ In quarta particula, [Prorſus fit] ſubiungit Ariſto. ſecundū exemplū, priori ſimile: ſi quis demōſtret lunam eſſe rotundā ab effectu, q2 videmus illā orbiculariter creſcere, hoc modo, qđ orbiculariter creſcit eſt rotundum: luna orbiculariter creſcit: ergo eſt rotunda. Creſcere enim orbiculariter, non eſt cauſa ꝙ ſit rotūda: ſed potius effectus. Unde econuerſo fiet ꝓpter quid hoc mō, oē rotundū dum illuminatur, orbiculariter augeť (q2 quicquid recipiť, recipiť ad modū recipiētis vt colligiť a Cō. 3. de aīa, cō. 4.) luna eſt rotunda: ergo dū creſcit per receptionē luminis augetur orbiculariter. ¶ In quinta particula, [In quib⁹ aūt ipſa media] q2 dixerat demōſtrationē, q2, reſolui in demonſtrationē ꝓpter quid, ne quis deciperet credēs id vniuerſaliter contingere, docet qñ id vſu venire poſſit, qñ vero minime: dicens, ꝙ vbi ꝓ medio in demonſtratione, q2 accipitur effectus adęquatus, et pro maiori extremitate cauſa adęquata, & pro minori ſubiectū adęquatum, poteſt fieri talis reſolutio: alias non ſemper. ¶ Ubi notandū eſt, quod effectus adęquatus cauſę eſt qui habet duas conditiones, puta qui ſequiť ex ſola tali cauſa, & ex omni tali: vt ſcintillare, et eſſe prope: parere, et lateſcece. Inadęquatus vero cōtingit dupliciter, vel quia eſt inferior & excediť a cauſa. ſ. quia ſequiť ex aliqua tali cauſa, non tñ ex omni: vel q2 eſt ſuperior puta q̄ ſequitur ex omni tali cauſa, non tñ ex ſola. Si eſt inadęquat⁹ primo mō tanquā inferior, tunc demōſtratio q2, procedit: demōſtratio vero ꝓpter quid non ꝓcedit: vt moueri motu progreſſiuo, eſt effectus aīalis, non tñ cuiuſcūq; aīalis: quia oſtreę non moueñt tali motu, tūc ſequiť in demōſtratione, q2, quicqđ mouetur motu ꝓgreſſiuo eſt aīal, homo moueť motu progreſſiuo: ergo hō eſt aīal: tñ demōſtratio propter qđ, nulla eſt, omne aīal moueť motu progreſſiuo: oīs hō eſt animal &c. q2 maior eſt falſa. Si vero effectus ſit excedēs cauſam, tunc demonſtratio ꝓpter qđ proce-

Demōſtratio, quia.

Effectus adęquatus

dit,demōſtratio vero,q̄, nequaq̄;:vt viuere eſt effe-
ctus oīs aīalis,nō autē ſolius(nā & plātę viuunt) ſe-
quit ergo ꝓpter q̄d, Oē aīal viuit:oīs hō eſt aīal er-
go oīs hō viuit:tamen demonſtratio quia,non valet
Quicquid viuit eſt aīal:oīs homo viuit:ergo.nā ma-
Mediū extra poni. ior eſt falſa. ¶In ſexta particula textus, [Pręterea
in his]ſubdit Ariſt. exēplū ſecundi modi demōſtra-
tionis,quia,videlicet q̄ū procedit ex cauſa remota.
Ubi notandū, ꝙ medium extra poni, eſt aut negari
de aliqua extremitate, vt in ſyllogiſmis negatiuis,
Immediatum. aut importare cauſam remotam. Quare hic (q̄d eſt
notandū)aliter accipit principiū immediatū ꝙ in ſe-
cūdo capite.Illic enim accipiebat pro illo q̄d nō ha-
bebat aliud mediū a priori: hic autē accipitur vt op-
ponit pncipio remoto , videlicet, q̄d importat cām
proximā cōcluſionis. Exēplū eſt,vt ſi paries demon-
ſtretur non reſpirare, quia non eſt animal . Etenim
non eſſe animal,non eſt proxima cauſa non reſpiran-
di:ſed non habere pulmonē.¶Unde ſubiungit Ari-
ſtote.ꝙ ſi nō eſſe animal, eſſet cauſa non reſpirandi,
oportebat, eſſe animal, eſſe cauſam reſpirandi: nam
ſi negatio eſt cauſa negationis,affirmatio contraria
eſt cauſa contrarię affirmationis:vt ſi intemperatio
humorum in animali eſt cauſa non habēdi ſanitatē,
temperatio eorum eſt cauſa ſanitatis . At vero eſſe
animal,nō eſt cauſa reſpirandi:nā piſces & oſtreę,li-
cet ſint animalia,non reſpirant.¶In ſeptima parti-
cula[Atque ratiocinatio cauſę] docet quomodo de-
monſtratio negatiua commodius fiat in ſecūda figu-
ra q̄; in prima, maxime vbi aſſignatur cauſa inadę-
quata,id eſt quę exuperat effectum:a.nanq; ſit ani-
mal,b.reſpirare, paries.c. In ſecundo figura per.a.
intelligitur medium quod prędicatur in vtraque,&
per.b.maior extremitas,et per.c. minor. Fiat ergo
hęc demonſtratio,quicquid reſpirat eſt animal: pa-
ries non eſt animal:ergo paries non reſpirat,in Ba-
roco.Hęc inquit demonſtratio optima eſt,non tamē
eſt propter quid,licet procedat a cauſa ad effectū:q̄
procedit per cauſam remotam:quia enim paries nō
eſt animal,nō habet pulmonē: & q̄ nō habet pulmo-
nem,non reſpirat. Si tn̄ ex eiſdem terminis extrue-
ret demonſtratio ab effectu ad cauſam,non procede-
ret.ſ.omne aīal reſpirat:paries nō reſpirat:ergo pa-
ries nō eſt aīal,q̄ maior eſt falſa.Et hoc eſt q̄d ait a-
nimal habere ſe reſpectu reſpirandi,ſicut cauſa quę
exuperat.i.tanq̄; ſuperior quę affirmatur de effectu
diſtributo, nō tn̄ effectus affirmatur de illa diſtribu-
Anacharſis. ta.¶Subiungit aliud exemplū Anacharſidis. Qui
cum eſſet Scytha vbi vinum non gignitur, & Athe-
nis conuiuio intereſſet , vbi mulieres de more pa-
trię inter foecundos calices modulis canebant ſal-
tabantque,interrogatus an in Scythia modulatri-
ces eſſent & ſaltatrices, reſpondit, non hercle: quia
nec ſunt vites:inſinuans calorem vini eſſe in mulie-
bus cauſa ſaltandi. Ait ergo Ariſt. ꝙ non eſſe vites
in Scythia non eſt cauſa proxima non ſaltandi : ſed
eſt cauſa vt non ſit vinum, atq; adeo vt mulieres nō
bibentes, nec caleſcant nec ſubinde ſaltent . Quod
Argyropy.vertit,modulatrices,Boe.vertit, ſibila-
tores, verbum tamen Grecum eſt,auletrides, quod
ſignificat tibicinas foeminas,quę in aula canūt. Cō-
cludit ergo Ariſt.per modum epilogi,quod in eadē
ſcientia hę ſunt differentię ratiocinationis ipſius eſ-
ſe ad ipſius propter quid eſt ratiocinationem. i. in-
ter ratiocinationem, quia, et ratiocinationem pro-
pter quid.¶In octaua particula,[Alio vero modo]
incipit ſecunda pars principalis vbi ponitur diffe-
rentia inter hmōi demonſtrationes in diuerſis ſcien-
tiis. Et primo in ſubalternis,ac deinde in aliis quę
non ſubalternātur. Et de ſubalternis ponit exēpla:

vt perſpectiua ſe habet ad Geometriam cui ſubal-
ternatur:& ars extruendarū machinarū ſe habet ad
ſcientiam ſolidorū, quę Gręce dicitur ſtereometria.
Geometria enim verſatur circa figuras planas , et
Stereometria circa corpora:cui ſubalternatur Ar-
chitectura. Et muſica ſubalternatur Arithmeticę:
& ſcientia eorum quę apparēt:quam ſtatim appellat
nauticā,ſubalternatur Aſtrologię: nam nautę aſtra
etiā conſiderant : de quibus ventorū ac tempeſtatū
coniecturam faciunt.Subiungit autem,[Atque ha-
rum nonnullę] id eſt ſcientię iſtę conueniunt nomi-
ne et ratione.Quod dupliciter poteſt intelligi.Uno
modo , ꝙ ſubalternans & ſubalternata ſunt ſcientię
vniuocę.i.eiuſdem rationis.nō ſimpliciter,ſed fere:
q̄ Arithmetica eſt quodammodo Muſica, et Geo-
metria quodā modo perſpectiua inquantum probat
principia perſpectiuę. Uel alio modo ꝙ ſit ſermo de
practica & ſpeculatiua: nam Muſica alia eſt ſpecula-
tiua quę reddit propter quid, & alia practica quę cō-
ſiſtit in exercitio. ¶In nona particula,[Hic enim i-
pſum]oſtendit quomodo in iſtis differant, quia, et
propter quid,dicens quod ſcire quia,id eſt,ſcire hoc
eſſe,pertinet ad ſcientiam ſubalternatam ſeu ad ſci-
entiam practicam,ſcire autem propter quid, perti-
net ad ſubalternantem ſeu ad ſpeculatiuam.Quod
Boetius transfert ipſum,quia, Argyropylus ſigni-
ficātius vertit,ipſum eſſe. Notandū eſt hic,ꝙ ſcien-
tia ſubalternans,vt Geometria & Mathematica tra-
ctat de formis(quas Boetius transfert ſpecies)ſci-
licet de angulis et figuris linearum et numerorum:
vt abſtrahunt ab hac et illa materia ſenſibili. Nam
Geometrica ipſa,inquit,licet ſint in ſubiecto,tamen
non vt in ſubiecto ſunt, Geometricę conſiderationi
ſubiiciuntur.i. quanuis angulus et figura non poſ-
ſit eſſe niſi in aliqua materia,puta in ligno vel in cu-
pro,tamen Geometra non conſiderat de illis vt ſunt
in hac vel illa materia.Subalternata vero, vt pſpe-
ctiua et Muſica, tractat de illis, vt ſunt in materia
ſenſibili . Quapropter ſubalternātes vocat Mathe-
maticas:ſubalternatas vero,ſenſuales,id eſt,quę vi-
ſum vel auditum oblectant. Et ideo ait,ꝙ ipſum eſ-
ſe pertinet ſcire ad eos qui ſenſu vtuntur, id eſt ſci-
re,quia:ſcire autem propter quid, pertinet ad Ma-
thematicos:qui quidem ſciunt cauſas et ſępe igno-
rant effectum : quia non aduertunt ad experientiā.
Sicuti ſtat aliquem ſcire in vniuerſali omnem nu-
merum eſſe parem vel imparem, et ignorare in par-
ticulari vnum numerum qui eſt in burſa qualis ſit.
Exempli gratia, quod res dum a lōge videtur appa-
reat minor q̄ꝫ dum videtur prope, eſt propoſitio per-
ſpectiua:quę per experiētiam eſt manifeſta:ſed pro-
pter quid illius pertinet ad Geometriam. Cauſa.n.
eſt quia res prope viſa videtur per maiorem angu-
lum in oculo q̄ꝫ ſi videatur a longe. Quod autē duo-
rum angulorū ab eadē baſi procedentiū, ille qui ma-
gis diſtat ſit acutior & minor quam ille qui minus di-
ſtat,eſt propoſitio Geometrica,vt apparet in hac fi-
gura.¶At vero q̄ di-
xerat perſpectiuam,
quę tractat de mate-
ria ſenſibili & natura-
li, ſubalternari Geo-




metrię quę eſt pure mathematica,addit, quod ſicut
perſpectiua ſubalternatur Geometrię , ita datur a-
lia ſcientia naturalis quę ſubalternetur perſpecti-
ue,vt eſt ſcientia de Iride, quę traditur tertio Me-
teororum . Sicut enim Geometria reddit cauſam
propoſitionis perſpectiue , ita et perſpectiua red-
dit cauſam apparentium colorum iridis in rorida
nube. Perſpectiua,inquit,vel ſimpliciter quę ſub-
alternatur



alternat Geometrię:vel illa quę includit mathema-
ticam.i.Geometriā quę cenſetur quodammodo per-
ſpectiua ſpeculatiua.¶In decima particula,[Com-
plures etiam ſcientiarū]ſecūdo concludit,ꝙ non ſo-
lum in ſubalternis,ſed etiā in ſciētiis q̄ non ſubalter-
nantur,differunt propter quid & quia,vt Medicina
puta Chirurgia ſcit vulnera circularia tardius ſa-
nari,q̄ꝫ oblonga: cuius tamen propter quid reddit
Geometria: quia latera circuli magis diſtant: tam-
etſi non ſit ſubalternans reſpectu alterius.

## Quòd prima figura ſit ad demō ſtrandum aptiſsima. Cap. XI.

Textus. xxxj. PRIMA autem ratiocina-
tionis figura maximè ad ſci
entiam ipſam accommoda
tur: mathematicæ nanque
ſcientiæ , vt Arithmetica ,
Geometria, & perſpectiua,
per hanc(vt patet)demon-
ſtrationes afferunt ſuas , atque etiam omnes fe-
rè quæ ipſius propter quid eſt faciunt conſide-
rationem : aut enim omnino , aut perſæpe & in
plurimis hac in figura ipſius propter quid eſt ex
oritur ratiocinatio . Quare propter hoc etiam
ipſum , maximè ad ſcientiam erit accommoda-
ta. Propriiſſimus enim dicendi modus eſt , con-
templari ipſum propter quid eſt . ¶Deinde hac
tantū figura ipſius quid eſt,venari ſcientiam poſ
ſumus:in figura nanque media, nulla fit affirma
tiua ratiocinatio:ſcientia verò ipſius quid eſt,af-
firmationis nimirū eſt : in vltima verò fit quidē,
at non eſt vniuerſalis , vt patet. Ipſum autē quid
eſt,vniuerſalium eſſe cōſtat: non enim aliqua ex
parte homo eſt animal bipes. ¶Inſuper hæc figu
ra cæterarum non indiget figurarum , at indigēt
huius illæ profectò. Nam hac denſantur atq; ac-
creſcunt,quouſq; ad ea perueniāt quę medio va
cant : patet igitur primā figurā exactiſsimā atq;
accōmodatiſſimam ad ſcientiam eſſe. ¶Quemad
modùm autē fit,vt.a.indiuiduè competat ipſi.b:
ſic etiam, vt identidem non cōpetat, fieri poteſt.
Atque tum indiuiduè cōpetere vel non compete
re dico, cùm inter ipſa nullū medium eſt : ſic em̄
non erit vlteriùs per aliud ineſſe. Cùm itaque vel
a.vel.b.in toto quopiam eſt,vel etiam vtrunque:
tum etiam fieri nequit, vt.a. primò nō competat
ipſi.b.ſit enim.a.ipſum in toto.c: ſi igitur.b.non
ſit in aliquo.c. (fieri nāq; poteſt, vt.a.quidem in
toto quopiam ſit, b. verò in hoc eodem non ſit)
tum ratiocinatio fiet : ac ipſum.a. non ineſſe. b.
per.c. mediū concludetur: nam ſi.c.cuilibet qui-
dem.a. competat, de nullo verò.b. prædicetur,a
ſanè nulli competet. b. Idem fiet , & ſi. b.in toto
quopiā ſit,velut in.d:nam ipſum.d.cuilibet qui-
dem competit. b, de nullo verò dicitur. a: quare
fit, vt. a. per ratiocinationem nulli competat. b.
Eadem oſtendentur, & ſi vtrunq; tam. a. quàm
b.in toto quopiam ſit. ¶At verò fieri poſſe,vt.b.
non ſit in eo in quo toto eſt ipſum.a: aut rurſus,
vt.a. non ſit in eo in quo totū eſt ipſum. b, patet
ex diſpoſitionibus rerum quæ inter ſeſe non mi
ſcentur. Nam ſi nihil eorum quæ in. a.c. d. ſerie
collocantur, de vllo prædicantur eorum quæ in
b.e.f. diuerſa ſerie collocantur : a verò in toto eſt
g. quod quidem eiuſdem eſt ſeriei : perſpicuum
eſt fieri nō poſſe,vt.b.in ipſo ſit.g:alioquin con-
uenirent , ac miſcerentur hæ ſeries rerum . Idem
fiet, & ſi.b. ipſum in toto quopiam ſit . ¶Sed ſi
a.nullibi. b.inſit, & neutrum in toto ſit vllo,ne-
ceſſe eſt.a. ſine medio non competat ipſi.b: nam
ſi quippiam inter ipſa medium cadet , neceſſe
eſt alterum ipſorum in toto quopiam eſſe. Aut
enim in prima figura ratiocinatio eorum , aut
in media extruetur : at ſit in prima. b. nimirùm
in toto quopiam erit . Propoſitionem enim
eam , quæ verſus. b. collocabitur , affirmatiuam
eſſe oportet. Si verò in ſecunda , vtrumuis in to-
to quopiam erit : nam vtrumuis interuallum af-
firmatiuum eſſe poteſt. Atque nunc verſus ma-
ius,nunc verſus minus extremum,negatiua pro-
poſitione ſumpta conficitur ratiocinatio. Am-
bæ verò propoſitiones ſi fuerint negatiuæ, ratio
cinatio non conſtabit. Patet igitur fieri poſſe,
vt ſine medio quippiam non inſit: atque quan-
do, & quemadmodùm fieri poteſt, ſatis iam ex-
planauimus.

IN vndecimo iſto capi-
te,quod poſtremum eſt membri tertij
huius libri,poſtquam dixit de materia
demōſtrationis,oſtendit eius formam
aptius fieri in prima figura. Et conti-
net capitulum textum vnicum, nempe trigeſimum
primum quem nos in ſex particulas ſecuim⁹. Sunt
tamē duę partes principales: nam in primis tribus
particulis oſtenditur demonſtrationem affirmati-
uam commodius fieri in prima figura:& in reliquis
tribus agitur de demonſtratione negatiua. ¶Pro-
bat ergo demonſtrationem aptius fieri in prima fi-
gura tribus rationibus. Prima eſt hęc. Illa figu-
ra eſt demonſtrationi accommodatiſſima , in qua a- 1. Ratio.
ptius fiunt demonſtrationes propter quid & potiſ-
ſimę : ſed talis eſt prima figura, vtpote qua mathe-
maticę ſcientię potiſſimum vtuntur: ergo hęc eſt a-
ptiſſima figura . Cauſa cur demonſtratio propter
quid aptius ſit in prima figura eſt, cum, quia medi-
um in tali demonſtratione potiſſimum eſt definitio
quę eſt proxima cauſa paſſionis: et ideo maior pro-
poſitio debet explicare talem cauſam, vt ſit in quar-
to modo dicendi per ſe , et in minori debet defini-
tio prędicari de definito : q̄d in aliis figuris non po-
teſt ita fieri:tum etiā, q̄ in prima figura mediū ha-
bet propriū ſitum mediī, q̄d eſt ſubiici maiori extre-
mitati & prędicari de minori. Non tn̄ negatur quan

docꝫ fieri demõſtrationem in ſecunda figura pręſer-
2.Ratio. tim, quia, vt viſum eſt. ¶ In ſecūda particula, [Deiñ de hac tantum] ſequitur ſecunda ratio quę parum differt a priori. Illa figura eſt aptiſſima demonſtrationi per quam cõmodius inquirimus ꝓpter quid de aliqua concluſione: ſed talis eſt prima figura: ergo. ¶ Probat Ariſtotel. maiorem. Scientia propter quid procedit ex affirmatiuis, nam cauſa potiſſima eſt quid poſitiuum reſpectu effectus: et ſi aliqua eſt cauſa negatiua reducitur ad affirmatiuam (non eñ abſentia nautę eſt cauſa ſubmerſionis nauis, niſi qꝛ pręſentia eſt cauſa ſaluationis) Et pręterea ſcientia propter quid eſt vniuerſalis, nã ſicut definitio vniuerſaliter pręedicatur de definito, ita ⁊ propria paſſio: at vero in ſecunda figura nihil demonſtratur affirmatiue, qꝛ ſemper aliqua pręmiſſarum eſt negatiua: ⁊ in tertia figura nihil concludit̃ vniuerſaliter: qꝛ minor extremitas quę eſt pręedicatum minoris, nunquã diſtribuitur (ſi propoſitio ſit conſueta) ergo nec in ſecunda nec in tertia figura fit demonſtratio propter quid ⁊ potiſſima: ſed poterit fieri demõſtratio, aut particularis aut negatiua. ¶ Dubitãt antiq̃ circa hanc rationẽ, q̃uo per demonſtrationẽ inquiramus propter quid. i. q̃uo demõſtret̃ definitio quidditatiue de definito: cum talis propoſitio, vt hõ eſt animal rationale, non ſit demonſtrabilis. Neſcio tñ vnde moti ſunt ad hoc dubitandũ: quia ſenſus Ariſto. nõ eſt iſte: ſed ꝙ per primã figurã venamur ſciẽtiam alicuius concluſionis, puta, omnis homo eſt riſibilis, ꝓpter quid. i. reddendo cauſam illius a priori. ¶ In tertia particula, [Inſuper hęc figura] ſubſe-
3.Ratio. quitur tertia ratio quę talis eſt: Illa figura eſt potiſſima ad demonſtrandũ q̃ non indiget aliis vt fiat euidens, ſed alię fiunt euidentes per illam: ſed talis eſt prima figura: ergo. Minor fit manifeſta in libris Priorũ, vt nos late tractauimꝰ. 5. lib. Summu. Secunda enim ⁊ tertia figura fiunt euidẽtes per reductionẽ ad primã. Ceſare. n. ⁊ Cameſtres reducũtur ad Celarent: Darapti, ad Darij, vt illic monſtrauimus: tamẽ quatuor primi modi primę figurę ad nullum alium reducuntur: ſed immediate regulantur per dici de omni et dici de nullo. ¶ At vero verba q̃ ſequuntur in textu ſunt ſubobſcura. Sequitur eñ [nam hac (ſcilicet in hac figura) dẽſantur atꝫ accreſcunt (ſcilicet media vel principia) quoaduſꝫ ad ea perueniant quę medio vacant] id eſt, quoaduſꝫ veniatur ad immediata. ¶ Ubi notandũ eſt, ꝙ cum aliqua ꝓpoſitio mediata reducitur ad immediatã, extremitates magis ac magis appropinquant, qꝛ media magis ac magis multiplicantur inter illa, vt ſi iſta, oĩs homo eſt ſubſtantia, reducatur ad immediatam, debet ly animal, ſumi pro medio. ſ. omẽ animal eſt ſubſtãtia, oĩs homo eſt animal: ergo. ⁊ maior quę etiã eſt mediata, debet reduci per corpus animatũ: ⁊ rurſus maior. ſ. corpus animatum eſt ſubſtãtia, per corpus, vbi vides media inter hominẽ et ſubſtantiã multiplicari, atꝫ adeo conſtipari: quod hic Ariſto. ſcite vocąt accreſcere ⁊ denſari, qꝛ magis ac magis inuicem appropinquãt. Ueluti partes cerę magis, dum condenſantur, appropinquãt: aut illo proprius modo quo ſi inter duos homines diſtanter in ſcamno ſedentes ſederent alij medij, comprimerẽtur. Et quia prima figura aptiſſima eſt ad huiuſmodi reſolutionem: quia in ſecunda figura non concluditur affirmatiua, neꝫ in tertia concludit̃ vniuerſalis, vt capite ſequẽti ⁊ cap. 19. manifeſtius apparebit: atꝫ adeo ſecũda ⁊ tertia reducant̃ ad iſtã vt iam mõ dicebamꝰ, ꝓpterea dicit ꝙ in hac figura potiſſime dẽſantur ⁊ accreſcũt media. ſ. fiũt reſolutiones mediatarũ ꝓpoſitionũ ad immediatas: ⁊ per ꝯñs eſt ad demonſtrandum accõmodatior. ¶ In quarta particula [Quemadmodũ autẽ] incipit ſecũda pars principa- Propõ negatiua immediata.
lis de demonſtratione negatiua in qua primo docet Ariſto. ꝙ ſicut eſt propoſitio affirmatiua immediata, ita eſt aliqua negatiua immediata. Statuit ergo primo cõcluſionẽ, ꝙ queẽadmodũ fit vt. a. indiuidue cõpetat ipſi. b, ita fieri põt vt indiuidue non competat. Et exponit ſe, ꝙ indiuidue cõpetere vel nõ competere eſt pręedicatum cõuenire ſubiecto, per ſe immediate ⁊ ſine aliquo medio: ſicut, hõ eſt rationalis: aut per ſe negari de illo ⁊ non ratione alterius, ſicut ſubſtãtia nõ eſt qualitas. Atqui probat concluſionẽ dum ait: [Cum itaꝫ vel. a. vel. b. in toto quopiã eſt] Quę litera licet ſubobſcura ſit, nihilominus eſt ingenioſa. Ad cuius intelligentiã notandum, ꝙ cum hactenus notum fuerit in affirmatiuis quę propoſitio ſit mediata) puta inter cuiꝰ extrema aliquid mediat) quę vero immediata (nempe inter cuius extrema nihil mediat) hic vult docere in negatiuis q̃ dicatur mediata, quę vero immediata. Et tota litera hoc intendit, ꝙ illa propoſitio negatiua eſt mediata, cu- Negatiua mediata.
ius p̃dicatũ poteſt demonſtrari negari de ſubiecto ꝑ aliquod mediũ, qḋ per ſe cõuenit alteri extremorũ ⁊ negatur de alio. Et talis propoſitio eſt oĩs illa negatiua, cuius vel alterum extremorũ cõtinetur ſub aliquo genere ſaltem generaliſſimo, vel ambo ſimul extrema: vt hõ non eſt qualitas, hõ non eſt lapis, hõ non eſt equus: nam in his poſſumus arguere, omnis homo eſt animal: nullus lapis eſt animal: ergo nullus lapis eſt homo, in ſecunda figura: cuius maior eſt per ſe primo, ⁊ per conſequens homo per animal negatur de lapide. Illa vero cuius neutrũ extremũ ponitur ſub aliquo genere, ſed ambo ſunt generaliſſima: vt nulla ſubſtãtia eſt qualitas, eſt immediata: qꝛ ſi poſſet demõſtrari maxime ſumendo pro medio aliquid quod per ſe conueniret ſubiecto: quod deberet eſſe vel definitio, vel genus: ⁊ generaliſſimũ nec definitionẽ habet nec genus. Ait ergo [Cum itaꝫ vel. a. vel. b. (id eſt maior vel minor extremitas) in toto quopiam eſt (id eſt ſub aliquo genere continetur: nam genus eſt totum reſpectu inferioris) vel vtrunꝫ (ſcilicet ambę extremitates continentur ſub eodem genere: vt homo ⁊ equus, ſub animali, ⁊ homo ⁊ lapis, ſub corpore) tunc fieri nequit vt. a. primo non competat ipſi. b, id eſt, hęc non poteſt eſſe immediata, nullũ. b. eſt. a. [Sit enim. a. (ſcilicet maior extremitas) in toto. c. puta ſub medio, quod ſit genus: ⁊. b. non ſit in aliquo. c. (vt. a. v. g. ſit homo, c. ſit animal, ⁊. b. qualitas) tunc ſyllogiſmus fiet in Cameſtres, omnis homo eſt animal: nulla qualitas eſt animal: ergo nulla qualitas eſt homo, vbi ipſum. a. demonſtratur non ineſſe. b. per. c. mediũ. Idem etiã fiet ſi. b. in toto quopiam ſit, ſcilicet in. d. genere qḋ negatur de. a: vt ſi dicas in Ceſare, nullum. a. eſt. c: omne. b. eſt. c: ergo nullum. b. eſt. a: id eſt, nullus homo eſt qualitas: omnis albedo eſt qualitas: ergo nulla albedo eſt homo. Et idem fiet ſi vtrũꝫ ſit ſub eodem genere, vt ſi. a. ſit homo: b. ſit equus, ⁊. c. ſi animal rationale. ſ. omnis homo eſt aĩal rationale: nullus equus eſt animal rationale: ergo nullus equus eſt hõ: ⁊ eadem rõne, nullũ corporeũ eſt incorporeũ, eſt mediata qꝛ demonſtratur in Cameſtres per definitionem corporis. ¶ In quinta particula [At vero ⁊c.] probat illud quod ſupra dixerat. ſ. ꝙ poteſt. a. eſſe in aliquo toto. i. ſub aliqua coordinatione pręedicamentali, in qua non ſit. b. ⁊ econuerſo: nam ſit. a. c. d. vna coordinatio pręedicamentalis, ſcilicet pręedicamentum ſubſtãtię, ⁊. b. e. f. ſit alia coordinatio. ſ. pręedicamenti qualitatis: tunc, qꝛ pręedicamẽta ſunt impermixta, nihil vnius pręedicamenti affirmatur de aliquo



aliquo alterius pręedicamenti, ⁊ per conſequẽs ſi. a. continetur ſub. g. generaliſſimo primi pręedicamenti, ſequitur ꝙ. b. alterius pręedicamenti non continetur ſub eodem genere: alias pręedicamẽta eſſent permixta. ¶ In ſexta particula [Sed ſi. a. nulli. b. inſit]
Negatiua imediata. explanat quę propoſitio negatiua ſit immediata: dicens, ꝙ ſi propoſitio eſt negatiua cuius pręedicatum non ineſt ſubiecto, ⁊ neutrum extremorũ cõtinetur ſub aliquo genere, ſaltem generaliſſimo, illa eſt immediata: vt ſubſtantia non eſt qualitas, qꝛ nõ habet medium per quod demõſtretur: nam vel demonſtratio (inquit) fieret in prima figura, aut in ſcđa. Si in p̃ma, tũc. b. in aliquo toto erit. Quod eſt dicere, tũc minor ꝓpoſitio debet eſſe affirmatiua: quod eſt vniuerſale in prima figura, in quatuor primis ſaltẽ modis euidentibus (Et hoc eſt quod ait, propoſitionem quę verſus. b. collocabitur. i. minorem, affirmatiuã eſſe oportere) ⁊ per cõſequẽs illic p̃dicatũ puta medium ſe habet ad minorem extremitatẽ ſicut genus vel definitio: atꝫ adeo. b. ſcilicet minor extremitas erit in aliquo toto. Si vero demõſtratio fiat in ſecũda figura, tũc vtrunuis, inquit, in aliquo toto erit. i. vel maior extremitas vel minor ſubiicietur medio affirmatiue. ſ. minor extremitas in Ceſare et Feſtino, ⁊ maior extremitas in Cameſtres ⁊ Baroco. Si autem extremitates ſunt genera generaliſſima, nõ poſſunt eſſe ſubiecta in pręedicatione directa affirmatiua, niſi acciperetur pro medio ly ens ſed illud non poteſt affirmari de vno generaliſſimo et negari de alio, qꝛ affirmatur de omnibus: ſequitur ergo nullum eſſe medium ad demonſtrandum hanc, ſubſtantia non eſt qualitas, vel quantitas non eſt qualitas. ¶ Quod ſi quis quęrat cur non facta eſt hic mentio de tertia figura, vbi medium ſubiicitur in vtraꝫ: videtur enim fraudulenter Ariſtote. eam ſubticuiſſe: nam poteſt illa in Bocardo ſic demonſtrari, homo non eſt qualitas: omnis homo eſt ſubſtãtia: ergo ſubſtantia non eſt qualitas. ¶ Reſpondetur, quod propoſitio immediata debet eſſe vniuerſalis negatiua: nam pręedicatum quod per ſe negatur de aliquo, de omni negatur: vniuerſalis vero negatiua concludi non poteſt in tertia figura.

## Quæſtio quinta.

## Vtrũ demõſtratio quia, & propter qd cõueniẽter diſtinguãtur ab Ariſ.

A Parte negatiua arguitur primo. Demõſtratio, quia, nõ eſt demonſtratio ſimpliciter: q̃ppe quę non facit ſcire, cum ſcire ſit rem per cauſam cognoſcere. Et eſto eſſet demonſtratio, non differt ſpecie a demõſtratione propter quid, tum quia ex eiſdem propoſitionibus trãſpoſitis componuntur ambę, vt Ariſt. docuit cap. 10. tum, quia ſi ad eandem concluſionem, puta, ignis eſt calefactiuus, adduceretur vna demonſtratio a priori ex natura ignis, et alia ratio a poſteriori per experientiam, idem aſſenſus ſcientificus generaretur: ⁊ tamen a cauſis differentibus ſpecie non videtur generari idem effectus. ¶ Et confirm̃. Nulla eſt demonſtratio, quia, ergo non ſunt duę ſpecies. Probatur anteceđẽs: qꝛ ſi eſſet aliqua, maxime eſſet aut illa quę procedit per cauſam mediatam, aut illa quę procedit per effectum: ſed neutra iſtarũ: ergo. Probatur minor quo ad primũ mẽbrum. Aut per cauſam mediatam intelligitur principiũ proximũ concluſioni, quod tñ habet aliud prius per quod demonſtretur: ⁊ hoc non: qꝛ talis demonſtratio eſt propter quid, vt patet ex dictis ſuꝑ ſecũdũ capitulũ: aut intelligitur principiũ remotum inter quod et concluſionẽ mediat alia cauſa, vt videtur docere Ariſto. in hoc decimo capite: ⁊ hoc non, qꝛ talis demonſtratio non ſemper eſt bona conſequentia: vt patere poteſt in ipſomet exemplo Ariſtot. etenim eſſe animal, eſt cauſa remota reſpirandi, ⁊ tñ non ſequitur, hoc eſt animal: ergo hoc reſpirat: vt patet de piſcibus: aut ſi facias demonſtrationẽ, maior eſt falſa. ſ. omne animal reſpirat. ¶ Eodem modo poteſt argui, ꝙ ab effectu remoto non procedat demonſtratio. Uiuere eñ eſt effectus proximus viuentium, ⁊ remotus animalis, ⁊ tamen nõ ſequitur, hoc viuit: ergo eſt animal: vt patet in plantis. ¶ Secundo principaliter arguitur, ꝙ ſint plures q̃ꝫ duę ſpecies demonſtrationis. Commẽtator in prologo Phyſicorũ, ⁊ in. 2. lib. text. 22. ponit tres ſpecies demõſtrationis. ſ. propter qđ ⁊ qꝛ, ⁊ ſimpliciter. ¶ Et confirmatur. Demonſtratio ad impoſſibile non eſt propter quid, nec quia: ergo ſunt plures ſpecies. Antecedens apparet in hac demonſtratione Ariſt. 2. metaphy. ſi nulla eſſet prima cauſa, nullus eſſet effectus in mũdo (quia cauſę non procedunt in infinitum) conſequẽs eſt impoſſibile: ergo ⁊ antecedens. Nec enim habet formam demonſtrationis propter quid, nec qꝛ. ¶ Tertio principaliter arguit̃ contra illã ꝓpoſitionẽ Ariſt. Si negatio eſt cauſa negationis, affimatio eſt cauſa affirmationis: Sequeret̃ inde ꝙ ſi aliquod antecedens infert conſequẽs, ex oppoſito ipſius antecedẽtis habet inferre oppoſitũ conſequentis: qḋ tñ eſt contra regulam logicalẽ. Sequitur. n. hoc non eſt animal: ergo non eſt homo (vbi negatio eſt cauſa negationis) ⁊ tñ non ſequitur, hoc eſt animal: ergo hoc eſt homo: imo in exemplo Ariſt. ſequitur, hoc non eſt animal: ergo non reſpirat, ⁊ tñ nõ ſequitur, hoc eſt animal: ergo reſpirat: vt patet in piſcibus ⁊ oſtreis. ¶ Et confir. Non ſequitur, ſi affirmatio eſt cauſa affirmationis, negatio eſt cauſa negationis: ergo nec ſequitur econuerſo. Probatur antecedens. Sequitur enim homo currit, ergo mouetur: ⁊ tamen non ſequitur, homo non currit, ergo nõ mouetur. ¶ Quarto principaliter arguitur contra id quod ait Ariſtote. ſ. ꝙ circulariter poteſt demonſtrari ex effectu cauſa, et ex cauſa effectus: vt ſtellas eſſe prope, qꝛ non ſcintillant, ⁊ nõ ſcintillare, qꝛ ſunt prope. Demõſtratio fit innoteſcendi cauſa: ergo debet procedere ex notioribus ad minus nota: vt habetur in definitione demonſtrationis: nec ſufficit dicere ꝙ demõſtratio propter qđ ꝓcedit ex notioribus naturę, ⁊ demõſtratio, qꝛ, ex notioribꝰ nobis: nã demõſtratio debet fieri ex notioribus ipſi cui fit demõſtratio: ſi ergo Petro ꝑ a. demõſtrat̃. b, iam. a. eſt illi notius, ⁊ per cõſequens nõ demõſtrabitur illi rurſus ꝑ. b. ¶ Quinto principaliter arguitur cõtra aliã particulã de ſubalternatione ſciẽtiarũ. Peſpectiua ⁊ Muſica ſunt partes ſcientię naturalis, nã tractant de obiectis ſenſuũ viſus ⁊ auditus, q̃ pertinẽt ad ſcientiã de anima: ergo potius ſubalternantur philoſophię naturali, q̃ꝫ mathematicis. Et inde arguitur, ꝙ ſciẽtia de Iride nõ ſubalternet̃ perſpectiuę cuius oppoſitũ aſſerit Ariſto. Sciẽtia de iride eſt pars philoſophię naturalis, quę eſt ſubalternãs pſpectiuę: ergo ſcientia de iride nõ ſubalternatur perſpectiuę: alias eſſet circulꝰ in ſubalternatione. ¶ Et confir. Si perſpectiua et muſica ſubalternãtur geometrię ⁊ arithmeticę, eo quod principia earum probantur ab illis mathematicis, ſequeretur eadem ratione primo, ꝙ mathematicę ſubalternarentur philoſophię naturali: nam vt dictum

ctum eſt, illud principiū mathematicum, a quolibet pūcto in quodlibet pūctū lineā ducere, probat philoſophus naturalis. 5. ⁊. 6. phyſi. eo ꝙ inter quelibet puncta mediat ſpatium. Secūdo ſequeretur, ꝙ chirurgia ſubalternetur mathematicę, poſtquā mathematicus probat illud principiū, ꝙ vulnera circularia tardius curantur. Jmo tertio ſequereť, ꝙ metaphyſica ſubalternaretur philoſophię naturali: nam vt ait Commētator. 1. Phyſi. commē. vlti. metaphyſicus ſupponit tanquā propriū principium ſubſtantias ſeparatas eſſe, quod certe a priori probari non poteſt: et tamen philoſophus naturalis vt patet. 8. phyſi. ꝑ ęternitatē motus ꝓbat aliquas eſſe ſubſtantias ſeparatas perpetuas: ⁊ probare aliquid per motum eſt probatio philoſophi naturalis. Hęc tñ tria conſequentia ſunt falſa, ⁊ apud Ariſt. habentur pro inconuenienti. ¶ Et confirma. ſecundo, qꝛ non apparet qūo nautica ſubalternatur Aſtrologię aut architectura ſubalternetur ſtereometricę: imo videntur eſſe partes illarum: ſicut ſcientia iſoſcelis eſt pars ſcientię trianguli. ¶ Sexto principaliter arguitur. Eſto ſint aliquę ſcientię ſubalternatę reſpectu aliarum, differentia tamen quam Ariſtote. conſtituit, videlicet, ꝙ ſubalternata dicit ſolum, quia, ſubalternans vero propter quid, non apparet vera: nā perſpectiua et muſica ſaltem ſpeculatiue demonſtrant propter quid: qꝛ ſunt verę ſcientię: in hoc enim differt ſciētia ſpeculatiua a practica, quod. v. g. muſica ſpeculatiua reddit rationes a priori conſonantię ſonorum. Practica vero ſolum iudicat de conſonantiis in ordine ad auditum, ſicut perſpectiua practica in ordine ad viſum. ¶ Et confirmatur. Si Geometria demonſtraret a priori concluſiones q̄ ſunt principia perſpectiuę, ſequeretur geometriam eſſe formaliter perſpectiuam: nam ſcientia debet denominari a concluſione demonſtrata, ob idq; ſi concluſio demonſtrata a Geometra eſt perſpectiua, Geometria eſt perſpectiua.

¶ Ad queſtionē reſpondetur affirmatiue. Vñ ad primū argumentū rñdetur, ꝙ forſan diſputatio eſt de noīe, an demonſtratio qꝛ, ſit ſimpliciter demōſtratio. Certū eſt ꝙ ſi demonſtratio eſt ſolū ſyllogiſmꝰ q̄ facit ſimplr̄ ſcire, tunc demōſtratio qꝛ, nō eſt demōſtratio: nā ſcire ſimpliciter eſt rē per cauſam cognoſcere. Poſſet tñ dici ad rationē demōſtrationis ſatis eſſe, ꝙ ꝓcedat ex neceſſariis ⁊ per ſe et ex cauſis. quę licet non ſint cauſę eſſendi, ſunt tñ cauſę cognoſcēdi, ⁊ demōſtratio qꝛ, licet nō facit ſcire quare res ſit, vt cur rhabarbarum purget choleram, facit tñ ſcire rem eſſe. ſ. rhabarbarum purgare choleram: ob idq; de noīe nō diſputo. Hoc tñ eſt certum, quod deſinitio demōſtrationis poſita in. 2. cap. ſolum conuenit demōſtrationi propter quid, et ideo dixit Ariſ. ꝙ ſi alius eſt modus ſciendi, poſtea videbitur: inſinuans aliud eſſe ſcire, quia. ¶ De alio membro argumenti problema eſt quod pro vtraque parte ſubſtineri poteſt, an ꝓpter quid, ⁊ quia, ſpecie differant. Quod tamen mihi veriſimilius eſt, his

**1. Quęſtio** propoſitionibus exponam. Prima. Demōſtratio ꝓpter quid ⁊ demonſtratio quia, eiuſdem concluſionis differunt ſpē. Probať qꝛ p̄miſſę differūt ſpē. Cū. n. demōſtrať lunā eclipſari a p̄ori qꝛ terra interponitur, ⁊ a poſteriori, qꝛ priuatur luce, pręmiſſę ſunt diſtinctę. Quod in exemplo Ariſtot. apparet, cum ſtellas nō ſcintillare, demōſtrať ꝓpter quid, qꝛ ſunt prope:

**Secunda.** ⁊ eſſe prope, ab effectu qꝛ nō ſcintillāt. ¶ Secūda cōcluſio. Nihilominus videntur aſſenſus ab illis producti non differre ſpecie. Sed ſolum ꝙ vnus forte eſt clarior alio: quemadmodū ignes productus a ſole, ⁊ productus ab igne, ſunt eiuſdē ſpecie: quanuis cauſę differunt ſpecie. Eſt enim demonſtratio ſicuti cauſa ęquiuoca reſpectu concluſionis (cum intellectus principiorū producat ſcientiā cōcluſionis differentē ſpecie) ⁊ ideo poſſunt demōſtrationes differētes ſpecie producere aſſenſus eiuſdem ſpeciei, quando obiectum eſt idem. ¶ Probatur concluſio Primo: qꝛ ſcientia de eclipſi quę habetur per experientiam, certe nō videtur differre ſpecie ab illa quę gignitur a priori per demonſtrationē: pręter ꝙ ꝙ illa quę habetur per experientiā eſt clarior. ¶ Item confirmatur, ſi aſſenſus tales eiuſdem concluſionis differrent ſpecie, ſimul poſſent ſe cōpati, ſiquidem ambo ſunt clari ⁊ per conſequens ſi dum video lunam eclipſari adduceretur mihi demonſtratio propter quid, nouus generaretur aſſenſus, et ſic haberem duos ſimul aſſenſus euidentes eiuſdē concluſionis: quod videtur contra experientiam. ¶ Unde ad illud membrum primi argumenti conceditur, ꝙ ſi ad eandem concluſionē ſimul afferantur demonſtratio propter quid, ⁊ quia, vnicus aſſenſus generabitur tam clarus ꝙ poteſt eum producere clariſſima demonſtratio. Sed inde non ſequitur quin demonſtrationes differant ſpecie, vt dictum eſt de ſole et igne. Et quanuis ex eiſdem propoſitionibus, faciendo de pręmiſſa cōcluſionē ⁊ de cōcluſione p̄miſſam, poſſint cōſtrui demonſtratio qꝛ ⁊ propter quid, ſatis tñ eſt vt differant ſpecie, ꝙ pręmiſſę vnius differāt a pręmiſſis alterius. ¶ Ad confirmationem reſpondetur vt **Ad confir.**

diximus ſuper textum, quod quando dicitur demonſtrationē qꝛ, eſſe illā q̄ ꝓcedit ex cauſa mediata, non intelligitur de cauſa quę habet priorem: nam illa eſt propter quid reducibilis ad immediata principia: ſed intelligitur de cauſa remota reſpectu concluſionis, vt patet in exemplo Ariſ. ¶ Eſt tamen notandū, **Cauſa remota tripliciter.**

ꝙ cauſa remota dicitur tripliciter. Uno mō quia licet conuertatur cum effectu, eſt tñ mediata mediatione cauſę: vt eſſe animal rationale, eſt cauſa mediata riſibilitatis: inter quā mediat admiratiuum, vel luminaria eſſe in capite vel cauda draconis, eſt cauſa remota eclipſis, proxima vero eſt interpoſitio terrę. Et quando iſto modo cauſa eſt remota, tunc a cauſa ad effectum et ab effectu ad cauſam affirmatiue et negatiue eſt optima conſequentia. Sequitur enim, eſt animal rationale: ergo eſt riſibile, ⁊ econuerſo: et pariter ſequitur negatiue, non eſt animal rationale: ergo nō eſt riſibile, et econuerſo. Item ſequitur, luminaria ſunt in capite vel cauda draconis, ergo luna eclipſatur, et econuerſo affirmatiue et negatiue. Secundo modo per aliud extremum poteſt dici cauſa remota illa, quę cum ſit cauſa aliquādo talis effectus, tamen nec infert illud nec infertur ex illo: ſicut habere concitatū pulſum, eſt effectus ⁊ ſignū febris tamen nec ſemper ex illa cauſa ſequitur talis effectus, puta quādo homo prope mortem non habet pulſum: nec ex ſola illa cauſa ſequitur ille effectus: nam ex vehementi caſu vel alia paſſione poteſt cōcitari pulſus. Et tunc nec affirmatiue nec negatiue ſequitur demonſtratio nec propter quid. nec quia. ¶ Et id patet in exemplo Ariſtote. quod poſitum eſt potius gratia exēpli, quam eo ꝙ ſit verum: nam vinum eſt cauſa lętitię ⁊ modulandi: qui quidē effectus ex alia cauſa poteſt etiam ꝓuenire: nec illa cauſa ſemper efficit illū effectū. Et ideo nec ſequiť, in tali patria ſunt vites, ergo modulatores: nec ſequitur, non ſunt vites, ergo nec modulatores. Tertio modo cauſa dicitur remota, quia ſcilicet eſt ſuperior ad effectum et dicitur mediata mediatione pręchationis. Et tunc infertur affirmatiue ex effectu, non tamen infert ipſum affirmatiue, ſed ſolum ne-





gatiue infert negationē effectus: ⁊ illa eſt demonſtratio quia, ex mediatiōe cauſę: vt quicquid reſpirat eſt aīal, lapis nō eſt aīal, ergo nō reſpirat: tamē affirmatiue nō ſequitur, eſt aīal: ergo reſpirat. ¶ Eodē oīno modo diſtinguēdum eſt de effectu remoto. Quando enī eſt effectus qui ſequitur ex ſola cauſa nō tamē ex omni, ſequitur affirmatiue: vt hoc reſpirat, ergo eſt aīal: nō tamen negatiue, hoc nō reſpirat, ergo nō eſt aīal. Si autē ſequatur ex omni non tamen ex ſola, ſequitur negatiue ab effectu ad cauſam: vt non viuit: ergo nō eſt aīal, nō tamē ſequitur affirmatiue, viuit,

**Ad ſcdm.** ergo eſt aīal. ¶ Ad ſecundū principale de Cōmentatore parū refert ſcire quid illic ſenſerit. Forte demōſtrationem ſimpliciter non diſtinguit a demōſtratio-

**Demonſtr. potiſſima.** ne propter quid, tanquā diuerſam ſpeciem, ſed tanꝙ id quod addit aliquā perfectionem: vt demonſtrationē propter quid, appellat illā quę procedit ex cauſa quacunq;: ⁊ demonſtrationē ſimpliciter, appellet totū diſcurſum qui incipit ex cauſis proximis concluſionis, ⁊ reſoluit pręmiſſas vſque ad prima principia per ſe nota. Quę ſolet appellari propter quid ⁊ potiſ-

**Ad confir. Demonſt. ad impoſſ.** ſima. ¶ Et ad confirmationem reſpōdetur, ꝙ demonſtratio ad impoſſibile aliqua reducitur ad demōſtrationem propter quid, ⁊ aliqua ad demonſtrationem quia: vt illa demōſtratio cōfirmatiōis virtualiter eſt quia: ac ſi argueretur hoc modo: Aliqui ſunt effectꝰ in mūdo, ⁊ nō eſt procedere in infinitum in cauſis: ergo danda eſt prima cauſa. Jn qua demōſtratione procedatur ab effectu ad cauſam. Hęc vero reducitur ad propter quid: Si ignis nō eſſet attractiuus non eſſet calidus, conſequens eſt impoſſibile: ergo ⁊ antecedēs. Eſt enim ac ſi diceres, omne calidū eſt attra-

**Ad tertiū.** ctiuū: ignis eſt calidus, ergo. ¶ Ad tertiū principale reſpondetur, ꝙ illa propoſitio Ariſt. intelligitur de cauſa proxima, ⁊ quę per ſe primo eſt cauſa talis effectus: in quibus cauſa ⁊ effectus dicuntur ad conuer-

**Si nega. eſt cā neg. affirma. eſt cā. affirma.** tentiam: vt ſi hoc nō eſſe aīal rationale, eſt cauſa per ſe primo vt nō ſit riſibile, eſſe aīal rationale, eſt cauſa vt ſit riſibile: ⁊ econuerſo, ſi eſſe animal rationale eſt cauſa riſibilitatis, eſſe non rationale eſt cauſa vt non ſit riſibile. Quemadmodū arguit Ariſto. 2. Phyſic. text. 30. ſi pręſentia nautę eſt cauſa ſeruationis nauis, abſentia nautę eſt cauſa ſubmerſionis. Debet autem oppoſitio ſimilis eſſe in cauſis ⁊ in effectibus: nō enim ſequitur, ſi eſſe albū eſt cauſa diſgregandi viſum, ꝙ nō eſſe albū ſit cauſa cōgregandi: nam rubeū nō eſt albū, ⁊ tamē nō cōgregat viſum: quia albū ⁊ nō albū opponūtur cōtradictorie ſeu infinitanter, ⁊ tamen cōgregare ⁊ diſgregare, opponūtur contrarie: ſed dicendum eſt, ꝙ ſi eſſe albū eſt cauſa diſgregandi, eſſe nō albū eſt cauſa nō diſgregandi: ſed eſſe nigrum eſt cauſa congregandi, quia albū ⁊ nigrū opponūtur cōtrarie, ſicut diſgregare ⁊ congregare. At vero in cauſis quę non ſunt adęquatę ⁊ per ſe primo, non ſequitur, ꝙ ſi negatio eſt cauſa remota alicuius effectus affirmatio ſit aliquo modo cauſa, nec remota. Unde ad argumentū reſpōdetur, ꝙ quando antecedens infert cōſequens a ſuperiori ad inferius negatiue: vt hoc nō eſt aīal, ergo nō eſt homo, nō ſequitur ex oppoſito antecedētis oppoſitū cōſequētis: qꝛ non eſſe aīal nō eſt cauſa adęquata huius quod eſt, nō eſſe hominē. Et eodē modo ſi antecedēs infert cōſequēs ab inferiori ad ſuperius affirmatiue: vt homo currit, ergo mouetur, quia currere non eſt cauſa adęquata motus. Jmo vero exēplū Ariſt. hoc manifeſte docet, nō enim negat, quin nō eſſe aīal ſit cauſa nō reſpirandi: ſed dicit eſſe cauſam remotā: ⁊ probat nō eſſe cauſam proximam ⁊ per ſe, qꝛ alias eſſe aīal, deberet eſſe cauſa reſpirandi. Et per hoc patet reſpōſio ad confir-

**Ad quart.** mationē. ¶ Ad quartum principale reſpondetur, ꝙ Ariſt. nullo modo admittit circularem demōſtrationē reſpectu eiuſdē hoīs cui adducitur demonſtratio **Circularis Demonſt.** innoteſcendi cauſa: vt argumentum probat. Etenim fieri nequit vt mihi innoteſcat. a. per. b, et. b. per. a: eodē genere ſcientię. Attamen per viā inuentionis poſſunt hominē per effectus venire in cognitionem cauſarū, qui poſtea docti cauſas, poſſunt docere effectus per cauſas. Et ita demonſtratio qꝛ, procedit ex notioribus nobis pro iſto ſtatu, quia cognitio noſtra incipit a ſenſu: ſed demōſtratio propter quid, procedit ordine naturali. ¶ Ad quintū principale reſpon- **Ad quintū**

detur, ꝙ qꝛ ſubiectū in perſpectiua ⁊ muſica eſt complexum vt linea viſualis, ⁊ numerus ſonorus, ratio- **Subalternatio ſcien.**

ne lineę ⁊ numeri ſubalternātur geometrię ⁊ Arithmeticę: ſed ratione adiecti. ſ. viſualis aut ſonori ſunt partes philoſophię naturalis. Et hac ratione dicuntur ſcientię medię inter mathematicas ⁊ naturales. Unde propoſitio quę loquitur de viſibili in ordine ad angulum quē cauſat in oculo, vel in ordine ad lineā viſualem, illa eſt mere perſpectiua: vt ꝙ obiectū prope maiꝰ videtur: quia cauſat maiorem angulū viſualem. Cum vero hāc probat per lineā abſtrahēdo a viſuali. ſ. ꝙ lineę procedētes ab eadē baſi acutiorē ⁊ minorē angulū faciūt in parte diſtāti q̄ in propinqua. definit eſſe perſpectiua, ⁊ aſcendit ad geometriā. Si vero cōſideret obiectū viſibile nō in ordine ad lineā vel angulum, iam deſinit eſſe perſpectiua ⁊ eſt mere philoſophia naturalis: vt excellens viſibile lędit viſum, viſibile ſupra ſenſum non facit ſenſationē. ⁊c. Et proportionabiliter dicatur de muſica. ¶ Et per hoc **De iride.**

reſpōdetur ad aliā ratiunculā de Jride. Apparentia enim coloris quę fit in iride accidit ex refractione radiorum ſolariū in nube rorida. Sed apparentia figurę circularis in arcu iridis accidit ex refractione radiorum admodum circuli: eo ꝙ cū nubes opponiť ſoli, radij medij penetrāt cētrū nubis ſine refractione, ⁊ ad latera refrāguntur orbiculariter: vt eſt videre. 3. meteororū. Et ideo quantum ad figurā circularem illa ſcientia de iride ſubalternatur perſpectiuę: nā illa apparētia fit propter refractionē linearū viſualiū, ⁊ per cōſequens mediate ſubalternatur geometrię. Sed quantū ad apparentiā colorū, licet quodā modo pertineat ad perſpectiuā, proprius tamen pertinet ad philoſophiā naturalē: cuius eſt illa propoſitio, lucidū tranſiens per nigrū apparet rubeū, ⁊ per magis rarū apparet viride, ⁊ per magis rarum apparet flauū. Unde nihil vetat, ꝙ perſpectiua aliquo modo ſit vna pars philoſophię naturalis, ⁊ tamē illi aliquo modo ſubalterneť alia pars philoſophię **Ad confir.**

naturalis. ¶ Ad primā confirmationem reſpōdetur, ꝙ perſpectiua ⁊ muſica non ex eo ſolū ſubalternātur geometrię ⁊ Arithmeticę, ꝙ ab illis probantur ſua principia: ſed quia ſubiecta iſtarū ſunt quodā modo inferiora ad ſubiecta illarum. Ob idq; licet philoſophia naturalis probet aliquod principiū geometrię nō ſequitur philoſophiā eſſe ſubalternantē reſpectu geometrię. Subiectū enim geometrię quę eſt quantitas, vt abſtrahit a materia ⁊ motu, nullo modo eſt inferius ad ens mobile: ſed eſt accidens illius. Et ita philoſophia nō tanꝙ ſubalternans probat principia geometrię, ſed quia ſciētia de ſubſtātia aliquo modo iudicat de ſuis accidētibus. Eadem ratione nec chirurgia ſubalternatur geometrię: qꝛ corpus ſanabile non eſt inferius ad quantitatem, ſed ſubiectum eius. Et hac ratione Geometria probat principiū chirurgię: nā per accidentia ſumitur notitia ſubiecti. ¶ Ad tertiū incōueniens reſpōdetur illud minime ſequi: nā vt philoſophia naturalis eſſe ſubalternans reſpectu metaphyſicę, requireretur ꝙ a priori et propter quid probaſſet principia metaphyſicę: attamen non

probat ſubſtantias ſeparatas eſſe niſi ab effectu per
ęternitatem motus:vt ſi motus coeli eſt perpetuus,
aliqua eſt intelligentia perpetuo mouēs.¶Ad ſecun
Ad.2. con. dam confirmationem reſpōdetur, ꝙ Aſtrologia tra-
ctat de aſtris:puta de motibus ⁊ cōiunctionibus eo-
rum abſolute:Nautica vero tractat de illis in ordine
ad operationes noſtras.Nautę enim ex aſtris conie-
ctant vētos ⁊ ſerenitates,⁊ inde proſpiciunt nauigā
dum ne ſit,an ceſſandū.Et ideo Nautica qꝛ addit ali
quid ad ſubiectū aſtrologię nō eſt pars illius ſed ſub
alternatur illi:ſicut Perſpectiua quia addit viſuale
ſupra lineā, nō eſt pars geometrię, ſed eius ſubalter
na.Nautica ergo eſt pars aſtrologię iudicialis quę
ex aſtris ſumit iudiciū effectuū qui hoib⁹ poſſunt ac
cidere. Eodē modo Stereometria tractat abſolute
de menſuris corporū:Ars vero machinarum ſeu Ar
chitectura tractat de tali menſura in ordine ad ędifi
Ad ſextū. cia conſtruenda.¶Ad ſextum principale varie reſpō
dēt doctores:quia nō eſt facile noſſe quomodo ſubal-
ternata dicat quia,⁊ ſubalternās ꝓpter quid.Omiſ-
ſis vero opinionibus ſit prima propoſitio. Scientia
1. Propo. ſubalternata non ſolū demōſtrat ab effectu ſed a prio
ri ⁊ propter quid:vt argumētum probat:quia in hac
conſiſtit ratio perſpectiuę ⁊ muſicę ſpeculatiuę ꝙ a
2. Propo. priori demonſtrent concluſiones.¶Secunda propo-
ſitio. Quāuis poſſet forſan ſuſtineri ꝙ perſpectiua
ſpeculatiua nō eſt niſi Geometria, pro illa parte qua
probat cōcluſiones perſpectiue, ⁊ muſica ſpeculati-
ua eſt Arithmetica pro illa parte qua probat cōclu-
ſiones muſicę, tamen alia eſt rei veritas,videlicet,ꝙ
infra limites perſpectiuę diſtinguitur ſpeculatiua
⁊ practica. Prima pars patet , quia ſi Geometria a
priori probat principia perſpectiuę, videtur ſubin-
de Geometria eſſe Perſpectiua ſpeculatiua. Sed
ſecūda pars probatur. Perſpectiua ex proprijs ter-
minis perſpectiuę reddit cauſam ſuarum concluſio-
nū:ergo perſpectiua ſpeculatiua diſtinguitur a geo-
metria. Probatur antecedēs. Illam concluſionem,
obiectum prope maius videtur quā longe,perſpecti
ua probat hoc ſyllogiſmo , obiectū quod maiori an-
gulo viſuali videtur maius apparet, ſed quod prope
videtur , videtur maiori angulo viſuali : ergo. Quę
quidē demōſtratio eſt a priori ⁊ intra limites perſpe
ctiuę:qꝛ pręmiſſę loquuntur de angulo viſuali.Unde
geometria non dicitur demonſtrare propter quid
perſpectiuę,eo ꝙ oīs demōſtratio propter quid per-
ſpectiuę ſit geometrię:ſed quia demōſtratio perſpe-
ctiua nō poteſt reſolui vſqꝫ ad principia immediata
⁊ per ſe nota,niſi per geometriam:nam illę pręmiſſę
probantur a geometra per lineas ⁊ angulos abſtra-
hendo a viſualibus.ſ.Si ab eadē baſi duo latera triā
guli procedāt, maiorem angulū cauſant in parte pro
pinqua quā in remota.Itaqꝫ vbi demonſtratio inci-
pit per viſuale,iam eſt pure perſpectiua. Et idem di
Ad confir. catur de muſica reſpectu arithmeticę. ¶Ex quo ſe-
quitur quomodo differat perſpectiua practica ⁊ per
ſpectiua ſpeculatiua:nā perſpectiua practica ſolum
probat, obiectū prope maius videri, ab experiencia
per viſum:ſicut muſica practica probat,ꝙ Diapente
eſt optima cōſonantia,quia bene cōſonat auribus:et
ideo muſica practica acquiritur exercitio cantandi:
ſpeculatiua vero reddit a priori rationes concluſio-
nū.¶Hinc ſequitur ſolutio confirmationis. Reſpon-
detur enim primo ꝙ geometra nō demonſtrat cōclu
ſiones perſpectiuę:ſed ſolū principia. Itaqꝫ quā pri
mū venit ad lineas viſuales ceſſat negotium geome
trię ⁊ incipit demōſtrare perſpectiuus. Secundo re
ſpondetur,ꝙ geometra in quantū geometra non ha-
bet ſemper applicare ſua principia ad principia per
ſpectiua formādo demōſtrationes : ſed quando geo-
metra requiritur a perſpectiuo, aut vult deſcende-
re ad perſpectiuam:⁊ vtraqꝫ de cauſa geometria nō
eſt perſpectiua. Et hoc ſecundū eſt quod ait Ariſto.
videlicet:ꝙ geometra ⁊ arithmeticus ſciunt in vni-
uerſali cōcluſiones perſpectiuę ⁊ muſicę,non tamen
in particulari. Stat enim ꝙ ſit quis perfectus geo-
metra,ſciens ꝙ ab eadē baſi latera procedētia maio
rem angulū faciunt in pūcto propinquiori,quā in re
motiori,⁊ tamen hoc nūquam applicuerit ad lineas
viſuales: ⁊ per conſequens nunquam aduerterit an
obiectū prope videtur maius quā longe. Et pariter
arithmeticus ſtat,ꝙ ſciat oīes proportiones nume
rorum quas nunquam applicuerit ad ſonos , nec
aduerterit quę nam proportio conſonet , quę vero
diſſonet.

## De immediatorum ignorantia. CAP. XII.

IGNORATIO AU
tem ea quæ non negatio- Textus.
ne, ſed diſpoſitione dicitur xxxij.
ignoratio, deceptio eſt:quę
circa propoſitiones medio
vacantes vel non vacantes,
affirmatiuas vel negatiuas,
aut per ratiocinationē, aut
ſimpliciter fit. Nam aut ſimpliciter quiſpiā eſſe,
aut non eſſe putat, aut per ratiocinationem exi-
ſtimationem talem ſequitur. ¶Simplicis igi-
tur exiſtimationis ſimplex eſt error:cuius autem
quæ per ratiocinationē efficitur plures: a. nanq;
ſine media nulli cōpetat.b.Si igitur quiſpiam cō-
cludat.a.competere ipſi.b,ſumpto medio.c,dece-
ptus erit,ſanè per ratiocinationem: atq; fieri po-
teſt,vt ambæ propoſitiones ſint falſæ,& etiā alte-
ra tantùm:nam ſi neq;.a.cuiquam. c, neq;.c. cui-
quam competat.b,vtraq; autem per interuallum
econtrà ſit ſumpta,ambæ propoſitiones erunt ſi-
ne dubio falſæ:fieri nanque poteſt vt.c. ſic ſe ha-
bet ad extremum vtrunq;, vt neq; ſubijciatur. a
neque vniuerſaliter cōpetat ipſi. b:etenim.b.qui-
dem fieri non poteſt,vt in toto quopiam ſit:nam
a.primò remouebatur ab ipſo,a.verò non neceſſe
eſt vniuerſaliter cunctis quæ ſunt ineſſe. quare
ſit , ambæ vt propoſitiones ſint falſæ. At fieri
quoq; poteſt vt altera vera ſumatur,non tamen
vtrauis,ſed.a. c:nam propoſitio.c.b. ſemper erit
falſa: quia in nullo eſt ipſum.b. ſed.a.c. vera eſſe
poteſt.veluti ſi.a.ſine medio competat quidē ipſi
c,non cōpetat autem ipſi.b:cùm enim idem pri-
mò de pluribus quouis dicitur modo , neutrum
erit in altero:nihil autem intereſt,& ſi non ſine
medio competat. ¶Deceptio igitur eſſendi per
hoc,atq; hoc modo fit ſolùm:non enim alia in fi
gura ratiocinatio erat eſſendi : non eſſendi verò
& in prima,& in media fit. Atque primùm dica-
mus, quot modis & quomodò ſeſe habentibus
ipſis



ipſis propoſitionibus fit in prima figura. Fieri ita
que poteſt, vt ambæ falſæ propoſitiones ſuman-
tur:veluti ſi ipſum.a, tam.c. quàm.b. ſine medio
cōpetat. Nam ſi ſumatur. a. quidem nulli ineſſe
c,ipſum autem.c.cuilibet cōpetere.b, erit vtraq;.
propoſitio falſa. Fieri quoq; poteſt,vt altera pro-
poſitionum vtrauis falſa ſumatur. Nam eſſe po-
teſt.a.c. quidem vera,c. b. verò falſa, a.c. quidem
vera:quia.a,non omnibus ineſt quæ ſunt:c.b.ve-
rò falſa, tum quia fieri nequit vt.c.cui ipſum.a.
nulli cōpetat,ipſi competat.b:nam aliâs. a.c.pro-
poſitio non erit vera:tum quia ſi ambæ ſint ve-
ræ,erit ipſa concluſio vera. At.c.b.etiam vera eſſe
poteſt,altera ſumpta falſa : ceu ſi. b.& in.a.ſit &
in.c:neceſſe eſt enim tunc alterum eſſe ſub alte-
ro:quare ſi ſumatur.a.nulli competere.c, erit hęc
propoſitio falſa. Patet igitur & ex altera tantùm
& ex ambabus propoſitionibus falſis ratiocina-
tionem fieri falſam. ¶Sed in figura media, vt to-
tæ quidem propoſitiones ambæ ſint falſæ, fieri
nequit:nam cùm.a.cuilibet ineſt. b, nullum tum
ſumi medium poteſt, quod alteri cuilibet, alteri
nulli competet. Oportet autem hoc pacto ſume-
re propoſitiones,vt alteri quidem inſit, alteri ve-
rò non inſit,ſi hac in figura ratiocinatio fieri de
beat. Si igitur quæ ſic ſumuntur ſint falſæ, con-
ſtat econtrà veras vtraſq; fore : quod quidē fieri
nequit. Verū aliqua ex parte falſam eſſe vtranq;
non obſtare quicquā videtur: veluti ſi mediū. c.
tam.a.quàm.b.cuidam inſit. Tunc enim ſi ipſum
c.cuilibet quidem.a, nulli verò.b. dicatur ineſſe,
falſæ quidem erunt ambæ propoſitiones, at non
ſimpliciter,ſed aliqua ex parte, ſicuti patet. Eadē
erunt,& ſi propoſitionem negatiuā verſus extre
mum maius poſueris. Fieri tamen poteſt, vt alte-
ra falſa atq; vtrauis propoſitionū ſumatur:quod
enim ineſt cuilibet. a,id.b. quoq; cuilibet ineſt.
Si igitur ipſum.c.tale ſumptum cuilibet quidem
a,nulli verò.b.competere dixeris:a.c.quidem erit
vera,c.b.autem falſa. Rurſùs quod nulli. b. cōpe-
tit,id nec.a.cuilibet inerit:nam ſi cuilibet.a. com-
peteret,&ipſi quoq;.b. cuilibet profectò compe-
teret:at nulli ineſſe ſupponitur. Si igitur cuilibet
quidem. a. nulli verò. b. competere dixeris,c. b.
quidem veram,alteram verò falſam efficies. Idem
vtique fiet,& ſi verſùs maius exrremum propo-
ſitionem negatiuam poſueris : quod enim nulli
competit. a,id etiam nulli competit.b. Si igitur
c.nulli quidem. a,cuilibet verò.b. competere di-
xeris,a.c.quidem propoſitio erit vera,altera verò
falſa. Rurſùs ſi id quod . b. cuibet ineſt , nulli cō-
petere dixeris. a, falſam tum efficies propoſitio-
nem. Neceſſe eſt enim, ſi. b. cuilibet ineſt, &. a.
cuidam competat. Si igitur huiuſcemodi ſum-
ptum.c. nulli quidem.a, cuilibet verò. b. dicatur
competere,erit.c.b.quidem vera,a.c. autem falſa.
Patet igitur ex vtriſq; falſis , & ex altera tantùm
circa propoſitiones indiuiduas ratiocinationem
falſam fieri poſſe.

HUc vſq; ſunt quę ex li-
bris Poſteriorū operępretiū eſt diale
cticos diſcipulos doceri : q̄ vere poſt
hac ſubſequūtur,quāuis ſint ingenio
plena,⁊ quę ingenioſum quēpiā per
luſtrari non poenitebit,forſan tamen prolixiora ſunt
quā neceſſaria:ob idqꝫ propter prolixitatē non expo
nuntur a neotericis. Nos vero ſtatuimus ſingula
exponere: non vt negotium faceſſamus doctoribus
interpretandi(ſi forſan tēpus nō ſuffecerit)ſed vt to-
tum Ariſtotelē illis qui accuratius eſſe volunt diale
ctici exponamus. Nec mirum ſi operis et longiſſi-
mi,⁊ obſcuriſſimi,lōga ſit expoſitio, ne obſcura ſiat.
In hoc ergo duodecimo capite incipit quartū mem
brum principale eorum ſex,in quę primū iſtum librū
partiti ſumus. Enimuero poſtquam in primo capite
inſtitutū eſt demonſtrationē eſſe neceſſariā, ⁊ in duo
bus ſequentibus definitū eſt quid eſt ſciētia ⁊ demō-
ſtratio,⁊ in octo ſequētibus oſtenſum eſt, ex quibus
qualibuſqꝫ principijs procedat oīs demōſtratio,tam
propter quid quā quia , ⁊ in qua figura aptius ſiat,
in his tribus capitulis quę modo ſequuntur agitur
de ignorātia,quę opponitur ſcientię. Atqui in duo-
bus capitulis agitur de ignorantia prauę diſpoſitio-
nis,nempe in primo de ignorantia principiorum im
mediatorum,et in ſecundo de ignorātia mediatorum
quę ſunt concluſiones. In tertio denique agitur de
ignorantia purę negationis. At vero in partitione
Commentatoris duodecimum ⁊ tertiūdecimum ca-
pita,non continent niſi vnicum textum, qui eſt tri-
geſimuſſecundus. Quocirca nos caput hoc duodecī
mum per ſex particulas diſtribuimus. In prima er-
go particula pręmittit Ariſtote quatuor diſtinctio-
nes ignorantię. Prima eſt. Duplex eſt ignorantia, Diuiſio
ſcilicet,purę negationis,et prauę diſpoſitiōis. Igno ignorantię
rantia purę negationis eſt mera priuatio et carentia
ſcientię: vt ignorantia geometrię in ruſtico. Igno-
rantia vero prauę diſpoſitionis,eſt falſum iudicium
de re aliqua. Prima dicitur ſimplex negatio,quia
nullum dicit habitum vel actum : ſecunda vero ſit
per habitum vel actum quę eſt mala diſpoſitio. Itē
prima non dicitur deceptio:nam qui negatiue igno-
rat,ſcit ſe ignorare, ⁊ ideo nec decipitur , nec quic-
quam aſſerit,nec alicui cōtradicit:quare talis igno-
rantia nihil pertinet ad ſcientiam. Secunda vero
ignorantia eſt deceptio et error : nam qui ita igno-
rat, decipitur putans ſe ſcire quod neſcit: ob idque
contradicit ſcienti:atqꝫ adeo talis ignorantia perti-
ad ſcientiam , vt extirpetur. ¶Ait ergo, quod illa
ignoratio quę non eſt ſecundum negationem ſed ſe-
cundum diſpoſitionem , illa eſt deceptio. Boetius
vertit,illa eſt per ſyllogiſmum deceptio,⁊ in aliqui-
bus codicibus Grecis ita legitur : ſed forſan in co-
dice Argyropyli non erat illa particula,per ſyllogi-
ſmum : quę quidem litera certe melius quadrat:
nam ſtatim deceptio diſtinguitur in deceptionem
quę ſit per ſyllogiſmum , et deceptionem quę ſit ſi-
ne ſyllogiſmo : vnde ſequitur quod non omnis talis
deceptio eſt per ſyllogiſmum. ¶Secunda diſtinctio
eſt . Ignorantia prauę diſpoſitionis , alia eſt cir-
ca prima principia immediata ( de qua agitur in
hoc capite ) et alia eſt propoſitionum quę ſunt me-
diatę tanquam concluſiones:de qua agitur in ſequē
ti. ¶Quod ſi quis dubitet quomodo poteſt habe-
ri erro

ri error primorũ principiorum: vt de hoc generali,

**Dubium.** quodlibet eſt vel nõ eſt. Ad hoc reſpondent expoſitores, ꝙ poteſt quis illa negare ſaltẽ ore, licet non corde: vt ſupra dictũ eſt cap. 8. tex. 15. et habetur. 4. meta. tex. 3. At vero quia vocalis negatio veritatis, nõ proprie dicitur error, ſed proteruia: aliter mihi videtur dicendũ, videlicet, ꝙ Ariſto. loquitur hic de propoſitionibus immediatis, que quãuis ſecundum ſe ſint immediate, non tamen ſimpliciter ⁊ quoad nos ſunt per ſe note: vt omne aĩal rationale eſt diſciplinabile, nulla ſubſtantia eſt qualitas, ⁊ ſimiles: circa quas immediatas poteſt eſſe error, etiam mentalis. ¶ Unde ſubiungitur tertia diſtinctio. ſ. ꝙ talis deceptio, ſiue ſit circa immediata ſiue circa mediata, poteſt eſſe aut circa affirmatiuas aut circa negatiuas.

**Immediata in falſit.** Ubi notandum, ꝙ ſicut eſt propoſitio immediata in veritate tan affirmatiua quã negatiua, ita contradictoria eſt immediata in falſitate: vt homo nõ eſt rationalis, ſubſtãtia eſt qualitas, ⁊ ſicut vna eſt mediata in veritate, ita alia eſt mediata in falſitate: vt mundus nõ eſt creatꝰ, eſt falſa mediate: quia, mundus eſt creatus, eſt vera mediata: ⁊ mundus eſt infinitus, eſt mediata in falſitate: quia, mundus non eſt infinitus, eſt vera mediata. ¶ Quarta diſtinctio eſt. Ignorantia praue diſpoſitionis aut fit per ſyllogiſmũ deceptoriũ, qui dicitur paralogiſmus, aut ſimpliciter. Et enim tunc quiſpiã ſimpliciter aut credit nõ eſſe, quod eſt, aut eſſe, quod nõ eſt, quãdo id credit deceptus vel experientia vel authoritate: vt cũ ruſticus credit ſolem nõ eſſe maiorẽ rota molari deceptus viſu, aut credit mundũ eſſe perpetuũ deceptus authoritate alicuius philoſophi. Et hec ignorantia nihil pertinet ad ſciẽtiã poſteriorũ. Poteſt tamẽ huiuſmodi errores pati propter aliquẽ paralogiſmũ, vt ſi adduceretur illis talis paralogiſmus, vnaqueqꝫ res eſt talis qualis apparet: ſol apparet vt rota molaris: ergo tantus eſt quanta eſt illa. Et de hac deceptione eſt preſens ſermo. ¶ In ſecunda particula,

**Scd̃a particula.** [Simplicis igitur] pergit exempla ponere ſingulorũ membrorũ ſtatuẽs primo fundamẽtum videlicet, [Simplicis exiſtimationis ſimplex eſt error: eius autem que per ratiocinationẽ efficitur, plures] id eſt, cũ quis errat ſola authoritate aut alia via ſine ſyllogiſmo deceptus, vnicũ habet errorẽ. ſ. propoſitionis in qua decipitur. Qui autẽ errat per ſyllogiſmũ plures habet. ſ. ⁊ cõcluſionis ⁊ vtriuſqꝫ vel alterius premiſſarũ. ¶ Ubi notandũ, ꝙ error per paralogiſmum aut cõtingit ex defectu forme cõſequentie: ⁊ iſte nõ pertinet ad preſentẽ materiã, ſed ad libros priorũ. Aut contingit ex defectu materie: puta ex falſitate premiſſarũ: ⁊ de iſto eſt ſermo preſens. ¶ Oſtendit ergo Ariſt. in hoc capite quomodo contingant huiuſmodi paralogiſmi in immediatis propoſitionibus falſis. Et primo in affirmatiuis que opponuntur veris immediatis negatiuis. Unde ſupponit primo, ꝙ a. ſine medio nulli cõpetat. b: vt ſi. a. ſit ſubſtãtia ⁊. b. qualitas, hec ſit immediata, nullũ. b. eſt. a. [Si igitur quiſpiã, inquit, concludat. a. cõpetere ipſi. b. ſumpto medio. c. deceptus erit ſane per ſyllogiſmũ: vt ſi dicat: omne. c. eſt. a, omne. b. eſt. c: ergo omne. b. eſt. a. ¶ Subdit tamẽ, ꝙ huiuſmodi paralogiſmus fieri poteſt dum ambe premiſſe ſunt falſe, aut dum altera tãtũ. [Nam ſi neqꝫ. a, inquit, cuiqꝫ. c: neqꝫ. c. cuiquã competat. b: vtraqꝫ autẽ per internallũ econtra ſit ſumpta] id eſt ambe premiſſe ſumantur affirmatiue contrarie illarũ, tũc ambe ſunt falſe. Cõtrarie (inquam) quia debent eſſe vniuerſales, cũ debeãt inferre vniuerſalem: nam propoſitio immediata falſa debet eſſe vniuerſalis ⁊ de omni, ſicut immediata vera: vt ſi acciperetur pro medio (quod ſignificatur per. c.) aliud generaliſſimũ extraneum, puta, quãtitas, cui nec. a. nec. b. cõpetit: ⁊ fiat talis ſyllogiſmus, oĩs quantitas eſt ſubſtantia: oĩs quãtitas eſt qualitas: ergo omnis qualitas eſt ſubſtãtia. Ambe enim premiſſe ſunt immediate falſe apud Ariſ. Et hoc eſt quod ſubiungit, [Fieri nanqꝫ poteſt vt. c. ſic ſe habeat ad extremum vtrũqꝫ, vt neqꝫ ſubijciatur ipſi. a. (quod eſt maior extremitas) neqꝫ vniuerſaliter competat ipſi. b. id eſt neqꝫ predicetur vniuerſaliter de minori. ¶ Subiũgit autem rationem dicẽs, [Etenim. b. quidẽ fieri nõ poteſt vt in toto quopiã ſit. ⁊c.] In qua ratione, cum ſit obſcura neſcio que miſteria, preter intentionem (vt exiſtimo) Ariſtotelis fingunt expoſitores. Senſus tamen eſt manifeſtus ſi conſideretur primo huiuſmodi paralogiſmos fieri in prima figura ex premiſſis vniuerſalibus, vt iam adnotauimus. Probat ergo ꝙ poteſt. c. medium nec ſubijci ipſi. a. in maiori nec vniuerſaliter predicari de. b. in minori. Et probat primo ſecũdam partem per hoc, quod fieri nequit vt b. ſcilicet minor extremitas ſit in aliquo toto (quod eſt dicere, cõtineatur ſub aliquo genere.) Quod probat eo ꝙ. a. remouebatur. a. b. immediate. Ac ſi diceret: Cum hec eſſet immediata, nullum. b. eſt. a, ſequitur vtrunqꝫ extremũ eſſe generaliſſimũ, ⁊ per conſequẽs ſubiectum nec habere genus nec definitionem nec differentiam: ⁊ inde ſequitur ꝙ nihil predicetur de. b. vniuerſaliter affirmatiue, ⁊ per conſequens. c. nunquã predicabitur vniuerſaliter de. b, poterit tamẽ predicari particulariter: vt ſi. c. eſſet, color, verũ eſſet dicere, aliquod. b, id eſt, aliqua qualitas eſt. c: ſed nõ eſſet ſufficiens premiſſa ad concludendũ vniuerſalẽ immediatã. Primã vero partẽ. ſ. ꝙ poteſt. c. nõ ſubijci affirmatiue ipſi. a. probat per hoc, quod. a. quãuis ſit generaliſſimũ (vt ſubſtãtia) non eſt neceſſe vt predicetur de oĩbus que ſunt: nam nõ predicabit de accidentibus. Et ita cõcludit, ꝙ poſſunt eſſe ambe premiſſe falſe: vt exemplo iam indicauimus. ¶ Eſt tamen hic dubium: nam videtur nõ obſtante ꝙ. b. ſit generaliſſimum, ꝙ nihilominus ſit in aliquo toto. i. predicetur de illo aliquid vniuerſaliter, puta ly ens, vel deſcriptio vel propria paſſio illius generaliſſimi: vt ſi dicas, omnis qualitas eſt accidens ſubſtantie ratione forme, aut omnis qualitas eſt ens. Reſpõdetur, ꝙ cũ ly ens, ſecundum Ariſtotelẽ equiuoce dicatur de ſubſtãtia ⁊ accidẽtibus, nõ eſt ad propoſitũ vt ſit mediũ demonſtrationis: q2 facit paralogiſmũ in forma. Sed neqꝫ illa deſcriptio qualitatis facit ad rem poſterioriſticã: vbi cum ſyllogiſmi ſint diſciplinabiles, nõ accipitur pro medio niſi vel genus, vel differentia, vel definitio, vel propria paſſio que nullo modo reperiũtur in genere generaliſſimo. ¶ Proſequitur deinde oſtendere, [At fieri quoque. ⁊c. [proſequitur inquã oſtẽdere aliud membrum: quomodo videlicet in tali paralogiſmo poteſt eſſe altera tantũ premiſſa falſa: nõ tamẽ indifferẽter, quia nõ poteſt eſſe maior falſa, ⁊ minor vera: nã minor nunquã poteſt eſſe vera, propterea ꝙ debet eſſe vniuerſalis, ⁊ cum minor extremitas que eſt illic ſubiectũ, ſit generaliſſimum, nõ habet genꝰ, nec definitionẽ, nec differẽtiã q̃ de illo predicetꝰ vniuerſaliter: vt mõ dicebamꝰ. Et hoc eſt qđ ait [ꝓpoſitio. c. b, ſemꝑ erit falſa, ſed. a. c, vera eſſe põt] Appellat eñ minorẽ. c, b. in qua. c. predicatur, ⁊ b. ſubijcitur: ⁊ maiorem. a. c. in qua. a. predicatur. ⁊. b. ſubijcitur. Subiũgit exemplum. veluti ſi. a. ſine medio cõpetat ipſi. c, ⁊ non competat ipſi. b, puta ſi accipiatur pro medio genus ſubalternũ ad ly. a, videlicet angelus, ⁊ dicatur, oĩs angelus eſt ſubſtantia: oĩs qualitas eſt angelus: ergo oĩs qualitas eſt ſubſtantia. Subdit rationẽ cur poteſt contingere ꝙ. a. cõpetat. c, ⁊ non cõpetat. b. [Cũ enim inquit idem primo

**Dubiũ.**

de pluribus dicitur, neutrum erit in altero] id eſt, cum genus aliquod predicatur de pluribus ſpeciebus, ſicut animal de homine ⁊ equo, neutra illarum ſpecierum predicabitur de altera. Et a fortiori illud genus ſubalternum, de quo predicatur generaliſſimum, negabitur de alio generaliſſimo. Subiungit autem, ꝙ nihil refert illud medium ſit genus immediatum, vt ſubſtantia ſpiritualis, aut mediatum, vt

**3. Partic.** animal. ¶ In tertia particula, [Deceptio igitur] ſubſequitur exemplum paralogiſmorum cõcludentium concluſiones negatiuas falſas contrarias immediatis veris. Et conſtituit primo differentiam, ꝙ deceptio eſſendi. i. paralogiſmus concludens affirmatiue, ſolum fit in prima figura: paralogiſmus vero nõ eſſendi, id eſt, concludens negatiue, fieri poteſt in prima ⁊ in media, id eſt, ſecunda. Et ratio huius eſt, quia cum concluſio immediate falſa, vt dictum eſt, debeat eſſe vniuerſalis, nullo modo poteſt concludi in tertia figura: quia nullus modus illius figure concludit vniuerſalem. Quod ſi ſit affirmatiua, nõ poteſt concludi in ſecunda figura: quia nullus modus illius figure concludit affirmatiue. Reſtat ergo vt vniuerſalis affirmatiua immediate falſa ſolum concludatur in prima figura. Uniuerſalis vero negatiua poteſt concludi, ⁊ in ſecundo modo prime figure ⁊ in primo, ⁊ in ſecundo ſecunde. ¶ Subiungit ergo horum exempla. Et primo in prima figura ambabus premiſſis exiſtentibus falſis: veluti ſi ipſum. a. id eſt, maior extremitas tam. c. (ſcilicet medio) quam b. (ſcilicet minori extremitati) ſine medio competat: vt ſi tam medium quam minor extremitas ſint duo genera contraria immediata ad maiorem extremitatem: nam tunc ſi maior ſit vniuerſalis negatiua ⁊ minor affirmatiua, fit in Celarẽt paralogiſmꝰ vtriuſque premiſſe falſe: videlicet, nulla ſubſtantia ſpiritualis eſt ſubſtantia: omnis ſubſtantia corporalis eſt ſubſtantia ſpiritualis: ergo nulla ſubſtantia corporalis eſt ſubſtantia. ¶ Fieri quoqꝫ poteſt vt. a. c. ſcilicet maior ſit vera, c. b. vero, id eſt, minor ſit falſa] vt ſi arguas, nulla qualitas eſt ſubſtantia: omnis angelus eſt qualitas: ergo nullus angelus eſt ſubſtantia. Et probat ꝙ. a. c. ſcilicet, maior ſit vera: quia non eſt neceſſe, vt. a. quanuis ſit generaliſſimum, predicetur de omnibus que ſunt, ſed. c. b, id eſt, minorem probat eſſe falſam, duplici ratione. Primo, quia fieri nequit vt. c, de quo vniuerſaliter negatur. a. conueniat. b, ſcilicet minori extremitati: nam alias. a. c. ſcilicet maior negatiua eſſet falſa. Supponitur enim quod maior extremitas affirmatur de minori, alias concluſio negatiua non eſſet falſa. Quo dato ſi detur etiam ꝙ medium affirmatur de eadem minori extremitate vniuerſaliter, ſequitur ꝙ maior extremitas affirmabitur de eodem medio, et per conſequens maior eſſet falſa: vt facile colligere quiſqꝫ poteſt. Secunda probatio eſt ꝙ ſi maior et minor eſſent vere, tunc concluſio eſſet vera, ⁊ per conſequens nulla eſſet deceptio. ¶ Oſtendit ſubſequenter, ꝙ poteſt vice verſa maior eſſe falſa ⁊ minor vera, ſi. b. et in. a. ſit, et in. c: vt ſi minor extremitas ſumatur inferior et ad medium ⁊ ad maiorem extremitatem: vt apparet in hoc paralogiſmo, nullum corpus eſt ſubſtantia: omne animal eſt corpus: ergo nullum animal eſt ſubſtantia. ¶ In quarta particula [Sed in figura me-

**4. Parti.** dia] tranſit ad paralogiſmos ſecunde figure. Atqui de ambabus premiſſis falſis ponit hanc concluſionem. Fieri nequit vt in ſecunda figura inferatur concluſio negatiua immediata falſa taliter, vt ambe premiſſe tote ſint falſe: tote, id eſt, vniuerſaliter pro quolibet ſuppoſito ſubiecti: poſſunt tamen ambe eſſe falſe particulariter, id eſt, quod reddantur falſe pro aliquo ſuppoſito ſubiecti. ¶ Ad cuius intelligentiam notandum eſt, quod negatiua immediate falſa eſt vniuerſalis contraria immediate vere: vt ſi omnis homo eſt animal, eſt immediate vera: nullus homo eſt animal: eſt immediate falſa: ita vt predicatum ſit aut genus, aut differentia, aut definitio ſubiecti. Et predicatum appellatur. a. quod in ſecunda figura eſt ſubiectum in maiori: ſubiectũ vero. b, quod eſt ſubiectum in minori. Igitur vt daretur vtraque premiſſa falſa deberet dari medius terminus qui alteri extremorum competeret vniuerſaliter, ⁊ de altero negaretur videlicet: nam debent ambe premiſſe eſſe vniuerſales cum concludant vniuerſalem. Et vna premiſſarum debet eſſe affirmatiua et altera negatiua: quare vt negatiua ſit falſa, debet predicatum competere ſubiecto. Talis vero medius terminus dari non poteſt: nam detur quod non competat ipſi. a, ⁊ competat ipſi. b, vt nullum. a. ſit. c: ⁊ oẽ b. ſit. c. Si nullum. a. eſt. c, tunc per conuerſionem nullum. c. eſt. a, et omne. b. eſt. c. (quod eſt conceſſum) ergo nullum. b. eſt. a: cuius contrarium erat ſuppoſitum, videlicet, nullum. b. eſt. a, eſſe immediatam in falſitate, ſi vero detur econuerſo quod. c. competat ipſi. a, et non ipſi. b, tunc ſequitur nullum. b. eſt. c: ergo nullum. c. eſt, b. per conuerſionem: et omne. a. eſt c, (quod eſt conceſſum) ergo nullum. a. eſt. b, et per conſequens nullum. b. eſt. a: quod eſt cõtrarium ſuppoſiti, videlicet, nullum. b. eſt. a, eſſe immediatam in falſitate. Subiungit ergo Ariſtote. [Uerum aliqua ex parte falſam eſſe vtranqꝫ non obſtare quicquam videtur: veluti ſi medium. c. tam. a. quam. b. cuidam inſit] vt ſit rationale, fiet hic paralogiſmus in Cameſtres, omne. a. eſt. c, nullum. b. eſt. c. ergo nullum b. eſt. a: Id eſt, omne animal eſt rationale, nullus homo eſt rationalis, ergo nullus homo eſt animal, vbi ambe premiſſe ſunt falſe: ſed maior ſolum pro aliquibus ſuppoſitis. [Eadem erunt ⁊ ſi propoſitionem negatiuam verſus extremum maius poſueris, vt ſi in Ceſare dixeris, nullum animal eſt irrationale: oĩs homo eſt irrationalis: ergo nullus homo eſt animal.

¶ Subſequenter in quinta particula, [Fieri tamen poteſt] vt oſtendat quemadmodum poteſt maior eſ- **5. Partic.**
ſe vera, minor vero falſa ⁊ econuerſo. Primo in Cameſtres: vt ſi medium. c. ſit genus quod vniuerſaliter, affirmetur de vtraqꝫ extremitate, quale eſt ly corpus: nam ſi tale medium cuilibet quidem. a, nulli vero. b. competere dixeris, vt omne animal eſt corpus: nullus homo eſt corpus: ergo nullus homo eſt animal: tunc. a. c. ſcilicet maior eſt vera, ⁊. c. b. ſcilicet minor eſt falſa. [Rurſus quod nulli. b. competit. ⁊c.] ¶ Probat vice verſa, quod poteſt maior eſſe falſa, ⁊ minor vero: vt poteſt ſi medium. c. nulli. b. competat nec cuilibet. a, vt ſi dicas, omne animal eſt irrationale: nullus homo eſt irrationalis: ergo nullus homo eſt animal. ¶ In ſexta deniqꝫ particula, [idem vtiqꝫ fiet] **6. Partic.**
oſtendit idem in Ceſare. Et hoc eſt quod ait, [Si verſus maius extremum negatiuam poſueris,] id eſt, ſi maiorem feceris negatiuam. Si enim mediũ. c. fuerit extraneum vtrique extremitati, maior negatiua erit vera, et minor affirmatiua falſa: vt, nullum animal eſt angelus: omnis homo eſt angelus: ergo nullus homo eſt animal. Rurſus ſi medium competat cuilibet. b. et non cuilibet. a, vt rationale, tunc vice verſa maior erit falſa ⁊ minor vera: vt ſi dicas, nullum animal eſt rationale: omnis homo eſt rationalis: ergo nullus homo eſt animal.

¶ De

## De meditatorum ignorantia. CAP. XIII.

SED CVM PROPOſitiones affirmatiuæ vel negatiuæ medio non vacantes, falſò per medium proprium concluduntur, fieri non poteſt vt propoſitiones ambæ falſæ ſumantur: ſed ea tãtum ſumitur falſa, quæ eſt verſùs extremũ maius: atq; proprium id mediũ dico, per quod fit ea ratiocinatio, quæ opponitur falſæ: a. nanq; per. c. medium competat ipſi. b: cùm igitur. c. b. propoſitionem affirmatiuam oporteat ſumi, ſi prima in figura ratiocinatio fieri debeat, patet hanc quidem perpetuò veram eſſe: non enim ipſa conuertitur. a, c. autẽ eſſe falſam: hac enim conuerſa, cõtrarius ſyllogiſmus fit. Idem efficietur, & ſi medium alia ex ſerie fuerit ſumptum, ceu. d. ſi in toto ſit. a, & de omni. b. prædicetur. Etenim. d. b. quidem intacta maneat propoſitio, altera verò vertatur neceſſe eſt. Quibus efficitur, vt illa quidẽ perpetuò vera, hæc autem ſemper falſa ſumatur. Atq; talis error cõcurrit cum eo, qui per medium efficitur proprium, ac ferè idem eſt. ℂSi verò non per medium proprium, extruitur ratiocinatio, cùm hoc tale eſt, vt ipſi quidẽ ſubijciatur. a, de nullo verò dicatur. b, tum ambas propoſitiones falſas eſſe neceſſe eſt. Etenim modo contrario ſunt ſumendæ, ſi ratiocinatio fieri debeat. At ſi hoc modo ſumantur, ambæ ſanè vertentur in falſas: veluti ſi. a. quidẽ cuilibet inſit. d, ipſum autem. d. nulli competat. b. His enim verſis, ratiocinatio fiet, & ambæ propoſitiones erunt, vt diximus falſæ. Cùm verò mediũ ceu d. non ſubijcitur ipſi. a, tum. a. d. quidem propoſitio erit vera: quia, d. non erat in. a. d: b. verò falſa: quoniam ſi eſſet vera, concluſio etiam eſſet vera, at erat falſa. ¶Cùm autem per mediam figuram fit error, tunc fieri nequit vt ambæ propoſitiones totæ falſæ ſumantur. Nam cùm. b. ſubijcitur ipſi. a, fieri non poteſt vi quicquam vnquam alteri cuilibet, alteri nulli competat: ſicut & anteà diximus. Altera tamen propoſitio falſa, & vtrauis etiam ſumi poteſt: nam ſi. c. tam. a. quàm b. cuilibet ineſt, ſi id ipſum cuilibet quidem. a, nulli verò. b. competere dixeris, a. c. quidem erit vera, altera verò falſa. Rurſùs ſi ipſum. c, nulli quidem. a, cuilibet verò. b. competere dixeris: c. b. quidem erit vera, a. c. autem falſa. Si igitur deceptionis ratiocinatio ſit negatiua, dictũ eſt quando, & ex quibus ipſa deceptio erit. ℂSed ſi affirmatiua ſit, cùm per medium quidem extruitur proprium, fieri non poteſt, vt ambæ propoſitiones ſint falſæ. Neceſſe eſt enim intacta maneat ipſa. c. b. ſi ratiocinatio fieri debeat, quemadmodùm & anteâ diximus. Quare ſemper erit. a. c. propoſitio falſa: hæc eſt enim ea quæ vertitur. Idem efficietur, & ſi ex alia ſerie medium ipſum ſumatur, ſicut & in errore diximus negatiuo. Etenim. d. b. propoſitio maneat, a. d. vertatur neceſſe eſt: atque hic error conuenit cum priore. ℂSed cùm non per proprium ratiocinatio conficitur medium, ſi id quidem collocatur ſub. a, propoſitio quidem. a. d. erit vera, d. b. autem falſa. fieri nanque poteſt, vt. a. cuidam inſit, cuidam non inſit, quorum neutrum ſub altero collocatur. Sin verò. d. non ſubijcitur ipſi. a, tum. a. d quidem ſemper eſt falſa, quippe cùm affirmatiuam eam eſſe oporteat, d. b. verò fieri poteſt vt nunc vera, nunc falſa ſumatur: nihil enim vetat vt, a. quidem nulli. d. competat, d. verò cuilibet inſit. b: animal enim nulli ſcientiæ competit. at ſcientia muſicæ cuilibet ineſt. Neque rurſùs prohibet quicquam, vt neque, a. cuiquam. d: neque. d. cuiquam inſit. b. Patet igitur fieri poſſe, vt ambæ, atque altera ſit falſa, cùm medium ſub. a. non collocatur. Perſpicuum igitur eſt, quot modis per ratiocinationem error, & per quæ fieri poteſt circa propoſitiones vacantes medio, & item eas quæ demonſtrari poſſunt.

SVbſequitur in hoc tertiodecimo capite dicere de paralogiſmis concludẽtibus propoſitiones falſas mediatas, quandoquidẽ in ſuperiori ſatis de immediatis dictũ eſt. Atqui eo hic ordine procedit quo in ſuperiori. Prius videlicet de prima figura, mox de ſecũda. Atqui prius de concludentibus negatiue, quã de cõcludentibus affirmatiue: vt in quinq; particulis per quinq; concluſiones palam fiat. ¶In prima ergo particula ponit primã concluſionem. 1. Cõcluſio Quando propoſitio mediata ſiue affirmatiua ſiue negatiua falſo concluditur in prima figura per propriũ mediũ: nõ poſſunt ambę pręmiſſę eſſe falſę, ſed ſola maior. Atqui mediũ propriũ appellat illud, per quod cõtraria propoſito vera demonſtraretur. ¶Ad cuius intelligẽtiam ex ſuperioribus meminiſſe opus eſt, eandẽ eſſe mediatã propoſitionẽ verã, & propoſitionem demonſtrabilẽ: nempe cuius prędicatum non ineſt ſubiecto immediate, ſed per medium, per quod demõſtratur: vt oĩs homo eſt corpus, quę demõſtratur per, aĩal, & oĩs homo eſt riſibilis, quę demõſtratur per admiratiuum. Statuamus ergo hanc mediatã falſam, nullũ. b. eſt. a: id eſt, nullus homo eſt riſibilis, cuius propriũ mediũ eſt, admiratiuũ, per quod. a. vere demonſtratur de. b. Si hęc ergo falſo concludatur per mediũ propriũ in prima figura, erit per hũc paralogiſmũ, nullum. c. eſt. a, omne. b. eſt. c. (id eſt nullum admiratiuũ eſt riſibile, oĩs homo eſt admiratiuus) ergo nullum. b. eſt. a: qui quidẽ ſyllogiſmus appellatur ſyllogiſmus contradictionis: quia infert oppoſita cõcluſioni quã per tale mediũ deberet inferre. Ait ergo Ariſto. quod cũ in prima figura minor paralogiſmi debeat eſſe affirmatiua, ſiue affirmatiue concludat ſiue negatiue (ſaltẽ in

quatuor



quatuor primis modis euidentibus de quibus loquitur) & mediũ ſit ꝓpriũ, minor ſemper erit vera: quia ea prorſus minor ſumitur in paralogiſmo ad concludẽdum falſum, quę ſumitur in ſyllogiſmo ad vere demonſtrandũ. Et hoc eſt quod ait, [nõ enim ipſo (ſcilicet minor. c. b.) cõuertitur,] id eſt minor nõ mutatur in ſuam contrariam. Maior vero. a. c. eſt falſa: quia conuertitur, id eſt, mutatur in ſuam cõtrariam: nam in demonſtratione aſſumitur, omne admiratiuum eſt riſibile, & in paralogiſmo aſſumitur, nullum admiratiuum eſt riſibile. ¶Subiungit autem, [Idem efficietur & ſi medium alia ex ſerie fuerit ſumptum. &c.] id eſt, perinde erit ſi ſumatur medium quod licet non ſit proprium, ſubijciatur autem vniuerſaliter maiori extremitati & prędicetur de omni minori: vt ſi acciperetur pro medio, animal rationale, qui eſt cauſa remota: vel flebile, aut alia paſſio hoĩs quę nõ ſit cauſa riſibilitatis. Idẽ enim inquit error erit tunc (puta quod ſola maior erit falſa) ac ſi aſſumeretur mediũ propriũ.

2. Cõcluſio ¶In ſecunda particula, [Si vero nõ per mediũ proprium] ponit ſecundam cõcluſionem. Si talis propoſitio negatiua mediata falſa concludatur in prima figura per tale medium vt ſubijciatur quidem. a. ſcilicet maiori extremitati, de nullo tamen. b. ſi dicatur, tunc ambę pręmiſſę ſunt falſę. Cuius rationem ſubiungit, quia in prima figura contrario modo debent ſumi pręmiſſę, vt. ſ. maior ſit negatiua & minor affirmatiua: vt ſi ad concludendum hanc mediatam falſam, nullus homo eſt ſenſibilis, ſumatur pro medio, equus, quod ſubijcitur ſenſibili & negatur de homine, videlicet nullus equus eſt ſenſibilis, omnis homo eſt equus: ergo nullus homo eſt ſenſibilis. ¶Subiungit autem, [Cum vero medium ceu. d. nõ ſubijcietur a. (ſubintellige nec prędicatur de b,) tunc. a. d, id eſt maior, erit vera: d. b. vero. i. minor erit falſa. Ut ſi. d. ſit lapis & dicas, nullus lapis eſt ſenſibilis: omnis homo eſt lapis ergo nullus homo eſt ſenſibilis.

3. Cõcluſio ¶In tertia particula [Cum autẽ per mediã figuram] tranſit ad ſecundã figurã vbi paralogiſmus nõ poteſt cõcludere niſi negatiue: & ponit tertiã concluſionẽ. In ſecunda figura fieri nõ poteſt vt ambę pręmiſſę ſint totaliter falſę: poteſt tamen altera totaliter eſſe falſa indifferẽter tam maior quã minor. Probatur: nã ſi datur negatiua mediata falſa, vt nullũ. b. eſt. a, ſua cõtraria omne. b. eſt. a, debet eſſe vera. Si autẽ. b. eſt. a, non poteſt dari vnũ mediũ quod vniuerſaliter affirmetur de. a. & negetur de. b: Si enim omne. a. eſt. c, et nullũ. b. eſt. c, fieri non poteſt vt. b. ſit. a. Et tamen vt ambę pręmiſſę eſſent falſę in ſecũda figura, cum vna pręmiſſa debeat eſſe affirmatiua & alia negatiua, deberet mediũ quod eſt prędicatũ vtrobiq; in affirmatiua nõ cõuenire ſubiecto, & in negatiua cõuenire illi, Dixit autẽ, [totę falſę] quia partialiter pro aliquo ſuppoſito ſubiecti bene poſſunt eſſe falſę: vt ſi dicas, nullũ ſenſibile eſt equus: oĩs hõ eſt equus: ergo nullus homo eſt ſenſibilis, maior tamen eſt falſa non pro oĩbus, ſed pro aliquibus ſuppoſitis. ¶Poteſt tamen maior eſſe vera & minor falſa in Cameſtres, ſi ſumatur. c. mediũ quod ſit ſuperius ad vtrãq; extremitatẽ: vt, omne riſibile eſt aĩal: nullus homo eſt aĩal: ergo nullus homo eſt riſibilis: Rurſus ſi in eiſdem terminis arguas in Ceſare, minor vice verſa erit vera & maior falſa: vt, nullum riſibile eſt animal: oĩs homo eſt animal: ergo nullus homo eſt riſibilis. Concludit denique Ariſtot. quod ſi deceptio ſit negatiua. i. negatiue concludens, ſatis dictum eſt quomodo fiet.

4. Cõcluſi. ¶In quarta particula, [Sed ſi affirmatiua] proſequitur Ariſto. dicere de paralogiſmo cõcludente affirmatiue. Et primo de prima figura ponit quartam concluſionẽ proportionabiliter ad primã. Cum propoſitio affirmatiua falſa mediata concluditur in prima figura per mediũ proprium, fieri nõ poteſt vt ambę pręmiſſę ſint falſę: ſed ſola maior. Exempli gratia. Hęc negatiua eſt mediata vera, nullꝰ homo eſt qualitas, cuius proprium medium eſt, ſubſtantia, ratione cuius homo non eſt qualitas, per quod concluditur in Celarent hoc modo, nulla ſubſtantia eſt qualitas: omnis homo eſt ſubſtantia: ergo nullus homo eſt qualitas. Si igitur per idem medium concludatur, oĩs homo eſt qualitas, in Barbara, aut particularis in Darij, minor debet manere eadem, & per conſequẽs ſemper erit vera: ſed maior quę cõuertitur. i. quę mutatur in ſuam contrariam, eſt falſa: vt oĩs ſubſtantia eſt qualitas: oĩs homo eſt ſubſtantia, ergo oĩs homo eſt qualitas. ¶Subiungit quod idẽ efficietur ſi ſumatur mediũ ex alia ſerie, quod tamẽ habeat eandẽ habitudinem ad extrema, vt in errore negatiuo dictum eſt. Ueluti ſi medium ſit, animal, vel ſenſibile, quod non eſt proxima ratio cur homo nõ eſt qualitas: vt ſi arguatur, omne animal eſt qualitas: omnis homo eſt animal, ergo omnis homo eſt qualitas.

¶In quinta particula, [Sed cũ nõ per propriũ,] ſubiũgitur quinta concluſio quando medium non eſt propriũ ſed extraneum. 5. Cõcluſio Qui habet tres partes. Prima, Si mediũ extraneum. d. ſubijciatur. a, id eſt, maiori extremitati, tũc. a. d. id eſt maior, erit vera: d. b. vero. i. minor erit falſa. Fieri nanq; poteſt, vt. a. ſcilicet maior extremitas, cuidam inſit. ſ. medio, & cuidam non inſit. ſ. minori extremitati: & tamen quod mediũ nõ dicatur de minori extremitate: vt ſi arguas, omnis color eſt qualitas: oĩs homo eſt color: ergo oĩs homo eſt qualitas. ¶Si vero medium nõ ſubijcitur maiori extremitati, tunc maior ſemper erit falſa, cum ſit affirmatiua, minor vero poteſt eſſe vera & falſa. Exemplum Ariſtot. primi membri eſt, oĩs ſcientia eſt animal: omnis muſica eſt ſcientia: ergo omnis muſica eſt animal. Exemplum ſecundi poteſt eſſe, oĩs ſcientia eſt animal: oĩs color eſt ſcientia: ergo omnis color eſt animal.

## De ignorantia negationis. CAP. XIIII.

MANIFESTVM EST etiam ſi ſenſus quiſpiam defuerit, neceſſariò & ſcientiã aliquã deeſſe: quam quidem conſequi non poſſumus, ſi diſcimus vel inductione, vel demonſtratione. Eſt autem demõſtratio quidem ex vniuerſalibus, inductio verò ex particularibus: fieri verò non poteſt vt vniuerſalia percipiantur, niſi per inductionem. Textus. xxxij. Quoniam & ea quæ abſtracta dicuntur, erunt per inductionem nota, ſi quis nota voluerit facere, ineſſe inquam nonnulla generi cuiq;: & ſi non ſeparabilia ſunt, & vnumquodq; eſt tale. Inductionem autem eum qui ſenſu caret conficere, vnum eorum eſſe conſtat, quæ nullo pacto fieri poſſunt ipſorum nanq; ſingularium eſt ipſe ſenſus. Non enim fieri poteſt, vt ipſorum accipiatur ſcientia. Neq; enim ex vniuerſalibus abſque inductione, neque per inductionem ſine vi ſentiendi.

Poſt igno-

POſt ignorãtiam prauæ diſpoſitionis ſubſequitur in hoc capite (quod apud Commẽtatorem eſt textus.33.) ſermo de ignorantia purę negatiõis quę fit ſine paralogiſmo. Ignorantia vero multis modis contingere poteſt quibus cõtingit homines nõ dare literis operã: qꝛ nõ omnibus datum eſt adire Corinthũ: hi tamẽ modi non cadunt ſub arte: quia de cõtingẽtibus ſingularibus nõ eſt ſciẽtia. Ob idq; ſolũ docet Ariſt. vnicum modum quo neceſſarium eſt carere ſcientia. Eſt ergo in hoc

Concluſio. capite vnica concluſio. Deficiente ſenſu neceſſe eſt ſcientiam eam deficere, quę per illũ ſenſum acquiritur: vt cęcus ſcientiã de coloribus habere nõ poteſt: nec ſurdus, de ſono: dũmodo a natiuitate huiuſmodi ſenſibus caruerit. Probat Ariſt. concluſionẽ hac ratione: Oĩs ſcientia aut inductione acquiritur, aut demõſtratione: ſed neutra iſtarũ deficiente ſenſu acquiri poteſt de obiecto illius ſenſus: ergo. Probatur minor. Inductio, cum fiat ex ſingularibus, quę ſunt obiecta ſenſuũ, manifeſtũ eſt fieri nõ poſſe ſine ſenſu: vt, niſi per tactũ, cognoſcere nõ poſſumus hũc ignẽ eſſe calefactiuũ, ⁊ hunc, ⁊ nõ alios. ⁊c. Sed nec demõſtratio quę ex vniuerſalibus procedit fieri poteſt ſine ſenſu: quia vniuerſalium cognitio ex ſingularis experientia gignitur: vt. 1. metaphy. cap. 1. docet Ariſt. ¶ At vero quia poſſet quis obijcere nõ oĩa vniuerſalia cognoſci ex inductione ſingularium. Sunt enim vniuerſalia quę nõ abſtrahũt a materia: vt oẽm ignem eſſe calefactiuũ, albedinẽ diſgregare viſum, et ſimilia: ⁊ hęc manifeſtum eſt inductiue cognoſci: ſed ſunt alia vniuerſalia, vt mathematica, quę abſtrahũt a materia: vt triangulum habere tres angulos: quę vidẽtur non acquiri per inductionẽ ſenſus: quia nec tractant de triangulo calido, nec colorato. ⁊c. Ideo ſubiungit Ariſt. ꝙ illa etiam vniuerſalia quę abſtracta dicuntur. ſ. mathematica, haberi nõ poſſunt niſi per inductionẽ: nã quamuis ſint per intellectum abſtracta, tamẽ realiter nõ ſunt niſi in ſingularibus: et ideo niſi quis per ſenſum aut viſus aut tactus cognoſceret partem ⁊ totum, non haberet propriã ſcientiã illius, omne totũ eſt maius ſua parte. Et ita concludit, ꝙ neq; vniuerſalia ſunt cognita ſine inductione, neq; inductio fit ſine ſenſu. ¶ In quo vt S. Tho. per docte cõſiderauit, cõdemnat Ariſt. duas poſitiones.

Plato. Primã Platonis qui dicebat nos habere ſcientias per ſpecies ab ideis nobis participatas. Quę ſi vera eſſet, poſſemus quidem vniuerſalia ſine inductione ſingulariũ cognoſcere. Altera quam condemnat opinio eſt, quam forſan tenuit Commentator. 3. de anima cõmento. 36. videlicet, ꝙ poſſumus in hac vita cognoſcere ſubſtantias ſeparatas quidditatiue: cum tamen illarum ſenſationes non habeamus proprias.

## Quæſtio ſexta.

## Vtrùm deficiente ſenſu deficiat ſcientia illius obiecti.

A Parte negatiua arguitur. Et primo cõtra rationẽ Ariſt. q̃ videtur latius eſſe prolata quã fuerit neceſſariũ. Inductio rerum ſpiritualiũ, vt ꝙ hic angelus eſt ſeparatus a materia, ⁊ hic ⁊c. nõ fit per ſenſum: ergo nõ oĩs inductio fit per ſenſum, vt ratio eius pręſupponit. ¶ Secundo arguitur, ꝙ neq; oĩa vniuerſalia cognoſcãtur tali inductione quę fit per ſenſum. Habemus enim ſcientiam de Deo, ⁊ de intelligẽtijs, ⁊ de materia prima, ⁊ de forma ſubſtantiali, ⁊ de hoc principio, quodlibet eſt vel non eſt, alijsq; id genus plurimis: et non per ſenſum: ergo male dicit Ariſt. ꝙ oĩa vniuerſalia, etiã abſtracta, cognoſcũtur per ſenſum. ¶ Tertio arguitur. Per notitiam vnius ſenſus ſępe deuenimus in cognitionẽ obiecti alterius ſenſus: vt vidẽtes lac cognoſcimus eſſe dulce, ⁊ in tenebris guſtantes cognoſcimus eſſe albũ. Et cęcus audiẽs tubam, cognoſcit figurã eius, quã prius per tactum expertus eſt: ergo deficiẽte vno ſenſu per alium poſſumus habere ſcientiam obiecti illius. Veluti ſi mihi. v. g. deficeret odoratus a natiuitate, viderem ꝙ vultures a longinquo venire ad cadauera, facerẽ argumentum: Vultures aliquo ſenſu mouentur ad hoc cadauer: non tactu, nec viſu, nec guſtu, nec auditu: ergo odore. ¶ Et cõfir. Naturale eſt nobis per cauſas cognoſcere effectus: ſed qualitates primę ſunt cauſę ſecundarum: ergo qui haberet tactum quo cognoſceret primas qualitates, per illum poſſet venire in cognitionẽ ſecundarũ, quę ſunt obiecta aliorũ ſenſuum. ¶ Quarto tãdem ad rem arguitur. Cęcus poteſt per diſciplinã acquirere ſcientias de coloribus: puta, ꝙ albedo diſgregat viſum, nigredo cõgregat, audiẽdo cauſas: videlicet, quia albedo plꝰ participat de luce atq; adeo acutius penetret et diſgreget viſum: ergo deficiente ſenſu non eſt neceſſarium deficere ſcientiam illius obiecti. ¶ In contrarium eſt authoritas Ariſt.

¶ Ad plenã intelligentiã cõcluſionis Ariſt. quę veriſſima eſt, notandũ eſt primo, ꝙ ſcientiam pro iſto ſtatu acquirimus, aut inuentione, aut diſciplina: vt habetur. 1. Meta. Auditus potiſſimum ſeruit diſciplinę, vt docet illic Ariſt. cap. 1. ⁊ viſus ſeruit inuentioni: vt docet cap. 2. ¶ Secundo notandũ, q; ſcientia de aliqua re haberi poteſt vno modo in vniuerſali per cõceptus cõmunes ⁊ connotatiuos: alio modo per conceptus proprios ⁊ quidditatiuos. Hoc notato reſpondetur ad quęſtionẽ tribus cõ

1. Cõcluſio clusionibus. Prima. Deficiente aliquo ſenſu non poteſt haberi ſcientia obiecti illius per inuentionem. Vt ſi cęcus a natiuitate nullã diſciplinã audiret de coloribus, nullã prorſus haberet illorũ ſcientiã. Probatur. Intellectus noſter pro iſto ſtatu ita eſt ſenſibus alligatus, vt ſine fantaſmatibus intelligere non poſſit. Vnde Ariſt. 3. de aĩa tex. 18. neceſſe eſt inquit intelligẽtem fantaſmata ſpeculari: ſed cęcus a natiuitate nulla poteſt habere fantaſmata propria colorũ: ergo neq; habere eorũ ſcientiã. ¶ Secundo arguitur. Si naſceretur homo omni prorſus ſenſu orbus, profecto de mundo iſto nihil amplius ſciret quam lapis, cum ſenſus ſint intellectus ianuę: ergo eadẽ ratione qui careret ſenſu viſus, nõ haberet ſcientiã coloris: imo neq; ille haberet magis ſcientiã viſus, quã ego modo habeo ſexti ſenſus exterioris qui nullus

2. Cõcluſio eſt. ¶ Eſt nihilominus ſecunda cõcluſio. Cęcus a natiuitate licet poſſet auditu per diſciplinam habere aliquã ſciẽtiam de coloribus per cõceptus cõmunes cõnotatiuos, tamen non poteſt habere ſcientiam per ꝓprios ⁊ quidditatiuos. Prima pars nota eſt, quia poteſt cęcus in ſcholis doceri, q; ſicut ſonus quem experitur percipitur auditu, ita ⁊ alia qualitas percipitur alio ſenſu qui dicitur viſus: ⁊ ſicut acutus ſonus ⁊ acutus ſapor aliter afficit auditum et guſtũ quã grauis: ita alius color diſgregat, ⁊ aliꝰ cõgregat viſum: ⁊ poteſt diſcere, lac quod guſtat eſſe albũ, ceraſa eſſe rubea, ⁊ alia id genus. ¶ Sed ſecunda pars probatur: quia certe iſta iudicia non ſunt propria ⁊ quidditatiua colorum ſed cõia. Probatur, qꝛ proprie cęcus



cęcus nõ intelligit quid eſt albedinẽ diſgregare ⁊ nigredinẽ cõgregare, ſed per ſimilitudinẽ ad ſonũ vel ad guſtũ: neq; intelligit differentiã inter album ⁊ nigrum, rubeũ ⁊ viride: ſed habet omnino ſimiles conceptus eis quos ego habeo dũ diſputo de ſexto ſenſu, an videlicet Deus poſſit facere aliũ ſenſum, quo percipiatur aliud ſenſibile diſtinctũ a quinq; generibus ſenſibiliũ. Vtrãq; partẽ huius concluſionis videtur mihi aſtruere Ariſt. 2. Phy. tex. 6. dicens, cęcũ a natiuitate de coloribus ratiocinantẽ de nominibus quidẽ habere ſermonẽ, rem vero non intellige-

3. Conclu. re. ¶ Sequitur ex his tertia cõcluſio. De vniuerſalibus quę ſunt re a materia ſeparata, vt Deus ⁊ intelligentię, non poſſumus naturaliter pro iſto ſtatu habere propriã ⁊ quidditatiuã ſcientiã: quia cognitio noſtra pro iſto ſtatu non poteſt haberi niſi per ſenſum: ⁊ illa non ſunt ſenſibilia: ſed cognoſcimus de illis aliqua communia prędicata et ab effectu: puta, q; Deus eſt prima cauſa iſtorum inferiorum, ꝙ intelligentię mouent coelos ⁊ ſimilia.

¶ Reſpondetur ergo ad prima duo argumenta per tertiam concluſionem. Etenim quãuis faciamus inductionẽ intelligentiarum, tamen de illis ſingularibus non habemus propriã ſcientiam: tam ignotũ enim eſt mihi, q; hęc intelligentia eſt ſeparata, quã ꝙ intelligentia in communi eſt ſeparata. Nec de illo primo principio, quodlibet eſt vel non eſt, haberem propriam ſcientiam, ſi nullum prorſus haberem ſenſum: quia tunc nec haberem fantaſmata quę neceſſe eſt intelligentem ſpeculari. Atqui nec materiã primã cognoſcere poſſumus niſi per ſenſum, puta per tranſmutationes quas videmus: vt ait Ariſt. 1. Phyſi. tex. 6. Et pariter formã cognoſcimus per eius operationes. 8. Metaphyſi. ¶ Ad tertium argumentũ reſpõdetur, ꝙ qui habet omnes ſenſus poteſt quidem poſtquã expertus eſt obiecta oĩm, per cognitionẽ vnius venire in cognitionem alterius: vt poſtq; vidi lac eſſe albũ ⁊ guſtaui eſſe dulce, poſſum per viſum iudicare eſſe dulce, et per guſtũ iudicare eſſe albũ: ſed niſi cęcus audiſſet lac eſſe albũ, nunq; per guſtũ cognoſceret eſſe albũ.

Ad tertiũ. ¶ Ad aliud, ſi carẽs odoratu videret vultures a longinquo venire, cõceditur ꝙ cõiectaret aliũ forte ſenſum eſſe vulturibus: ſed de illo non haberet propriã ſcientiã: qꝛ neſciret magis quomodo immutaret ille ſenſus, q̃ ego ſcio modo quomodo immutaret ſextus ſenſus ſi fieri eſſet poſſibilis a Deo. ¶ Eſt tñ notandũ, ꝙ cũ ſint aliqua ſenſibilia cõia pluribus ſenſibus, ſecũdo de anima tex. 63. poteſt quidẽ qui vno caret, habere ſcientiã per aliũ: vt quãtitas et figura percipiũ viſu ⁊ tactu: ⁊ ideo cęcus per tactũ poteſt a doctore ſcientiã mathematicã doceri de figuris et numeris. ¶ Ad cõfirmationẽ diſtinguiẽ triplex cauſarũ genus. Cum enim oĩs cauſa, vt ſupra viſum eſt, notior ſit quo ad naturam ſuo effectu, tamẽ quo ad nos aliqua eſt cauſa poſterius nota quã effectus: vt Deus, intelligentię, ⁊ formę ſubſtãtiales: et per has cauſas nõ cognoſcimus effectus: ſed vice verſa per effectus, cauſas. Alię ſunt cauſę magis ignotę, etiã nobis q̃ ſint effectus: vt obiecta ſenſuũ notiora ſunt nobis q̃ ſpecies quę multiplicantur per media. Et per huiuſmodi cauſas (dicũt Paulus ⁊ aliĩ) cognoſcimus effectus. Quod ego nõ adeo crediderim. Non enĩ video quomodo per colorẽ cognoſco ſpeciẽ viſibilẽ coloris: imo huiuſmodi ſpecies ſenſibiles cognoſcimus per cõiecturas ab effectu: qꝛ enĩ experior colorẽ diſtantem immutare mihi viſum, arguo aliquid multiplicari a colore per mediũ: ⁊ per cõſequens ſicut per cognitionẽ ſpeciei non venio in cognitionẽ coloris, ita nec econuerſo. Alię vero ſunt cauſę quę quantũ ad cognitionẽ noſtrã indifferenter ſe habẽt reſpectu ſuorum effectuum: vt qualitates primę reſpectu ſecũdarum: neq; enim calorem cognoſcimus per colorẽ neq; ecõuerſo: ſed calorem cognoſcimus per tactum, ⁊ colorem per viſum. Vnde ad confirmationem negatur, quod per cognitionem qualitatum primarum poſſumus nos deuenire in ſciẽtiam propriam qualitatum ſecundarum. ¶ Ad quartum argumentum reſpondet concluſio ſecunda.

## An ſit in demonſtrationibus proceſſus in infinitum. Cap. XV.

OMNIS autem ratiocinatio tribus è terminis cõſtat: Textus. xxxiiij. atque alia eſt affirmatiua, quæ quidem oſtendere poteſt. a. competere ipſi. c: ex eo quia. a. competit ipſi. b, &. b. competit ipſi. c: alia eſt negatiua, quæ quidem alteram propoſitionem habet affirmatiuam, alteram negatiuam: patet igitur hæc eſſe principia, & ea quæ ſuppoſitiones dicuntur. His enim ſumptis neceſſe eſt demonſtrare. a. per. b. medium ipſi competere. c: & rurſùs. a. per medium aliud ipſi ineſſe. b: & item b. per aliud quippiam ipſi cõpetere. c. ¶ Si igitur probabiliter ſolumq; diſſerendi modo ratiocinari volumus, id tantùm vt patet conſiderandũ eſt, ſi ratiocinatio ex quàm maximè probabilibus veriſimilibusq; conficitur. Atque ſi per. a. b. propoſitionem quæ quidem (tametſi verè non vacat medio: videtur tamen eodem vacare) ratiocinationem quiſpiam fecerit, is eſt vt ad diſſerentem pertinet ratiocinatus: ſin verò non illo pacto, ſed ad veritatem ratiocinationes extruere libet, tum id conſiderandum eſt, vt ex hiſce quæ competunt, ratiocinatio ſemper conficiatur.

¶ Res autem ità ſeſe habet. Quoniam eſt id quod de alio non per accidens prædicatur: atq; per accidens dico, veluti cùm dicimus nonnunquàm album illud hominem eſſe, non perinde dicentes atque cùm dicimus hominem eſſe album: homo nanq; non quia eſt aliud quicquã, eſt albũ: at album eſt homo: quia accidit homini vt ſit album. Sunt igitur nonnulla talia, vt per ſe prædicentur. ¶ Sit itaque. c. tale, vt ipſum quidem nulli competat rei: b. autem huic competat primò, vt non ſit inter ipſa medium vllum, & rurſùs. d. ipſi b, &. e. ipſi. d, &. f. identidem ipſi cõpetat. e. quærendum eſt igitur, ſi neceſſe eſt hoc ſtare, an fieri poteſt vt in infinitum proficiſcatur? Rurſùs ſit a. de quo nihil per ſe prædicatur: atque hoc ipſi primò competat. h, & nulli priori medio competat: &. h. identidem ipſi. g, &. g. ipſi. f. &. f. ipſi cõ-

petat.e, quærimus igitur, vtrùm & huiuſce profectionis ſit neceſſariò ſtatus, an ſine medio ſit ſemper abitio. Atq; hoc tantùm ab illo differt, quod illud quidē quærit fieri nè poſsit, vt quippiam ſi à tali incipiat, vt ipſum quidem non inſit cuiquam, aliud autem de ipſo dicatur, verſùs ſupera pergēdo ſine fine ſemper proficiſcatur hoc autem fieri nè poſsit, vt quiſpiam ſi incipiat ab eo: de quo nihil dicitur, ipſum verò de altero prędicatur, petatq́; inferiora, hoc ſemper pacto proficiſcatur, nullusq́ue ei modus occurrat. ¶Præterea quærendum eſt, fieri-ne poteſt, vt ſi extrema ſint finita, media ſint infinita: veluti ſi.a.competat ipſi.c, & inter ipſa ſit medium.b, ac inter.a.&.b.medium etiam aliud cadat, & inter hæc rurſùs aliud, vtrum & in his ipſis ſit in infinitū proceſsio, an id ipſum fieri nequeat. Idem eſt autem hoc conſiderare, & ſi demonſtrationes in infinitum proficiſcantur, & ſi ſit cuiuſlibet demōſtratio, an ad vtranq; partem finis occurrat. ¶Similiter & de ratiocinationibus negatiuis, & propoſitionibus eſt dicendum, veluti ſi.a.nulli.b.competat, aut illi primo nō ineſt, aut eſt aliquod medium, cui priori non ineſt. Atq; ſi ſit.c, quod quidem cuilibet competit.b: rurſùs.a.aut ipſi.c.primo, aut alij priori non ineſt. Quod quidem cuilibet competit.c. & in his enim aut infinita ſunt ea, quibus non ineſt prioribus ipſum.a.aut finita, modusq́; tandem occurrit. ¶In his autē quæ cōuertuntur, ſecùs res habet. Non enim in hiſce quæ mutuam ſuſcipiunt prædicationem, id de quo primo vel vltimo prædicatur eſt. Omnia nanq; ſimiliter hoc pacto ſeſe habent ad cuncta, ſiue ſint ea infinita quæ prædicantur de ipſo: ſiue vtraque de quibus quæritur ſint infinita: niſi ſit vt non ſimiliter conuertātur, ſed alterum per accidens, alterum verò natura.

Hic incipit membrum quintū principale huius libri, in quo Ariſt. poſtquam egit de ignorātia, reuertitur ad tractādum illud verbum quod dixerat cap.2. tex.5. [Non ſciet qui demonſtrationē horū non habet:] id eſt, vt bona ſit demonſtratio requiritur reſolutio principiorum vſq; ad immediata. Oriri naq; poſſet inde dubitatio an talē reſolutionē cōtingat in infinitū abire: tunc eñ non poſſet ad principia prima peruenire. Hac de cauſa in hoc membro (quod per quinq; capitula vſq; ad decimūnonū incluſiue protēditur) intendit patefacere demōſtratiōes nequaquā in infinitū procedere. Atqui in diuiſione Commētatoris, priora tria capitula vnicū textū cōplectuntur, qui eſt trigeſimuſquartus. Continet vero caput hoc quintūdecimum particulas ſex. ¶In tribus prioribus p̄mittit duas ſuppoſitiones, quę ſunt ad ſubſequentia neceſſarię. Prima: Ois ratiocinatio, ſeu ſyllogiſmus cōſtat ex tribus terminis. ſ. medio ⁊ duabus extremitatibus: omniſq; ratiocinatio aut affirmatiua eſt. i. quę affirmatiue cōcludit: nēpe quę oſtendit.a.cōpetere.c.qꝛ a.competit.b.⁊.b.c. (ponit enim exemplū in prima figura) alia vero eſt negatiua: quę quidē alterā propoſitionē habet affirmatiuā, alteramq; negatiuam: nā ex puris negatiuis nihil ſequit̃. At ne quis exiſtimaret, ꝙ quando principia mediata demōſtrationis reſoluenda ſunt ad immediata plures ſunt termini neceſſarij, ſubiſigit, [His ſcilicet tribus ſumptis neceſſe eſt demōſtrare.a.per.b.mediū ipſi cōpetere.c: ⁊ rurſus.a.per medium aliud ipſi ineſſe.b, ⁊ item.b. per aliud quippiā ipſi competere.c.] Quod eſt dicere, data hac demōſtratione, omne.b.eſt.a, omne.c.eſt b, ergo omne.c.eſt.a: ſi maior eſt mediata, ſumendum eſt mediū.d.per quod.a.demonſtretur de.b: et ſi minor eſt mediata ſumendum eſt aliud medium.e. per quod.b.demonſtretur de.c. vt ſi fiat hęc demonſtratio.v.g. omne corpus animatū eſt ſubſtantia: omnis homo eſt corpus animatum: ergo ois homo eſt ſubſtantia: tunc quia maior eſt mediata, reſoluenda eſt ſic, omne corpus eſt ſubſtantia: omne corpus animatum eſt corpus: ergo. Rurſus quia minor eſt etiam mediata, reſoluenda eſt hoc modo, omne animal eſt corpus animatū: omnis homo eſt animal, ergo. ¶In ſecunda particula, [Si igitur probabiliter.] ſubditur ſecunda ſuppoſitio: quę eſt differentia inter ſyllogiſmum dialecticum ⁊ demonſtrationē: videlicet, Si ſyllogiſmum facimus dialecticum, ſatis eſt nobis ex probabilibus procedere. Ob idq; ſi propoſitio.a.b. id eſt maior, apparet eſſe immediata, licet in rei veritate non ſit immediata, nihil obſtat ſyllogiſmo. At vero in demonſtratione non ſatis eſt premiſſas eſſe probabiles, ſed requiritur vt in rei veritate ſint immediatę, id eſt, ꝙ nec inter maiorem extremitatē et medium, nec inter medium et minorem aliquod prędicatum mediet. ¶Subſequenter in tertia particula: [Res autem ita ſe habent:] probat differentiam eſſe veram: nam id quod de alio prędicatur, aut prędicat̃ de illo per ſe, aut prędicatur per accidens. Dupliciter autē prędicatur per accidens, aut quando ſubiectum prędicatur de accidenti, vt album eſt homo: aut quando accidens prędicatur de ſubiecto: vt homo eſt albus, et aliter prima propoſitio eſt per accidens quam ſecunda: nam homo non prędicatur accidentaliter de albo, eo quod homo ſit accidens, at quia albū nō ratione ſui eſt homo, ſed qꝛ eſt aliud, puta Petrus, id eſt, quia homo dicitur de Petro cui accidit eſſe albū. Attamen, homo eſt albus, non eſt hac ratione accidentalis: homo enim non eſt albus, quia homo eſt aliud, ſed eſt accidentalis, qꝛ prędicatum non eſt de eſſentia ſubiecti. Et hoc eſt quod ait, [Homo nanq; non quia eſt aliud quicquā eſt albus.] Meminit autem huius diſtinctionis, qꝛ quando dicimus demonſtrationem procedere ex propoſitionibus per ſe, intelligit̃ vt opponitur huic, quod eſt per accidens ſecundo modo. Non autem meminit tertij modi, puta quādo accidens prędicatur de accidēti: vt album eſt dulce, eo ꝙ iſte modus ambos ſuperiores comprehendit et per illos innoteſcit. ¶In quarta particula, [Sit itaque.c.tale.] duabus ſuppoſitionibus pręmiſſis mouet tres quęſtiones, in quibus tractandis ſermo huius mebri quinti totus verſatur. Ad cuius intelligentiā notato, ꝙ proceſſus in infinitum in demōſtrationibus poteſt contingere, aut aſcendēdo verſus maiorē extremitatē, aut deſcendendo verſus minorem, aut interponendo inter medium et aliquam extremitatem. Eſt ergo prima quęſtio de aſcenſu. Detur inquit.c. ſcilicet minor extremitas quę nulli inſit, nempe ſub qua non ſit dare inferius: vt.c.ſit Petrus. Cui.b. puta homo per ſe primo competat ſine medio, et rurſus ipſi. b. competat. d. vt animal: et ita aſcendendo.

Due ſuppoſitiões.

Eſt



Eſt ergo prima quęſtio, an in iſto aſcenſu ſit ſtatus vt veniatur ad primum, an potius ſit in infinitum abire? [Rurſus ſit.a.] Secunda quęſtio eſt vice verſa deſcendendo. Detur. a. maior extremitas ſuprema, quę. v. g. ſit ſubſtātia de qua nihil per ſe prędicatur, (nam ens nō poteſt eſſe maior extremitas, cum non poſſit per medium aliquod demonſtrari, ſed eſt per ſe notum omnibus conuenire). a. vero per ſe primo competat ipſi. h. ſine medio vt corpori, et. h. competat corpori animato: et ita deſcendendo. Eſt ergo quęſtio ſecunda, vtrum in hoc deſcenſu ſit ſtatus vt veniatur ad infimum, an vero ſit proceſſus in infinitum? ¶Atqui explicat differentiam Ariſt. inter has duas quęſtiones. Prima enim quęrit, fierine poſſit vt incipiendo ab infimo quod de nullo prędicatur ſit verſus ſuperiora in infinitum aſcendere. Secunda vero quęrit, vtrum incipiendo ab illo de quo nihil prędicatur, ſit verſus inferiora in infinitum deſcendere. Tertia quęſtio eſt ibi, [Pręterea quęrendum eſt.] Eſto extremitates.a.et.c. ſcilicet maior et minor ſint finitę inter quas ſit medium. b. vtrum poſſint ita in infinitum multiplicari media, vt inter a.et.b, detur aliud medium.d.: et inter.a.et.d. aliud medium.e, ⁊ ita in infinitum: ⁊ pari ratione vtrum inter.b.et.c. ſit medium.f, et inter.f. et.c, aliud.g, et ita in infinitum. ¶Applicat deinde Ariſto. has tres quęſtiones ad rem pręſentem dicens, [Idem autem eſt hoc conſiderare,] id eſt perinde eſt iſta tria quęrere, ⁊ quęrere an demonſtrationes in infinitū proficiſcantur: et ſi ſit cuiuſlibet demonſtratio, id eſt, vtrum cuiuſlibet pręmiſſę ſit alia demonſtratio per aliam priorem. Alludit ad illum errorem philoſophorum quem cap.3. text.6. refutauit, qui dicebant nullam nos propoſitionē poſſe ſcire niſi per demonſtrationem: ſecundum quos ſequebatur demonſtrationes procedere in infinitum. ¶In quinta demum particula [Similiter et de ratiocinationibus negatiuis:] ſubiungit Ariſtote. eaſdem etiam quęſtiones locum habere in demonſtrationibus negatiuis. Ponit autem exemplum in prima figura in Celarent, aut Ferio modis euidentibus, vbi maior eſt negatiua ⁊ minor affirmatiua: vt nullum.b. eſt.a, omne.c. eſt.b. Ait ergo ꝙ ſi.a.nulli competat.b. tunc aut illi primo non ineſt, aut eſt aliquod medium cui priori non ineſt. Aut enim maior eſt, nulla ſubſtantia eſt qualitas, quę eſt immediata aut ſe habet: vt nullus homo eſt qualitas, inter quę extrema medium eſt, ſubſtantia, de qua primo negatur qualitas. Eodem modo minor, omne.c.eſt. b, conſiderandum ſi eſt an ſit mediata vel immediata. In quibus proinde quęrendum eſt an in multiplicatione mediorum ſit ſtatus, an vero proceſſus in infinitum? ¶In ſexta particula, [In his autē.] concludit has quęſtiones non habere locum in conuertibilibus: vt cum propria paſſio demonſtratur de ſubiecto per definitionem. ¶Ad cuius intellectum notato, ꝙ ſicut poteſt fingi proceſſus in infinitum in generibus, vt homo, animal, corpus ⁊c. ita et in paſſionibus eiuſdem ſubiecti: vt admiratiuum, riſibile, diſciplinabile ⁊c. Eſt tamen differentia, ꝙ primum proceſſus ſit ſecundum ſuperius et inferius aſcendendo vel deſcendendo: qui quidem dicitur aſcenſus ſecundum prędicationem eſſentialem: ⁊ per conſequens illic quęrendum eſt primum infimumq; ſubiectum, atq; vltimum et ſupremum prędicatum. In paſſionibus vero non eſt proceſſus ſecundum ſuperius ⁊ inferius, ſed ſecundum prius ⁊ poſterius in cauſando: quia prima paſſio eſt cauſa ſecundę, ⁊ ita conſequenter. Quare in iſtis nec eſt aſcenſus, nec eſt proinde quęrere primum ſubiectum nec vltimū prędicatum: ſed omnes paſſiones conuertūtur cum ſubiecto et definitione. Et hoc eſt quod ait: [Siue ſint ea infinita quę prędicantur de ipſo, ſiue vtraq; de quibus quęritur ſint infinita] hoc eſt ſiue fixo ſubiecto homine, procedas in infinitum verſus paſſiones, ſiue fixa vltima paſſione deſcendas in infinitum verſus ſubiectum, cuncta eodem modo ſe habent quo ad conuertentiam prędicationis. Etenim ſicut, omnis homo eſt riſibilis, ita, omne riſibile eſt homo. Et idem eſt de omnibus paſſionibus eius: [Niſi inquit ſi non ſimiliter conuertuntur.] quia, omne riſibile eſt homo, eſt indirecta ⁊ ſecundum accidens vt infra videbimus: ⁊ tamen omnis homo eſt riſibilis, eſt ſecundum naturam, id eſt, eſt directa ⁊ per ſe.

## Quòd inter extrema determinata non ſint media infinita. Cap. XVI.

His hòc pacto diſpoſitis patet fieri nō poſſe, vt media ſint infinita ſi prædicationes verſùs ſuperius inferiúsve proficiſcantur ad ſtatum. Atq; verſùs quidem ſuperius prędicationem, eam dico, quæ pergit ad id quod eſt magis vniuerſale: verſùs autem inferius eam, quæ ad particulare deſcendit. Nam ſi cùm.a.de.c.prædicatur, infinita ſunt media, ceu.b, patet fieri poſſe, vt à b.a. verſùs inferius infinitum aliud de alio prædicetur: nam anteà quàm accedatur ad.c, infinita media ſunt: & à.c. verſùs ſuperius infinita ſimiliter ſunt, anteà quàm aſcendatur ad. a. Quare ſi hæc fieri nequeunt, fieri profectò non poteſt, vt inter.a.&. c. media ſint infinita. ¶Neque quicquam refert, ſi quiſpiam dicat alia quidem ipſorum.a.b.c. inter ſeſe hærere, vt nihil prorſus ſit inter ipſa: alia verò non poſſe talia ſumi. Quouis nanque medio b. ſumpto, ab hoc autem ad.a. aut ad.c. infinita vel finita media erunt: nihil igitur intereſt quonam primo, ſiue quæ ſtatim, ſiue quæ non ſtatim infinita ſint: nam ea quæ poſt hæc ſunt, infinita eſſe ponuntur.

Reſpondere hic incipit ad propoſitas quęſtiones. Atqui primo reducit quęſtiones q̄tuor ad duas, nempe ꝙ ſolutio tertię ⁊ quartę reducatur ad ſolutiones duorum priorum. In hoc enim capite reducit tertiam quęſtionem de infinitate mediorum ad illas quę ſunt de infinitate extremorū aſcendendo vel deſcendendo: ⁊ in ſequenti capite reducit quęſtionē de negatiuis ad quęſtionem affirmatiuarū. Suntq; in hoc ſextodecimo capite duę breues particulę. In prima ponitur hęc cōcluſio. Si extrema ſurſum deorſumq; verſus ſunt finita. i. finitę diſtantię, fieri nequit vt inter ipſa ſint media infinita. Verſus ſuperius, inquit, eſt illa prędicatio

Concluſio.

dicatio quę pergit verſus magis vniuerſale: et verſus inferius, ea quę verſus particulare deſcendit. Probat concluſionem. Si inter. a. et. c. ſint infinita media (quę omnia collectiue appellat. b.) fit vt ab. a. verſus. c. in infinitũ aliud de alio pꝛędicetur: et pariter ex. c. aſcendendo verſus. a. [Quare ſi hęc fieri nequeunt,] id eſt, ſi aſcendendo non poteſt dari proceſſus in infinitum (quę erat prima queſtio) nec deſcendendo (quę erat ſecunda) vt capite decimooctauo determinabit, ſequitur quod nec poſſunt inter illa extrema eſſe infinita media. Ratio eſt hęc in ſumma. Si extrema non ſunt infinite diſtantia, media non poſſunt eſſe infinita: ergo duabus prioribus queſtionibus determinatis, ⁊ tertia diſſoluitur. ¶ In ſecunda particula, [Neq; quicq̃ꝫ refert.] diſſoluit reſponſionem quam quis poſſet pręfatę rationi obiicere. Reſponderet nanque quiſpiam hanc rationem Ariſto. ſupponere, ꝙ inter. a. ⁊. c. ſunt infinita media cõſequenter immediate ſe habentia, ſicut contingit in quantitate diſcreta, in qua binario immediate ſuccedit ternarius, ⁊ ternario quaternarius, ⁊ ita conſequenter. De quibus mediis conceditur tanquam manifeſtum, ꝙ datis duobus certis numeris extremis inter illos non poſſunt eſſe infiniti medij. Poſſunt nihilominus inter duo extrema finite diſtantia dari infinita media non immediate ſe habẽtia: vt in quantitate continua inter extrema puncta pedalis lineę, quę ſolum pedaliter diſtant, dantur infinita puncta media, non tamen immedia: aſed taliter mediata, ꝙ inter quęcunq; duo mediant infinita. Et de iſtis mediis non videtur procedere ratio Ariſt. ꝙ ſi extrema finite diſtant non poſſunt eſſe infinita media. ¶ Reſpondet ergo Ariſto. nihil refert hoc vel illo modo accipi media. Ad cuius intelligentiam notandum eſt, ꝙ puncta ⁊ partes proportionales continui non ſunt infinita in actu, ſed ſolũ in potentia: ⁊ ideo ſimpliciter non dicitur illa infinita diſtantia: nam qui tranſit ab vno extremo in aliud non trãſit determinate per quodlibet punctũ numerãdo illa: alias nunquã pertranſiret. At vero pręedicata ſunt ſicut entia in actu: nam quodlibet dicit aliam ⁊ aliã formam ⁊ quidditatẽ: et ideo habent ſe ſicut entia in actu. Qua de cauſa ſpecies ⁊ pręedicata eſſentialia cõparantur numeris. 8. meta. text. 10. Unde qui ponit inter primum ſubiectum ⁊ vltimum pręedicatum infinita media pręedicata, nõ debet illa ponere vt puncta vel partes proportionales, ſed vt numeros. Si autem ponantur vt numeri, nihil refert ponantur mediata vel immediata: nam ſicut non poteſt quis venire ad vltimum numerando conſequenter infinita immediata, vt vnum, duo, tria ⁊c. ita nec poteſt peruenire ad vltimũ numerando per numeros mediatos, vt vnum, tria, ſex ⁊c. Et hoc eſt qđ ait Ariſt. [Neq; quicq̃ꝫ refert ſi quiſpiam dicat alia quidem ipſorũ mediorũ immediate inter ſe hęrere, alia vero nõ poſſe talia.] .i. immediata ſumi. [Quouis nãq; medio ſumpto. b, ab illo vſq; ad extremũ. a, vel vſque ad extremũ. c. ſignando, ſunt media finita vel infinita.] Si infinita, nõ poterunt pertrãſiri ⁊ per cõſequens a. in infinitum diſtat a. c. Si vero a. b. ad. a. ſunt finita media, neceſſe eſt ꝙ ab illo. b. ad. c. ſint infinita (ſiquidẽ admittis infinita inter. a. et. c.) et ſi a. b. ad. c. ſunt finita, a. b. ad. a. debent eſſe infinita. Et hoc eſt quod ſubiungit, [Nihil igitur intereſt. i. quonam primo ſint infinita, ſiue quę ſtatim ſiue quę non ſtatim,] id eſt, nihil differt a quonam primo. ſ. medio ſumas infinita. ſ. ab illo quod ſtatim. i. immediatum eſt ipſi. a. vel ab illo quod eſt mediatum. [Nam ea quę poſt hęc ſunt.] id eſt, media quę poſt. b. ſunt verſus. c. debent eſſe infinita.

## Quòd negatio mediata ad immediatam affirmationem reducatur. Cap. xvij.

At qui & in negatiua demonſtratione patet finem proceſsionis eſſe, ſi in affirmatiua verſùs vtrunq; ſtatur. Supponatꝰ enim fieri non poſſe, vt pręedicatio aut ab vltimo verſùs ſupera, aut à primo verſùs vltimum in infinitum proficiſcatur: atque id vltimum dico, quod non prædicati rationem, ſed ſubiecti tantummodò ſubiit, ſitque id. c: primum autem, id eſt, quod non ſubiicitur cuiquam, ſed ſolùm de alio dicitur. Hæc ſi ità ſint, erit profectionis in negatione etiam ſtatus. ¶ Tripliciter enim oſtendi negatiua concluſio poteſt. Et primò quidem hoc pacto, cùm. b. cuilibet. c. &. a. nulli. b. competere ſumitur: b. c. igitur propoſitio, ac interuallum omninò minùs, in ea neceſſariò reducetur quæ medio vacant: quippe cùm id ſit, vt patet, affirmatiuum: alterum autem interuallum, ſi medio non vacet, ad id redigi poterit, quod medio vacat: nan ſi. a. non ſine medio non competat ipſi. b, tum aliquid erit. a. quo priùs ipſum, quàm. a. b. remouetur: quod quidem cuilibet competere. b. oportet: atque illud ſit. d. Rurſùs ſi interuallum. a. d. non vacat medio, aliquid item erit, à quo priùs ipſum. a. quàm. a. d. remouetur. Atq; illud ſit. e. quod quidem neceſſe eſt cuilibet cõpetere. d. Cùm igitur eius vię qua ſuperiora petuntur, finis atq; ſtatus ſit, ſtabitur & hîc tandem, eritq; aliquid ſanè primò cui non competit ipſum. a. ¶ Secundò autem hoc oſtenditur modo, cùm. b. cuilibet quidem. a, nulli verò. c. competere ſumitur: & hoc enim pacto. a. nulli competere concludetur. Si igitur hoc oportet oſtendere, aut per medium ſuperiùs dictum, aut per hunc vt patet, aut per tertium oſtendetur: at primus eſt dictus: per ſecundum autem hoc oſtendetur pacto, ſi quis d. cuilibet quidem. b, nulli verò. c. competere ſumpſerit, modò competat aliquid ipſi. b. Quòd ſi. d. ſine medio ſegregatur à. c, bene eſt: ſin verò medium cadit, neceſſe eſt illud. d. quidem cuilibet ineſſe, nulli verò competere. c. Cùm igitur in affirmationibus cùm ſuperiora petuntur finis occrurat, & in negationibus itidem hîc ſeſe offert tandem. ¶ Tertiò hoc oſtenditur pacto, ſi. a. quidem. b. cuilibet competit, c. verò nulli eidem ineſt: tunc enim concluditur c. non cuilibet competere. a. Et hoc igitur aut per anteà dictos modos, aut per hunc tertium oſtendetur. At per illos vt oſtendimus ſtatur: per hunc autem oſtendetur: Si. b. quidem ſumetur



metur cuilibet competere. d, ipſum verò. c. nulli eidẽ ineſſe: atq;. d. rurſùs cuilibet ineſſe. e, ipſum verò. c. nulli eidem competere. Cùm igitur ſuppoſitum ſit verſùs etiam infera prædicationis affirmatiuæ ſtatum ac vltimum eſſe, patet ipſius etiam. c. prædicationem negatiuam ſtare tandẽ, & non in infinitum procedere. ¶ Perſpicuum autem eſt, & ſi nõ vna via, ſed vniuerſis nunc per primam, nunc per ſecundam, nunc per tertiam figuram, vt patuit oſtendatur, hoc etiam pacto ſtare, ac finem ipſius eſſe: hæ nanque finitæ ſunt: ea verò quæ ſunt finita, finities neceſſe eſt vniuerſa eſſe finita. Patet igitur in negatione ſtatum ac finem eſſe, ſi in affirmationibus ſtatur.

Concluſio. In hoc capite decimoſeptimo reducit Ariſ. queſtionẽ de negatiuis ad queſtionẽ affirmatiuarum. Et diuiditur in quinq; particulas. In prima cõſtituit concluſionẽ hanc: Si in affirmatiua demõſtratione verſus vtrunq; extremum ſtatur. i. non procedit in infinitũ, neceſſe eſt vt in negatiua quoq; ſtet. Et ſubdit rationẽ: qꝛ ſi affirmatiuę pręedicationes ab vltimo ſubiecto aſcendendo ſunt finite, neceſſe eſt vt etiã negationes ſint finitę. Quod eſt dicere: Si datur affirmatiua pręedicatio immediata, dabitur etiã negatiua pręedicatio immediata. Ultimũ ſubiectum appellat quod de nullo pręedicatꝰ, vt Petrus: primũ vero pręedicatũ, de quo nullũ aliud pręedicatꝰ quod poſſit demonſtrari, vt ſubſtãtia: nã, ens, vt dictũ eſt, nõ eſt demõſtrabile pręedicatũ. Exponit concluſionẽ per exempla in tribus figuris. Tripliciter eñ, inquit, oſtendi poteſt negatiua cõcluſio. ¶ In ſecũda ergo particula oſtẽdit concluſionem in prima figura. Et eſt ſane ingenioſa ratio. *(In prima figura.)* Detur. v. g. demõſtratio hęc negatiua in prima figura, nullũ aĩal eſt qualitas: oĩs homo eſt aĩal: ergo nullus homo eſt qualitas. Ubi maior eſt mediata negatiua. Uult probare, ꝙ ſi in pręedicatis minoris affirmatiuę non procedit in infinitum ſed venitur ad ſupremũ, nec in pręedicatis maioris negatiuę procedatur in infinitũ. Et hoc eſt qđ ait: Cũ. b. mediũ cuilibet. c. ſ. minori extremitati, et. a. maior extremitas nulli. b. cõpetere ſumitur, neceſſariũ eſt vt. b. c. ſ. minor propoſitio, ⁊ interuallũ oĩno minus (. i. interuallũ inter extrema minoris propoſitionis) reducatur ad immediata, poſtq̃ꝫ eſt affirmatiua, et ſuppoſitum eſt in affirmatiuis non eſſe proceſſum in infinitũ. Infert [Inde ſequitꝰ alterũ interuallũ]. i. maiorẽ negatiuã, ſi medio nõ vacet. i. ſi non ſit immediata redigi etiã poſſe ad immediata. Probatꝰ ɔña: nam ſi. a. v. g. qualitas, nõ immediate negatꝰ de. b. ſ. de aĩali, detur ergo aliud mediũ de quo prius negetꝰ: vtpote corpꝰ quod debet in minori affirmari de minori extremitate. Et ſi. a. d, id eſt, nullum corpus eſt qualitas, nõ eſt immediata, detur aliud mediũ. e. quod debet cõpetere ipſi. d. Cum ergo aſcendendo per pręedicata minoris affirmatiuę non ſit procedere in infinitum: ſed deueniendũ eſt ad ſupremũ, puta, ſubſtãtia, illud proinde erit immediatũ ſubiectũ de quo negabitur qualitas, vt ſi dicas, nulla ſubſtantia eſt qualitas: omne animal eſt ſubſtantia: ergo nullum animal eſt qualitas. ¶ In tertia particula, [Secundo autem.] idem oſtendit in ſecunda figula. *(In ſecũda figura.)* Detur enim hic ſyllogiſmus in Cameſtres, omne. a. eſt. b, nullum. c. eſt. b, ergo nullum. c. eſt. a. Probatur eodem modo, ꝙ ſi aſcendendo per pręedicata maioris affirmatiuę non proceditꝰ in infinitũ, neq; pręedicata minoris negatiuę procedãt in infinitũ. [Si igitur hoc oportet oſtẽdere]. i. ſi minor negatiua nullũ. c. eſt. b. eſt mediata, aut debet demonſtrari per medium ſuperius dictũ id eſt, in primo figura, ⁊ in illa iam dictũ eſt demonſtrationẽ negatiuã nõ procedere in infinitũ: aut debet demõſtrari in tertia figura, de qua ſtatim dicetꝰ: aut debet demõſtrari per eandem ſecundã. Et tunc debet demõſtrari per. d. mediũ quod conueniat cuilibet. b. et nulli. c: ſ. omne. b. eſt. d, nullum. c. eſt. d: ergo nullũ. c. eſt. b. Tunc aut minor, ſcilicet nullum. c. eſt. d, eſt immediata, ⁊ tunc bene eſt. i. habetur intentum. Si vero ſit mediata, detur medium. e. quod debet rurſus affirmari de. d, et negari de. c: cum ergo pręedicata in maiori affirmatiua non procedãt in infinitũ, ſequitur ꝙ nec in negatiua. ¶ In quarta particula, [Tertio hoc oſtenditur pacto.] idem tandem oſtendit in tertia figura. *(In tertia figura.)* Ubi detur. v. g. hic ſyllogiſmus in Felapton, nullum. b. eſt. c, omne. b. eſt. a: ergo. a. non eſt. c: tunc ſi maior negatiua eſt mediata, aut debet reſolui per primã aut ſecundã figurã, in quibus iam dictum eſt demonſtrationes negatiuas non procedere in infinitum: aut debet demonſtrari per eandẽ tertiã figurã: ⁊ tunc debet reſolui per mediũ. d. hoc modo, nullũ. d. eſt. c, omne. d. eſt. b: ergo. b. non eſt. c, (qꝛ vniuerſalis nõ poteſt cõcludi in tertia figura) quę reſolutio ſit deſcendendo ſub ſubiecto minoris: nã in priori ſyllogyſmo. b. erat ſubiectũ reſpectu. a, et in hoc. d. eſt ſubiectũ reſpectu. b. Concludit ergo Ariſt. ꝙ cũ deſcendendo in affirmatiuis nõ detur proceſſus in infinitũ, fit, vt neq; in mediis negatiuę procedatur in infinitũ: nã quicquid ſumatur pro medio inter extrema negatiuę, debet fieri ſubiectum in affirmatiua. ¶ In quinta demũ particula, [Perſpicuũ autẽ eſt.] reſpõdet cuidã dubio quod videtur ſupereſſe ex dictis. Poſſet enim quis dicere ꝙ quãuis in nulla figura procedatur in infinitũ, tamen demõſtrando vnã figurã per aliã poſſet in infinitũ abiri. Cui dubio reſpõdet, ꝙ cum in nulla figura procedatur in infinitum, nec figurę ſint infinitę, quãuis vna figura demonſtretur per aliam, nunquã tamen erit proceſſus in infinitum.

## Quòd non ſit proceſ. in infinitum in demonſtratione. Cap. XVIII.

At idipſum et illis ità eſſe patebit, ſi primùm diſſerendi modo, deinde reſolutiuè id contemplabitur. *(Textus. xxxv.)* In his itaque quæ de definiendis rebus dicuntur, earundemq; definitionem ingrediuntur, verum id eſſe patet: vniuerſaliter autem hoc pacto dicamus. Fit enim vt verè dicatur, cùm album ambulare, & magnum illud lignum eſſe: & rurſùs lignum magnum eſſe, ac hominem ambulare dicitur. At differt hoc & illo dicere modo: nam cũ album dico eſſe lignum, tum lignum id eſſe dico cui accidit vt ſit album, ſed non album eſſe ſubiectum ipſius ligni: non enim, aut albũ ſimpliciter erat,

aut aliquod album deinde factum eſt lignum: quare non dicitur hoc pacto, niſi per accidens. Cùm autem lignum album eſſe dico, tunc non aliquid aliud album eſſe dico, atq; illi vt ſit lignũ accidit, veluti cùm dico muſicũ album eſſe: tunc enim hominem eum album eſſe dico, cui accidit vt muſicus ſit. Sed lignũ eſt ſubiectũ, quod quidem nihil aliud vt eſt erat, q̃ aut abſolutè lignũ, aut aliquod lignũ: deinde factum eſt albũ. Quòd ſi oporteat nõia ponere, hoc quidem dicere pacto ſit prædicare: illo autẽ pacto, aut nullo pacto prædicare, aut abſolutè, ſed per accidens prædicare dicatur. Eſt autẽ id quidẽ quod prædicatur, vt albũ: id verò de quo prædicatur, vt lignũ. Supponatur igitur id quod prędicatur abſolutè ſemper de eo de quo dicitur, ſed nõ per accidẽs prædicari: hoc enim pacto demonſtrationes demonſtrant. ¶ Quare cũ vnũ prædicatur de vno, illud aut ſubit rationẽ eorum quæ definiendo ſubiecto cõpetunt: aut eſt quale, aut quantum, aut ad aliquid, aut agens, aut patiens, aut vbi, aut quando. Præterea omne quod ſubſtantiã ſignificat, id quod illud eſt, aut quod illud eſt quoddam, id eſſe ſignificat de quo prædicatur: quod verò nõ ſubſtantiã ſignificat, ſed de ſubiecto dicitur alio, quod quidem nec eſt idipſum quod illud, nec id quod illud eſt quoddã, id omne accidẽs eſt: vt cũ albũ, de hoĩe prædicatur. Homo nanq; neq; id eſt quod albũ, neq; id quod albũ eſt quoddam, ſed animal fortaſſe: eſt enim homo id quod animal eſt. Atq; ea omnia quæ nõ ſubſtantiã ſignificant, de ſubiecto aliquo prædicari oportet, & nõ eſſe quicquã albũ: quod quidẽ ſit album non quia aliud quicq̃ eſt: formæ nanq; valeant, ſidiũ enim ſunt attrectationes: & ſi ſint, nihil prorſùs ad præſentem ſermonem pertinent. Ipſæ nanq; demõſtrationes de rebus talibus ſunt. ¶ Pręterea ſi non hoc illius eſt qualitas, & illud huius, neq; qualitatis eſt qualitas, fieri profectò nequit vt hoc pacto mutuò prædicentur: ſed fit quidem vt verum dicas, at non fit vt econtrà prædices verè Nam aut vt accidens, aut vt ſubſtantia prædicabitur: veluti ſi ſit genus vel differentia prædicati. Hoc autem demonſtratum eſt, neque ad ſupera, neq; ad infera infinita eſſe. Neq; enim homo eſt bipes, & bipes animal, & animal aliud: neq; rurſùs animal de homine, homo de Callia, & is de alio hoc ipſo quid eſt, prædicatur. Omnẽ enim talem ſubſtantiam definire poſſumus. At fieri nequit vt infinita quiſquam intelligendo pertranſeat: quare neque ad ſupera neque ad infera ſunt infinita. Fieri enim non poteſt, vt ea ſubſtãtia de qua infinita dicuntur, definiatur. Vt genera igitur, mutuò non prædicabuntur. Erit enim ipſum id, quod ipſum eſt quoddam. At verò neque de quali, aut de cæteris quicquam niſi per accidens prædicabitur. Hæc enim omnia accidunt, & de ſubſtantiis prędicantur. ¶ Sed neque verſùs ſupera infinita erunt: de vnoquoq; nanq; prædicatur id quod ſignificat, aut quale quid, aut quantum quid, aut aliquid taliũ, aut ea quæ in ſubſtantia ſunt. Hæc autem ſunt finita, & genera prædicamentorum finita ſunt: eſt enim aut quale, aut quantum, & cætera, quæ iamdudum enumerauimus. Atq; ſupponuntur vnum prædicari de vno, ipſa verò de ipſis non prædicari, niſi ratione ipſius quid eſt, prædicentur. Etenim accidentia ſunt vniuerſa: ſed quædã per ſe, quædam alio modo: atq; hæc omnia de ſubiecto quodam dicimus prædicari, & accidens non eſſe ſubiectum vllum. Nihil enim talium ponimus id eſſe, quod id eſt quod dicitur, non aliud quicquã, ſed ipſum in aliis eſſe, & alia quædam de alio dicimus prædicari. Neq; igitur ad ſuperiora, neq; ad inferiora vnum de vno in infinitum dicetur. De quibus enim accidentia dicuntur, quæcunq; in vniuſcuiuſq; ſubſtantia ſunt, ea non ſunt infinita. Verſùs etiam ſupera, nec ipſa, nec vtraque accidentia ſunt infinita. Neceſſe eſt igitur aliquid eſſe, de quo primum aliquod, & de hoc aliud, & huius profectionis tandem exitum eſſe, vt id ſit, quod de nullo vlteriùs alio dicatur: & id etiam, de quo non prædicatur aliud priùs Vnus igitur hic eſt modus ad hoc propoſitum demonſtrandum. ¶ Alius autem eſt hic. Patet enim horum demonſtrationem eſſe, de quibus priora aliqua prædicantur, & item fieri non poſſe, vt aut meliùs ſimus ad ea diſpoſiti quorum eſt demonſtratio, quàm ſi ſciamus, aut ea ſine demonſtratione ſciamus: quibus efficitur, vt ſi per aliqua priora quippiam innoteſcit, illa verò neſcimus, neque ad illa meliùs ſumus affecti, quàm ſi ſcientiam haberemus: nec id profectò ſciamus, quod per illa notum efficitur. Si igitur ſit, vt ſimpliciter quippiam per demonſtrationem & non ex quibuſdam, nec ex ſuppoſitione ſciamus, neceſſe eſt prædicationes medias ſtare: nam ſi non ſtent, ſed ſemper aliquid ſuperius ſit ſumpto, omnium erit tum demonſtratio. Quare ſi fieri non poteſt, vt infinita quiſquam pertranſeat, ea profectò quorũ eſt demonſtratio nunquam per demõſtrationem ſciemus. Quòd ſi neq; meliùs ad ipſa ſumus affecti, quã ſi ſciremus, nihil tum per demonſtrationem ſimpliciter, ſed ex ſuppoſitione ſciemus. Ex his igitur quæ diſſerendi diximus modo, id de quo loquimur ità eſſe quiſpiam credet. ¶ Reſolutiuè Textus. xxxj.
autem per hæc breuiùs perſpicuum fuerit fieri non poſſe, vt verſùs ſuperius aut inferius infinita prædicata in demonſtratiuis ſcientiis ſint, de quibus præſens hæc conſideratio eſt. Demonſtratio enim eſt de hiſce, quæ rebus inſunt per

ſe: ea



ſe: ea verò quæ per ſe cõpetunt, duplicẽ ſubeunt modum: quædam enim in eadem ſunt definitione rerum, quibus ineſſe dicuntur: vt multitudo, vel diuiſibile: hæc enim numero competunt, & in ipſius ſunt definitione: quædam in ratione ſua res eas ſuſcipiunt, quibus competunt, vt impar: hoc enim numero competit & definitione ſua numerum ſuſcipit. At fieri nequit, vt aut hæc aut illa ſint infinita, nè ea quidem quæ vt impar de numero prædicantur. Nam in impare rurſùs aliud erit in definitione, cuius eſt ipſum: hoc ſi ſit, primùm numerus ipſe cui quidem cõpetunt, in definitione erit ipſorum. Si igitur fieri nequit vt inſint vni talia infinita, nec infinita verſùs ſuperius erunt. At verò neceſſe eſt ipſi primò competant vniuerſa, veluti numero, & numerus illis inſit: quare conuertuntur, non ſuperabunt. Nec item ea, quæ definitiones eorũ quibus inſunt ingrediuntur: nõ enim aſſignari definitiones poſſent. Quare ſi hæc ſunt vniuerſa ea quæ per ſe prædicantur (hæc autem infinita nõ ſunt) ſtant omnia planè verſùs ſupera: quare ſtant & ad infera. Quòd ſi ità ſit, erunt & ea ſanè finita, quæ inter duos terminos collocantur. ¶ Quod rurſùs ſi ità ſit, patet iam & demonſtrationum eſſe principia neceſſariò, ac demonſtrationem non omnium eſſe, quod quidem nõnullos aſſerere iã in initio diximus. Etenim ſi principia ſint, neq; demonſtrabilia ſunt omnia, neq; in infinitum fieri poteſt abitio: nam alterũ iſtorum vtrumuis eſſe, nil aliud eſt quã nullum interuallum eſſe medio vacans, atq; indiuiſibile, ſed vniuerſa eſſe diuiſibilia. Id enim quod demõſtratur, nõ foris addito, ſed immiſſo termino demonſtratur. Quapropter ſi fieri poteſt, vt hoc pacto procedatur in infinitum, fieri quoq; poteſt, vt inter duos terminos infinita media cadant. At hoc fieri nequit, ſi tam verſùs ſuperius quã verſùs inferius prædicationũ finis exiſtat. Eſſe verò prædicationum hoc pacto finem, anteà diſſerendi modo, nunc reſolutiuè ſatis, oſtendimus.

Poſtq̃ igitur in ſuperioribus duobus capitulis monſtratum eſt, ꝙ ſi non eſt in infinitum proceſſus aſcendẽdo aut deſcendendo, eſſe nõ poteſt in mediis quę inter duo extrema ſumũtur: itẽ ꝙ ſi nõ procedit in infinitũ in affirmatiuis, procedi non poteſt in negatiuis, reſtat in hoc decimooctauo capite oſtendere, ꝙ in affirmatiuis nõ ſit proceſſus in infinitũ nec aſcendẽdo nec deſcendẽdo, vt per omnes numeros probatũ ſit proceſſum in infinitũ in demõſtrationibus nõ eſſe poſſibilẽ. At qui apud Commentatorẽ duo ſunt textus in hoc capite. ſ. trigeſimuſquintus & trigeſimuſſextus. In primo oſtendit Ariſto. intentũ rationibus cõmunibus ſumptis a dialectica: & in altero id manifeſtat argumentis ſumptis ex propria ratione demõſtrationis. ¶ Primus textus diuidit in quinq; particulas. Enĩ Text. 37
uero qr debet rem oſtendere per inductionẽ videlicet, ꝙ nec in prędicatis quidditatiuis, nec in accidẽtalibus ſit infinitus proceſſus, in prima particula pręmittit diſtinctionẽ prędicationũ in prędicationẽ ſimpliciter abſolute, & prędicationẽ ſecundũ accidẽs. i. ſecundũ quid. ¶ Ait ergo, ꝙ res ipſa tũc patebit ſi primũ diſſerendi modo. i. dialectice, deinde reſolutiue, id eſt, ex propria ratione demõſtrationis oſtẽdatur. Et ſubiungit, ꝙ in his quę de definiẽdis rebus dicuntur. i. in prędicatis quidditatiuis quę ingrediuntur definitionẽ ſpecierũ, per ſe notum eſt proceſſum in infinitũ eſſe poſſibilẽ: cũ quia cũ rerũ eſſentię definibiles ſint finitę, non poſſunt habere prędicata quidditatiua infinita, tum etiã quia definitio datur vt per illã natura rei innoteſcat, ſi autẽ infinita eſſent in definitione, non eſſet definitio cognoſcibilis. Infinitũ enim non eſt cognoſcibile, tertio Phyſico. tex. 65. ¶ At vero vt res vniuerſaliter in omnibus prędicatis innoteſcat, notandũ eſt (inquit) tripliciter aliquã prędicationẽ eſſe accidentalem. Eſt nanq; prędicatio per accidens, aut quando Pre. per accidēs ſimpliciter.
accidens prędicatur de accidente, vt albũ ambulat, aut quãdo ſubiectũ prędicatur de accidente, vt hoc magnũ eſt lignũ, aut quando accidens prędicatur de ſubiecto, vt lignũ eſt magnũ, homo ambulat. Et eſt inter has prędicationes differentia, ꝙ cũ ſubiectum prędicatur de accidenti, vt albũ eſt lignũ, non denotatur ꝙ albũ ſit ſubiectũ ligni (modus eſt loquendi Ariſtotelis, neotericis multis ignotus) qr vt aliquid ſit ſubiectum alicuius formę, requiritur aut ꝙ perpetuo fuerit ſubiectũ, vt homo eſt animal, aut ꝙ illud ſubiectũ fuerit factũ tale, vt lignum factũ eſt albũ: at vero albũ nec perpetuo fuit lignum (quia hęc nõ eſt neceſſaria, albũ eſt lignũ,) nec albũ factũ eſt lignum, ſed econuerſo, lignum factum eſt album. Unde illa, album eſt lignũ, eſt per accidens ea ratione: quia id cui accidit albedo, puta hoc lignũ, eſt lignũ. Et eadem ratione cum vnũ accidens prędicatur de alio, vt muſicũ eſt albũ, nõ eſt prędicatio per accidens, eo ꝙ accidens quod eſt muſica ſit ſubiectũ albedinis, ſed eo ꝙ id cui accidit muſica accidit albedo. Attamen, lignũ eſt albũ, eſt per accidens quia lignũ eſt ſubiectũ albedinis: quia. ſ. lignũ factũ eſt albũ: quare lignũ nõ eſt albũ, ratione alterius, ſicut album ratione huius ligni eſt lignum. ¶ Ait ergo Ariſt. ꝙ ſi licet nomina imponere, quando ſimpliciter appellauerimus prędicationem per accidens, intelligamus eam ſolum in qua accidens prędicatur de ſubiecto, vt homo ambulat: nam illa ſimpliciter eſt prędicatio, quia eſt directa. Alię vero prędicationes nõ ſunt ſimpliciter prędicationes ſed per accidẽs. i. ſecundũ quid. Ratio eſt, quia in demonſtrationibus non vtimur niſi prędicationibus directis & ſecundũ naturam: & natura rei eſt, ꝙ accidens inſit ſubiecto tanquã forma, & per cõſequens tanquã prędicatum, nõ autẽ ſubiectum accidenti, aut accidens accidenti. Cauendum ergo eſt ne quis decipiatur in verbo ęquiuoco, per accidens, accipitur enim vno modo vt diſtinguitur contra per ſe et quidditatiue, quãuis faciat prędicationẽ ſimpliciter, vt homo eſt albus, alio modo vt diſtinguitur cõtra prędicationem abſolute & ſimpliciter: et tunc tantum valet ſicut, ſecundum quid. Et ita ſupponit Ariſto. hic ꝙ quę abſolute eſt prędicatio, nõ eſt per accidens: non obſtante ꝙ abſolute & ſimpliciter prędicatio diſtinguatur ſtatim in eſſentialem et accidentalem. ¶ In ſecunda igitur particula, [Quare cum vnum,] ſubdiſtinguit prędicationem quę ſim- 2. Parti.

 pliciter

plíciter ⁊ abſolute eſt prędicatio, in prędicationẽ eſſentialem ⁊ accidentalẽ. Ait enim ꝙ cum vnũ prędicatur de vno (nam prędicatio in qua plura prędicantur de vno non cadit ſub arte) illud, ſcilicet prędicatum aut definiendo ſubiecto competit. i. aut eſt prędicatum quidditatiuum quod intrat definitionẽ ſubiecti, aut eſt quale aut quantũ. ⁊c. ¶ Et ſubdit differentiã inter huiuſmodi prędicata, videlicet, ꝙ prędicatum ſubſtantiale ſignificat id quod illud eſt (. ſ. ſubiectum). i. totum eſſe ſubiecti, vt homo eſt animal rationale, aut id quod illud eſt quoddã. i. aut aliquam partẽ quidditatis ſubiecti, vt homo eſt animal. Definitio enim dicit totam eſſentiam ſubiecti: ſed partes definitionis ſignificant quodãmodo partes ſubiecti: eo modo quo in prędicabilibus in de genere ⁊ in de differentia expoſitũ eſt. Sed prędicatũ accidentale nõ ſignificat id quod eſt ſubiectũ. Cum enim dico, homo eſt albus, non aſſero, eſſe hominem idem eſſe, quod eſſe albũ. Subdit, [Atq; ea quę non ſubſtantiam ſignificant] . i. prędicata accidentalia debent prędicari de ſubiecto. Et nõ debent eſſe quicquã albũ. i. ſubiectũ ſubſtantiale quod eſt albũ, non quia eſt aliud quicquã: quemadmodũ, homo eſt albus, non qꝛ homo eſt aliud. Quod eo dicit, qꝛ muſicũ, quãq; ſit accidens, poteſt eſſe albũ qꝛ eſt aliud quicquã: ſcilicet quia eſt Petrus cui accidit ⁊ Muſica ⁊ albedo. ¶ At vero qꝛ dixerat Ariſt. prędicatũ ſubſtãtiale eſſe id quod eſt ſuũ ſubiectũ, puta idem eſſe Petrũ ⁊ hominẽ ⁊ aĩal, ne quis obiiciat argumentũ ex ideis Platonis, quas Platonici dicebãt prędicari de ſingularibus, non tamẽ eſſe realiter in ſingularibus, ſed habere eſſe perpetuũ ſeparatũ ab illis, excludit illas ideas, quę Latine etiã dicuntur
Ualeant ſpecies. formę, dicẽs: [Formę nanq; valeant, fidiũ enim ſunt attrectationes. [Boetius vertit ſpecies gaudeant, mõſtra enim ſunt.] Litera Gręca ſic habet: [Ta gar eide chęreto, teretiſmata gar eſtin.] chęreto, eſt verbũ ſalutandi, ſignificãs, ⁊ gaudeãt, ⁊ valeant. Boetius trãſtulit in prima ſignificatione: quo caliginẽ multis offudit, vt crederẽt Ariſtotelẽ hic laudare Platonis ideas, ꝓpterea ꝙ ſunt immateriales: cũ tamẽ manifeſte velit dicere, ꝙ valeãt. i. recedãt: vt eſt illud Comicũ, valeãt q̃ inter nos diſſidiũ curãt, qꝛ nihil ad rem pertinẽt: teretiſmata eñ ſunt illa pręludia quę citharoedus anteq̃ opus incipiat pręmittit, pulſando chordas. Et ideo alij trãſtulerũt, cãtilenę eñ ſunt: ⁊ Boetius, neſcio qua ratione ductus, mõſtra eñ ſunt: ſed melius Argyropylus dixit, fidiũ attrectationes. Sunt etenim ſtrepitus illi chordarũ q̃ nihil ad muſicã pertinẽt. Et hoc eſt quod ait Ariſt. nẽpe ꝙ illę ideę aut nihil ſunt, aut nihil pertinẽt ad rẽ pręſentẽ tanq̃ prędicata de q̃bus diſputaƭ an ꝓcedãt in infinitũ.
3. Partic. ¶ In tertia particula, [Pręterea ſi nõ. ⁊c.] pręmiſſis ſuppoſitionibus accedit ad ꝓbandũ intentionẽ dialecticę. Quod facit tribus rationibus. Primo eñ probat, ꝙ nõ ſit proceſſus in infinitũ in prędicatis directis ⁊ indirectis ſimul ſumptis, per modũ circuli: ⁊ deinde ꝙ nõ ſit talis proceſſus directe aſcendẽdo aut deſcendẽdo. Et ſupponit primo, ꝙ ſi directe ⁊ ſecundũ naturã. a. prędicaƭ de. b, b. nõ prędicaƭ directe de. a. Et hoc eſt quod ait: [Si nõ hoc illius eſt qualitas ⁊ illud huius: neq; qualitatis eſt qualitas, fieri profecto nequit. ⁊c.] Qualitatẽ hic vocat nõ ſolũ accidẽs quarti prędicamẽti, ſed quãcunq; diſpoſitionẽ formalẽ q̃ directe de alio prędicaƭ: ſiue ſit in prędicatis quidditatiuis ſiue in accidentalibus. Ait ergo, ꝙ ſi aĩal, ⁊ rationale, ⁊ albũ, ⁊ alia prędicamenta ſunt prędicata directa de hoĩe, homo nõ erit prędicatũ illorũ. [Sed fit, inquit, vt verũ dicas, at nõ fit vt ecõtra prędices vere] . i. hę, hõ eſt rationalis, hõ eſt albus, fit vt ſint verę propoſitiones ⁊ ſimpliciter prędicationes, cõuertentes vero poſſunt eſſe verę propoſitiones, ſi ſint particulares, nunq̃ tñ erũt ſimpliciter prędicationes. ¶ At nihilominus admiſſis hmõi prędicationibꝰ indirectis probat, ꝙ nec in illis erit in infinitũ abire. Aut eñ prędicatũ indirecte prędicabiƭ tanq̃ accidẽs, aut tanq̃ genꝰ, aut dr̃ia, itaq; ſubm̃ ſit genꝰ aut dr̃ia prędicati: vt aĩal eſt hõ, bipes eſt aĩal. Si tanq̃ genus ⁊ dr̃ia vt dicas directe, hõ eſt bipes: ⁊ indirecte, bipes eſt aĩal: ⁊ directe aĩal eſt ſenſibile, ⁊ indirecte ſenſibile eſt corpus. ⁊c. in his iã dictũ eſt in principio huiꝰ capitis nõ eſſe proceſſum in infinitũ. Qđ probat: qꝛ oĩs talis ſubſtãtia eſt definibilis: illa vero ſubſtãtia cuiꝰ ſunt infinita prędicata eſſentialia definiri nõ poteſt, vt nos ſupra expoſuimꝰ. Si autẽ talis indirecta ꝑdicatio eſt, ſicut ſubſtãtia prędicaƭ de q̃li aut quãto. ⁊c. vt albũ eſt hõ: aut vnũ accidẽs de alio, vt muſicũ eſt albũ, iã hmõi ꝓpõnes excluſę ſunt ab arte ſyllogiſtica: qꝛ nõ ſunt ſimpliciter ꝑdicationes. Accidẽtia. n. ſcđ3 naturã ꝑdicanƭ de ſubſtãtia, ſed nõ ecõuerſo. Nec vnũ accidẽs ꝑdicaƭ de alio, ꝓprie. Et hoc eſt qđ dixerat, q̃litatis nõ eſt q̃litas, qꝛ qualitas nõ ineſt ꝓprie accidẽti tanq̃ ſubiecto: ſed ſi cõcediƭ, muſicũ eſt albũ: qꝛ vtrũq; accidẽs ineſt eidẽ ſubõ, ⁊ quãuis q̃litas inſit quãtitati tanq̃ ſubõ, quo, eſt qꝛ tã qualitas q̃ quãtitas inſunt ſubſtãtię tãq̃ ſubiecto, quod.
¶ In quarta particula, [Sed nec verſus ſupera.] Subdiƭ ſcđa rõ dialectica, qua probƭ nec in prędicatis directis eſſe in infinitũ abire. Supponit eñ primo, ꝙ cũ vnũ de vno prędicaƭ, prędicatũ ſe habet reſpectu ſubiecti, aut tanquã quale quid, aut tanquã quantũ qđ, aut tanq̃ vnũ aliud nouẽ prędicamẽtorũ accidẽtiũ, aut tanq̃ vnũ eorũ q̃ ſunt in ſubſtãtia, . i. in eſſentia rei puta, genus, aut dr̃ia. Scđo ſuppõnit ex iã mõ dictis, ꝙ gña ⁊ dr̃ię ſunt finita. Et tertio ſupponit, ꝙ prędicamenta accidentiũ ſunt finita, vt numerata ſunt in prędicamẽtis. Et quarto ſupponit, ꝙ hic nõ loq̃mur de prędicatione vbi plura prędicanƭ de vno: qꝛ prędicata cõplexa poſſunt ſecundũ partes multis modis multiplicari. Et quinto ſupponit etiã ex dictis, ꝙ loquimur de prędicatiõibus ſimpliciter, puta in qua prędicaƭ genus aut dr̃ia, aut accidẽs de ſubõ: ſiue ſit accidẽs per ſe vt ꝓpria paſſio, ſiue accidẽs cõe: qꝛ vnũ accidẽs nõ eſt ſubm̃ alteriꝰ. Hinc format virtualiter hãc rationẽ: Aut eſſet proceſſus in infinitũ deſcẽdendo aut aſcendẽdo: neutrũ iſtorũ: ergo. Probaƭ maior. In prędicatis directis accidẽtia debẽt prędicari de prędicatis quidditatiuis ſubſtãtię, ⁊ inter prędicata ſubſtãtię ſuperiora debẽt prędicari de inferioribꝰ: vt patet ex prima ſuppoſitione. Sed in ꝑdicatis quidditatiuis ſubſtãtię deſcendẽdo nõ eſt proceſſus in infinitũ (quę erat ſecũda ſuppõ) nec prędicata accidẽtalia ſunt infinita, vt dicebat tertia ſuppoſitio: ergo, in prędicatis q̃ddiratiuis nõ eſt deſcẽſus infinitus. Exẽpli grã. Si dicas ſubſtãtia eſt q̃lis, quãta. ⁊c. cũ ſint ſolũ nouẽ prędicamẽta nõ poſſũt eſſe ꝑdicata infinita: ꝙ ſi ſubſumas, oĩs ſubſtãtia eſt q̃lis, corpus eſt ſubſtãtia, ergo corpꝰ eſt quale: ⁊ rurſus ſi ſub ly corpus, ſubſumas, aĩal, ⁊ ita deſcendẽdo, nõ deſcẽdes in infinitũ, ſed ſiſtes in Petro. Sed ꝙ nec ſit aſcẽſus verſus ſupera, . i. aſcendẽdo, probat: qꝛ neutra. i. nec ꝑdicata eſſentialia nec accidentalia ſunt infinita. Et ita cõcludit hũc eſſe vnũ modũ probãdi, ꝙ nec aſcendẽdo nec deſcendẽdo ſit ꝓgreſſus in infinitũ. ¶ In q̃nta ꝑticula, [aliꝰ aũt] ſubiũgit aliũ modũ ꝓbãdi etiã dialecticũ. Supponit eñ primo omnẽ ꝓpoſitionẽ mediatã eſſe demõſtrabilẽ. Et mediatã appellat de cuiꝰ ſubõ aliud priꝰ dr̃, vt homo eſt corpus, de cuius ſubõ prius dr̃, aĩal,



animal, per qđ, corpus, demõſtratur de homine. Secundo ſupponit, ꝙ ad propoſitionẽ demonſtrabilẽ, non poſſumus eſſe melius diſpoſiti, q̃ ſi illã ſciamꝰ: ⁊ ad principiũ autem immediatum poſſumus eſſe melius diſpoſiti. Nam propoſitionẽ demonſtrabilẽ cognoſcimus per ſcientiam, principiũ vero immediatũ, per intellectũ, qui eſt melior habitꝰ. Tertio ſupponit ex ſecundo capitulo, ꝙ niſi ſciamus aut intelligamus principia demonſtrationis, non poſſumus cõcluſionẽ ſcire. Niſi forte ſm̃ quid ex aliquibꝰ ſuppoſitis ⁊ admiſſis a rñdente diſputationis gratia: vel ſicut ꝓſpectiuus ex ſuppoſitis ⁊ receptis a geometra demonſtrat. Tunc arguit Ariſt. Omnis propoſitio mediata eſt per aliqua principia demõſtrabilis ⁊ ſcibilis: ⁊ nõ põt ipſa ſciri niſi oĩa eius principia ſciantur: ergo neceſſe eſt omnia eiꝰ p̃ncipia ſciri: ſed infinita non poſſunt ſciri, vt ipſe docet. 1. ⁊. 3. phyſi. ergo principia debẽt eſſe finita, ⁊ per ꝯñs nõ
Tex. 36. proceditur in infinitum. ¶ In text. 36. [Reſolutiue autem] probat eandem cõcluſionẽ argumento ſumpto ex propria ratione demonſtrationis. Rationes enim ſuperiores dialecticę ſunt cõmunes omnibus prędicatis tam eſſentialibus q̃ accidentalibus: demonſtratiuę vero ſolũ procedunt ex propoſitionibꝰ quę ſunt per ſe. Ait ergo Ariſtot. ꝙ reſolutiue. i. ex proprijs rationibus demonſtrationis breuius ⁊ perſpicatius oſtẽdetur, nec ſurſum nec deorſum in infinitum abire demonſtrationem. Et format hanc rationem, Omnis demõſtratio procedit ex propoſitionibus per ſe aut primo modo, puta in quibus prędicatum eſt de ratione ſubiecti: vt homo eſt animal, numerus eſt multitudo: aut ſecundo modo, puta in quibus ſubiectum eſt de ratione prędicati, vt homo eſt riſibilis, numerus eſt par vel impar: ſed neutra iſtorum prędicatorum ſunt infinita: ergo. Probatur minor et primo in prędicatis ſecundis, ſcilicet in proprijs paſſionibꝰ, dupliciter. Ipſe ponit exẽplum de numero cuius paſſio eſt par vel impar: ponamus nos de homine ⁊ riſibili. Si ſit abire in infinitum in paſſionibus, tunc ſicut riſibile prędicatur de homine in ſecundo modo perſeitatis, ita ſecunda paſſio prędicabitur de riſibili, ⁊ tertia de ſecunda ⁊c. ⁊ per conſequens riſibile erit de definitione ſecundę paſſionis, ⁊ ſecũda de definitione tertię ⁊c. tunc ſic riſibile eſt de definitione ſecundę paſſionis: ergo homo, qđ eſt de definitione riſibilis, erit etiam mediate de definitione ſecundę paſſionis ⁊ per cõſequens tertię ⁊ ſequẽtium: ſed iam probatum eſt ea quę intrant definitionẽ nõ eſſe infinita: ergo in huiuſmodi paſſionibus nõ eſt proceſſus in infinitum. ¶ Secundo id cõfirmatur ibi [At vero neceſſe eſt] Eſto per impoſſibile dareƭ huiuſmodi proceſſus infinitus in paſſionibꝰ, nõ tñ eſſet proceſſus prędicandi ſecũdũ, ſub ⁊ ſupra, de q̃ hic diſputaƭ: nam vt cap. 15. dictũ eſt oẽs paſſiones cõuertibiliter prędicanƭ de ſubiecto. Probat deinde ſecundã partẽ minoris: videlicet ꝙ nec ſit proceſſus infinitus in primo mõ dicẽdi per ſe, vbi ait [nec itẽ ea] nam in primo modo dicendi per ſe ſolum ſunt propoſitiones in quibus ꝑdicatũ eſt de definitione ſubiecti: ⁊ iam ſępe repetitum eſt ea q̃ intrant definitionẽ non eſſe infinita. ¶ Nõ fecit mẽtionẽ de tertio ⁊ q̃rto modo ꝑ ſe, quia illi vt. 4. cap. dictum eſt, non ſunt modi prędicandi: ſed tertius eſt modus per ſe eſſendi, ⁊ quartus per ſe cauſandi. ¶ Concludit tandem, ꝙ ſi nec aſcendendo nec deſcẽdendo eſt proceſſus in infinitum, ſit vt neq; inter infimum ſubiectũ ⁊ ſupremum prędicatum ſint infinita media, quod cap. 16. ſatis monſtratũ eſt. ¶ In ſecunda particula textus, [Qđ rurſus.] Ex dictis ⁊ maxime ex vltima ꝯcluſione immediate p̃cedẽti infertaliqua eſſe p̃ma principia demonſtrationũ, ⁊ per cõſequens non oĩm eſſe demõſtrationẽ, vt aliqui philoſophi dicebant quorũ cap. 5. meminit. Subdit rationẽ [Etenim ſi p̃ncipia inquit ſint] illa non ſunt demonſtrabilia, nec erit proceſſus in infinitum in demõſtrationibus. ¶ Quod adhuc noua ratione cõfirmat, quę talis eſt. Dicere ꝙ nullum eſt primũ principiũ, aut ꝙ demõſtrationes in infinitum abeãt, tantũdẽ eſt ac ſi dicatur, ꝙ nulla eſt propoſitio immediata, ſed iam dictũ eſt aliquas eſſe immediatas propoſitiones: nam probatũ eſt inter extrema finitę diſtantię nõ mediare infinita, ⁊ per cõſequẽs dari aliqđ ꝑdicatũ qđ immediate conueniat ſubiecto: ergo falſum eſt dicere, ꝙ nullũ eſt primũ principiũ aut ꝙ demõſtrationes procedant in infinitum. Probat Ariſt. maiorẽ. Nam medium demõſtrationis nõ ſumiƭ de foris: videlicet qđ ſit extraneum extremis: ſed debet eſſe intrinſecũ vtriq; medians inter ſubiectum ⁊ prędicatum: ſicut, animal, mediat inter corpus, ⁊ hominem: ergo dicere ꝙ demonſtrationes poſſunt procedere in infinitum, eſt dicere ꝙ inter aliqua duo extrema vnius propoſitionis dantur infinita media: quod in ſuperioribus pręſertim cap. 16. probatum eſt eſſe impoſſibile.

## Quòd non ſit proceſ. in infi. in propoſitionibus mediatis.

## CAP. XIX.

DEmonſtratis autem his patet, ſi quippiam idem vt. a, duobus inſit: quibuſdã vt c. atque. d. quorum alterũ de altero aut nullo modo, aut non de quolibet prędicatur: non ſemper illud per commune aliquid ipſis competere: triangulo nanque duorum æqualium, & omniũ inæqualium laterũ, angulos habere duobus rectis ęquales, per commune competit quoddam: competit enim vt vterque eſt quædam figura, & non vt aliud quicquã. At non ſemper id ita ſe habet. Sit enim. b. per quod. a. tam ipſi. c. quàm. d. competere dicitur: patet igitur, ipſum. b. per aliud commune quippiam ipſis competere: & illud item per aliud: quare inter duos terminos infiniti termini cadent. At hoc fieri nequit, non ergo neceſſe eſt pluribus idem per aliquod commune ſemper ineſſe, ſiquidem ſint interualla quæ medio vacant.

Tex. xxxviij. ¶ Terminos tamen eodem in genere & indiuiduis ex eiſdem neceſſe eſt eſſe, ſiquidem ipſum commune rationem eorũ, quæ per ſe competunt, ſubit. Fieri nanque poteſt, vt ea quæ demonſtrantur, ad aliud genus ex alio migrent ac tranſeant, vti diximus. Patet etiã, cũ a. competit ipſi. b, atque eſt aliquod medium, tum. a. poſſe oſtẽdi ipſi competere. b. Atque huius hæc erunt, & totidem elementa quot media



ſunt.

ſunt. Propoſitiones enim eæ quę medio vacant, elementa ſunt aut omnes, aut eæ quæ vniuerſales ſunt. Quòd ſi nullum ſit medium, non eſt alterius demonſtratio: ſed hæc eſt ea via, qua acceditur ad principia. Similiter fit & ſi. a, non competit ipſi. b. Nam ſi eſt mediũ aliquod aut prius, cui non competit ipſum. a, eſt ſine dubio demõſtratio: ſi verò non eſt, nulla eſt demonſtratio. Atque quot ſunt termini, tot ſunt elemẽta principiáve. Propoſitiones enim quæ ex hiſce conſtant, ipſius ſunt demonſtrationis principia. Et vt quædam principia ſunt indemonſtrabilia, hoc pacto: hoc eſt illud, & illud ineſt huic: ſic & hoc modo: hoc non eſt illud, & illud non ineſt huic: quare quædam eſſendi quippiam, quædã non eſſendi principia erunt. Cùm autem oſtendendum quippiam eſt ſumendum eſt quippiã, quod primùm de ipſo. b. prædicatur: ſitque id c. de quo ſimiliter ipſum dicitur. a. Atque hoc modo ſemper proficiſcenti, nulla propoſitio tibi, nullusque terminus affirmãdus extra ipſum a. ſumuntur in probando: ſed mediũ ſemper dẽſatur, quouſque indiuiſibilia & vnum fiant. Eſt autem tunc vnum, cùm fuerit vacans medio interuallum, ac vna ſimpliciter propoſitio, quæ quidem medio vacat. ¶ Atque vt cæteris in rebus principium ſimplex eſt, idq; non eſt idem vbique, ſed in pondere quidem eſt mina, in modulatione verò primus ſenſibilis ſonus, & in alijs aliud: ſic in ratiocinatione quidem vnum vacans medio propoſitio eſt, in demõſtratione verò & ſcientia intellectus. In affirmatiuis igitur ratiocinationibus nihil extra id quod ineſt atq; competit, cadit: in negatiuis autem, vbi quidem eſt id quod ineſſe oportet, nihil extra hoc cadit. veluti ſi. a. per. c. non competat. b: nam ſi. c. quidem cuilibet inſit. b, ipſum autem. a. nulli competat. c: rurſusque ſit. a. nulli competere. c. demõſtrandum, medius inter hæc ipſa ſumendus eſt terminus: atque hoc modo ſemper pergẽdum. Quòd ſi ſit ipſum. d. nulli. e. competere demonſtrandum, hoc pacto, vt. c. cuilibet quidẽ. d, nulli verò vel nõ cuilibet inſit. e, nullus extra ipſum e. terminus vnquàm cadet. Hoc autem eſt, id cui ineſſe oportet. At in tertio modo, nec id à quo negare, nec id quod negare ſeiungereque oportet, terminus ſumendus vnquàm egreditur.

EX his quę hactenus de reductione mediatorũ principiorum ad immediata dicta ſunt, infert Ariſ. in hoc. 19. cap. quatuor corollarias cõcluſiones. Atqui in diuiſione Cõmentatoris cap. hoc duos habet textus: ſane trigeſimũ 1. Cõcluſio ſeptimum ⁊ trigeſimum octauum. In trigeſimo ſeptimo infert Ariſtot. ex dictis hanc cõcluſionem: ꝙ ſi aliqua paſſio ɔueniat duabus diſtinctis ſpeciebꝰ, quę de ſe aut nullo modo aut non vniuerſaliter prędicantur, debet illis cõuenire per aliquod medium conueniens vtriq;, non tñ proceditur in infinitum, ſed deueniẽdum eſt ad aliquod primũ cui per ſe primo cõueniat. Exempli gratia. Senſibile, ɔuenit homini ⁊ equo, quę de ſe nullo modo prędicantur, et riſibile, homini ⁊ maſculo, quę de ſe non vniuerſaliter prędicantur: q2 nõ omnis homo eſt maſculus. Cõuenit ergo ſenſibile homini ⁊ equo per definitionem animalis cõmunem vtriq;: ⁊ riſibile conuenit maſculo per definitionem hominis. Tamen ſenſibile per ſe primo ɔuenit animali aut eius definitioni. Exemplum Ariſto. eſt. Habere tres angulos ęquales duobus rectis, conuenit iſoſceli ⁊ ſcaleno per definitionem triãguli, cui per ſe primo cõuenit illa definitio. Et probat ꝙ non ſit procedere in infinitũ: nam ſit. b. medium, per quod. a. paſſio, tam ipſi. c. ꝙ̃ d. competere dicitur, ſi ipſum. b. per aliud medium cõpetit. c, ⁊ ſic in infinitum, dabũtur inter. a. ⁊. c. infinita media: contra id qđ hactenus determinatum eſt. ¶ In textu. 38. [Terminos tamen.] ſunt quinq; Text. 38. particulę. In prima excludit quandã obiectionem ad proximam concluſionem. Poſſet enim quis obijcere, ꝙ talis paſſio poteſt demõſtrari de dictis ſpeciebus per infinita media multiplicata accidentaliter ⁊ extranee, vt ſi diceremus, ꝙ eſſe ſenſibile cõuenit homini ⁊ equo, non ſolum q2 ſunt animalia, ſed q2 habent quantitatem ⁊ q2 habent colorem ⁊c. Reſpondet ergo, ꝙ medium ⁊ termini. ſ. extrema debẽt eſſe in eodem genere ⁊ in eiſdem indiuiduis. Indiuidua vocat extrema immediata quę. ſ. non poſſunt diuidi per terminum mediũ. At ꝙ debeat medium eſſe in eodem genere, patet quia debet demonſtratio procedere ex propoſitionibꝰ per ſe, nec trãſeundum eſt de genere in genus, vt cap. 7. tex. 20. declaratum eſt. In ſecunda particula, [Patet etiam] infert ſecundam concluſionem, ꝙ cũ eſt aliqua propo 2. Cõcluſio ſitio mediata illa eſt demõſtrabilis per illud mediũ, ⁊ quod ſunt media inter illa extrema, tot erunt demõſtrationes. Propoſitiones autem quę medio vacant ſunt veluti prima elementa quę nõ poſſunt diuidi per aliud medium: vt homo eſt qualitas, demõſtrabitur per medium corpus: ⁊ homo eſt corpus, per medium animal: ⁊ homo eſt animal, per animal rationale: ⁊ ſic deuenitur ad hanc immediatam, homo eſt animal rationale. Ait verò omnes immediatas eſſe elementa aut ſaltem immediatas vniuerſales: q2 ſingularis, vt Petrus eſt homo, non cenſet principium demonſtrationis. Aut forſan appellat vniuerſales propoſitiones per ſe notas, quę ſunt velut prima elementa. ¶ In tertia particula, [Similiter fit.] idem oſtẽdit in propoſitionibus negatiuis: quia enim hęc, nullus homo eſt qualitas, eſt immediata, demonſtrabitur per omnia media puta per animal, nullũ animal eſt qualitas: omnis homo eſt animal: ergo. Et maior, nullũ animal eſt qualitas, demonſtrabitur per corpus: ⁊ corpus, per ſubſtantiam: quoadusq; veniatur ad hãc immediatam, nulla ſubſtãtia eſt qualitas. ¶ In quarta particula, [Cũ autem] infert tertiam cõcluſionem, qua oſtenditur 3. Conclu. quà arte vtendum nobis ſit in reſoluendis propoſitionibus mediatis. Ait enĩ ꝙ cum fuerit aliqua propoſitio mediata: vt omne. c. eſt. a, ſcilicet, omnis homo eſt ſubſtantia, tunc ſumendum eſt. b. medium qđ primo cõueniat ipſi. c, vt animal: ⁊ ita aſcendẽdo per terminos immediatos nullus terminus ſumet extra. a, id eſt ſuperior ad maiorem extremitatem: quæ ſupergrediatur illam: ſed ſemper denſatur (inquit) medium quouſq; indiuiſibilia ⁊ vnũ fiant. Denſari Denſari. mediũ, vt cap. 11. dictum eſt, eſt ꝙ ꝓpoſitio fiat immediatior



mediatior quaſi extrema magis inuicem appropinquent: vt commodis illic exemplis id elucidauimus. Exempli gratia. Si demõſtres, ꝙ homo eſt ſubſtantia, per aial: ⁊ animal eſt ſubſtãtia, per corpus animatum: ⁊ corpus aĩatũ eſt ſubſtãtia, per corpus, vides quõ extrema magis ac magis appropinquant, quoadusq; venitur ad hanc immediatam ⁊ indiuiſibilẽ, 5. Cõcluſio corpus eſt ſubſtãtia. ¶ In quinta particula, [Atq; vt Mẽſura. cęteris] artificioſe explicat Ariſto. prima principia demonſtrationũ, per ſimilitudinẽ ad primas menſuras in alijs rebus. Docet nanq;. 10. metaphy. tex. 2. menſuram in omni genere eſſe quid indiuiſibile, vt vnitas in numero, tonus in muſica ⁊c. Ait ergo, ꝙ quemadmodũ in pondere mina ceu mna eſt menſura, in modulatione vero ſenſibilis ſonus. i. tonus minimus qui ſentiri poteſt, ſic in ratione quidem. i. in ſyllogiſmo dialectico primum elementum eſt propoſitio immediata. ſ. quę caret medio per quod probetur: in demonſtratione vero primum principium eſt intellectus, hoc eſt, propoſitio per ſe nota, cuius aſ- Mna. ſenſus nuncupatur intellectus. ¶ Pro, mina, Boetius vertit, vncia. Gręce tamẽ eſt, mna, ſeu mina quę Latine eſt libra, pauloue maior: continet enim dimidiã vnciã ſupra duodecim. Et quia libra, vt eſt inter minora pondera maximum, ita eſt inter maiora minimum, ponitur exempli gratia, pro indiuiſibili mẽ- 4. Cõcluſi. ſura. ¶ Concludit ergo per modũ epilogi quartã cõcluſionem, videlicet, ꝙ in demõſtrationibus affirmatiuis medium non cadit extra id quod ineſt: id eſt, non ſumitur medium qđ ſit ſuperius ad maiorem extremitatem quę demõſtratur ineſſe minori. Hoc enĩ eſt. a. eſſe extra. b, qđ eſt excedere ⁊ ſupergredi illud Extra eſſe. aſcendendo. Et quia affirmatiua vniuerſalis vt ſupra dictum eſt cap. 12. tex. 32. non poteſt demonſtrari niſi in prima figura, vbi maior extremitas debet prędicari in maiori de medio diſtributo, fit vt mediũ non cadat extra maiorem extremitatem: ſed medict interambas. [In negatiuis autem (inquit) vbi quidem eſt id quod ineſſe oportet (id eſt in pręmiſſa affirmatiua) nihil extra hoc (ſcilicet medium) cadit] id eſt, extremitas nõ eſt extra medium tanꝙ̃ ſuperiꝰ exuperans ipſum. Et ratio eſt: quia ſi negatiua concludatur in modo euidenti primę figurę, minor debet eſſet affirmatiua, ⁊ per conſequens mediũ quod illic prędicatur, debet eſſe aut conuertibile aut ſuperius ad minorem extremitatem. Si autem debeat concludi in ſecunda figura, tunc ſiue maior ſiue minor ſit affirmatiua, cum medium vtrobiq; ſit prędicatum, debet etiam proinde eſſe conuertibile aut ſuperius ad extremitates. Exemplum tamen qđ ſubdit Ariſtot. eſt difficile quod omnes expoſitores diſcruciat. Ait enim, ꝙ ſi demonſtrandum ſit. d. nulli competere. e, ſcilicet, nullum. e. eſt. d, per hoc ꝙ. c. cõpetat omni. d. ⁊ nulli. e, ſcilicet omne. d. eſt. c, nullum. e. eſt. c: ergo nullum. e. eſt. d. in Cameſtres. tunc nihil erit extra. e, id eſt, medium non erit ſuperius ad minorem extremitatem. ¶ Hoc tamẽ videtur repugnare regulę ſuperiori, videlicet, ꝙ extremitas non debet ſuperare medium in prima ⁊ ſecunda figura: ſed potius medium eſt ſuperius ad extremitates. ¶ At vero nihil repugnantię eſt. Imo vtrunque eſt neceſſarium in ſecunda figura. ſ. ꝙ in affirmatiua medium ſit conuertibile aut ſuperius ab ſubiectum, ⁊ in negatiua non ſit ſuperius: nam alias negatiua vniuerſalis erit falſa: ergo pro. d. dicito homo: pro. e. lapis, ⁊ pro. c. animal, ⁊ fiet ſyllogiſmus, omnis homo eſt animal: nullus lapis eſt animal: ergo nullus lapis eſt homo. ¶ Et per hoc clareſcit vltimum exemplum Ariſto. de tertia figura. Cuius litera ita eſt ordinanda: In tertio modo (id eſt in tertia figura (terminus ſumendus (id eſt mediũ) nunꝙ̃ egredietur, id eſt nunquã erit ſuperius ⁊ excedens, id a quo negari oportet, id eſt ſubiectum concluſionis, nec id quod negare oportet. i. prędicatum. Et ratio eſt, quia medium in tertia figura in vtraq; pręmiſſa debet eſſe ſubiectum: ⁊ ideo debet eſſe conuertibile aut inferius ad vtranq; extremitatem: alias eſſet prędicatio indirecta, quę ab arte demonſtratiua exploſa eſt, ⁊ ſi pręmiſſa eſſet vniuerſalis eſſet falſa. Formandus ergo eſt ſyllogiſmus negatiuus in tertia figura hoc modo, nullus homo eſt lapis: omnis homo eſt animal: ergo animal non eſt lapis. Nec puto hic alia latere myſteria quę ex horum in conſideratione ſolent hic expoſitores diuinare. ¶ Haud neſcio, aliqua hinc reſtare dubia quę poſſemus in quęſtionem reuocare: ſed video opus amplius, ꝙ̃ putaram augeri: ob idq; ſatius exiſtimo nonnulla reſcindere.

## De demonſtratione vniuerſali & particulari.

## CAP. XX.

CVMꝰ autem demonſtrationũ alia vniuerſalis, alia particularis ſit: & alia affirmatiua, alia negatiua: ambigitur, vtra ſit præſtabilior: ac eodem modo de ea quæ rectè demõſtrare, & de ea quæ reducere ad impoſſibile dicitur, quæri poteſt. (Textus XXXIX.) Primùm igitur de vniuerſali & particulari, deinde de affirmatiua negatiuaque, & poſteà de recta & deducente ad impoſſibile demonſtratione determinauimus. Forſitan itaq; cuipiam hoc pacto conſideranti, particularis præſtabilior vniuerſali videbitur. Nam ſi ea demonſtratio qua magis ſcimus, eſt præſtabilior (hæc enim ſanè demonſtrationis eſt virtus, atque magis vnumquodque tum ſcimus, cùm ipſum per ſe quàm cùm per aliud ſcimus: ceu muſicum Coriſcum tum ſcimus magis, cùm percepimus Coriſcum eſſe muſicum, quã cùm cognoſcimus hominem eſſe muſicum: & in cæteris ſimiliter) vniuerſalis autem oſtendit quippiam non vt ipſum eſt, ſed vt aliud: veluti triangulum duorum æqualium laterum angulos habere duobus rectis æquales, non hoc ſanè quod duorum eſt æqualium laterum, ſed quod triangulus eſt, particulari demonſtratione cuipiam ineſſe quippiam vt ipſum eſt oſtendere: ſi igitur ea demonſtratio præſtabilior eſt quæ per ſe quippiam demonſtrat, & particularis eſt talis, ipſa demonſtratio particularis magis nimirum demonſtratio ac præſtabilior quã vniuerſalis eſſe videbitur. ¶ Præterea ſi vniuerſale quidem non ſit pręter res ſingulas quicquam, demonſtratio autem opinionem efficit eſſe aliquid id de quo demonſtrat, vt quadam in ratio-

ne

ne rerum talem eſſe naturam: ceu trianguli circa ſingulos, figuræ circa ſingulas, numeri denique circa ſingulos. ¶Atque ea demonſtratio quę circa id verſatur, quod eſt in ratione rerum, ea eſt demonſtratione præſtantior quæ circa id verſatur, quòd rationem eorum quæ ſunt egreditur eaque rurſus per quam non efficitur error, præſtantior eſt ea per quam error efficitur: vniuerſalis autem talis eſt demonſtratio, quod quidem intueri licet, cùm rationum ſimilitudo mutato ordine demonſtratur (nam id inquiunt quod eſt quid tale, ſimilitudinem mutato ordine rationũ ſubibit, quod quidem neque linea neque numerus eſt, neque ſolidum neque planum, ſed præter hæc aliud quiddam) ſi igitur hæc demonſtratio vniuerſalis eſt magis, & eſt de eo quod minus eſſe videtur, quàm id de quo particularis demonſtrat, atque opinionem efficit falſam: vniuerſaliss profectò demõſtratio inferior erit longè particulari. ¶An harum altera ratio non magis eſt de vniuerſali, quàm de particulari? Nam ſi duobus rectis æquales habere, non hoc ei triangulo competit, qui duorum eſt æqualium laterum, quo eſt talis ſed quo triangulus eſt: is qui ſcit illud ipſi competere, quo duorum eſt æqualium laterum, minùs profectò ſcit cuinam quatenus ipſum eſt competit, quàm qui ſcit idem eidem ea ratione competere, qua triangulus eſt: atque omninò ſi illud non eo triangulo competit quo triangulus eſt, deinde quiſpiam idipſum oſtendit, non erit ipſius vtiq; demonſtratio. Sin verò triangulo competit vt triangulus eſt, is magis profectò ſcit, qui illud triangulo quo triangulus eſt percipit competere. Eadem eſt & in cæteris ratio. Si igitur triangulus ad plura ſeſe extendit, ratioque eſt eadem, & non ſolo cõmunis eſt nomine, atque cuiuis inſunt triangulo tres anguli duobus rectis æquales: non ſanè triangulus vt duorum eſt æqualium laterum, ſed econtrà, qui duorum eſt æqualium laterum: vt triangulus eſt tales angulos habet. Quare qui ſcit vniuerſaliter, is magis ſcit vt quodque cuique cõpetit quã is qui particulariter ſcit: vniuerſalis igitur demõſtratio præſtabilior eſt demonſtratione particulari. ¶Pręterea ſi vniuerſale vna quædam ſit ratio, & non ſolo commune nomine, non minus erit quàm res nonnullæ particulares. Quin etiam magis erit, ac tanto quanto in illis ſunt ea quę nõ intereunt: particularia autem magis occidunt. ¶Præterea, nulla prorſus neceſſitas cogit ideò præter hæc aliquid hoc eſſe putare, quia vnum ſignificat, non enim id in ipſo magis quàm in alijs compelleret, quæcunque non ſubſtantiam, ſed quantum aut quale cæteraque ſignificant talia. Quòd ſi putatur, non demonſtratio ſanè, ſed is qui audit huius eſt cauſa. ¶Præterea ſi demonſtratio quidem eſt ratiõcinatio cauſam oſtendẽs & propter quid eſt, vniuerſale autem magis eſt cauſa: nam cui per ſe quippiam in eſt, id ſibiipſi eſt cauſa: atqui vniuerſale primum eſt: ſanè ergo cauſa vniuerſale eſt: demonſtratio nimirum vniuerſalis præſtabilior demõſtratione particulari eſt: eſt enim magis cauſæ, & ipſius propter quid eſt. ¶Præterea vſque ad hoc propter quid quærimus, tuncque ſcire arbitramur, cùm non eſt aliquid aliud quàm hoc, ob quod aut fit aut eſt quippiam. Sic enim ipſum extremum iam finis ac vltimum eſt: veluti gratia cuius acceſſit, vt argumentum accipiat. Et hoc gratia cuius: vt reddat id quod mutuò cepit ac debet. Et hoc item gratia cuius? vt non iniuriam faciat. Et ſic euntes cùm non eſt ob aliud vlterius, nec eſt aliud cuius gratia, tum ob ipſum vt finem acceſsiſſe, & eſſe, ac fieri dicimus: & tum maximè ſcire propter quid acceſsit putamus. Quòd ſi cunctis in cauſis ita res ſe habet, & cùm propter quid quæritur: in his autem quæ ſic ſunt cauſæ, vt harum gratia cætera ſint & fiant, hoc ſcimus maximè pacto: & in cæteris tum maximè ſcimus, cùm non vlterius hoc eſt, quia aliud eſt. Percepto igitur hoc, angulos externos quatuor rectis æquales habere: quia duorum eſt æqualium laterum, reſtat quærere, ꝓpter quid hoc eos angulos habet: atque cognito quia triangulus eſt, reſtat itẽ quærere, propter quid hoc eos triangulos habet? quos ſi percipiamus quia eſt figura quæ rectis ex lineis conſtat, cui quidem nõ propterea quòd aliud quippiam eſt, anguli competunt dicti: tum profectò maximè ſcimus, ac etiam tum vniuerſaliter ſcimus: demonſtratio igitur vniuerſalis præſtabilior eſt longè particulari. ¶Præterea demonſtratio quò particularis eſt magis, eò magis in infinitum incidit: quò verò vniuerſalis magis, eò ad ſimplex ac ipſum vltimum pergit: at res quò ſunt infinitæ, eò nequeunt ſciri: quò verò ſunt finitę, eò ſub ſcientiam cadunt: quibus efficitur, vt res quò ſunt vniuerſales, eò magis ſub ſcientiam cadunt, quàm hoc ſanè quò ſunt particulares: vniuerſalia igitur ſunt demonſtrabilia magis. At eorum magis eſt demonſtratio, quæ ſunt demonſtrabilia magis: nam ea quæ referuntur ſimul, ſunt talia magis: vniuerſalis igitur demonſtratio præſtabilior eſt longè particulari, cùm ſit & magis, vt probatum eſt, demonſtratio. ¶Præterea ſi ea demõſtratio magis eſt expetenda, per quam hoc & aliud ſcitur, quàm ea per quam hoc ſolùm percipitur: iſque qui habet vniuerſale, ſcit & particulare & non econtrà, patet vniuerſalem demonſtrationem expetendam eſſe magis, & pręſtabiliorem hoc quoq; pacto quam




demon-



demonſtrationem particularem. ¶Inſuper vniuerſaliter magis demõſtrare, nihil aliud eſt quàm per id oſtendere medium, quod principio propinquius eſt. Propinquiſsimum autem id eſt. quòd vacat medio: atque hoc eſt principium: ſi igitur demonſtratio, quæ conficitur ex principio, vel ex magis principio, exactior eſt ea quæ non ex principio, vel ex minùs principio, proficiſcitur, atque talis eſt ea quæ magis vniuerſalis eſt demonſtratio: vniuerſalis profectò demonſtratio præſtabilior eſt demonſtratione particulari: veluti ſi demonſtrare oporteat. a. competere. d, mediaque ſint. b. atque. c, &. b. ſit ſuperius ipſo. c, ea ſanè demonſtratio quæ per. b. medium conficitur, magis erit vniuerſalis quàm ea quę per mediũ c. extruetur. At enim harum rationum nonnullæ differendi ſubeunt modum, maximè autem inde patet, vniuerſalem magis præſtabilem eſſe: nã cùm propoſitionem priorem habemus, poſteriorem quoque tum quodammodò ſcimus, potentiaque habemus: velut ſi quis omnem triangulum ſcit duobus rectis æquales habere, eum quoque qui duorum eſt æqualium laterum ſcit quodammodò, potentiaque duobus rectis æquales habere, & ſi neſcit ipſum triangulum eſſe: ſed qui propoſitionem hanc habet, is vniuerſalem nullo ſcit modo, neque potentia neque actu. ¶Præterea vniuerſalis quidem intelligibilis eſt, particularis autem ad ipſum ſenſum vtique terminatur. Vniuerſalem igitur demonſtrationem præſtabiliorem particulari eſſe, ſatis iam per ea quæ dicta ſunt demonſtrauimus.

HOc eſt ſextum atq; vltimum membrum huius primi libri: in quo Ariſto. tandem agit de demonſtratione ⁊ ſcientia cõparatiue. Quod protenditur per octo capitula vſq; ad finem libri. Diuiditur autem in tres partes. In primis enim tribus capitulis cõparatur demonſtratio demonſtrationi: in tribus ſequentibus comparatur vna ſcientia ad aliã: ⁊ in duobus vltimis cõparatur ſcientia ad alios habitus: puta fidem, ⁊ opinionem, ⁊ ſolertiam. Atq; in diuiſione Commẽtatoris capitulum hoc vigeſimum eſt vnicus textus. 39. viſum tamen nobis eſt in tredecim particulas diſtribuendũ.

Triplex diuiſio. ¶Proponit ergo primum tres diuiſiones demõſtrationum, ſcilicet in vniuerſalem ⁊ particularẽ: in affirmatiuã ⁊ negatiuam: in directã ⁊ ad impoſſibile. De quarũ ſingulis in ſingulis capitulis diſſerit. In hoc capite intendit docere demonſtrationem vniuerſalẽ pręſtantiorẽ eſſe particulari. Ubi notandũ, q cũ oĩs demonſtratio demonſtret aliquã propriã paſſionem, ⁊ indiuidui nulla ſit propria paſſio pręter illam quę

Demõ. vniuer. ⁊ par. eſt vniuerſalis ſpeciei, ſit vt omnis demonſtratio maiorem ſaltem aſſumat vniuerſalem. Diſtinguitur ergo demonſtratio vniuerſalis a particulari ratione minoris extremitatis ⁊ cõcluſionis. Non tamen accipitur hic particulare pro propoſitione de ſubiecto non diſtributo. Sed pro propoſitione de ſubiecto ſingulari. Eſt ergo demõſtratio particularis cuius concluſio eſt ſingularis: vt omnis homo eſt riſibilis: Petrus eſt homo: ergo Petrus eſt riſibilis, ⁊ vniuerſalis quę concludit propoſitionem de ſubiecto communi. Reſpectiue tamen illa quę concludit paſſionẽ ſuperioris ſpeciei: vt ſenſibile, de animali, dicetur magis vniuerſalis, reſpectu cuius illa quę concludit eãdã paſſionẽ de inferiori ſpecie cẽſetur particularis.

¶In tribus ergo primis particulis adducit primo tres apparentes rationes, q demonſtratio particularis ſit dignior. Prima. Illa demonſtratio eſt pręſtantior quę magis facit ſcire (nam illa eſt pręſtantior quę maiorem virtutem habet demonſtrãdi: ⁊ virtus demonſtrandi non eſt niſi virtus generãdi ſcientiam) ſed demonſtratio particularis magis facit ſcire, quã vniuerſalis: ergo eſt pręſtãtior. Probatur minor. Illa quę facit ſcire per ſe, magis facit ſcire, q̃ illa quę facit ſcire per aliud: ſed particularis facit ſcire per ſe, ⁊ vniuerſalis per aliud: ergo, particularis eſt pręſtantior. Probatur maior exemplo, cum ſcio in particulari Coriſcum eſſe muſicum, Coriſcus nomen proprium eſt, ſcio id quod per ſe conuenit Coriſco: ſed cum ſcio hominem eſſe muſicum, ſcio Coriſco poſſe cõuenire muſicam inquantum eſt homo: ⁊ ideo magis ⁊ proprius ſcio primo, quã ſecũdo modo. Sed minor probatur alio exemplo: quia demonſtratio vniuerſalis demonſtrat per rationem communẽ: vt habere tres angulos ęquales duobus rectis, conuenire iſoſceli, nõ quia eſt iſoſceles, ſed quia eſt triãgul⁹. 1. Partic.

¶In ſecũda particula [pręterea ſi vniuerſale] ſequitur ſecunda ratio. Demonſtratio opinionem facit: id eſt cognitionem, ⁊ ſciam aliquid eſſe in rerum natura, vt hominem eſſe riſibilem, ignem eſſe calefectiuũ ⁊c. ſed vniuerſalia nullum habent eſſe reale pręter ſingularia, quia nullus eſt triangulus niſi hic ſingularis: ergo demonſtratio quę cõcludit in particulari hanc naturam cõuenire huic rei, pręſtantior eſt quã illa quę demonſtrat in vniuerſali, cum propinquius attingat ad modũ eſſendi rerum. 2. Partic.

¶In tertia particula, [Atq; ea demonſtratio] ſubſequitur tertia ratio, quę talis eſt: Illa demonſtratio pręſtantior eſt, quę verſatur circa illa quę magis participant de ratione rerum ſeu de ratione eſſendi, vt vertit Boetius, ⁊ ea rurſus quę nõ poteſt eſſe cauſa errandi, quã illa quę verſatur circa illud qđ min⁹ participat de ratione eſſendi, ⁊ minus poteſt eſſe cauſa errandi: ſed demonſtratio particularis ſe habet hoc modo reſpectu vniuerſalis: ergo eſt pręſtantior. Probatur minor, vniuerſalia circa quę verſatur demõſtratio vniuerſalis, inquantum ſunt vniuerſalia, abſtrahũtur a rebus, ⁊ per conſequens minus participant de ratione eſſendi, quã ſingulare: ⁊ ideo ex illis poteſt generari error q ſint realiter ſeparata: nam propter huiuſmodi demõſtrationes vniuerſales Plato aſſeruit ideas ſeparatas. Ponit exemplum Ariſt. quod cap. 5. tex. 13. ante poſuerat, videlicet: Si permutatim ꝓportionari, quod nec eſt proprium linearum nec numerorũ, id eſt, quantitatis continuę nec diſcretę, ſed alicuius cõmunis ⁊ nominati (quod poſſumus appellare, proportionabile) demonſtraretur de aliquo, ſuſpicaretur quis illud eſſe aliquid vniuerſale ſeparatum. Tertia.

¶In quarta particula [An harum altera] molitur rationes ſoluere. Solutio primę eſt hęc, q illa nõ cõcludit inconueniens magis de vniuerſali quã particulari demonſtratione. Modus peculiaris reſpondendi Ariſto. eſt per interrogationẽ. Quinimo econtrario demõſtratio vniuerſalis magis facit ſcire: nam qui ſcit iſoſcelem habere tres angulos ęquales duob⁹ rectis, minus ſcit cui illa paſſio per ſe primo cõueniat, quã qui ſcit illã paſſionẽ cõuenire proprię rationi trianguli, quoniam iſoſceli non conue- Quarta.

nit

nit illa paſſio inquantum eſt iſoſceles, ſed inquãtum
eſt triangulus: ⁊ ſi eadem paſſio conueniret triangu
lo non inquantum triangulus eſt: qui talem paſſio-
nem demonſtraret de triangulo, non proprie ⁊ per ſe
demonſtraret. In ſumma vult dicere, ꝙ cũ demõſtra
tio ſemper demonſtret paſſionem vniuerſalem, ⁊ de-
monſtratio vniuerſalis demonſtret illã per propriã
rationem cõmunem cui per ſe primo conuenit: ma-
gis facit ſcire ꝙ demõſtratio particularis, que demõ
ſtrat eandem paſſionẽ de ſingulari, vel de aliquo in-
feriori, cui illa ratio communis nõ per ſe primo con-
uenit. ¶ Et hoc eſt qđ cõcludit. Si igitur triangulus
ad plura ſe extẽdat, non tanquã equiuocum ſed tan-
quam genus aut ſpecies, ⁊ ſingulis ſpeciebus trian-
guli cõueniat vna cõmunis paſſio, illa cõueniet per
rationem cõmunem trianguli, ob idq; demonſtratio
vniuerſalis que illam demonſtrat per talem rationẽ
cõmunem, magis facit ſcire, ⁊ per conſequens eſt di-
Quinta. gnior quã particularis. ¶ In quinta particula [Pre
terea ſi vniuerſale.] Soluit ſecundam rationem, vi-
delicet ꝙ cum vniuerſale dicat vnicã rationem com
munem, non minus participat de ratione eſſendi ꝙ
ſingularia, imo quãuis non habeat eſſe realiter niſi
in ſingularibus, tamẽ inquãtum abſtractum, eſt ma-
gis ens, qr eſt per ſe incorruptibile ⁊ perpetuũ: cum
ſingularia ſint per ſe corruptibilia, vt queſtione. 1.
Sexta. ſuper prologum Porphirij expoſitum reliquimus.
¶ In ſexta particula [Preterea nulla.] Soluit tertiã
rationem dicens, nullam eſſe neceſſitatem aſſerendi
propter demonſtrationes vniuerſales, vniuerſalia
eſſe realiter ſeparata a ſingularibus. Nullã, inquit,
maiorem neceſſitatem quã in accidẽtibus: quãuis .n.
idem ſit album ⁊ dulce, ⁊ quis demonſtret de albo
diſgregare viſum, nihil conſiderando de dulci, non
propterea negat albũ eſſe dulce: ⁊ propterea ꝙ ma-
thematicus demonſtret proprietates quãtitatis ni-
hil loquendo de ſubſtantia, non negat quantitatem
inherere ſubſtãtie. Et ita qui aliquid demonſtrat de
triangulo abſtrahendo per intellectum ab hoc ⁊ ab
illo, non aſſerit aliquem eſſe triangulum realiter a
ſingularibus ſeparatum: ſed ipſe qui hoc exiſtimat
Septima. fallitur. ¶ In ſeptima particula [Preterea ſi demon
ſtratio.] Poſtquã rationes in contrarium diſſoluit,
pergit formare ſeptem rationes ad probandum in-
tentum. Prima eſt: Illa demonſtratio eſt preſtãtior
que reddit cauſam concluſionis (nam cum ſcire ſit
rem per cauſam cognoſcere, illa facit magis ſcire) ſz
demonſtratio vniuerſalis procedit per cauſam, nam
cauſa paſſionis que demõſtratur debet eſſe ratio con
munis alicuius ſpeciei ſpecialiſſime aut ſubalterne:
Octaua. ergo demonſtratio vniuerſalis eſt preſtantior. ¶ In
octaua particula (preterea vſq;.) ſequitur ſecũda ra-
tio que eſt velut ſuperioris explicatio. Tunc vnan-
quamq; rem ſcire arbitramur cum ipſam vſq; ad vl-
timam cauſam reſoluimus: ſed hoc fit per dẽmõſtra-
tionem vniuerſalem: ergo. Exponit primo maiorem
in cauſis finalibus, vbi res eſt perſpicacior. Veluti
ſi quis querat a mercenario, cuius huc gratia venis?
quo reſpondente, vt argentum accipiat: iterum que
ratur ad quid vis argentum? ⁊ reſpondente vt mu-
tuum ſoluat, illius adhuc cauſam reſpondeat, ne in-
iuriam faciat: que cum ſit opus virtutis, eſt iam pri-
ma cauſa. Ait ergo Ariſto. ꝙ quemadmodum in hoc
caſu nõ ſcimus ſimpliciter cur iſte venit, quoaduſq;
ſciamus illum vltimum finem, ita res ſe habet in a-
lijs generibꝰ cauſarum. Probat deinde minorem vi
delicet, ꝙ hoc ſpectet ad demonſtrationem vniuerſa
lem. ¶ Vbi notandum eſt, ꝙ omnes ſexanguli trian-
guli equiualent ſex rectis, vt apparet in figura tex.
Nam .a. ⁊ .b. equiualent duobus rectis, cum fiant a
linea cadente ſuper lineam rectam: et eadem ratio-
ne .c. ⁊ .d. equiualent duobus rectis: ⁊ pariter .c. ⁊ .f.
Cum igitur tres intrinſeci equiualeant duobus re-
ctis, fit vt tres extrinſeci equiualeant quatuor, nec
hoc ſolum eſt verum in triangulo: ſed cuiuſcunq; an-
gularis figure rectilinee anguli omnes extrinſeci
equiualent quatuor rectis, vt ex. 32. concluſione Eu-
clidis colligitur. Ait ergo Ariſt. ꝙ ſi quis a geome-
tra querat an omnes anguli extrinſeci iſoſcelis equi
ualeant quatuor rectis, id affirmabit. Sed ſi quera
tur cur illi tales anguli equiualent quatuor rectis,
non reſpondebit particulariter, quia eſt iſoſceles .i.
quia habet duo latera equalia: ſed quia eſt triangu-
lus: ⁊ rurſus triangulo hoc conuenit: quia eſt figura
rectilinea. Vbi cõſtat reſolutionem cauſarum ſemꝑ
fieri procedendo ad vniuerſaliora, ⁊ per conſequens
demonſtratio vniuerſalis eſt preſtantior. ¶ In nona
particula [preterea demõſtratio.] ſequitur tertia ra- Nona.
tio, q̃ talis eſt: Demonſtratio quanto magis eſt par-
ticularis, tanto magis tẽdit ad infinita: nam indiui-
dua non habẽt numerum determinatum, ſed ratio-
ne materie poſſunt procedere in infinitum: ſicut ait
Ariſto. 6. phyſi. tex. 3. ꝙ diuiſio materialis continui
procedit in infinitum, demonſtratio vero vniuerſa-
lis tendit ad vnum ſimplex vniuerſale, quod conti-
net ſub ſe inferiora: ſed infinita non cadunt ſub ſciẽ-
tia: ergo demõſtratio vniuerſalis magis facit ſcire,
⁊ per conſequens eſt preſtantior. Et addit, ꝙ demon
ſtratio vniuerſalis eſt magis demonſtratio quã par-
ticularis: quia vniuerſalia ſunt magis demonſtrabi-
lia ꝙ particularia. ¶ In decima particula [preterea Decima.
ſi ea.] ſequitur quarta ratio. Illa demonſtratio ma-
gis eſt expetenda ⁊ eſtimanda: per quã plura ſciun-
tur, ꝙ illa per quam ſciuntur pauciora: ſed per de-
monſtrationem vniuerſalem, dum ſcitur vniuerſa-
le, ſciuntur et omnia particularia, dummodo ſcian-
tur contineri ſub tali vniuerſali, vt qui ſcit omnem
mulam ſub ratione cõmuni eſſe ſterilẽ, quacunq; ſta
tim cognita, ſcit illam eſſe ſterilem: ⁊ tamen ecõuer-
ſo qui ſcit hanc mulam eſſe ſterilem, non propterea
cognoſcit omnem mulam eſſe ſterilem, ergo demon-
ſtratio vniuerſalis preſtãtior eſt. ¶ In vndecima par Undecima
ticula [inſuper vniuerſaliter.] ſubiũgitur quinta ra-
tio que eſt huiuſmodi. Illa demonſtratio eſt preſta-
bilior que demonſtrat, aut ex primo principio, aut
ex illo quod huic eſt proximum aut propinquius: ſcz
demonſtratio vniuerſalis eſt huiuſmodi, particula-
ris vero non, ergo vniuerſalis eſt preſtabilior. Pro-
batur maior: quia cum virtus demonſtrationis ſit
facere ſcire, ⁊ nihil ſciamus niſi per reſolutionem ad
prima principia, illa certe que procedit ex immedia
tioribus erit dignior. Sed minor probatur, qr id qđ
eſt magis vniuerſale magis accedit ad primum prin
cipium quod eſt vniuerſaliſſimum: veluti ſi demon-
ſtrandum ſit .a. cõpetere ipſi .d. per .b. c. media: vt ſi
demonſtranda ſit hec, oĩs homo eſt ſubſtantia, prius
demõſtratur per, animal, deinde per, corpus, quod
cum ſit vniuerſalius, magis accedit ad ſubſtantiam,
adeo vt hec ſit immediata, omne corpus eſt ſubſtan-
tia: ſed illa demõſtratio eſt vniuerſalior que vniuer-
ſaliori medio vtitur: ergo illa preſtabilior eſt. ¶ Sub
dit Ariſto. ꝙ alique predictarum rationum ſubeunt
modum differendi .i. ſunt dialectice: potiſſimum. 3.
⁊ .4. que non vtuntur peculiari ratione demonſtra-
tionis, ſed medio communi: procedunt nãq; de qua-
cunq; cognitione, non ſolum de ſcientifica. ¶ In par Duodeci.
ticula duodecima [maxime autem.] ſequitur ſexta ra
tio que fere recedit in quartam. Qui ſcit propõſi-
tionem vniuerſalem, ſcit in potentia omnes ſingulã
res illius vniuerſalis, vt qui ſcit omnem triangulũ
habere



habere tres angulos ⁊c. ſcit in potentia iſoſcelem et
alias ſpecies habere tres angulos ⁊c. qui vero econ-
uerſo ſcit particularem non ſubinde ſcit vniuerſa-
lem: ergo ſcientia vniuerſalis eſt preſtantior, ⁊ per
Tertia decima. conſequens demonſtratio vniuerſalis per quam il-
la gignitur dignior eſt particulari. ¶ In tertiadeci-
ma particula [preterea vniuerſalis.] ſequitur demũ
ſeptima ⁊ poſtrema ratio. Demonſtratio que ad in-
tellectum terminatur preſtabilior eſt illa que termi
natur ad ſenſum, ſed vniuerſalis terminatur ad in-
tellectũ: nam demõſtrat vniuerſale, quod ſolo intel-
lectu directe cognoſcatur. Etenim ſpẽs vniuerſales
directe repreſentantes vniuerſalem non fiunt niſi
per abſtractionẽ intellectus, ⁊ ideo ſolum ſunt in in
tellectu: demõſtratio vero particularis terminatur
ad ſenſum, nam ſingularia ſolo ſenſu cognoſcuntur
directe, ab intellectu vero ſolum cognoſcuntur re-
flexe .ſ. per reflexionem ad ſingulare phantaſma. Cu-
ius ratio eſt, quia cum in intellectu nulla ſit ſpecies
niſi per abſtractionem, nulla eſt proinde illic ſingu-
laris: per vniuerſalem vero nõ poteſt intellectꝰ hoc
potius quam illud ſingulare repreſentare, niſi refle-
ctendo ſe ſupra ſingulare phantaſma, vt. 3. de anima,
Deo dante faciemus notum.

## De demonſtratione affirmatiua & negatiua.

## CAP. XXI.

AFfirmatiuam autẽ negatiuæ demõ-
ſtrationi præſtare, hinc ſanè pate-
bit. Sit enim ea præſtabilior demõ-
ſtratio (cætera modò ſint eadem)
quæ è poſtulationibus ſuppoſitio-
nibúsue, aut propoſitionibus paucioribus con-
ſtat. Nam ſi notæ ſimiliter ſint, citiùs per haſce
cognitio comparabitur, quod quidem magis eſt
expetendum, ratio autem propoſitionis huius,
præſtabiliorem eam inquam eſſe quæ ex pau-
cioribus conſtat, vniuerſaliter hæc eſt. Nam ſi
ſimiliter ſunt ipſa media nota, priora verò ſunt
notiora, ſit vna quidem demonſtratio, qua .b. c.
d. medijs, a. demonſtratur ipſi competere. e: alia
verò, qua rurſus .a. per .b. c. media ipſi .d. compete
re demonſtratur: hæ igitur, a. d. inquam & .a. e.
ſimili modo ſeſe habent, ſed .a. d. prior eſt, atque
notior. a. e: per illam enim hæc demonſtratur,
atqui id magis creditur, per quod oſtenditur a-
liud, demonſtratio igitur ea quæ ex paucioribus
cõſtat (modò ſint cætera paria) præſtabilior eſt,
vt probauimus. Ambæ igitur per tres terminos,
propoſitionéſve duas demonſtrant: verùm alte-
ra eſſe quippiam, altera & eſſe quippiam, & non
eſſe ſumit: ex pluribus ergo conſtat, quare infe
rior eſt, vt conſtat, quàm affirmatiua. ¶ Præterea
id ita eſſe patet, cùm demonſtratum ſit ratioci-
nationem eſſe nõ poſſe, ſi ambæ propoſitiones
negatiuæ ſint, ſed alteram talem, alteram affir-
matiuam eſſe oportere. ¶ Præterea inſuper hoc
ſumere oportet: nam cùm demonſtratio accre-
ſcit, affirmatiuas quidem propoſitiones neceſſe
eſt fieri plures. ſed fieri nequit, vt vlla in ratioci-
natione plures vnà ſint negatiuæ: a. nanque nul-
li competat. b, & .b. cuilibet inſit. c. Si igitur am-
bæ propoſitiones ſunt augendæ media ſunt in-
terponenda, atq; inter .a. b. ſi .d, inter .b. c. ſit .e: pa-
tet igitur, e, quidem affirmatiuè tam ſubijci quã
etiam dici: d. verò dici quidem affirmatiuè, ſubij-
ci autem negatiuè. Nam ipſum quidem de quo-
libet .b. prædicetur: a. verò nulli ipſi inſit opor-
tet. Fit igitur vna propoſitio negatiua, ipſa in-
quam .a. d. Idem eſt & cæteris in ratiocinationi-
bus modus: etenim neceſſe eſt medium quidem
id, quod inter affirmatiuæ propoſitionis termi-
nos cadit, interuallum vtrunque affirmatiuum,
alterum negatiuum efficere: quare tantùm vna
fit hæc propoſitio talis: cæteræ omnes ſunt, vt pa-
tet, affirmatiuæ. Si igitur id per quod quippiam
demonſtratur notius eſt, magiſque creditur: &
negatiua quidem per affirmatiuam demonſtra-
tur, vt patuit: affirmatiua verò, per negatiuam nõ
demonſtratur: hæc ipſa ſanè cùm prior ſit, & no-
tior, & magis credatur, præſtabilior erit ſine du
bio negatiua. ¶ Præterea ſi vniuerſalis ea propo-
ſitio quæ vacat medio, ratiocinationis eſt, vt pa-
tet, principium: atque in affirmatiua quidem af-
firmatiua, in negatiua verò eſt negatiua: conſtat
autem affirmatiuam negatiua priorem eſſe, no-
tioremve (negatio nanque per affirmationem in
noteſcere ſolet, præceditque negationes affirma-
tio, perinde ac eſſe præcedit non eſſe) affirmati-
ua profectò demõſtratio ꝓbabilior eſt negatiua:
quippe cùm principiũ ipſius ſit negatiuæ princi
pio præſtabilius: eãque præſtabiliorem eſſe opor
teat, quæ præſtabilioribus principijs vtatur. ¶ In-
ſuper antiquior eſt: nam abſq; affirmatiua nega
tiua eſſe non poteſt.

SEquitur in hoc capite
vigeſimoprimo cõparatio demonſtra-
tionis affirmatiue ad negatiuã. Quod
cum apud Commentatorem vnicus
ſit textus quadrageſimus, in quinque
tamen particulas ſecatur: nam tot rationibus Ari-
ſtoteles probat affirmatiuam demonſtrationem pre
ſtare negatiue. Prima ergo ratio eſt. Illa demon- 1. Ratio.
ſtratio eſt excellentior que ex paucioribus petitio-
nibus ſuppoſitionibuſve aut propoſitionibus, id eſt
dignitatibus procedit (nomina hec latiſſime expoſui
mus cap. 8. ſuper textum. 25) ſed demonſtratio affir-
matiua ex paucioribus huiuſmodi principijs proce-
dit quã negatiua: ergo eſt excellẽtior. Maiorem pro
bat Ariſt. dupliciter. Primo, quia licet omnia prin-
cipia eſſent eque nota, tñ per pauciora citius ⁊ faci-
lius attingimus ſcientiã: qđ maxime eſt expetendũ:
ergo demõſtratio q̃ per pauciora demõſtrat expetibi
lior ẽ. Scđo id ꝓbat vniuerſalr. Eſto principia eiuſdẽ
ordinis

ordinis ſint ęque nota.ſ.comparãdo primum primo ⁊ ſecundum ſecundo ⁊c.nihilominus quanto principium eſt prius ⁊ immediatius, tanto eſt notius, vt ex ſupradictis conſtat. Hoc ſuppoſito oſtendit maiorem hoc exemplo. Detur propoſitio mediata.a.e, ſcilicet omne.e.eſt.a.quę debet demonſtrari per tria media, ſcilicet.b.c.d:ſit vero.a.d. quę ſolum monſtratur per duo, ſcilicet.b.c:vt ſit verbi gratia.a.e. om̃is homo eſt ſubſtantia, ⁊.a.d.omne animal eſt ſubſtantia, vt.a.ſit ſubſtantia, e.homo (nam precedens litera ſemper deſignat prędicatum).d. ſit animal, c. corpus animatum, ⁊.b. corpus. Manifeſtum eſt hic, ꝙ a.d.notior eſt quã.a.e:nam vt dictũ eſt cap.2. magis ſcimus principia ꝙ cõcluſiones: ſed.a.e. demonſtratur per.a,d. vt omnis homo eſt ſubſtantia, per, omne animal eſt ſubſtantia:ergo.a.d.eſt notius, ⁊ per conſequens illa demonſtratio quę per pauciora media demõſtrat notiorem cõcluſionem concludit, quã illa quę per plura demonſtrat, atq; adeo pręſtabilior eſt. Minorem autem videlicet affirmatiuam per pauciora media demonſtrare, probat, quia licet vtraq; demõſtret per tres terminos ⁊ duas pręmiſſas, tamen affirmatiua demonſtrat per vnum genus propoſitionis.ſ. ſolum per affirmatiuas, negatiua vero demonſtrat per duo genera: quippe cuius altera prę-

2.Ratio. miſſa debet eſſe affirmatiua altera negatiua. ¶In ſecunda particula [pręterea id.] ſequitur ſecũda ratio facilis. Demonſtratio affirmatiua procedit ex ambabus affirmatiuis, negatiua vero ex vna affirmatiua:ergo affirmatiua eſt pręſtantior. Probatur conſequẽtia, quia poſtquã ex puris negatiuis nihil ſequitur, ſed in omni demonſtratione negatiua requiritur ſaltem vna pręmiſſa affirmatiua ⁊ in propoſitione affirmatiua nulla requiritur negatiua, ſignum eſt propoſitionem affirmatiuam maiorem habere virtutem ad demonſtrandum quã negatiuã:et per conſequens demõſtrationem affirmatiuam quę vtramq; pręmiſſam habet affirmatiuam, pręſtantio-

3.Ratio. rem eſſe. ¶In tertia particula [Pręterea inſuper.] ſubſequitur tertia ratio. Propoſitio affirmatiua plus ⁊ frequentius ſeruit ad reſoluendum propoſitiones mediatas ad immediatas quã negatiua:ergo eſt dignior, ⁊ per conſequens demonſtratio affirmatiua quę conſtat ex ambabus pręmiſſis affirmatiuis eſt dignior. Probat maiorẽ. Nam ſi propoſitio mediata eſt affirmatiua, debet reduci per ambas pręmiſſas affirmatiuas, ſi vero propoſitio illa mediata eſt negatiua, debet reduci per vnam ſolam negatiuam ⁊ alteram affirmatiuam. Sit.v.g.ꝙ.a.nulli competat.b, id eſt, ſit propoſitio mediata, nullum.b. eſt a, id eſt, nullum corpus animatum eſt qualitas, et, b. cuilibet inſit.c, id eſt ſit hęc mediata, omnis homo eſt corpus animatum, in Celarent, ⁊ inter.a.b. ſcilicet extrema negatiuę, mediet, d, puta corpꝰ: ⁊ inter b.c.ſcilicet extrema affirmatiuę mediet.d. ſcilicet animal. Igitur minor affirmatiua reſoluit̃ per duas affirmatiuas.ſ.omne animal eſt corpus animatum: omnis homo eſt animal:ergo. Maior vero negatiua reſoluitur per vnam negatiuam ⁊ alteram affirmatiuam.ſ. nullum corpus eſt qualitas : omne corpus animatũ eſt corpus:ergo. Et ita oſtenditur propoſitionem affirmatiuam pluſquã negatiuam reſolutioni deſeruire. Cõcludit ergo Ariſto. ꝙ ſi id per quod aliud notificatur notius eſt, et negatiua propoſitio probatur per affirmatiuam ⁊ non econuerſo, fit vt affirmatiua propoſitio ſit notior quã negatiua: ⁊ per conſequens demonſtratio affirmatiua, vtpote quę ex notioribus procedit, ſit pręſtabilior. ¶In quarta

4.Ratio. particula [pręterea ſi vniuerſalis.] ſequitur quarta ratio quę talis eſt: Illa demonſtratio eſt pręſtantior cuius primum ⁊ immediatum principium eſt pręſtantius : ſed talis eſt demonſtratio affirmatiua : ergo. Probatur minor. Principium immediatum propoſitiõis affirmatiuę eſt propoſitio affirmatiua, principium autem immediatum propoſitionis negatiuę eſt propoſitio negatiua : ſed affirmatiua propoſitio pręſtãtior eſt quã negatiua, tum qꝛ vt dictũ eſt, prior eſt ⁊ notior in demonſtratione, cũ negatiua demonſtretur per affirmatiuam ⁊ non econuerſo, tum quia quanuis vtraq; ſit in ſuo genere immediata, quia ſicut affirmatiua immediata non habet priorem affirmatiuam, ita nec negatiua immediata habet priorem negatiuam, tamen ſecundum eſſe naturę rerum affirmatio precedit negationem, ſicuti eſſe precedit non eſſe: ⁊ per affirmationem innoteſcit negatio, ſicut per poſitiuum innoteſcit priuatio. ¶Quod ſi qs arguat negationem pręcedere affirmationem: nam anteaquã mundus eſſet, verum erat dicere, mundus non eſt: ⁊ quodcũq; indiuiduum prius nõ eſt, quã ſit, ¶Reſpondetur ꝙ via generationis ex non eſſe proceditur ad eſſe: tamen id quod non eſt non produceretur niſi ab illo quod eſt : ſicut aqua non calefieret niſi ab igne qui eſt actu calidus. Et niſi deus fuiſſet ęternus, nihil produceretur. Hac de cauſa priuatio innoteſcit per habitum: vt tenebrę ſunt abſentia lucis: ⁊ cęcitas, carentia viſus. Unde de chimera quę nunquã fuit, nullam cognitionem habemus niſi per negationem rerum quas nouimus, vt ꝙ neq; ſit homo neq; equus ⁊c. ¶In quinta particula [inſuper antiquior eſt.] concluditur quinta ⁊ vltima ratio, videlicet ꝙ demonſtratio affirmatiua ſit pręſtantior, quippe antiquior ſit et natura prior, cum negatiua propoſitio dependeat ab affirmatiua per quã demõſtratur: non tamen econuerſo.

## De demonſtratione ad impoſsibile. Cap.xxij.

CVM anteã affirmatiua præſtabilior ſit negatiua, patet Textus. xlj.
rectam etiam ea præſtabiliorem eſſe, quæ ad id deducit quod fieri nequit. Atq; primò ſcire differentiam ipſarum oportet. Igitur. a. quidem nulli.b, cõpetat, b.verò cuilibet inſit.c. atq; hoc pacto negatiua recta fit demonſtratio, qua quidem.a, proceſsione recta nulli competere demonſtratur. Sed ea quæ ducit ad id quod fieri nequit, ſic ſeſe habet : nam ſi demonſtrandũ eſt, a. nulli competere.b, ſumendum eſt econtrà, cuilibet eidem ipſum competere. at.b. etiam cuilibet.c. quare fit, vt.a.cuilibet competat.c. Sit autem notum atque conceſſum, hoc minimè fieri poſſe: non ergo fieri poteſt, vt.a.competat ipſi.b, quòd ſi.b.conceditur ipſi competere.c, fieri profectò nequit vt.a.competat ipſi.b. ¶Termini igitur ordine ſimili diſponuntur, verùm differentia in propoſitionum negatiuarum cognitione conſiſtit, vtra inquam iſtarum ſit notior : vtrùm hæc, a. nulli competit. b, an iſta, a. nulli competit.c.



tit. c. cùm igitur concluſio notior eſt, tum ea ſanè ſit demonſtratio, qua deducitur in id quod haud quâquam fieri poteſt: ſed cùm ea propoſitio quæ in ratiocinatione ſumitur notior eſt, tũ recta nimirùm efficitur demonſtratio. ¶At conſtat propoſitionem hanc, a.nulli competit.b, priorem hac eſſe natura. a. nulli competit. c. Ea nanque ſunt concluſione priora, ex quibus emergit ipſa concluſio, atque patet hanc quidem a.nulli.c.competit, concluſionem eſſe: illam autem.a. nulli. b. competit, id eſſe ex quo emergit ipſa concluſio. Non enim ſi fit vt quippiam tollatur, hoc quidem eſt concluſio, illa verò ex quibus: ſed id quidem ex quo fit ratiocinatio, quę ſic ſeſe habet, vt aut totius ad partem, aut partis ad totum rationem habeat: at.c. &. a. b. propoſitiones non ſic inter ſeſe habent, vt patet. Si igitur ea demonſtratio, quæ ex notioribus prioribúſve conficitur, ſemper eſt præſtabilior : vtraque verò demonſtratio dicta, ex negatione quidem creditur, altera tamen ex priore, altera ex poſteriore, negatiua demonſtratio præſtabilior eſt ea ſimpliciter demonſtratione, qua deducitur ad id quod fieri nequit. Quare patet, affirmatiuam quoque demonſtrationem rectam, quæ quidem negatiuæ præſtat, vt patuit, præſtabiliorem eſſe eadem.

SVbſequitur in hoc capite.22.vt monſtretur demõſtrationem directam pręſtãtiorem eſſe illa quę eſt ad impoſſibile. Atqui apud Commentatorẽ vnicus eſt hic textꝰ 41: diuiditur autem in tres particulas. ¶In prima definitur quid ſit demõſtratio ad impoſſibile, quod explicatur per comparationem ad demonſtrationem directam. Aſſumantur enim duę pręmiſſę in Celarent, nullum.b.eſt.a, omne.c. eſt.b. Ex his fiet demonſtratio directa ſi concludatur, nullum. c. eſt a. At vero vt maior illa negatiua demonſtretur ad impoſſibile, ſumendũ eſt inquit contrariũ, ſcilicet a.nulli cõpetere.b. Non eſt ſolicitus Ariſt. in tanto rigore loqui : non enim ſumendum eſt contrarium, ſed contradictorium : nam qui negaret, nullum. b. eſt.a, negare etiam poſſet, omne.b.eſt.a. cum duę cõtrarię poſſint eſſe falſę. Ergo, vel loquitur in materia naturali, vbi contrarię non poſſunt eſſe falſę: vel accipit indifferenter contrarium pro contradictorio. ¶Eſt ergo demonſtratio ad impoſſibile quando

Demonſt. ad impoſſ. ex contrario aut contradictorio propoſitionis negatę infertur aliquod impoſſibile per quod oſtenditur propoſitionem negatiuam eſſe veram, vt ſi negetur, nullum. b. eſt. a. in materia naturali, ſcilicet, nullum animal eſt lapis, dato contrario, omne. b. eſt.a. ⁊ ſubſumpto, omne. c. eſt.b, ſcilicet omnis homo eſt animal, inferam, omnis homo eſt lapis, conſequens eſt falſum ⁊ nõ minor: ergo maior, ⁊ per conſequens contrarium eſt verum. ¶In ſecunda particula, [Termini igitur.] infert conuenientiam et differentiam inter huiuſmodi demonſtrationes. Conueniunt enim, ꝙ vtraq; procedit ex eadem diſpoſitione trium terminorum: puta ex eodẽ medio ⁊ ex eiſdem extremitatibus, licet non ex eiſdem pręmiſſis: qꝛ directa ſit in Celarent, et ad impoſſibile, in Barbara. Differentia tamen (inquit) eſt, ꝙ ſi illa negatiua quę ſumpta eſt pro maiori de Celarent notior eſt in veritate, q̃ȝ contraria concluſionis quę infertur in Barbara (ſemper loquitur in materia naturali) fit tunc demonſtratio directa in Celarent. Sin vero contraria concluſionis quę infertur in Barbara eſt notior, tunc demonſtratio fit ad impoſſibile. Exempli gratia. Neganti hanc, nullum animal rationale eſt irrationale, in vanum ſane demonſtraretur ad impoſſibile ex eius contraria.ſ. omne animal rationale eſt irrationale, omnis homo eſt animal rationale: ergo nullus hõ eſt irrationalis, cõſequens eſt falſum: qꝛ ſua contraria in materia naturali eſt vera.ſ. nullus homo eſt irrationalis: ergo aliquę pręmiſſarum ⁊c. In vanum inquam eſſet, qꝛ illa contraria cõcluſionis.ſ.nullus homo eſt irrationalis, quę ſumitur pro p̃miſſa ignotior eſt q̃ȝ, nullũ animal rationale eſt irrationale, vbi formaliter exprimitur prędicatum repugnare rationi ſubiecti. Unde potius ex hac arguendũ eſt directe in Celarẽt, nullum aĩal rationale eſt irrationale : omnis homo eſt animal rationale: ergo nullꝰ hõ eſt irrationalis. At vero econuerſo neganti hanc, nullus hõ eſt irrationalis, põt ad impoſſibile demonſtrari ex contraria.ſ.omnis hõ eſt irrationalis, omne animal rationale eſt homo: ergo omne animal rationale eſt irrationale, conſequens eſt falſum : imo, nullum animal rationalẽ eſt irrationale, q̃ clarior eſt ꝙ illa primo negata. Eodem modo neganti hanc, animal nõ eſt equus, arguitur ad impoſſibile ex cõtradictoria, oẽ animal eſt equus, omnis homo eſt animal: ergo om̃is homo eſt equus, conſequens eſt falſum. ergo ⁊c. nam ruſtico notius eſt hominem non eſſe equũ ꝙ animal non eſſe equũ. ¶In tertia particula, [At conſtat ⁊c.] His ſuppoſitis probat concluſionẽ intentã. Et probatio eſt hęc Demonſtratio affirmatiua potior eſt ꝙ negatiua, et negatiua ꝙ ad impoſſibile: ergo omnis demonſtratio directa pręſtantior eſt ꝙ ad impoſſibile. Et hoc modo fit nota illa conſequentia in principio capituli, q̃ prima fronte non habet apparentiam. Cum affirmatiua demonſtratio pręſtantior ſit ꝙ negatiua, patet rectam pręſtabiliorem eſſe ea quę eſt ad impoſſibile. Eſt enim ſenſus ꝙ ſuppoſito ex dictis affirmatiuam pręſtabiliorem eſſe negatiua, et oſtenſo iam nunc negatiuam pręſtabiliorem eſſe ea quę eſt ad impoſſibile, fit vt omnis directa ſit pręſtantior. Quod autem negatiua directa pręſtantior ſit demonſtratione ad impoſſibile, probat hoc modo: Illa demonſtratio eſt pręſtabilior, vt ex dictis patet, quę procedit ex prioribus et notioribus, ſed demonſtratio negatiua directa procedit ex prioribus et notioribus: ergo eſt pręſtabilior. Probat rurſus minorem, eo ꝙ illa propoſitio, nullum.b.eſt.a.quę eſt maior in demonſtratione directa in Celarent, eſt prior (⁊ per cõſequens notior) ꝙ illa, nullum.c. eſt.a.contraria concluſionis demonſtrationis ad impoſſibile, eo ꝙ eſt pręmiſſa reſpectu illius, quia nullum.c. eſt.a.infert in Celarent ex illa, nullũ. b.eſt. a. ⁊ illa, nullum.c.eſt.a. eſt quodammodo pręmiſſa rurſus in demonſtratione ad impoſſibile: puta omne. b.eſt.a, omne.c.eſt.b: ergo omne.c.eſt.a. conſequens eſt falſum, imo nullum.c. eſt. e. ergo aliqua pręmiſſarum: ergo pręmiſſa demonſtrationis directę eſt prior q̃ȝ pręmiſſa demonſtrationis ad impoſſibile. ¶Quod ſi quis contra arguat, nullum. c.eſt. a. eſſe priorem q̃ȝ, nullũ.b.eſt.a: poſtq̃ȝ in demõſtratione ad impoſſibile, nullum.c.eſt.a.eſt pręmiſſa, ⁊ nullum.b.eſt.a. eſt concluſio: ¶Reſpondet Ariſtote. ingenioſe licet

Q obſcure

obſcure illic,[Non enim ſi ſit ⁊c.] ⁊ reſponſio ſtat in hoc, q illa, nullum.c. eſt. a. non eſt proprie pręmiſſa in demõſtratione ad impoſſibile reſpectu illius, nullum.b.eſt.a. Propterea nanque quod tollatur concluſio demonſtrationis ad impoſſibile, dicendo, conſequens eſt falſum, non accipitur eius contrarium aut contradictorium formaliter pro pręmiſſa: debet ſe enim concluſio habere ad pręmiſſas ſicut pars ad totum: quia pręmiſſę conſtant ex tribus terminis, ſcilicet medio ⁊ extremitatibus, ex quibus extremitatibus debet conſtare concluſio. Et tamen contrarium aut contradictorium concluſionis ad impoſſibile, non ita ſe habet reſpectu propoſitionis negatę ex cuius contrario procedebat demonſtratio ad impoſſibile. Colligitur ergo, quod licet demonſtratio ad impoſſibile quandoq; ſit affirmatiua, nihilominus demonſtratio negatiua, ſi ſit directa, eſt pręſtantior: quia cętera non ſunt paria. ¶Scio hic multos de huiuſmodi demonſtrationum comparationibus multa diſputare. Sed nec res tanti eſt momenti: ⁊ Ariſt. eam abunde tractauit.

## De certitudine & vnitate ſcientiarum. Cap. xxiii.

Textus. xliij. SCientia autẽ ſciẽtia exactior priorq; eſt ea, quæ eadem & ipſius eſſe & propter quid eſſe eſt: ſed non ea quæ eſt ipſius eſſe, ſine ea quæ eſt ipſius propter quid eſt, & ea quæ non eſt de ſubiecto, vt Arithmetica ipſa Muſica: & item ea quæ eſt ex paucioribꝰ, eá quæ eſt ex additione, vt Arithmetica ipſa Geometria. Ex additione autem dico hoc pacto: vnitas eſt ſubſtantia poſitione vacans, punctum verò cum poſitione ſubſtantia eſt: hoc igitur ex additione eſſe dico. ¶ Vna autem ſcientia eſt, quæ vnius eſt generis: quæ cõponuntur ex primis, & ſunt partes, aut effectus horum per ſe: diuerſæ verò ſcientiæ ſunt, quarum principia ex eiſdem non ſunt, nec ex vnius principiis principia alterius proficiſcuntur. Huius autem eſt ſignum cùm ad ea quæ non demonſtrantur eſt ventum: oportet enim ipſa eodem in genere eſſe, in quo ſunt ea quæ ſunt demonſtrata: eſt autem & huius ſignum, cùm ea quæ demonſtrantur per ipſa eodem in genere ſunt, atque propinqua. ¶Atque fieri poteſt, vt plures eiuſdem ſint demonſtrationes, non ſolùm ſi ex eadem ſerie medium non cohærens accipiatur, vt ſi inter. a. b, nunc.c. nunc d, nunc.e. medium accipiatur: ſed etiam ſi ex diuerſa ſumatur. Sit enim.a. mutatur, c. mouetur, b. voluptate afficitur: verum igitur dices, ſi.c. de b. & .a. de.d. prædicaueris: qui nanque voluptate afficitur moueť, & qui mouetur mutatur. Rurſum inter eoſdẽ terminos medium.d. ponatur, in quo ſit, quietẽ conſequitur, verũ igitur identidẽ dices ſi.a.de.b.&.b.de.d. prędicaueris, qui nanq; afficitur voluptate, is quietẽ cõſequitur, is mutatur. Quare per diuerſa media, non ex eadem ſerie ſumpta conficitur ratiocinatio: non tamen adeò diuerſa, vt neutrum dicatur de altero: neceſſe eſt enim ambo cuipiam eidem ineſſe. Conſiderandum eſt, quod modis per cæteras quoque figuras eiuſdem ratiocinatio fieri poteſt.

HAec eſt ſecunda pars huius ſexti membri, in qua poſt comparationes factas inter demõſtrationes, ſequitur vt ſcientia quę eſt effectus demõſtrationis comparetur ad ſcientia. Et q in ſciẽtia ſunt tria. ſ. habitꝰ, obiectũ, ⁊ principium: In hoc cap.23. fit cõparatio inter habitus ſcientię, ⁊ in ſequenti, inter obiecta ſcientię, ⁊ in.25. inter principia ſcientię. Atqui in diuiſione Cõmentatoris continet textum. 42. et partem textus 43. In text. 42. comparantur ſcientię quantum ad certitudinem: ⁊ in.43. quantum ad vnitatem. ¶Eſt ergo prima concluſio, ſcientia exactior ac prior eſt alia ſcientia tripliciter. Boetius pro, exactior vertit, certior. Et quanquã idem ſit, tñ vocabulum, certior, clarius eſt ac magis vſitatum. Primo modo, vna ſcientia eſt certior alia, eo quod facit cognoſcere ⁊ concluſionem ⁊ propter quid illius. Alia vero ſolum facit cognoſcere concluſionem. Boetius dicit, q illa eſt certior quę facit cognoſcere ⁊ ꝓpter quid et quia, vbi illa particula cauſalis, quia, rem obſcurat. Poſſet enim quis ſuſpicari ſenſum Ariſto. eſſe, q vna et eadem ſcientia demonſtret a cauſa et ab effectu, ⁊ alia non demonſtret niſi ſolum ab effectu. Attamen quicquid ſit de hoc, non eſt hic ſenſus Ariſto. ſed ſenſus eſt, q illa ſcientia qua quis ſcit non ſolum hoc eſſe hoc: puta lunam eſſe eclipſabilem, aut rhabarbarũ purgare choleram, ſed etiam ſcit eius cauſam, certior eſt illa qua ſolum ſcit hoc eſſe hoc, aut ab effectu, aut ſignis, aut aliis coniecturis. ¶Secundo modo vna ſcientia eſt certior alia, quia non eſt de ſubiecto, cum alia ſit de ſubiecto. Non eſt ſenſus, q aliqua ſcientia non habeat ſubiectum, ſed quod illa ſcientia cuius ſubiectum abſtrahit a ſubiecto ſenſibili, eſt certior quã illa quę concernit ſubiectum ſenſibile et naturale, vt Arithmetica certior eſt quam Muſica: quia tractat de quantitate abſtrahendo a ſubiecto, Muſica vero de quantitate ſenſibili: et res ſenſibilis eſt ſubiectum quantitatis. ¶Tertio modo vna ſcientia eſt certior altera, quia eius ſubiectum eſt ſimplicius, et ſubiectũ alterius fit per compoſitionem, id eſt, additionem ad illud: vt Arithmetica certior eſt quã geometria: quia vnitas quę eſt principiũ numeri, de quo tractat Arithmeticus: ſimplicior eſt quam punctũ quod eſt principium quantitatis continuę, de qua tractat Geometra. Eſt enim, inquit, vnitas, ſubſtantia indiuiſibilis non habens poſitionem: et punctum eſt ſubſtantia indiuiſibilis habens poſitionẽ in continuo. Hic ſunt qui exiſtiment Ariſt. inſinuare quandã opinionem Platonis qui tenebat rerum ſubſtantias nihil aliud eſſe quã vnitates quaſdã mathematicas, quam proinde refert hic S. Tho. At vero forte Ariſto. non loquitur niſi ſecundum veram opinionem. Non enim accipit hic nomen, ſubſtantia, pro primo pręedicamento vt diſtinguitur ab accidentibus: ſed accipit loco generis pro eſſentia cuiuſcunque rei, ſiue accidens ſit ſiue ſubſtantia: quemadmodũ ipſe





docet accipi nomen, ſubſtantia. 5. metaphy. text. 15. Et dicit, q vnitas deffinitur per hoc ſolum, q ſit res indiuiſibilis quę non habet poſitionem in cõtinuo: qui enim ſolum dicit, duo, aut tria, nullum ponit ordinem vnitatum: vt vnum ſit hic ⁊ aliud illic, aut vnum ſurſum ⁊ aliud deorſum ⁊c. Punctum vero dicit quid indiuiſibile qđ habeat poſitionẽ in ꝯtinuo: nã in ꝯtinuo punctum medium eſt inter extrema: ⁊ vnũ eſt ſurſum ⁊ aliud deorſum. Et ſic geometra quaſi ex indiuiſibilitate vnitatis, et poſitione in continuo componit definitionem puncti. Quo igitur exẽplo nihil aliud vult docere Ariſtot. niſi q illę ſcientię quę vtuntur principiis magis compoſitis ⁊ magis in particulari, non ſunt ita certę, ſicut illę quę tractant de rebus in vniuerſali ⁊ magis abſtracte. ¶In ſecunda particula, quę eſt textu. 43. [vna autem ſcientia.] Fit ſecunda comparatio ſcientię ad

Tex. 43. Scię vnitas. ſcientiam in vnitate et diuerſitate. Vbi ponitur ſecunda concluſio. Illa ſcientia eſt vna quę eſt vnius generis ſubiecti: illę vero ſunt diuerſę quę procedunt ex principiis diuerſis, ad cuius intelligẽtiam notandum eſt, vt egregie hic notat diuus Thomas quod ſcientia eſt motus quidam rationis, quo intellectus ex quibuſdam principiis tendit in cognitionem alicuius rei, ſicut ſenſatio eſt motus inſenſibile: ⁊ quia motus vt autor eſt Ariſtot. 5. Phyſico. textu. 5. diſtinguuntur ⁊ ſortiuntur ſpeciẽ ex termino ⁊ fine, vt augmentatio diſtinguitur ab alteratione: q alter eſt motus ad quantitatem, ⁊ alter ad qualitatẽ, hinc fit vt ſcientia dicať vna ⁊ ab alia diſtincta ab vnitate rei cuius cognitio per talem ſcientiã intenditur: vt Geometria quamuis multas ⁊ diuerſas concluſiones diuerſarum linearum ⁊ figurarũ complectatur, eſt vna ſcientia, quia omnia illa tendunt in cognitionem quantitatis continuę, ⁊ ſub tali ratione omnia conſiderantur: atq; adeo Arithmetica quę tractat de numero eſt alia diſtincta: ⁊ ita de cęteris, quemadmodum viſus diſtinguitur ab auditu: quia ſunt diuerſorum obiectorũ. ¶Explicat ſta-

Sub vno genere. tim Ariſto. quęnam dicantur comprehendi ſub vno genere, ⁊ dicit illa eſſe tria. ſ. principia, et partes, et affectus, id eſt, paſſiones quę per ſe conueniunt eidẽ ſubiecto. Principia ſunt propoſitiones immediatę infra limites illius generis: vt in Geometria, a quolibet puncto in quodlibet punctum lineam ducere, ſi ab ęqualibus continuis quãtitatibus ęquales demas ⁊c. Dixerim infra limites illius generis, q vt ſupradictum eſt, non eſt tranſeundum in demonſtrationibus a genere in genus, vt. ſ. vna ſciẽtia probet ſua principia per principia alterius ſcientię: ⁊ licet ſubalternata aſcendat ad ſubalternãtem, tamen habet ſua propria principia, vt Muſica ſit de numero ſonoro, et Arithmetica de numero abſtracto. ¶Partes intelliguntur eſſe partes ſubiectiuę, id eſt, ſpecies proprię, vt Geometria tractat de lineis, ſuperficiebus ⁊ corporibus, quę ſunt per ſe ſpecies quantitatis continuę. Dicit, per ſe, quia non tractat de figura lignea, ęnea ⁊c. quę ſunt accidentales ſpecies figurę. Et eodem modo tractat de paſſionibus per ſe quantitatis, vt, habere tres ęquales duobus rectis ⁊c. Sed non tractat quęnam figura ſit pulchrior, quęve ſit ad motum accommodatior, circularis ne an potius angularis. ¶Subditur, [Diuerſę vero ſcientię ſunt quarum principia non ſunt eiſdem, neq; principia vnius ex alterius principiis proficiſcuntur.] Arguere hic quiſpiam poſſet Ariſtotelem inaduertentię, quippe qui vnitatem ſcientię definiuit ex vnitate obiecti, et tamen diuerſitatem ſcien-

Diuerſę ſcientię. tiarũ explicat ex diuerſitate principiorũ, cũ debuiſſet explicare diuerſitatẽ ex diuerſitate obiectorum.

¶Ad hoc reſpondetur. Primum q Ariſtot. non dicit expreſſe, q vnitas ſcientię ſit ex vnitate obiecti: tametſi ſub his verbis ſoleat hic locus citari: ſed dicit, q vna ſciẽtia eſt illa quę eſt vnius generis, ⁊ nomine vnius generis intelligit illa tria. ſ. principia, partes, ⁊ paſſiones: ⁊ ideo ⁊ ex vnitate principiorum ſumit vnitatem ſcientię, ⁊ ex eorum ſubinde diuerſitate oſtendit diuerſitatem ſcientiarum. Secundo reſpondetur, q idem eſt dicere, vnitas obiecti, ⁊ vnitas principiorum, nam vnitas ſcientię, vt quęſtione 7. explicabimus, non ſumitur ex vnitate materiali obiecti: nam de eadem re materiali ſunt diuerſę ſciẽtię: de quantitate enim quę eſt ſubiectum Geometrię, tractat etiam Philoſophus naturalis quatenus quantitas requiritur ad motum. Sed attenditur vnitas ſcientię penes vnitatem formalem obiecti, quę ſumiť ex ratione principiorũ Differt enim Geometria a Philoſophia naturali, q Geometria tractat de quantitate per principia abſtrahentia a materia ſenſibili. Philoſophia vero per principia concernentia motum. Ait vero, [Quorum principia non ſunt ex eiſdem.] veluti principia trianguli ⁊ quadrãguli quę ſunt ex principiis figurę. Et rurſus, [q principia vnius non ſint ex principiis alterius.] ſicuti principia iſoſcelis ſumuntur ex principiis trianguli: quę omnia ad eandẽ pertinent ſcientiam. Probat deinde concluſionem a ſigno dicens, ſignum huius vnitatis et diuerſitatis tunc apparere, cum fit reſolutio ſcientię vſq; ad immediata principia. Tunc enim apparet quomodo prima principia vnius ſcientię differũt a primis alterius, ⁊ cum prima principia ſint eiuſdem generis cum aliis mediatis quę ex primis per ſe ſequũtur: inde apparet quomodo omnia principia vnius ſcientię differunt a principiis alterius. ¶In tertia particula, [Atque fieri poteſt.] Exponendo hoc quod poſtremo nunc dixit, oſtendit quomodo aliqua diuerſitas principiorum facit diuerſitatem ſcientiarum, alia vero non. Eadem enim concluſio poteſt pluribus demonſtrationibus demonſtrari dupliciter. Vno modo quando plura media ſunt eiuſdem coordinationis et generis, vt omnis homo eſt ſubſtantia, demonſtratur per animal, quod eſt immediatũ homini, ⁊ mediatũ ſubſtantię (quod Argyropylus dicit, non coherens, ⁊ Boetius non continuum) ⁊ demonſtratur per corpus ⁊ per corpus animatum. Sed omnia iſta principia pertinent ad eandem ſcientiam: quia ſunt eiuſdem generis. Alio modo quando media ſunt diuerſa ⁊ ex diuerſa coordinatione, vt ſi.a. pręedicatum ſit mutari, ⁊.b. ſubiectum ſit voluptate affici, tunc hęc cõcluſio, omne.b.eſt.a: id eſt, quicquid delectať mutatur: poteſt concludi per diuerſa media. ſ. per.c. qđ ſit moueri, et per. d. quod ſit quieſcere. Enimuero quicquid mouetur mutatur, ⁊ quicquid delectatur mouetur (nã delectatio ſenſualis eſt motus ſanguinis a corde: ⁊ delectatio ſpiritualis non eſt ſaltẽ ſine pręcedẽti motu appetitꝰ rõnalis) ergo quicqđ delectať mouetur. Rurſus quicqđ quieſcit, mutatur: q quies eſt finis motꝰ: ⁊ quicqđ delectať quieſcit: quia eſt in tẽo ſibi cõuenienti: ergo quicqđ delectať mouetur. Exemplũ hoc Ariſt. non oſtendit in iſtis terminis, q iſta cõtraria media faciãt diuerſas ſciẽtias, q cõtrariorũ eadẽ eſt diſciplina, ſed vult per hoc explicare, q eadẽ cõcluſio pertinet ad diuerſas ſciẽtias: vt q terra ſit rotunda probatur in philoſophia naturali: q oẽs eius partes fluũt ad cẽtrũ, ⁊ in Aſtrologia a poſteriori: q cũ luna intrat vmbrã terrę orbiculariter eclipſatur. Quęſtiuncula ſeptima hoc amplius examinabitur, ſi modo prius duo ſequentia capitula quę huic annectuntur exponantur.

## Quòd fortuitorum & ſenſibilium non ſit ſcientia. Cap.XXIIII.

Text.xlij. EIVS autem quod proficiſcitur à fortuna cauſaque fortuita & fluctuante, per demonſtrationem ſcientia nõ eſt. Quoniã omne quod fortuitò fit, nec eſt vt neceſſarium, nec vt plerunq; : ſed eſt id quod fit præter iſta. Demonſtratio veró alterius eſt iſtorum. Omnis enim ratiocinatio, quę per propoſitiones fit, aut per neceſſarias, aut per eas quæ ſunt plerunq; conficitur: atque ſi neceſſariæ quidem ſint, concluſio quoque neceſſaria eſt, ſin verò plerunq; ſint, concluſio quoq; talis efficitur: quare ſi id quod proficiſcitur à fortuna neque plerunque, neq; neceſſariò fit, nulla prorſus ipſius erit ſine dubio demonſtratio.

Tex. xliij. ¶At verò neque per ſenſum fit, vt ſciamus: nam & ſi ſenſus talis & non huius alicuius eſt, ſentire tamen neceſſe hoc aliqd eſt, & aliquo in loco, & nunc: vniuerſale verò, & quod eſt ſupra omnia, fieri nequit vt ſentiatur: quippe cũ non ſit hoc, neq; nũc, non enim vniuerſale eſſet. Quòd enim ſemper eſt, & vbiq; id vniuerſale dicimus eſſe. cùm igitur demonſtrationes quidẽ ſint vniuerſales, vniuerſalia verò ſentiri nequeãt: perſpicuũ eſt fieri non poſſe, vt per ſenſum ſciamus. ¶Quin vt patet, ſi fieri poſſet, vt ſenſu triangulũ angulos habere duobus rectis æquales perciperemus, quęreremus vtiq; demõſtrationẽ: & non, vt quidã inquiunt, ſciremus. Sẽtire nãq; ſingulare neceſſe eſt: at ſcientia in vniuerſalis cognitione cõſiſtit. Quã ob rẽ ſi in luna etiã eſſemus, terrãq; ſe lunæ obiicientẽ videremus, nõ ꝓfectò cauſam ipſam defectionis ſciremus: ſciremus enim lunã deficere, & nõ propter quid omninò ſenſu perciperemus: non enim ipſius vniuerſalis eſt ſenſus: attamẽ ex eo quia ſæpe hoc accidere videremus: ipſum vniuerſale venati, demõſtrationẽ vtiq; haberemus: ex ſingularibus enim pluribus vniuerſale ipſum patefieri ſolet. ¶Ipſum autẽ vniuerſale præſtabile nimirũ eſt, propterea quòd ipſam cauſam indicat: quare de talibus notitia vniuerſalis præſtabilior eſt perceptione ſenſuũ, & intellectione eorũ quorũ eſt alia cauſa. De primis autẽ alia ratio eſt. Patet igitur fieri nõ poſſe, vt quiſq̃ ſentiendo quicquã inquam eorum ſciat, quæ demonſtrabilia ſunt: niſi ſentire quiſpiam id eſſe dicat, ſcientiam inquã per demonſtrationẽ habere. ¶Sunt tamen inter ea quæ proponuntur nõnulla, quæ quidem ad ſenſus reducuntur defectionem: nonnulla nanque non quæreremus, ſi illa viſu perciperemus: non propterea quòd ſcimus vidẽdo, ſed quòd ex eo quia videmus, habemus tandem ipſum vniuerſale: veluti ſi vitrum perforatum eſſe, lumenque per meatus penetrare viſu perciperemus, pateret etiam nobis propter quid poſt vitrum lumen efficitur: ex eo planè, quia videremus quidem ſeorſum idipſum fieri in vnoquoque, intelligeremus autem ſimul in vniuerſis hoc fieri pacto.

CVM ſuperiori capite ex vnitate ſubiecti ⁊ principiorũ oſtẽderit vnitatem ſciẽtię, in hoc capite proſequit̃ dicere de ſubiecto, ⁊ in ſequenti de principiis. Et ſunt quinq; hic particulę. Ubi notandũ, ꝙ cũ dixerat ad vnitatẽ generis neceſſariũ eſſe vt tam paſſiones quã prima principia per ſe conueniant ſubiecto ſcientię, excludit hic duo genera obiectorum a ratione ſcientię. ſ. ⁊ fortuita quę non ſunt paſſiones et effectus per ſe, ⁊ ſenſibilia quę licet ſint prima in noſtra cognitione, non tamen ſunt prima ſimpliciter. ¶Eſt ergo in prima particula prima concluſio. De his quę ſunt a fortuna non eſt ſcientia: vt de inuentione theſauri, ⁊ aliis quę non habent certam et per ſe cauſam. 1. Cõcluſio

Quam ſic probat. Quicquid ſub ſcientia cadit, ſequitur ex ſuis principiis neceſſario ſimpliciter aut plerunq; ⁊ frequenter: ſed ea quę ſunt a fortuna non neceſſario ſequuntur nec frequenter: ergo illa non cadunt ſub ſcientia. Eadem ratione probat. 3. Ethicorum, ꝙ nec cadunt ſub conſilio. Minor manifeſta eſt, nam fortuita ſunt quę eueniunt pręter intentionem agentis: quod autem non per ſe intẽditur, fortuito contingit. Sed in maiori hoc animaduertito, quod queſtione. 3. ⁊ queſtione. 4. adnotauimus, videlicet, diſtinctos eſſe gradus ſciẽtiarum: alię enim demonſtrant ex ſimpliciter neceſſariis: vt Mathematicę: ⁊ alię ex his quę plurimum contingunt: vt naturales. Talis nanque eſt natura rerum vt nonnunquam deficere poſſit: ſemini enim oliuę per ſe conuenit oliuam generare, licet impediri nonnunquam poſſit. Quod autem fodiens vt oliuam plantet, theſaurum inueniat, id per accidens quidẽ atq; adeo raro contingit. ¶In ſecunda particula [At vero.] ſequitur ſecunda concluſio. Scientia non eſt ſingularium ⁊ eorum quę cadunt ſub ſenſu. 2. Cõcluſio

Quam hac ratione patefacit: Quicquid cadit ſub ſcientia, eſt vniuerſale: id vero quod cadit ſub ſenſu non eſt vniuerſale, ſed hoc aliquid, id eſt, prima ſubſtãtia, ergo de obiecto ſenſibili non eſt ſcientia. Et hoc eſt quod ait, [Nam ſi ſenſus talis ⁊ non huius alicuius eſt: id eſt, ſi ſenſus alicuius eſt qualitatis tanq̃ nam proprij obiecti, nam ly talis, genitiuus eſt, ⁊ non eſt per ſe ſubſtantię: ſentire enim neceſſe eſt hoc aliquid. i. ſingularem ſubſtãtiam.] Quod probat quia id quod ſentit̃ eſt hic et nũc. i. hic color, hic ſonus ⁊c. vniuerſale autẽ non eſt hic ⁊ nunc. In. 1. queſtio. ſupra prologum Porphyrij expoſuimus quemadmodum vniuerſalia non ſint hic ⁊ nunc, ſed ſunt vbiq; ⁊ ſemper. Ubiq; inquam et ſemper, non poſitiue ⁊ per ſe: nam ſi homo inquantum homo eſſet vbique, omne illud in quo reperitur ratio hominis deberet eſſe vbique ⁊ ſemper, ⁊ ita Petrus eſſet vbique. Sed debet intelligi per modũ negationis, videlicet, ꝙ vniuerſale inquãtum per intellectũ abſtrahitur, nõ eſt hic ⁊ nunc, ſicut nec eſt corruptibile: ſed hęc oĩa habet ratione ſingularis in quo eſt. ¶In tertia particula, [Quin vt patet.] excludit erroiẽ quorundã credentium ſcientiam cõſiſtere in ſenſatione: nẽpe qui credebant intellectũ ⁊ ſenſum candẽ eſſe potentiã: quorum meminit. 3. de anima, ⁊. 4. metap. tex. 21. ⁊ ratio ſtat in hoc. Per ſolũ ſenſum poteſt quis cognoſcere triangulũ quẽ videt eſſe albũ vel nigrum, non tñ ſine doctore cognoſcere poſſet tres angulos ęquiualere duobus rectis, cũ nec per ſenſum cognoſcat qd ſit angulus rectus. At vero eſto, q̃s poſſet hoc percipere in hoc particulari triãgulo, nõ tñ ꝓinde ſciret omnem triangulũ ea ratione qua triãgulus eſt, habere tres angulos ęquales duob⁹ rectis: ⁊ ideo qui haberet hanc experientiã adhuc egeret demonſtratione vniuerſali. ¶Et q2 vniuerſale cognoſcitur aut demonſtratione, aut inductione ex ſingularib⁹, ſubdit ſecũdũ exẽplũ. Si q̃s inquit eſſet poſit⁹ in luna, videretq; illã ſemel itrare umbrã terrę ⁊ ꝑ illã eclipſari, nõ ſubinde haberet ſcientiã eclipſis: q2 poſſet ſuſpicari id tũc a caſu ↄtigiſſe ⁊ nõ ex rõne mot⁹ lunę. Cũ autẽ id ſępe exꝑtus eſſet, tũc ex multis ſingularibus inferret vniuerſale. ſ. ꝙ quotieſcũq; luminaria ſunt in talibus punctis luna eclipſat̃. Colligitur ergo ſcientiã non eſſe ſingulariũ. ¶In quarta particula, [Ipſm autẽ vniuerſale.] cõparat ſciẽtiã vniuerſaliũ ad ſenſationẽ ſingulariũ. Ait. n. cognitionẽ vniuerſaliũ ꝑſtabiliorẽ eſſe, q2 ꝓpter qđ vnũquodq; tale ⁊ illud magis: ſed ſciẽtia vniuerſalis ſignificat cauſam effectuũ ſingularium, vt cap. 20. expoſitũ eſt: ergo. ¶Et ne q̃s obiiciat, ꝙ cognitio ꝑncipiorũ immediatorũ eſt ꝑſtãtior ſcia, licet nõ habeat̃ ꝑ cauſam: reſpõdet aliã eſſe rõnẽ eorũ: q2 imediata nõ habẽt cauſam, ⁊ ideo cognitio eorũ eſt ſimplicior ⁊ ꝑſtantior q̃ ſciẽtia. Et ita cõcludit, eorũ quę demõſtrabilia ſunt nõ eſſe ſcientiã per ſenſum. Niſi quis, inquit, forſan ęquiuoce ſcientiã ipſam appellet ſenſationem, propterea ꝙ ſcientia ſit cognitio certiſſima et ad vnum determinata: ſicut quis dicitur recte ſentire de rebus q2 recte iudicat. ¶In quinta particula, [Sunt tamen.] oſtẽdit tandẽ cognitionẽ ſenſitiuã ordinari ad ſcientiã, explicãs concluſionem textus. 33. videlicet, ꝙ deficiente ſenſu deficit ſcientia. Ait nanq;, ꝙ nonnũquã defectus ſcientię, videlicet aut ꝙ non ſit ſcientia, aut ꝙ ſit obſcura ſcientia, reducitur in defectum ſcientię. Eo enim non habemus propriã ſcientiam ⁊ quidditatiuam Dei ⁊ intelligentiarum, quia illa non percipimus ſenſu: cognoſcet tamen ea anima ſeparata quando non dependebit a ſenſu. Exemplum vero Ariſtote. eſt huiuſmodi: quidam antiqui philoſophi falſo credebant cauſam tranſparentię vitri eſſe, ꝙ vitrum putabant habere poros quos appellabant ſtrictiſſima foramina per quę tranſit lumen: ait ergo Ariſto. ꝙ propterea illi non habebant certam ſcientiam huius, quia paruiſſima illa foramina videre ſenſu non poterant.

## Quòd non omnium ſyllogiſmorum eadem ſint principia.

## Cap. XXV.

ATqui fieri non poteſt, vt omnium ratiocinationum eadem principia ſint: quod quidem priùs differendi modo contẽplabimur: nam ratiocinationum aliæ verę ſunt, aliæ falſæ: quanquam enim fieri poteſt vt verum concludatur ex falſis, tamen id ſemel efficitur: veluti ſi. a. quidem verè de. c. prædicetur, medium, autem. b. falſum ſumatur: tunc enim neque. a. competit ipſi. b, neque. b. competit ipſi. c: ſed ſi inter has propoſitiones ſumãtur media, falſa erunt ex eo, quia cõcluſio omnis falſa è propoſitionibus proficiſcitur falſis: ex veris autem veræ concluſiones emergunt: at patet, à falſis vera differre, ac eſſe diuerſa. ¶Deinde neque ipſa falſa ex eiſdem proficiſcunt̃: ſunt enim & talia falſa, vt inter ſeſe ſint contraria, & ſimul eſſe non poſſint: vt iuſtitiam eſſe, vel iniuſtitiam, vel timiditatem: & hominem vel equum, vel bouem eſſe: & æquale quod eſt, vt maius vel minus eſſe. Ex his autem quæ certa ſunt hoc pacto.

¶Neque enim ratiocinationum verarum omnium eadem principia ſunt. Complurium nanque principia diuerſa ſunt genere: neque quibus ſuis accommodantur quæuis. Vnitates enim non accommodantur punctis: illæ nanque poſitione vacant, his eadem competit. Neceſſe eſt autem, aut ad media accommodari, aut ſupera ex parte, aut infera, aut alios intra alios extra terminorum habere. Ac neque fieri poteſt, vt principiorum communium vlla ſint, ex quibus cuncta demonſtrabuntur. Dico autem communia, veluti quoduis affirmandum aut negandum eſt. Genera enim eorum quæ ſunt, non eadem ſunt, ſed diuerſa: atque alia ſolis competunt quantis, alia ſolis hiſce quæ rationem ſubeunt qualitatis, cum quibus per communia demonſtrationes conficiuntur. Præterea principia non multo ſunt pauciora concluſionibus: principia enim ipſæ ſunt propoſitiones. Propoſitiones autem ſunt, cùm aut additur, aut interponitur terminus. Præterea concluſiones ſunt infinitæ, termini verò finiti. Inſuper principiorum alia ſunt neceſſaria, alia contingentia. Hoc igitur modo conſiderantibus, fieri non poſſe porrò videtur, vt eadem ſint principia finita, ſi concluſiones ſint infinitæ.
Quòd ſi quiſpiam alio modo dicat, veluti hæc quidem Geometriæ, hæc autem Arithmeticæ, & hæc Medicinæ principia eſſe, quid aliud erit qđ diſcitur quàm ſcientiarum principia eſſe. At ex eo dicere eadem eſſe, quia ipſa ſibiipſis eadem ſunt, ridiculum eſt: hoc enim pacto cuncta eadem fiunt. ¶At verò neque hoc eſt, ex omnibus inquam quoduis demonſtrari quęrere, omnium eadem principia eſſe, eſt enim inſignis ſtultitiæ ſanè: nam neque in manifeſtis hoc fit ſcientiis, neque in reſolutione fieri poteſt. Propoſitiones enim vacantes medio principia ſunt: atque diuerſa planè concluſio fit, aſſumpta vacante medio propoſitione. Quòd ſi quiſpiam ipſas primas vacantes medio propoſitiones omnium eſſe

ſe principia dicat, ſciat is vnam in vnoquoque genere eſſe. Quòd ſi neque eadem omnium principia ſunt hoc pacto, vt ex omnibus quoduis oporteat demonſtrari, neque ſunt adeò diuerſa vt vniuſcuiuſque ſcientiæ ſint diuerſa, reſtat ſi principia omnium generis ſint eiuſdem, ex his tamen hæc, ex aliis verò alia demonſtrentur.

¶At patet & hoc fieri non poſſe. Demonſtratum eſt enim ſcientiarum quæ genere differunt, principia diuerſa genere eſſe: principia nanque duplicia ſunt: ex quibus & circa quod: principia igitur ex quibus, communia ſunt: principia verò circa quod, propria: vt vnitas, magnitudo.

POſtquã in præcedenti capite dictum eſt de obiecto ſcientię, ſequitur in hoc.25. dicere de eius principiis. Docuerat enim cap.23. ꝙ vna ſcientia differt ab alia per hoc ꝙ quęuis ſcientia habet ſua propria principia. Oſtendit ergo hic diuerſarum ſcientiarum non eſſe eadẽ principia communia. In tribus enim primis particulis oſtendit illud dialectice.i. rationibus communibus: ⁊ in aliis duabus oſtendit illud rationibus analyticis.ſ. ſumptis ex propria ratione demonſtrationis. ¶Concluſio ergo eſt, **Concluſio.** [Atqui fieri non poteſt vt oĩm ratiocinationum (.i. ſyllogiſmorum) eadem ſint principia.] Probat id primo, quia ſyllogiſmorũ alij ſunt veri, id eſt, vere concludentes: ⁊ alij falſi, id eſt, falſo concludentes: ſed vera concluſio non cõcluditur niſi ex veris ⁊ falſa non niſi ex falſis: ergo diuerſarum concluſionum, ⁊ a fortiori diuerſarum ſcientiarum, diuerſa ſunt principia. ¶At quia poſſet quis huic rationi obuiare dicẽs, ꝙ falſa principia ſeruiũt ⁊ ſyllogiſmo vero ⁊ ſyllogiſmo falſo: nam verum concluditur ex falſis in ſyllogiſmo dialectico. Reſpondet, ꝙ hoc ſolum eſt verum ſemel. i. in primo ſyllogiſmo, vt ſi dicas, oẽ animal eſt riſibile, oĩs hõ eſt animal, ergo oĩs hõ eſt riſibilis. Sed tamen ſi illa maior falſa debeat rurſus reſolui per alia principia, tũc ex falſis nõ cõcludetur niſi falſum. Et ideo loquẽdo de omnibus principiis vſqꝫ ad principia immediata, nõ poſſunt principia falſa eſſe principia ſyllogiſmi veri. ¶In ſecunda particula, [Deinde neque ⁊c.] idem oſtendit in ſyllogiſmis falſis, dicens, ꝙ neqꝫ oĩm ſyllogiſmorũ falſorũ eadẽ ſunt principia cõia: nam falſę concluſiones multę ſunt inter ſe contrarię. Etẽi ꝙ iuſtitia ſit iniuſtitia, cõtrariatur.i. diuerſum eſt ab eo, ꝙ iuſtitia eſt fortitudo: nam alia ratione falſum eſt iuſtitiam eſſe iniuſtitiam, quia videlicet prędicatum eſt contrariũ ſubiecto, ⁊ alia ratione falſum eſt iuſtitiã eſſe fortitudinẽ.ſ. qꝛ ſunt diſtinctę virtutes, ⁊ alia rõne hõ non eſt equus: qꝛ.ſ. nõ eſt hinnibilis: ⁊ alia non eſt bos, nẽpe qꝛ nõ eſt mugibilis: ⁊ alia rõne ęquale, non eſt maius, vtpote quia nõ excedit: ⁊ alia non eſt minus, puta quia non exceditur. ¶In tertia particula, [Neqꝫ enim.] id oſtendit in ſyllogiſmis veris quinque rationibus. Prima eſt hęc. Principia Geometrię ⁊ pricipia Arithmeticę nõ ſunt eadẽ: nã principiũ Arithmeticę eſt vnitas, ⁊ Geometrię punctum: quorũ vnitas nõ habet poſitionẽ in continuo quam habet punctũ, vt paulo ante dicebamus, ergo diuerſarũ ſcientiarũ diuerſa ſunt ꝑncipia. qđ aũt illa ſint diſtincta ꝑncipia ꝓbat tex. ſupra dictis Ariſ. Nam media q̃ ſunt ꝑncipia demõſtrationũ in eadem ſcia, aut debẽt ſumi ſurſum directe aſcendendo aut deorſum deſcẽdẽdo, aut inter extrema ſumẽdo: ſed punctũ nec ſumiť ſupra, nec ſub vnitate: ergo ſunt diſtincta ꝑncipia. Explicať maior exẽplo. Aſcendendo multiplicanť media ſi qđ fuit maior extremitas in priori ſyllogiſmo, aſſumať ꝓ medio in alio: vt ſi dicas, oẽ animal eſt corpus animatũ: oĩs hõ eſt aĩal: ergo oĩs hõ eſt corpus animatũ: rurſus, oẽ corpus animatũ eſt corpus: oĩs homo eſt corpus animatũ: ergo omnis homo eſt corpus rurſus, omne corpus eſt ſubſtãtia: oĩs hõ eſt corpꝰ: ergo oĩs hõ eſt ſubſtãtia. Deſcendẽdo vero multiplicãtur, ſi ecõuerſo qđ fuit minor extremitas ſumať pro medio: vt ſi dicas, oẽ corpus eſt ſubſtãtia: oẽ corpꝰ aĩatũ eſt corpus: ergo oẽ corpus aĩatum eſt ſubſtãtia: rurſus, oẽ corpus animatũ eſt ſubſtãtia: oẽ aĩal eſt corpus animatũ: ergo oẽ aĩal eſt ſubſtãtia: rurſus, oẽ aĩal eſt ſubſtantia: oĩs hõ eſt aĩal: ergo oĩs hõ eſt ſubſtãtia. Sed interponendo multiplicãtur media, ſi oĩs hõ eſt ſubſtantia, demonſtreť per, aĩal, ⁊ maior, ſ. oĩe animal eſt ſubſtantia, per corpus animatum, ⁊ omne corpus animatũ eſt ſubſtantia, per corpus. Et clarũ eſt ꝙ puntum ⁊ linea nõ ſe habent iſto modo: ⁊ per conſequens nec media diuerſarum ſcientiarũ ſunt eadem ⁊ communia. ¶Secũda ratio eſt ibi, [At neqꝫ fieri.] ⁊ eſt hęc: **2.Ratio.** Si eadem eſſent principia diuerſarum ſcientiarum, haberent ſe ſicut hoc principiũ vniuerſale, de quolibet idem affirmatur ⁊ negatur, ſed hoc non eſt ſufficiens principium in omnibus ſcientiis: quia vt dictum eſt in textu.26. hoc non intrat formaliter demonſtrationem: ⁊ ideo pręter illud debent eſſe principia alia particularia, vt in ſcientia de quantitate, principia quantitatis, ⁊ in ſciẽtia de qualitate, principia qualitatis: ergo quęuis ſcientia habet ſua peculiaria et per ſe principia. ¶Tertia ratio eſt ibi, **3.Ratio.** [Pręterea principia.] quę ſicuti quarta, obſcura eſt ⁊ ideo a diuerſis expoſitoribus diuerſimode intelligitur. Dubiũ enim eſt quomodo principia ſint pauciora concluſionibus: nam videtur contrarium eſſe verum: cum quęuis concluſio ſyllogiſmi ex duabus ad minus premiſſis concludať, et ſic principia ſunt plura concluſionibus. Item eſto ſint pauciora, non apparet quomodo ſint paululum pauciora. ¶Primo dicit S. Tho. quod licet quęlibet concluſio habeat duas pręmiſſas, tamen quęcunqꝫ pręmiſſa poteſt eſſe principium multarũ concluſionũ ⁊ ſic principia ſunt pauciora. Secundo poſſumus dicere forſan ad mentem Ariſto. ꝙ eodem fere modo quo creſcunt concluſiones, creſcunt principia, vt patet in exẽplo: qđ modo apponebamus primę rationi. Sit enim ſubſtantia.a, corpus.b, corpus animatũ.c. aĩal d, hõ.e. Tunc ſeries demonſtrationũ eſt hęc, oĩe.d. eſt.c, oẽ.e.eſt.d: ergo oẽ.e.eſt.c. rurſus oẽ.c.eſt.b, oẽ e.eſt.c: ergo oẽ.e.eſt.b. vbi ſicut additur vnum principium, ita ⁊ vna concluſio. Nam cõcluſio prioris ſyllogiſmi facta eſt minor in ſecundo, rurſus omne.b. eſt.a, omne.e. eſt.b: ergo omne.e.eſt.a. vbi additur aliud principiũ ⁊ alia cõcluſio. Et hoc eſt qđ ait principia eſſe non multo pauciora. ¶Quod ſi cõtra quis arguat, ꝙ hac rõne tot deberent eſſe principia quot cõcluſiones, ſiquidẽ vt creſcunt cõcluſiones, augentur ⁊ principia, ⁊ quę modo eſt concluſio, ſtatim eſt principium: Reſpondetur, ꝙ principia ſimpliciter ſolũ ſunt propoſitiones immediatę, vt.b. eſt.a, c.eſt b, d.eſt.c, e.eſt.d. (Et hoc eſt quod ait [propoſitiones ſunt cũ aut additur, aut interponiť terminꝰ] tũc.n. fit propoſitio.i. principiũ immediatũ, concluſiones autem ſunt oẽs propoſitiones mediatę: quę plures poſſunt eſſe vt.e.eſt.c, e.eſt.b, e.eſt.a. rurſus.d. eſt.b.





d.eſt.a: rurſus.c.eſt.a. Stat ergo ratio in hoc ſi propria principia alicuius ſcientię ſunt fere tot quot ſunt concluſiones, neceſſe eſt vt quęlibet ſcientia habeat ſua principia propria: nam principia communia poſſunt ſeruire multis ſciẽtiis: vt, quodlibet eſt vel nõ eſt. ¶Quartã rationẽ addit dicens, **4.Ratio.** [Pręterea concluſiones ſunt infinitę, termini vero finiti] vbi dubitant expoſitores quomodo ꝓpoſitiones ſunt infinitę ⁊ termini finiti: videtur enim hoc eſſe contra id qđ ſupra determinatũ eſt cap.18. tex.25. videlicet, ꝙ non eſt procedere in infinitũ in prędicationibus: ⁊ per conſequens neqꝫ in demõſtrationibus. ¶Item eſt dubiũ ad qđ propoſitũ addita eſt hęc ratio, ⁊ quomodo probet intentam concluſionẽ. Omiſſis autẽ opinionibus, exiſtimo terminos hic appellare Ariſt. prędicata, quę quidẽ in quacunqꝫ coordinatione prędicamẽtali ſunt finita: ⁊ hoc eſt quod loco citato cap.18. probauit Ariſt. quia ⁊ aſcendendo ſtatur in ſupremo genere, ⁊ deſcendendo ſiſtitur in vltima ſpecie: ⁊ inter iſta extrema non poſſunt eſſe infinita media. Ait ergo Ariſtot. ꝙ quãuis termini ⁊ prędicata ſint finita, quia in vnoquoqꝫ prędicamento prędicata eſſentialia ſunt finita, ⁊ prędicamenta ipſa itidem ſunt finita, quia numero decem, nihilominus ex iſtis finitis terminis poſſunt infinitę.i. innumerę propoſitiones conſtitui eſſentiales et accidẽtales, dum ſuperiora de inferioribus, ⁊ vnum prędicamentum de alio et aliud de alio prędicantur. Quẽadmodum in naturalibus ex quatuor elementis innumerę mixtorum ſpecies componuntur: ⁊ ex vigintitribus aut quatuor elemẽtis Alphabeti conflantur dictiones ſine numero. Unde hac de cauſa adiunxit hanc rationem. Cum enim in quarta ratione dixiſſet non multo pauciora eſſe principia ꝙ̃ concluſiones, vbi loquebať de principiis tantũ demonſtrationis, q̃ ſunt immediata ⁊ ꝑ ſe, extẽdit rationẽ ad ſyllogiſmos dialecticos qui vtũtur prędicationibus accidentalibus quę modis innumeris multiplicari poſſunt. Unde cum illa quę modo eſt concluſio poſtea eſt principium, ſequitur vt etiam in ſyllogiſmo dialectico quot ſunt concluſiones, tot ſint etiã fere principia, atque adeo vnaquęqꝫ ſcientia habeat ſua propria principia. ¶Alij dicunt, ꝙ ſicut ſpecies figurarum poſſunt creſcere in infinitum, vt triangulus, quadrangulus, et ita numeratim aſcendendo, ita ⁊ concluſiones per ſe in qualibet ſcientia poſſunt in infinitum multiplicari. Sed puta priorẽ expoſitionem ſenſum Ariſt. planũ aperire. **5.Ratio.** ¶Subiungit tandem quintam rationem dicens [inſuper principiorũ alia ſunt neceſſaria, alia contingentia] quaſi dicat cum neceſſariorum principia ſint neceſſaria, ⁊ contingentium, contingentia, fit vt non ſint diuerſarum concluſionum, atqꝫ adeo diuerſarum ſcientiarum, eadem principia. ¶Subſequẽter ibi, [Quod ſi quiſpiã.] excludit demum quendam ſophiſticũ ſenſum, quo quis poſſet dicere eadem eſſe principia cõmunia, vt ly eadem faciat ſuppoſitionẽ accõmodam, vt dicunt antiqui, ſeu proportionabilem, videlicet eadem eſſe pricipia Geometrię, Arithmeticę, ⁊ Medicinę, qꝛ.ſ. ſicut in Geometria principia ſunt propoſitiones immediatę et eiuſdem generis cum ſuis concluſionibus, ita ⁊ in Arithmetica ⁊ in Medicina ⁊ in aliis ſcientiis. Ait enim ſenſum iſtum eſſe ridiculum: nam idem eſt ac ſi diceretur, ꝙ principia ſcientiarum ſunt eadẽ, non ꝙ principiũ vnius ſit alterius, ſed ꝙ vnum quodlibet ſit ſibiipſi idem.i. ꝙ ſicut principia vnius ſcientię ſunt omnia eiuſdem rationis, ita ⁊ principia alterius ſcientię inter ſe. ¶In quarta particula, [At vero.] ſubſequitur prima ratio analytica ſumpta ex natura demõſtrationis: quę talis eſt: Si quis dixerit eadem eſſe omnium ſcientiarum principia communia, intendens ꝙ quodlibet demonſtratur ex quolibet, hoc erit inquit inſignis ſtultitię: quia neqꝫ in manifeſtis.i. in demõſtrationibus quę immediate procedunt ex primis ⁊ immediatis principiis, neqꝫ in illis quę procedunt ex principiis mediatis, quę reſoluuntur per alia immediata, id fieri poteſt. Quod probat: nam principia immediata in vnaquaque ſcientia ſunt diſtincta et peculiaria, et ex illis proceditur vſqꝫ ad vltimam concluſionem per propoſitiones quę ex eiſdem per ſe ſequuntur: ergo non quodlibet demonſtratur ex quolibet. ¶Et ſubiungit, ꝙ ſi quiſpiam dixerit prima principia eſſe cõmunia omnibus ſcientiis, licet in vnaquaqꝫ ſcientia ſint alia principia proxima vnicuiqꝫ propria: Reſpondet, ꝙ non ſolũ principia proxima ⁊ mediata, ſed principia immediata debent eſſe propria in vnoquoqꝫ genere, vt hactenus ſepe dictum ⁊ expoſitum eſt. ¶Concludit ergo, ꝙ ſi principia non ſunt hoc pacto communia vt quodlibet demonſtretur ex quolibet: quãuis nec ſint adeo diuerſa, quin habeant illa principia generaliſſima cõmunia, quodlibet eſt vel non eſt, ⁊ nihil eſt ⁊ non eſt: nihilominus, cum principia omnia eiuſdem ſcientię tam mediata ꝙ̃ immediata debent eſſe eiuſdem generis, fit vt hęc ſcientia ex his principiis procedat, ⁊ hęc, ex his.i. vt quęlibet ſcientia habeat ſua propria principia. ¶In quinta particula, [At patet.] concludit tandem ſecundam rationem analyticam, dicens, duplicia eſſe principia demonſtrationis: aliud enim eſt principiũ circa quod, puta ſubiectum circa cuius cognitionẽ verſatur ſcientia: vt vnitas ſeu numerus in Arithmetica: ⁊ punctus ſeu magnitudo in Geometria: alia ſunt principia ex quibus.ſ. propoſitiones. Atqui principia quidem ex quibus, non incõuenit aliqua eſſe cõia, ſicut illud generaliſſimum, quodlibet eſt vel non eſt, eſt omnibus cõmune, ⁊ principia ſubalternantis ſeruiũt ſubalternatę: ⁊ Metaphyſica eſt cõis ſcientia probãs principia aliarũ ſcientiarũ, vt cap.8. tex.27. oſtẽdimus: nihilominus principium circa quod, eſt vnicuique ſcientię proprium: ⁊ per conſequens quęcũqꝫ ſcientia habet ſua propria principia complexa, habentia attributionem eiuſdem generis ad idem ſubiectum.

## Quæſtio ſeptima.

### Vtrum ex vnitate generis vnitas ſumatur ſcientiæ.

A Parte negatiua arguitur. Metaphyſica eſt vna ſcientia vt habetur.4.meta.tex.1.⁊ lib.6.text.2. ⁊ tamen eius vnitas non ſumitur ab vnitate generis obiecti: ergo pars negatiua vera. Probatur minor: quia vt locis citatis eſt videre ſubiectum Metaphyſicę eſt ens: qđ vt in prędicamẽtis cap.4.q.1. monſtrauimus, non eſt genus. ¶Secundo principaliter arguitur, aut vnitas generis intelligitur vt nomẽ ſonat, videlicet vnitas alicuius obiecti generici continentis multas ſpecies, aut intelligiť genus pro ſpecie, vt vnitas ſcientię ſumẽda ſit ab vnitate ſpecifica obiecti. Si primo modo certe oẽs ſciẽtię q̃ tractant de ſubſtãtia eſſent vna ſcientia, quippe cũ omnes ſubſtãtię ſint illo mõ eiuſdem generis.i. eiuſdem prędicamenti: atqꝫ adeo

Philoſophia naturalis q̄ tractat de ente mobili: et Aſtrologia, q̄ tractat de coelis, ⁊ Medicina, quę tractat de corpore ſanabili, eſſent eadẽ ſciẽtia: ⁊ eadem ratione Geometria ⁊ Arithmetica, cum magnitudo ⁊ numerus ſint eiuſdẽ generis generaliſſimi quãtitatis. Si vero accipiat̃ genꝰ pro ſpecie, tũc ſequit̃ ꝙ Philoſophia naturalis non eſt vna ſcientia, vtpote q̄ tractat de coelo ⁊ terra, de elementis ⁊ mixtis, de animatis ⁊ inanimatis: quę ſunt res diuerſiſſimę. Imo neq; Geometria eſſet vna, cum tractet de ſpeciebus variis figurarum. ¶ Et confir. Habitus quicunq; ſcientię eſt vna res: ergo conſtituit̃ in propria ſpecie per proprium genus ⁊ propriam differentiã, ſicut hõ ⁊ equus ⁊ res alia q̄cunq;: atq; adeo nõ ſortitur vnitatẽ ex obiecto. ¶ Tertio principaliter arguit̃, ꝙ nec diuerſitas ſcientię debeat attendi penes diuerſitatem obiecti aut principiorũ: quę eſt ſecũda pars concluſionis Ariſt. Si enim loquamur de ſciẽtia particulari vnius concluſionis, concluſio vna differt ab alia: quia extrema ex quibus cõſtituunt̃ ſunt diſtincta. Si enim loquamur de vna ſcientia totali, tunc differunt ratione ſubiecti in quo ſunt. Differt enim philoſophia q̄ eſt in Petro ab illa q̄ eſt ĩ Paulo per hoc, ꝙ ſunt in diuerſis ſubiectis, licet ſint de eodem obiecto et procedant ex eiſdem principiis.

¶ Quarto principaliter arguitur. Scientia, fides ⁊ opinio, ſunt habitus diuerſiſſimi, vt capite ſequenti videbitur, ⁊ tamen poſſunt eſſe eiuſdẽ obiecti: nã de myſteriis Trinitatis beati habent euidentiam, nos vero fidem, ſed gentiles poſſunt habere opinionem. Item ſcientia practica ⁊ ſpeculatiua vt habetur. 2. meta. tex. 3. ſunt diuerſę, quę tamen ſunt eiuſdem obiecti: nã de domo poteſt haberi ſcientia vna ſpeculatiua ⁊ alia practica. Imo Metaphiſica, phyſica, ⁊ Mathematica, quę ſunt diuerſę ſcientię, ſunt nihilominus de eodem obiecto, nam de quantitate poſſunt omnes tractare. ¶ Et confir. Demonſtratio, quia, ⁊ propter quid, ſunt rationes differentes ſpecie, ⁊ tñ verſant̃ circa eandem concluſionem puta luna eſt eclipſabilis. Quinimo Philoſophia naturalis ⁊ Aſtronomia ſunt diuerſiſſimę ſcientię: ⁊ tamen verſantur circa eandem concluſionem, ſcilicet, terra eſt rotunda, imo forſan idem numero iudicium producunt illius concluſionis. ¶ In contrarium eſt Ariſto. capite. 23. tex. 43. vbi vnitatem ſcientię conſtituit penes vnitatem generis: ⁊ diuerſitatem, penes diuerſitatem principiorum.

## ¶ Ad euidentiã huius quæſtionis

nis notandum eſt. Primo quod hic non diſputamꝰ quęſtionem illam: an vna totalis ſcientia conſtet ex collectione plurium habituum: an potius ſit vnicꝰ ſimplex habitus: hęc enim non eſt ad propoſitum: quam tamẽ quęſtione. 3. prooemiali abũde tractauimus. ¶ Secundo notandum eſt, ꝙ vt cęterarum rerum, ita ⁊ ſcientiarum triplex poteſt conſiderari diſtinctio.

Triplex diſtinctio.

Differunt enĩ ſcientię aut numero, aut ſpecie, aut genere. Atqui quemadmodum aliis in rebus vt. 8. Metap. tex. 22. autor eſt Ariſto. numeralis diſtinctio attenditur ratione materię: differẽtia vero generica, per hoc ꝙ ſint res diuerſorum prędicamentorũ (idem enim eſt eſſe res eiuſdem generis ⁊ eiuſdem prędicamenti) differentia vero ſpecifica attenditur ratione formę (differt enim ſubſtãtia genere, a quantitate, qꝛ ſunt diuerſorũ prędicamentorũ: hõ vero ab equo differt ſpecie ratione formarũ, ſed Petrus ⁊ Paulus differunt numero, quia eorum formę recipiuntur in diuerſis materiis) ad hunc modum vnitas in ſcientiis atq; diuerſitas ſumẽda eſt.

1. Cõcluſio

¶ Reſpondetur ergo ad quęſtionẽ quinq; concluſionibus. Prima, ſcientię differunt numero, ratione ſubiecti, puta qꝛ ſunt in diuerſis intellectibus. Hęc eſt per ſe manifeſta. ¶ Secũda cõcluſio. Scientię, et in vniuerſum quicũq; habitus, differũt genere non ratione obiecti ſed aliunde: qꝛ videlicet aut differũt in genere cognitionis, vt differunt ſcientia, fides, ⁊ opinio, penes formidinẽ, certitudinẽ, ⁊ claritatẽ, vt cap. ſequẽti patebit: ⁊ differunt illi quinq; habitus intellectus. 6. Ethic. cap. 3. ſcilicet intellectus, ars, ſcientia, prudentia, ⁊ ſapiẽtia: aut differunt ex parte finis, vt ſciẽtia practica ⁊ ſpeculatiua. 3. de aĩa, text. 38. Aut qꝛ vna ꝓcedit ꝑ cauſam ⁊ alia ꝑ effectũ, vt ſciẽtia, qꝛ, ⁊ ſciẽtia, ꝓpter qd. Differẽtia inquã horũ habituũ nõ eſt ex parte obiecti: ſed differũt genere in rõne cognitionis. De hac igitur differẽtia non loquitur Ariſt. in pñtia.

2. Cõcluſio

¶ Tertia cõcluſio. Scientię differũt ſpecie penes differẽtiã ſpecificã obiectorũ: itaq; ſcientia illa eſt vna cuius omnes concluſiones conueniũt in vnitate ſpecifica obiecti, ⁊ differũt ſpecie ab alia, cuius cõcluſiones cõueniũt in alia vnitate obiecti. Hãc cõcluſionẽ ptendit hic Ariſt. Cuius expoſitionẽ ſubiunximus ex S. Tho. qꝛ. ſ. ſciẽtia eſt motus in obiectũ, ⁊ motꝰ diſtinguunt̃ penes terminũ. Habet enĩ ſe obiectũ reſpectu habitus, ſicut forma in rebus naturalibus: vnde ſicut rõne formę diſtinguunt̃ res naturales, ita ⁊ habitus reſpectu obiectorũ. Et hoc eſt quod ait Ariſt. 2. de aĩa, tex. 33. obiecta ſunt priora actibus, et actus priora potentiis. Unde doctores eliciunt regulam illam. ſ. actus ⁊ habitus atq; adeo potẽtias diſtingui ratione obiectorum. Nec ſolũ ſcientię, ſed etiã virtutes morales diſtinguunt̃ ſpecie per obiecta vt fortitudo a iuſtitia, ⁊ iuſtitia a tẽperantia.

3. Cõcluſio

¶ Ad maiorẽ autẽ explicationẽ ſit quarta cõcluſio, quã in. 3. q. prooemiali poſuimus, vbi quatuor genera diſtinctionum inter ſcientias ⁊ habitus intellectuales, ex diuerſis locis Ariſto. retulimus. Cõcluſio ergo quarta eſt. Diſtinctio hęc ſcientiarũ ſpecifica non debet attendi penes obiecta materialia, ſed penes obiecta formalia: id eſt, nõ debet attẽdi penes res ſcitas, ſed penes rõnẽ formalem qua cadunt ſub tali ſcientia. Cõcluſio eſt hic S. Thomę ⁊ opuſ. 70. q. 5. ar. 1. Quę quidem per diſtinctionem ſenſuum elucidatur. Enĩuero color conſiderari poteſt. Primo inquantũ eſt res quędã, puta paſſibilis qualitas, et ſm hoc non eſt ſpecies ſpecialiſſima, ſed genus ſubalternum multas ſub ſe habens ſpecies coloris. Secundo conſideratur in ratione ſenſibilis: ⁊ ſic cõſideratus, eſt ſpecies ſpecialiſſima: qꝛ oẽs colores cõueniũt in vna rõne viſibilis: nam oẽs multiplicãt ſpecies ſine motu ⁊ mediante lumine: ſicuti oẽs ſoni cõueniunt in vna ratione audibilis, quia multiplicãt ſpecies per motũ localẽ: vt 2. de aĩa explicabit̃. Eodẽ mõ q̄uis numerꝰ ſonorus inquantũ res quędam naturalis, habet ſub ſe diuerſas ſpẽs, puta, voces humanas, ⁊ ſonꝰ organorũ ⁊ lyrę ⁊c. Tñ qꝛ cõſiderant̃ in muſica q̄tenus ſeruãt certas ꝓportiones q̄ in oĩbus ſonis ſunt eiuſdẽ rõnis, habẽt rationẽ vniꝰ obiecti, ⁊ ꝑ ꝯñs muſica eſt vna ſciẽtia. Et ita oĩa de q̄bus tractat philoſophia habẽt vnã rationẽ generalẽ mobilis: ⁊ illa quę tractat Geometria habẽt rõnem formalẽ cõtinui, ⁊ ita in cęteris ſcientiis: atq; hac de cauſa Ariſt. 3. de anima, tex. 38. pari ratione ⁊ ſenſus ⁊ ſcientias inquit ſecari ſicut res de q̄bus ſunt.

4. Cõcluſ.

¶ Quinta cõcluſio. Hęc ratio cõis ſcibilis per quam ſciẽtię habent vnitatẽ ⁊ diſtinctionem, debet accipi ſm rationẽ abſtractionis a materia. Concluſio hęc colligit̃ ex Ariſ. 6. meta. tex. 2. Et rõ eiꝰ eſt: qꝛ cũ ſciẽtia nõ ſit niſi de vniuerſali, qđ fit ꝑ abſtractionẽ intellectus, ſequit̃ vt vbi ſit diuerſa rõ abſtractiõis, ſit diuerſa rõ ſciẽtię. Exẽpli grã. Res tribus

5. Cõcluſio



tribus modis ſe habẽt ad materiã ſenſibilẽ. Alię enĩ ſunt quę nõ ſolũ per intellectũ: ſed realiter ſunt abſtractę a materia: ſicut ratio entis in cõmuni reperitur in intelligẽtijs quę ſunt prorſus immateriales. Alię ſunt res q̄, licet realiter nõ ſit ſeparatę a materia, abſtrahuntur tamẽ per intellectũ: vt quantitas. Alię ſunt quę in ſui definitionibus includunt materiã, vt elemẽta ⁊ mixta, ⁊ alię res naturales. Hac ratione loco modo citato diſtinxit Ariſt. Metaphyſicã q̄ tractat de ente, ⁊ Mathematicas q̄ tractãt de quãtitate, ⁊ philoſophiã q̄ tractat de rebꝰ naturalibus.

Metaphy. Mathe. et Philoſophia.

Unde mathematicus definit rectũ ⁊ curuũ vt abſtrahit a materia, philoſophus vero vt eſt in materia. definit nanq; ꝙ aquilitas eſt naſi curuitas. ¶ Hoc inſinuauit hic Ariſt. cum dixit diuerſitatem ſciẽtię attẽdi penes diuerſa principia: idẽ enĩ eſt ſcientiã tractare de ſubiecto magis abſtracto, ⁊ procedere per principia magis abſtracta ⁊ magis immaterialia. Unde ad vnitatem ſcientię requiritur vnitas formalis obiecti, quę attẽditur penes media ⁊ principia ex quibus procedit, ⁊ diuerſitas ſciẽtiarũ attẽdit̃ penes diuerſa pricipia, ex quibus argũ diuerſa ratio formalis obiecti. ¶ Hinc elicitur, ꝙ ſciẽtia de coelo, ⁊ ſcientia de generatione, ⁊ ſciã de aĩa, ⁊ alię partes philoſophię naturalis nõ ſunt adeo diſtinctę ſcię, ſicut mathematica ⁊ Philoſophia naturalis: ſed ſunt ſicut partes eiuſdẽ ſciẽtię. ſ. philoſophię naturalis, qꝛ tractãt de differẽtibus ſpeciebus motus: cũ ſciẽtia naturalis ſit de ente mobili. Ueluti ſciẽtia de figuris ſuperficierũ ⁊ corporum ſunt partes Geometrię. Niſi quis velit dicere, ꝙ motus localis coelorũ ſit abſtractior ⁊ minus materialis quã motus alterationis et generatiõis. ¶ Qđ ſi q̄s arguat eadẽ ratione Geometriã ⁊ Arithmeticã non eſſe diſtinctas ſcientias, ſed partes vnius mathematicę generalis, cũ quantitas cõtinua ⁊ numerus ſint ſpẽs eiuſdẽ quãtitatis: Reſpõdetur ex Ariſt. 7. meta. tex. 35. vbi dicit, ꝙ alia eſt materia ſenſibilis vt lignum, ⁊ alia intelligibilis vt mathematica. ſ. cõtinuitas.

Geome. ⁊ Arith.

Continuũ enĩ eſt vnũ numero, qđ ſi diuidat̃, fit plura numero: ob idq; Arithmetica eſt abſtractior quã Geometria: qꝛ abſtrahit a cõtinuitate. Et hoc docuit hic etiã Ariſto. tex. 42. in tertio modo certitudinis ſciẽtię, ⁊ ideo ſunt omnino diſtinctę ſcientię. Qua de cauſa pluraliter dicuntur mathematicę, ⁊ nõ, vna mathematica, ſicut vna philoſophia naturalis. Dicitur autẽ vna Geometria, qꝛ oẽs ſpẽs figurarũ habent vnã rationẽ abſtractionis ⁊ immaterialitatis. At perſpectiua eſt diſticta ſcientia a Geometria: qꝛ perſpectiua reſpicit materiã ſenſibilẽ, a qua abſtrahit Geometria. Et eodẽ modo differunt Arithmetica ⁊ Muſica. Hac igitur arte abſtractionis ⁊ immaterialitatis vtendũ eſt ad diſcernendum vnitatem ⁊ diuerſitatem ſcientiarum.

Ad. 1. arg.

## ¶ Ad primũ igitur argumentũ

principale, Rñdetur ex dictis, ꝙ nõ accipit̃ hic genꝰ pro genere prędicamẽtali, ſed pro vna rõne ſpecifica obiecti: ⁊ ideo ens eſt ſubm̃ metaphyſicę, qꝛ vniuerſa q̄ tractat Metaphyſica, cõſiderat ſub ratione entis: ⁊ eadem ratione Deus eſt ſubm̃ Theologię, quamuis neq; ens neq; Deꝰ ſint gña prędicamentalia. ¶ Eodẽ mõ rñdetur ad ſcðm per quartã ⁊ quintã concluſionẽ: nõ enĩ vnitas ſciẽtię attẽditur penes vnitatẽ materialẽ obiectorũ, ſed penes rationẽ formalẽ, quę nõ ſatis eſt vt ſit generica: ſed accipitur vnitas generis pro vnitate ſpecifica ſpecialiſſima in ratione ſcibilis. Et oĩa quę cõſiderat philoſophia naturalis quamuis differãt ſpẽ ⁊ genere in eſſe reali, tñ ratio ſcibilis eſt in oĩbus vna ſpecifica: qꝛ tractat de ente mobili: qđ nõ abſtrahit a materia ſenſibili: quãuis tractet de illo in vniuerſali abſtrahendo a ſingularibus. Et pari ratione Geometria eſt vna ſciẽtia: ⁊ ita de alijs. ¶ Ad confirmationẽ cõceditur, ꝙ habitus habet ſuũ propriũ genus intrinſecũ ⁊ differentiã, eſt enĩ qualitas ſpiritualis. a. (vt. a. ſit vltima differẽtia.) Sed tñ illa vltima differẽtia in genere cognitionis ſumitur ab obiecto: ſicuti differẽtia ſpecifica viſionis ſumit̃ a colore: ⁊ oĩs differẽtia ſpecifica motus ſumitur a termino. ¶ Ad tertiũ principale cõceditur, ꝙ diſtinctio numerica inter duas cõcluſiões attenditur penes hoc, ꝙ cõſtant ex diſtinctis extremis, vt Petrus eſt homo, Petrus eſt aĩal. Sed tamẽ diſtinctio earũ ſpecifica etiã attenditur penes obiectũ, puta penes rẽ ſignificatã, vt hõ diſputat, equus currit. Et pariter conceditur, ꝙ ſciẽtię totales differũt numero ratiõe ſubiecti in quo ſunt, vt Dialectica quę eſt ĩ Petro ⁊ Dialectica quę eſt in Paulo: ſed hic non loquimur niſi de diſtinctione ſpecifica. Quartũ argumentum per idẽ ſoluit̃: militat. n. de differentia generica habituũ quę nõ ſumitur ab obiecto ſed aliũde, vt in ſecunda cõcluſione expoſitũ eſt. ¶ Et eodẽ modo reſpondetur ad cõfirmationem, q. ſ. demonſtratio, quia, ⁊ propter quid, differũt ſpẽ: quãuis ſi ſimul afferãtur ad eandẽ concluſionẽ, forſan vt ſupra diximus, eundẽ aſſenſum producunt. Et pari ratione Philoſophia naturalis ⁊ Aſtrologia ſunt diſtinctę ſcientię: licet verſentur circa eãdem cõcluſionẽ: qꝛ vt inquit hic Ariſt. procedunt ꝑ diuerſa principia, ⁊ ideo ſub diuerſa ratione tractant de rotunditate terrę, vt ſuperius dictũ eſt.

# De ſcientia & opinione.

# CAP. XXVI.

Textus. xliiij.

INTEREST AVtem inter id quod ſub ſciẽtiam, & id quod ſub opinionem cadit: nam ſcientia quidem vniuerſalis eſt cognitio, & pernecesſaria cõparatur: neceſſarium autẽ aliter ſeſe habere non poteſt: at ſunt quædam vera quidem, & numerãtur inter ea quæ ſunt: tamẽ & aliter ſeſe habere poſſunt. Patet igitur, circa hęc ſcientiam non eſſe: nã ea non poſſent aliter ſeſe habere, quæ aliter ſeſe habere poſſunt. At verò nec intellectus: intellectũ enim principium ſcientiæ dico: neq; ſine demonſtratione ſcientia, quæ quidem eſt exiſtimatio vacantis medio propoſitionis. Eſt autem intellectus verus, & ſcientia & opinio. Et id quod per hæc dicitur. Quare reſtat, opinionem eſſe circa id quod verum quidem eſt, aut falſum: aliter autem ſeſe habere poteſt. Hæc autem eſt vacantis medio, & non neceſſariæ propoſitionis exiſtimatio. ¶ Atque hoc conſentaneum eſt etiam ijs quæ apparent: tam enim opinatio, quam talis natura incertum eſt ſanè. Nemo præterea tum opinari quippiam arbitratur, cùm illud putat aliter ſeſe habere non poſſe, ſed ſcire. Sed cùm eſſe quidem ſic putat, exiſtimat autem & aliter ſe-

Q v ſe ha-

ſe habere poſſe, nihil prohibet illum tum opinari: propterea quòd rei quidem talis opinio eſt, neceſſariè verò ſcientia. ¶ Quomodò igitur fit vt idem vnus opinetur, alius ſciat? & cur opinio non erit ſcientia, ſi quiſpiam poſuerit fieri poſſe, vt de eodem omni opinio habeatur ꝙ ſcit? proficiſcetur enim & hic qui ſcit, & hicce qui opinatur per media, quouſque perueniat ad ea quæ medio vacant: quare ſi ille ſcit, & qui opinatur ſcit. Fieri enim poteſt, vt quemadmodùm ipſum eſſe, ſic & ipſum propter quid eſt opinemur: hoc autem conſtat ipſum medium eſſe. ¶ An ſi exiſtimauerit quidem, ea quæ aliter ſeſe habere nequeunt, perinde atq; habent, definitiones ſeſe habere per quas ipſæ demonſtrationes cōficiuntur ſciet, non opinabitur: ſin autem vera quidem eſſe crediderit, non tamen hæc ipſis putauerit cōpetere ratione ſubſtantiæ atque formæ, opinabitur, non verè ſciet: atq; ſi per ea quidem quæ medio vacāt proceſſerit, ipſum eſſe, & propter quid eſt opinabitur: ſin verò nō per ea quæ vacant medio, tantum ipſum eſſe opinabitur. ¶ Opinio nāque ſcientiaque omninò eiuſdem non eſt: ſed vt eſt & vera falſa modo quodam eiuſdem opinio, ſic & ſcientia & opinio eſt eiuſdem. Etenim opinionem quidem veram ac falſam, vt quidam inquiunt eiuſdem eſſe, cùm alia abſurda, tum hoc ſecum trahit, vt non opinetur quiſpiam quod opinatur falſò. Sed cùm multipliciter idem dicatur, partim eſſe poteſt, partim eſſe non poteſt. Nam opinari verè diametrum commenſurabilem eſſe, abſurdum eſt ſanè: ſed ſic eſt eiuſdem, quia diameter circa quem ſunt ipſæ opiniones eſt idem, vtriuſq; tamen ratio non eadem eſt. Pari modo ſcientia eiuſdem eſſe atque opinio poteſt. Illa nanq; ſic erit animalis exiſtimatio, vt fieri non poſſit: veluti ſi illa quidem exiſtimatio ſit homini ſubſtantiæ ratione competere hæc autem homini quidem, ſed non illo competere modo. Idē eſt enim id, circa quod vtraq; fit: eſt enim homo, ſed modus non eſt idem, vt patet: ex his autem emergit: fieri non poſſe vt ſimul idem opinetur quiſpiam ac ſciat: nam ſimul exiſtimationem haberet, & aliter & non aliter idem ſeſe habere: quod quidem fieri nequit. Etenim fieri quidem poteſt, vt in alio atq; alio ſit eiuſdē vtrunq;, ſicuti diximus: ſed in eodem ſic hoc pacto fieri nequit. Haberet enim ſimul exiſtimationem, hominē per ſe animal eſſe, & non per ſe animal eſſe, quorum primū eſt non poſſe, ſecundum ſit poſſe hominem non animal eſſe. De reliquis autē quonam pacto diſtribuenda ſint, de mente, inquam, de intellectu, de ſcientia, de arte, de prudentia, de ſapientia, alijs in locis pertractabitur. Quædam enim ipſorum ad naturalem, quædam ad morum magis pertinent contemplationem.

HAec eſt tertia & poſtrema pars ſexti atqꝫ vltimi mēbri principalis huius libri, in qua poſt cōparationes demonſtrationis ad demonſtrationem, ⁊ ſcientię ad ſcientiā, cōparat ſciētiam ad alios habitus: nempe in hoc capite ad opinionē, ⁊ in capite ſequēti, ad ſolertiam. Atqui capitula hęc apud Commentatorem vnicū continent textū, qui eſt quadrageſimuſquartus atqꝫ poſtremus huius libri. Habet nihilominus hoc vigeſimuſextū cap. particulas quinqꝫ. In prima ponit conclusionem hanc. Intereſt inter id quod ſub ſciētiam ⁊ id quod ſub opinionem cadit. Boetius ad mentem proprius Ariſt. quā ad literā, vertit, Scibile: ⁊ ſcientia differt ab opinabili ⁊ opinione. Parum refert. Probat concluſionem, tribus rationibus. Prima: Scientia eſt cognitio obiecti vniuerſalis quę fit per neceſſaria principia: opinio vero eſt contingētium ⁊ per media cōtingentia: ergo ſcibile ⁊ opinabile differunt atqꝫ adeo ſcientia ⁊ opinio. Probat minorem (nam maior ſatis hactenus probata eſt.) Contingentia poſſunt aliqua cognitione a nobis cognoſci: ſed contingentiū non eſt ſcientia, alias cū ſcientia ſit eorū quę non poſſunt aliter ſe habere, ſequeretur ꝙ illa quę aliter poſſunt ſe habere, non poſſent aliter ſe habere: neqꝫ contingentium eſt intellectus. Intellectum appellat aſſenſum primorū principiorū, et per circūloquutionē dicit, ꝙ intellectus eſt ſine demonſtratione ſciētia, quia intellectus nō acquiritur per demonſtrationē. Unde quod dixit prius, neqꝫ intellectus, appoſitiue, ⁊ expreſſiue ſubiunxit, neque ſine demonſtratione ſcientia. Unde id quod interponitur. ſ. [intellectum principium ſciētię dico.] legendū eſt vt parentheſis: alioqui litera eſt obſcura. Si ergo contingentium neqꝫ eſt ſcientia, neqꝫ intellectus: ⁊ contingentia poſſunt eſſe vera, ſicut intellectus ⁊ ſcientia (non ſolū aſſenſus ſed obiecta ipſa ſunt vera) reſtat vt contingentium cognitio ſit opinio. Ex quo ſequitur opinionē eſſe circa id quod verum ⁊ falſum eſſe poteſt. Subiūgit autem, [Hęc autē eſt vacantis medio, (id eſt, immediatę) ⁊ nō neceſſarię propoſitionis exiſtimatio.] Quo verbo docet, ꝙ ſicut ſcientia reducitur ad propoſitiōes immediatas neceſſarias, ita opinio contingentis mediate reducitur ad contingentem immediatā, vt cum a longe video aliquid quod opinor nō currere, id conijcio quia video ipm̄ nō moueri, ⁊ nō moueri opinor: quia nō video ipſum mutare locū. ¶ In ſecunda particula, [Atqꝫ hoc] ſubiungit alias duas rationes breues. Secūda ergo ex definitione opinionis ſumitur. Etenim tam opinio quam natura talis, id eſt obiectū opinionis eſt quid incertū: ſcientia vero ⁊ ſcibile ſunt certa: ergo ſcientia ⁊ ſcibile differūt ab opinabili ⁊ opinione. ¶ Hinc doctores eliciūt hāc definitionē opinionis. Opinio eſt aſſenſus verus aut falſus, incertus, ſeu cum formidine. Tertia ratio ſumitur ex hoīm conſenſu. Tunc enī ſcire aliquid putamus, cū arbitramur illud non poſſe aliter habere: cum autem putamus id poſſe aliter ſe habere, quāuis in rei veritate ſit neceſſarium, ſolā habemus opinionē. Signū ergo eſt, ꝙ ſcibile et opinabile ſint diuerſa obiecta. ¶ In tertia particula, [Quomodo igitur.] mouet duas dubitatiōes quę ex dictis reſultant. In tertia enim proxima ratione inſinuauit, ꝙ poſſit de eodem obiecto alius habere ſcientiā, alius vero opinionē, dum alius id quod eſt neceſſariū exiſtimat eſſe neceſſarium, alius vero opinatur eſſe contingens. Prima ergo dubitatio eſt, cū ante dictū ſit obiectū ſcibile eſſe neceſſariū, opinabile vero eſſe cōtingens, quomodo fieri poteſt vt de eodem

*Concluſio.*

*Definitio opinionis.*



dem vnus habeat ſcientiā alius opinionē. Secunda dubitatio eſt. Si de eodē habet̄ ſciētia ⁊ opinio, quomodo nō inde ſequitur ꝙ opinio ſit ſciētia. Uidetur enī id cōſequi: ſi enī obiectum ſciētię ⁊ opinionis eſt idē, ⁊ tā opinio quā ſcientia reducitur ad propoſitiones immediatas, vt paulo ante dicebamus, videt̄ ſubſequi opinionē eſſe ſcientiā. Quod autē opinio reducatur etiā ad cauſas immediatas, probat, q2 non ſolū poſſumus opinari ipſum eſſe. ſ. lunā eclipſari: ſid etiā propter quid: nā pōt quis habere opinionē ꝙ cauſa eclipſis lunę ſit nubecula illi antepoſita. ¶ In quarta particula, [An ſi exiſtimauerit quidē.] reſpōdet primo ad ſecūdā quęſtionē quę eſt facilior. Ubi notādū eſt, ꝙ cū perfectio ſit ex integra cauſa, imperfectio autē ex defectu cuiuſcunqꝫ circūſtantię, ad perfectionē ſciētię requirūtur duo. ſ. ⁊ ꝙ obiectū ipſum ſit in rei veritate neceſſariū, ⁊ ꝙ ita exiſtimet̄: ſed ad rationem opinionis ſufficit alterū illorū. ſ. aut ꝙ medium ſit cōtingens, aut ꝙ exiſtimet̄ eſſe tale. Et ideo dicit Ariſt. ꝙ cā qs exiſtimauerit mediū neceſſariū: quia intelligit eius definitionē per quā ipſum demōſtrat, tunc ſcit illud: ſi autē aliquis nō intelligat eius definitionē nec illud per propria principia demonſtret. habebit ſolū opinionē: ⁊ ſic ſciētia ⁊ opinio quanuis ſint de eadē re, nō ſunt idem. ¶ In quinta particula, [Opinio namqꝫ] ſoluit primā dubitationē quomodo videlicet ſiet, ꝙ obiectum ſcientię ſit neceſſariū, abiectū vero opinionis ſit cōtingēs, ⁊ nihilominus ſint idē. Atqꝫ intētio eiꝰ eſt oſtēdere, ꝙ ſunt eadem res in cōplexe ſignificata, tamē nō ſunt idē obiectū cōplexe ſignificabile, qꝺ eſt proximū obiectū aſſenſus: nā de quātitate habemus ſcientiā, ꝙ accidit ſubſtantię, q2 non eſt de intrinſeca ratione illius: ⁊ habemus opinionē ꝙ realiter diſtinguat̄ ab illa. Itaqꝫ propoſitiones ſunt diuerſę, ſed ſubiectū earū eſt idem. ¶ At pro intelligētia literę notandū eſt, fuiſſe quoſdā philoſophos vt Democritū ⁊ Empedoclē ⁊ alios quos refert Ariſt. 4. meta. tex. 21. ⁊ infra, qui putabant non eſſe aliā rerū veritatē quā quę eſt in apparentia ſenſus: vt ſi res mihi guſtata iudicat̄ amara, eſt amara: ⁊ ſi tibi iudicatur dulcis, eſt dulcis. Ex quorū opinione vt infert illic Ariſ. ſequit̄, ꝙ idē eſt verū ⁊ falſum: nam vinū eſſe dulce, eſt verū, quia ſanus ita iudicat: et eſt falſum, quia infirmus ita iudicat. Et preter hoc aliaqꝫ multa id genus inconuenientia quę illic congerit Ariſto. infert etiā nunc, ꝙ ſecundum illos nulla poſſet eſſe opinio: nā ſi talis eſt res qualis mihi apparet, nullo modo poſſem opinione mea decipi, ⁊ per ꝯñs eſſet ſciētia. ¶ Soluit ergo Ariſt. primā dubitationē dicēs, ꝙ ſciētia ⁊ opinio poſſunt eſſe aliquo modo eiuſdē, vtpote in diuerſis hoībus, quia de eadē cōcluſione, puta, luna eſt eclipſabilis, Aſtrologus habet ſciētiam, ⁊ ruſticus poteſt habere opinionē. Nō tñ poſſunt eſſe oīno eiuſdē: q2 idē hō non pōt habere eiuſdē cōcluſionis ſimul ſcientiā ⁊ opinionē: niſi ſicut poteſt habere ſimul ⁊ opinionē verā ⁊ opinionē falſam. Interponit parētheſim: ꝙ non poteſt opinio eadē ſimul eſſe vera ⁊ falſa, vt dicebāt illi philoſophi, videlicet ꝙ idē ſimul eſt verū ⁊ falſum: nam tūc preter alia abſurda ſequit̄, ꝙ nulla eſt opinio: ſed oīs aſſenſus eſt ſciētia. At poteſt, inquit, tamen habere quis opinionē verā ⁊ ſimul opinionē falſam de eadē re, ſed non de eadē propoſitione. Exemplum Ariſt. eſt, vt opinio quę aſſerit diametrū eſſe cōmenſurabilē coſtę, ita eſt falſa, vt nullatenus poſſit eſſe vera. Poteſt tamē cū illa ſimul eſſe alia opinio vera de eadē diametro, vt puta ꝙ Diametrus excedit coſtam. Ad hunc igitur modū poteſt ſimul eſſe ſcientia ⁊ opinio de eodem homine per diuerſas propoſitiones: vt ſi quis iudicet hominē neceſſario eſſe animal, ⁊ ſimul iudicet animal cōuenire homini in quātum homo eſt ſubſtātia, habet quidē ſcientiā de hoīe. ſ. ꝙ eſt animal ſaltē, q2, de quo tamē habet opinionem falſam: quia homo non eſt animal in quantā ſubſtantia, ſed in quantum homo. Et ita errat in, propter quid. Et eadem ratione poteſt habere ſciētiā de hoīe ꝙ ſit riſibilis, q2 eſt animal rationale: ⁊ opinionē ꝙ diſtinguitur a ſua quātitate. Sed tamē de eadem cōcluſione nō poteſt magis quis habere ſcientiam ⁊ opinionē ſimul, quā habere ſimul opinionem verā ⁊ opinionē falſam. Ubi notato, ꝙ ſecundū Ariſt. tantū repugnant ſciētia ⁊ opinio eiuſdem cōcluſionis propter certitudinē vnius ⁊ incertitudinē alterius, quātum repugnat vt idem aſſenſus ſit ſimul verus ⁊ falſus. Nam per ſcientiā, inquit, iudicamus rem non poſſe aliter ſe habere, ⁊ per opinionē iudicamus rē poſſe aliter ſe habere: quę ſunt repugnantia. ¶ Et ita tādē cōcludit, ꝙ in diuerſis hominibus poteſt eſſe ſcientia ⁊ opinio de eadē concluſione: in eodē tamē nequaquā. ¶ Excuſat ſe tandē Ariſto. a tractatione aliorum habituū de quibus meminit. 6. Ethicorū. cap. 3. quę ſunt intellectus, ſcientia, ars, prudentia, ⁊ ſapientia. Enimuero de ſcientia ſolum hic dictum eſt dialectice, quatenus eſt finis demonſtrationis. At vero de ipſa ⁊ intellectu ad libros de anima pertinet exactiꝰ dicere. Et de ſapiētia ad libros metaphyſicę: de prudentia vero ⁊ arte, ad philoſophiam moralem.

*Solutio p̄mi dubij.*

*Scientia ⁊ opinio repugnant.*

## De ſolertia. Cap. XXVII.

SOLERTIA VERO quædam eſt coniectatio medij in tempore admodùm breui: velut ſi quiſpiam hoc viſo, lunam eam partem quę eſt verſùs ſolem, lucidā ſemper habere citò perceperit, propterea id ipſum effici, quòd lumen ex ſole ſuſcipit lumina, aut ſi viſo paupere diuitem adeunte, hoc illum propterea facere, ꝙ mutuò argentū accipi intellexerit: aut ſi cognouerit, cur hi ſunt amici, quia ſunt eiuſdem hominis inimici: omnes enim medias cauſas, qui vidit extrema, cognouit. Lucidam partem verſùs ſolem habere ſit. a, ſolis lucere lumine ſit. b, luna ſit. c: igitur ipſum. b. id ſolis lucere lumine, competit. c, ipſi inquam lunæ: at ipſum. a, lucidam inquam ſemper verſùs ſolem habere partem, ipſi ineſt: quare fit, vt. a. per. b. medium ipſi competat. c,

IN hoc demum capite xxvij. poſtremoqꝫ primi libri cōparat ſcientiā ad ſolertiā: quę etiam deficit a ratione ſciētię: quia nō procedit ex ſimpliciter neceſſarijs, ſed ex coniecturis. Facit hic autem mentionem de ſolertia, propterea ꝙ nō ſimpliciter coincidit cum aliquo illorū quinqꝫ habituū quos. 6. Ethicorū poſuit. Eſt enim ſolertia pars quędam prudentię vt. 2. 2. q. 49. articulo. 4. docet S. Thom. Prudentia nanque eſt virtus conſiliatiua practica, ſcilicet, circa operationes. Solertia vero eſt quędam vis facile ⁊ de repente inueniendi cauſam rei, vt patet in exemplis Ariſt. vt ſi ignarus philo-

*Solertia.*

philoſophię videat lunã illuminari in illa parte quę eſt verſus ſolē, inde coniectet lunã recipere lumē a ſole: aut ſi videns pauperē ingredientem domũ diuitis, coniectet cauſam eſſe vt argentum ab illo mutuet. Unde ſicut facilitas ⁊ ſubtilitas vt quis facile ab alio doceatur dicitur docilitas, ita perſpicacitas vt quiſq; per ſe de repente media inueniat dicetur ſolertia: ⁊ habet locũ in neceſſarijs ⁊ contingentib⁹, practicis ⁊ ſpeculatiuis, ⁊ poteſt nõnunquã deficere ⁊ deceptionē facere, ⁊ ideo proprie nõ eſt virtus. At vero quia ſolertia nõ ſolũ per effectus facile cõiectat media et cauſas, ſed etiam ex cauſis infert effectus: Ariſt. poſuit exemplũ ſolertię in demõſtratione propter quid. ſ. quicquid recipit lumen a ſole illuminatur in parte quę eſt verſus ſolē, luna recipit lumen a ſole: ergo illuminatur in parte quę eſt verſus ſolem: quãuis ſolers prius per effectum indagauit cauſam ſic arguens, quicquid illuminatur in parte quę eſt verſus ſolem recipit lumen a ſole (vt patet in iſtis inferioribus) ſed luna illuminatur in parte quę eſt verſus ſolem: ergo recipit lumen a ſole. Itaque ex iſtis inferioribus fecit de luna coniecturam.

## Quæſtio octaua.

### Vtrùm ſcientia & opinio adeò differant, vt eis repugnet eſſe in eodem ſubiecto.

IN hac queſtione nõ ſolũ titulus vt iacet diſputãdus eſt, ſed alij nõnulli loci textus, ſunt examinãdi. Quapropter arguitur primo. Fides eſt habitus medius inter ſciẽtiã ⁊ opinionē: deficit enim a ſciẽtia, quia nõ eſt euidẽs, ⁊ excedit opinionē, qꝛ eſt certa: vt ait S. Th. 12. q. 67. ar. 3. ergo inſufficienter Ariſt. de habitibus tractauit, nullã faciẽs mentionem fidei. ¶ Et confir. Fides eſt aſſenſus certus ⁊ ineuidẽs, ſed aſſenſus certus et ineuidens nulla authoritate aut ratione ſufficienter producitur: ergo inſufficienter tradidit media quibus habitus intellectus generatur. Probatur minor. Aut ratio vel authoritas cõuincit intellectum, ⁊ tunc generabit aſſenſum euidẽtem: aut nõ cõuincit, ⁊ tunc ſola producetur opinio. ¶ Secundo arguitur cõtra definitionē opinionis quã poſuit Ariſt. videlicet ꝙ, opinio eſt aſſenſus propoſitionis immediatę non neceſſarię. Opinio nõ ſolũ eſt propoſitionis immediatę, ſed cuiuſcunq; propoſitionis contingentis tam mediatę ꝙ immediatę: ergo definitio non eſt bona. ¶ Et cõfirma. quia nulla videtur poſſe dari prima opinio: nulla enim videtur eſſe immediata propoſitio, niſi qꝛ aut ex terminis eſt per ſe nota, aut ex experientia: quę proinde nec eſt opinio, nec poteſt ponere opinionē ſed ſcientiã. ¶ Et cõfir. ſecundo. Opinio nõ ſolũ eſt aſſenſus propoſitionis contingentis, aut quę exiſtimatur eſſe cõtingens, ſed etiã aſſenſus propoſitionis quã opinamur eſſe neceſſariã: nã exiſtimare aliquid eſſe neceſſariũ, non ſolũ cõtingit per certitudinē, ſed per opinionē. Quinimo quicunque opinatur quãtitatem diſtingui a re quãta opinatur illud eſſe neceſſariũ: nã ſi diſtinguitur, neceſſario diſtinguitur: ⁊ ſi nõ diſtinguitur, neceſſario non diſtinguitur: ergo huiuſmodi aſſenſus eſt opinio: ⁊ tamen neq; eſt propoſitionis cõtingentis, neq; eius ꝙ exiſtimatur eſſe cõtingens. ¶ Hinc ſumitur tertium argumentũ principale: Quod facit Dur. 1. q. prol. ad probãdũ ꝙ ſcientię ⁊ opinioni nihil repugnet eſſe in eodẽ ſubiecto: nã ſi aliquid obſtaret, aut eſſet ex parte obiecti: qꝛ. ſ. per ſcientiã iudicamus rem nõ poſſe aliter ſe habere, ⁊ per opinionē iudicamus poſſe aliter ſe habere, vt hic ait Ariſto. ⁊ hoc nõ, qꝛ vt modo arguebamus poſſumus per opinionē iudicare rem nõ poſſe aliter ſe habere, ſed eſſe neceſſariũ, aut eſſet repugnãtia ex parte mediorũ ex quibus procedunt: et hoc nõ, quia ad eandē cõcluſionē poteſt applicari, ⁊ demonſtratio ⁊ ratio probabilis: imo ſępe mathematici ⁊ maxime aſtrologi ad concluſionē demonſtratã afferũt etiam rationes probabiles, vt poſtꝙ Aſtrologus per eclipſim lunę quę fit circulariter, demonſtrauit terrã eſſe rotundã, adducit etiã rationē probabilē, ꝙ ſicut cœlũ eſt rotundũ, eandem figurã habeãt elemẽta ⁊ per cõſ͂ns terra. Velut theologi ad cõcluſiones fidei afferunt ſępe rationes apparẽtes naturales. ¶ Et confir. Quia poſſent mihi adduci duo media ad eandē concluſionē neceſſariã, alterũ quod eſt neceſſariũ, ⁊ ego certo ſcio eſſe tale, alterũ quod opinor eſſe neceſſarium: in quo caſu nihil videtur repugnare quod mediũ illud quod ſcio eſſe neceſſariũ cauſet ſcientiã, ⁊ alterũ cauſet opinionē: poſtquã per vtrũq; iudico concluſionē eſſe neceſſariã. ¶ Quod ſi quis dicat ſciẽtiã ⁊ opinionē repugnare propter certitudinē vni⁹ ⁊ incertitudinē alterius arguitur ſic: Certitudo ⁊ incertitudo ſolũ differũt, ſicut perfectũ ⁊ imperfectũ: perfectu autē ⁊ imperfectũ non repugnãt, nã forma ſubſtantialis ignis ⁊ calor in eodem ſubiecto ſunt. Et hac ratione videtur S. Tho. concedere. 3. p. q. 9. ar. 3. ad ſecundũ, ꝙ ſciẽtia per demonſtrationē, ⁊ opinio per rationē probabilē ſunt in eodem ſubiecto. ¶ Cõfir. ſecundo. Aut formido opinionis eſt paſſio ab ea diſtincta, vt ſecundũ S. Tho. riſibilitas diſtinguitur ab hoĩe, aut eſt priuatio certitudinis quę eſt ipſemet aſſenſus opinatiu⁹. Si primũ, poſſent tot rationes probabiles adduci, vt tota corrũperetur formido, aut ſaltem Deus ſupernaturaliter poſſet illam ab aſſenſu ſeparare, ⁊ per cõſequens tũc poſſet opinio ſimul eſſe cũ ſcientia. Si vero formido nõ diſtinguitur ab opinione, ſequeret̃ ꝙ ęqualiter dum intẽditur opinio, intenderet̃ formido: quod eſt cõtra experientiã: nã quãto plures rationes adducuntur intendẽtes opinionē, tãto minori formidine aſſentimur. ¶ Quarto principaliter arguit̃. Fides et ſciẽtia poſſunt eſſe ſimul: ergo Fides ⁊ opinio: qꝛ tãta vĩ repugnãtia inter euidẽtiã ⁊ cognitionē obſcurã, quãta eſt inter certitudinē ⁊ incertitudinē. Añs tñ patet. Primo in beatis, in quib⁹ veriſimile eſt durare fidem cũ viſione: ſicut alias virtutes permanebũt quibus gloriã meruerũt. Et ſecundo in Paulo rapto vſq; ad tertiũ cœlũ. Et tertio id patet id philoſophis Chriſtianis qui ſimul habẽt ſciẽtiã ⁊ opinionē ꝙ Deus eſt. ¶ Quinto principaliter arguitur. Si habẽti habitũ opinionis alicuius cõcluſionis afferatur demõſtratio eiuſdē, illa demonſtratio generabit habitũ ſcientię, qui ſimul erit cũ habitu opinionis, ſed non eſt minor repugnãtia inter habitus ſcientię ⁊ opinionis quã inter actus, ergo neq; actus repugnant. ¶ Quod ſi dicas demõſtrationes nõ generare habitũ ſcientię antequã corrũpãt habitũ opinionis, arguitur cõtra. Nam, vt in prędicamẽtis cap. de qualitate dictũ eſt, vnica demonſtratio ſufficit generare habitũ ſciẽtię, quia cõuincit intellectũ. Sed habitus opinionis cũ habeat partes nõ poteſt niſi ſucceſſiue corrũpi: ergo per aliquã morã erunt ſimul habitus ambo: alias daretur vltimũ inſtãs eſſe rei permanẽtis. ſ. habitus opinionis. ¶ Et cõfir. Habitus intellectus corrũpunt ſe ſicut habitus volũtatis contrarij: ſed quando intẽperatus incipit in actibus ſeſe tem-

perantię



perantię exercere, actus illi, vt patet ad experientiã, nõ ſtatim corrumpunt habitum intẽperãtię: vnde ſequi videtur ſimul eſſe habitũ temperantię ⁊ intemperantię, ⁊ per cõſ͂ns eadē ratione habitũ ſcientię ⁊ opinionis. ¶ Sexto tandē arguitur cõtra id quod diximus ſolertiã non eſſe virtutē, eo ꝙ eſt indifferẽs ad verũ ⁊ falſum. Prudentia eſt virtus, vt habetur 6. Ethi. cap. 5. Sed prudentia eſt indifferẽs ad verũ ⁊ falſum, nã eſt circa ſingularia vt illic ſubdit̃ cap. 7. circa quę cõtingit errare: vt patet, qꝛ non repugnat virtuti prudẽtię, vt aliquãdo prudens erret in ſuis cõſilijs propter incertitudinē rerũ humanarũ circa quas verſatur: ergo ꝙ ſit indifferens ad verũ vel falſum, nõ repugnat rationi virtutis. ¶ Et confir. Prudentia eſt virtus, ⁊ ſolertia eſt pars illius, vt ait S. Tho. 22. q. 49. art. 4. ergo ſolertia eſt virtus.

¶ Quæſtio hæc, vt eſt vltima, ita ⁊ inter pręcipuas eſt huius libri. Vbi conſtituim⁹ ſex concluſiones: non ſolum quibus ad titulum quęſtionis, ſed ad argumenta pro textus expoſitione reſpondeatur. Faciemus nãq; duos articulos. In primo erunt tres cõcluſiones de fide: ⁊ in altero de opinione totidē.

Prima cõcluſio.

¶ Unde circa materiã primi argumenti ſit prima cõcluſio. Apud Ariſtotelē quinq; tantũ inueniuntur intellectuales habitus, quibus non poteſt ſubeſſe falſum, atq; adeo habẽt ⁊ nomen ⁊ rationē virtutis. Hi ſunt, ſcientia, Intellectus, Sapiẽtia, Prudentia, ⁊ Ars: quos. 6. Ethico. cap. 3. connumerat. Concluſio hęc manifeſta erit his qui Ariſto. doctrinã perluſtrauerint. Atqui tres priores habitus verſantur circa neceſſaria: nempe Intellectus circa prima principia. Scientia vero, circa concluſiones: ſed Sapientia, in vna ſignificatione eſt habitus comprehendens concluſiones ⁊ principia: ⁊ in alia, eſt ſciẽtia altiſſimarũ cauſarum: qualis philoſophis eſt Metaphyſica, ⁊ Chriſtianis Theologia. Alij duo habitus eſſe poſſunt circa contingentia. Prudentia nanq; vt loco citato docet Ariſt. cũ ſit circa agibilia. puta circa actus immanẽtes, qualia ſunt opera virtutũ, ⁊ de vniuerſalibus eſt ⁊ de ſingularibus: conſiderat nanq; ratiões legeſq; vniuerſales, quas ad ſingulares applicat actiones. Ars vero eſt circa factibilia quę tranſeunt in exteriorem materiam. Quibus non poteſt ſubeſſe falſum eo modo quo in reſpõſione ad vltimum explicabitur. Quocirca illi tres habitus ſunt ſpeculatiui: hi vero duo ſunt practici. Subiungit demũ illic Ariſto. opinionem ⁊ ſuſpitionē, quę excluſit a ratione intellectualis virtutis, eo ꝙ indifferenter ſe habeant ad verũ ⁊ falſum. Et eadē ratione excluditur hic ſolertia.

2. Cõcluſio

¶ Secunda concluſio. Neq; Ariſt. neq; alij philoſophi naturales cognouerũt aliquē habitum vel aſſenſum fidei qui ſpẽ differret ab opinione.

Fides diuina ⁊ hũa.

Ad cuius intelligentiã notandũ eſt duplicē eſſe fidē. Alia enim eſt diuina, qua per reuelationē Chriſti ſeruatoris noſtri aſſentimur ſacrę ſcripturę. Alia vero eſt humana, qua abſq; formidine aſſentimur veritatibus aliquibus humanis citra euidentiã, vt ego ſine vlla prorſus formidine aſſentior Romã eſſe, quã nõ vidi: ⁊ inſulas quas noſtri inuenerũt. ¶ Et inter hac duas ſpecies fidei, pręterquã ꝙ prima eſt de rebus pertinentibus ad religionē, ⁊ ſecunda de veritatibus humanis, eſt etiã eſſentialis differentia, ꝙ fidei catholicę nõ poteſt ſubeſſe falſum: nã Deus qui eſt prima veritas nec falli nec fallere poteſt: fidei autē humanę poteſt ſubeſſe falſum. Ex qua differentia S. Tho. 22. q. 4. arti. 5. ad ſecundum colligit, ꝙ fides catholica eſt virtus. Fides autem humana non eſt virtus. ¶ Probatur ergo cõcluſio. Fidem diuinã nec Ariſt. neq; aliquis philoſophorum cognouit: quia nõ cognouerũt homines tali reuelatione diuina aliquid cognoſcere. Fides autem humana nõ differt ſpecie ab opinione. Quod ꝓbatur. Nam cuicunq; fidei humanę quantuncunque certiſſimę poteſt ſubeſſe falſum: ſaltem nõ repugnat ex natura aſſenſus. Etenim quantũcunq; abſq; vlla formidine ergo credam Romã eſſe in Italia, ⁊ patrē meũ eſſe mortuũ quē tamen non vidi mori, nihilominus nõ repugnat fidei quam habeo, illud eſſe falſum: quia nec de huiuſmodi veritatibus habeo experientiam, nec euidentiã per reductionem ad prima principia: ergo non differt ſpecie ab opinione. Et ideo, vt S. Tho. loco modo citato egregie adnotauit, Ariſto. 6. Ethi. ſub noĩe opinionis cõprehendit quãcunq; fidē humanã: quã excluſit a ratione virtutis, eo ꝙ quantuncunq; ſit certiſſima, nõ repugnat illi ſubeſſe falſum. ¶ Differũt autē in doctrina Ariſ. fides ⁊ opinio ſecũdum magis ⁊ minus. Unde primo Topi. cap. 5. Fides, inquit, videtur eſſe vehemẽs opinio, id eſt, aſſenſus certus ſiue verus ſit, ſiue falſus. Quo fit vt apud Ariſtot. formido ad modũ loquendi doctorũ huius tẽporis, nõ ſit de intrinſeca ratione opinionis, ſed hoc ſolum, ꝙ ſit aſſenſus indifferens ad verũ ⁊ ad falſum, vt ar. 2. q. 2. explicabitur. ¶ Qđ ſi quis obijciat illud. 2. de anima tex. 157. opinionem ſequitur fides, vbi videtur ponere diſtinctionem inter opinionem ⁊ fidem: reſpõdetur, ꝙ nõ intẽdit talē diſtinctionē, ſed accipit fidē pro aſſenſu: ⁊ vult dĩc, ꝙ bene ſequitur, ſi quis habet opinionem, ꝙ habeat etiã aſſenſum: nã opinio ipſa eſt aſſenſus. Quã differentiã ponit inter opinionē ⁊ phãtaſticam imaginationē, quę nõ eſt aſſenſus. ¶ Ex quo ſequitur primo, ꝙ non valet hęc cõña, eſt aſſenſus certus: ergo verus (licet hoc tẽpore inter dialecticos cenſeatur bona.) Enimuero Mahumetici ita certo aſſentiunt ſuis erroribus, vt nos noſtrę fidei: ⁊ aliqui Iudei ita certo credũt, ꝙ Meſſias nõ venit, ꝙ nos cõtrarium. Unde Ariſt. 7. Ethi. cap. 3. quidã inquit ſuis falſis opinionibus nõ minus aſſentiunt, ꝙ alij ſuę ſcientię. Et illos aſſenſus falſos Ariſt. appellaſſet fidem: ⁊ ita ſunt Latinę appellandi: quidquid enĩ appellamus opinionē, Latine poſſumus nuncupare fidē. Dicimur enĩ adhibere fidē alicui, licet eius authoritas ſolã nobis adgeneret opinionē: ⁊ ecõuerſo fides etiam appellatur opinio. Tametſi inter Chriſtianos ex accõmodatione vſus, ſolã reuelationē ſacrę ſcripturę appellamus fidē.

Definitio fidei.

¶ Sequitur ſcđo, ꝙ hęc definitio, fidei aſſenſus verus certus ⁊ ineuidẽs, nõ cõpręhendit fidem humanã: quippe quę indifferens eſt ad falſum: ſed ſolũ cõuenit fidei catholicę, vtpote cui non poteſt ſubeſſe falſum. Imo eſt nobis certior ꝙ ſciẽtia, propter ipſam enĩ negamus hanc cõſequentiã, om̃is eſſentia diuina eſt Pater: Filius eſt eſſentia diuina: ergo filius eſt pater: quã philoſophi naturales reputarent euidentem. ¶ Solutũ ergo ſatis eſt primũ argumentũ, nõ enĩ Ariſt. inſufficiẽter tractauit de habitibus intellectus, ſiquidē fides catholica, ſupranaturalis eſt, ⁊ illi incognita, fidē autē humanã noĩe opinionis cõprehẽdit.

3. Cõcluſio
Fides ex pia affectione.

¶ Pro materia cõfirmationis eſt tertia, cõcluſio. Tã fides diuina ꝙ humana, imo ⁊ opinio, generatur in nobis ratiõe aliqua aut autoritate, cũ pia affectione voluntatis. Quę licet videri poſſet ad rem pręſentem nõ pertinere, poſita eſt tñ: tum qꝛ neoterici fere hic tractãt, tum etiã, qꝛ neq; eſt adeo impertinẽs propoſito. Hanc concluſionē probat S. Tho. 22. q. 1. ar. 4. hac ratione. Intellectus nõ poteſt alicui aſſentire niſi altero duorũ modorũ. videlicet aut cõuict⁹ ab obiecto, aut volũtate eũ inclinãte ad vnã partē, ſed ad ea, quibus aſſentimur per fidē, vel per opinionē, nõ ſimpliciter ĩtellect⁹ cõuincit̃: ergo illis aſſentiret

aſſentit ex inclinatione voluntatis. Minor ſupponit a S. Tho. tanquã nota: probatur tñ, quia cum nõ ſit niſi duplex potẽtia. ſ. rationalis ⁊ irrationalis, vt. 1. Ethico. author eſt Ariſto. non eſt niſi duplex modus quo poſſet aliqua potẽtia paſſiua moueri. ſ. aut ex neceſſitate, vt potentia irrationalis, aut libere, vt potẽtia rationalis. Minor autẽ patet: quia intellectus regulariter nõ cõuincitur ſimpliciter niſi ab euidẽtia ſcʒ ab experiẽtia, vel ex principijs per ſe notis, vel ꝑ reductionẽ ad illa, vt reducitur ſcientia. Exiſtimo profecto ſi qui tenent fidem poſſe produci a ſola ratione hanc rationẽ perpendiſſent, forſan nõ cõtradixiſſent S. Tho. ¶ Et cõfirmatur cõcluſio experiẽtia: experimur enim ꝙ vbi nõ eſt euidẽtia rei, multũ refert affectio, vt alij magis credant Auguſtino, alij Hieronymo, alij Thomę, alij alijs. Et de fide catholica ſecundo probatur concluſio, ex illo. 2. ad Corinth. 10. in captiuitatem redigẽtes intellectũ in obſequiũ Chriſti: captiuare nanqꝫ intellectũ munus eſt volũtatis. Ad quod etiã pertinet illud, Lucę. 17. Adauge nobis fidẽ: quo verbo nõ ſolũ petebãt Apoſtoli, claritatem fidei ex rationibus aut miraculis, ſed ꝙ voluntatẽ eorũ incliuaret ⁊ afficeret ad credendũ. Qua de cauſa S. Thom. 22. q. 4. ar. 2. docet, ꝙ quãuis fides formaliter inhęreat intellectui, tamen per quandam redundantiã eſt etiã in voluntate, nã vtrãqꝫ, inquit, potentiã neceſſe eſt eſſe perfectã ad credẽdum. ¶ Et cõfir. ratione. Credere eſt quodammodo actus obedientię ⁊ meriti: obedire autẽ ⁊ mereri ad volũtatem pertinet. Nec ſatiſfacit reſponſio dicentiũ ſatis eſſe ad rationẽ meriti, ꝙ credere ſit antecedẽter in poteſtate volũtatis, quatenus libere quis audit prędicatores: nõ eñ hoc ſolũ eſt meritoriũ, ſed hoc qđ eſt captiuare intellectũ ad credendũ illud quod nõ eſt euidens. ¶ Offerunt ſe tamẽ in contrariũ argumenta nõnulla exigua.

**Argumẽta**

Primũ, ex his quę paulo ante dicebamus. Experimur nãqꝫ aliquãdo citra euidentiam ſola authoritate alicuius conuinci ad credendũ. v. g. ꝙ Roma eſt, ⁊ ꝙ modo Ceſari cum Gallo bellũ ſit, quibus renuente volunte aſſentimur. ¶ Secundo arguitur. Aut affectio pia voluntatis eſt actus quo volumus id quod aſſeritur eſſe verũ, aut actus quo volumꝰ aſſerentem eſſe veracẽ, aut actus quo volumus aſſentire. Non primũ, nã cũ audio nuntiũ, obijſſe parẽtem, aut Turcã littora noſtra inuaſiſſe, nollẽ eſſe verum, ⁊ tamẽ abſqꝫ formidine credo. Et eadẽ ratione arguitur cõtra ſecundũ membrũ: quia ſtat eum qui mihi id nuntiat eſſe inimicũ, quẽ nollẽ eſſe veracẽ, ⁊ tamen illi credo. Sed ꝙ neqꝫ ſit tertiũ arguitur. Primo: quia alias ſtaret in noſtra poteſtate aſſentire cuicunqꝫ propoſitioni, quod eſt ⁊ cõtra Ariſt. 2. de aĩa, (in diuiſione Commenta.) tex. 154. dicẽtem in noſtra eſſe poteſtate phãtaſiare cũ volumus, opinari vero nõ. Et eſt cõtra experientiã: quia nõ eſt in poteſtate mea modo aſſentire aſtra eſſe paria aut imparia. Et pręterea quia experimur nos ſępe exire in actũ fidei, quã primũ audimus Deũ eſſe hominẽ, aut aliũ articulũ naturaliter ſine tali volitione, qua volumus aſſentire.

**Reſponſiones.**

¶ Ad primũ reſpõdetur, ꝙ opinio S. Tho. intelligitur regulariter, ⁊ per ſe ex natura rei: nil tamen vetat quin aliquãdo ſit tã vehemẽs autoritas, vt citra euidentiã cõuincatur intellectus ſine inclinatione volũtatis. ¶ Ad ſecundum reſpõdetur, ꝙ pia affectio voluntatis eſt volitio aut actualis aut habitualis, qua volo aſſentire cum nõ ſit. 1 ratione cõuictus, nihilominus volitio hęc ⁊ propenſio voluntatis, nõnunquã cõtingit ex volitione qua vellẽ id quod aſſeritur eſſe verum: nam ea quę multũ optamus facile credimus (qđ eſt aliud argumentum fidẽ dependere a voluntate.) aliquãdo cõtingit ex amore quo afficimur erga aſſerentẽ. Unde ſectę philoſophorũ ortũ habere nonnunquã ſolẽt. Etenimuero poſtquã aliquis afficitur alicui doctori, ęquali ratione facilius venit in eius ſententiã, quã in ſententiã alterius. Nihilominus aliquãdo, vt probant argumenta aduerſus duo priora mẽbra, ſine iſtis aſſentimur propter vehementiam authoritatis renuente voluntate. ¶ Primũ argumẽtum aduerſus tertiũ mẽbrũ, vehemẽtius militaret aduerſus Occhã.

**Occham.**

Sunt eñ aduerſus S. Thomam duę extremę opiniones. Prima eſt Holcoth in 1. q. 1. videlicet, ꝙ ſola authoritas vel ratio ſufficit ad generationẽ fidei, qđ ſi intelligat de fide humana, et quãdo eſt vehemẽtiſſima authoritas, nos non negamus. Alia eſt Occhã in ſcđo, diſt. 25. vbi videtur tenere, ꝙ ſolũ imperiũ voluntatis ſine autoritate aut ratione ſufficit ad credendum. Contra quẽ militat authoritas Ariſt. ⁊ experiẽtia. Nos vero reſpõdemꝰ, ꝙ non eſt in noſtra voluntate ſimpliciter aſſentire vbi nulla eſt authoritas aut ratio. Sed dicimus, ꝙ imperiũ voluntatis facit, ꝙ aliqua authoritate aut ratione moueamur, quę per ſe nõ poſſet nos conuincere. Et ideo non poſſumus aſſentire ꝙ aſtra ſint paria. ¶ Ad poſtremũ reſpõdetur, ꝙ quãdo quis primo recipit fidẽ, tunc requiritur motus volũtatis in actu, poſtquã vero quis iã habet habitũ, tũc ex habituali motu volũtatis ſtatim aſſentit, nec requiritur ꝙ voluntas de nouo inclinet ⁊ determinet intellectum.

**Autoritas.**

¶ Tandem hic notandũ eſt, ꝙ citra euidentiã multo plus mouet authoritas ex genere ſuo quã ratio quęuis probabilis: nã ratio probabilis non fundatur in aliqua euidentia: auctoritas vero ſępe nititur experientię aut euidentię dicentis. Cum enim homo fide dignus aut decem aut viginti dicunt aliquid ſe proprijs oculis vidiſſe, profecto nõ poſſumus nõ credere, nam licet illud nõ ſit nobis euidẽs, eſt tamen euidẽs eſſe credibile: vnde ad fidem ſaltem humanã minus requiritur imperium ⁊ affectio voluntatis quã ad opinionẽ: quod notãdum eſt apud S. Thomã, ne quis credat doctrinã eius eſſe, ad ſolũ actum fidei requiri imperium voluntatis, cũ requiratur etiam ad opinionẽ. Sed iã vltra limites dialecticę in materiã mergimur fidei. Satis ergo de fide. ¶ Unde ad cõfirmationem reſpõdetur, ꝙ Ariſt. non negaſſet ad fidẽ, ⁊ opinionem requiri motum voluntatis, ſed tamen ipſe nõ tractauit niſi de principijs habituũ quę ſunt in intellectu. ſ. de propoſitionibus, ⁊ de terminis ex quibus ratiocinatio conſtruitur.

**Articu. 2. Prima cõcluſio.**

## ¶ Deſcendendo ergo ad materiã opinionis:

pro ſecundo argumento eſt prima cõcluſio. Sicut inter propoſitiones euidentes, ita ⁊ inter opiniones eſt aliqua opinio mediata, ⁊ aliqua prima ⁊ immediata quę non indiget probari per aliam. Hęc primo probatur ex doctrina Ariſt. in hoc libro. Hac enim de cauſa cap. 18. tex. 25. nõ ſolũ ex rationibus demõſtrationis, ſed dialecticę etiã probauit non eſſe proceſſum in infinitũ in principijs: nẽpe vt oſtenderet, ꝙ nõ modo in demõſtrationibus, verũ ⁊ in ſyllogiſmis dialecticis ⁊ probabilibus, ſit deuenire ad primũ principiũ. ¶ Secundo probatur cõcluſio exemplis:

**Prima opinio.**

Poteſt enim prima opinio multis modis generari. Aliquãdo ex terminis ipſis: propoſitis nanque his propoſitionibus, mater diligit filiũ, pauper cupit diteſcere, ⁊ cognitis terminis ſtatim generatur earum opinio: ſicuti cognitis terminis huius, omne totũ eſt maius ſua parte, ſtatim generatur eius euidentia. Secundo generatur prima opinio ex pręmiſſis euidentibus per ineuidentiã conſequentię, quę ex terminis ipſis eſt ineuidens, vt ex hoc ꝙ omnes quotquot vidi inſulanos occidentis ſunt deformes, infero omnes inſulanos eſſe deformes: ⁊ ex hoc ꝙ Germani quos vidi ſunt proceri corpore, infero Germanos eſſe magnę ſtaturę. Et tertio ex conjecturis cuius exempla ponit Ariſto. de ſolertia. Uideo pauperẽ adire diuitem, opinor ſtatim eleemoſynam petere. His ergo modis ⁊ alijs plurimis generatur opinio. Quod vero ſint alię opiniones mediatę patet, cũ opinor quantitatem diſtingui a re quanta, Deum nõ poſſe producere infinitũ: quę quidem opiniones inferuntur ex alijs principijs cognitis etiam per opinionem.



**Ad ſecũdũ argumẽtũ.**

¶ Ex hoc ſequitur ſolutio ſecundi argumenti, videlicet, ꝙ quãdo dixit Ariſto. opinionem eſſe aſſenſum propoſitionis immediatę non neceſſarię, nõ intendit adęquate definire opinionẽ, vt excluderet opinionẽ mediatam: ſed meminit ſolũ propoſitionis immediatę, tum quia manifeſtũ eſt, ſi propoſitio immediata eſt opinio, illã quę inde ſequitur eſſe opinionẽ, tum etiam forte vt aſſignaret differentiam inter opinionẽ ⁊ ſcientiã, ꝙ propoſitionis immediatę vnde ſequitur ſcientia non eſt ſcientia ſed intellectus, propoſitionis vero immediatę vnde ſequitur opinio eſt pariter opinio, vt cõcluſio. Et per hęc etiã patet ſolutio primę confirmationis.

**Definitio opinionis.**

Definitio ergo opinionis quę colligitur ex Ariſtote. eſt, ꝙ ſit aſſenſus verus vel falſus obiecti contingentis.

**2. Cõcluſio**

¶ Sed pro ſolutione ſecundę confirmationis eſt ſecunda concluſio in hac materia conſideranda. Contingens in definitione opinionis nõ accipitur vt ſit ſolũ cõditio ex parte obiecti, ſed etiam ex parte ſubiecti. ſ. ex parte intellectus. Concluſio eſt S. Tho. 12. q. 67. articulo 3. Quod eſt dicere, ad hoc ꝙ aliquis aſſenſus ſit opinionis ſatis eſt, ꝙ ſit de obiecto quod in rei veritate eſt contingens, vel ꝙ ęſtimetur eſſe contingens, ad hunc ſenſum ꝙ non euidenter iudicetur eſſe neceſſariũ. Itaqꝫ licet ego aſſentiã propoſitioni neceſſarię, ſi tamen non euidẽter iudico eſſe neceſſariã, licet opiner eſſe neceſſariã, reputatur hic ab Ariſto. aſſenſus obiecti cõtingentis ex parte ſubiecti: quia cũ ſolum opinor eſſe neceſſariũ, in exiſtimatione mea forte non eſt neceſſariũ: ⁊ hoc quod dico forte Ariſto. appellat contingens. Et hęc eſt propria ſignificatio huius aduerbij, forte. Quod nõ animaduertũt, qui putãt non feciſſe hic Ariſt. mentionem de omni opinione, ſed ſolum de illa quę eſt obiecti cõtingentis, aut quę exiſtimatur eſſe contingens, de quorũ numero eſt Durandus in prima quęſtione prologi. Nam Ariſto. loquebatur ſecundũ propriã ſignificationẽ nois. Itaqꝫ qđ doctores dicũt opinionẽ eſſe aſſenſum cũ formidine, Ariſt. appellat aſſenſum cõtingẽtem. Nam in Ariſt. nõ eſt illa particula, cũ formidine, ſed doctores exponentes verbũ, contingẽs, excogitarunt illã. Imo vero quãuis ſit aſſenſus propoſitionis contingentis, ſi cognita ſit per experientiam, vt Petrus ſcribit, eo nõ eſt opinio, qꝛ eſt aſſenſus ſine formidine: ⁊ qui ita aſſentit non diceret forte eſſe verũ, ſed eſſe euidens. Quo ergo naturã opinionis tãdem cõcludamus dicenda ſunt duo. Primũ, ꝙ in doctrina Ariſto. de intrinſeca ratione opinionis non eſt formido ad modũ quo loquuntur nunc moderni. Nam iudicium quo aſſentio nunc Romã eſſe, eſt opinio: ⁊ tamen proprie loquendo nõ eſt cum formidine, niſi appellemus formidinem hoc quod nõ repugnat illum aſſenſum eſſe falſum, cum nõ ſit euidẽs. ¶ Secundo dico, ꝙ poſtꝙ iam abijt in vſum ponere diſtinctionem eſſentialem inter fidẽ humanã ⁊ opinionẽ, hoc demus vſui dialecticorum. ſ. ꝙ opinio ſit habitus de cuius intrinſeca ratione eſt aſſentire cũ formidine.

**Fides hũa.**

Fides autẽ humana eſt aſſenſus certus, ineuidens, ſiue verus ſiue falſus. Nihilominus licet loquamur vt plures, liceat ſapientibus ſentire cum paucis, ⁊ loqui ad modum quo loquitur Ariſt. Eo vel maxime ꝙ S Tho. 12. q. 67. artic. 3. licet opinionem dicat eſſe aſſenſum cum formidine, tamen nomine formidinis forſan comprehendit quancunqꝫ fidem humanam, propterea ꝙ nõ repugnet illi eſſe falſam: ⁊ ideo quando ponit fidem eſſe medium inter ſcientiam ⁊ opinionem, ſolum intelligit de fide catholica. Et ita profecto omnes philoſophi et antiqui doctores loquuntur.

**3. Cõcluſio**

¶ Sit ergo tertia cõcluſio huius articuli, qua ad titulũ quęſtionis reſpondetur: Scientia ⁊ opinio de eadem concluſione, nec ſecundum actus, nec ſecundum habitus eſſe poſſunt ſimul in eodem intellectu. Probatur prima pars. Aſſenſus certus ⁊ euidens, ⁊ aſſenſus incertus et ineuidens formaliter repugnant, vt ait Ariſto. ſicut duo aſſenſus contrarij: ſed duo aſſenſus contrarij eſſe non poſſunt ſimul: ergo nec ſcientia et opinio. Et experientia ipſa magiſtra id euidentius docet quã vt pluribus teſtibus opus ſit: nemo enim hoc poteſt mente concipere, vt poſſit quis certe et euidenter iudicare hoc eſſe verum, et formidare an ita ſit. Dixerim de eadem cõcluſione, nam de eadem re poſſumus diuerſas concluſiones formare, vt de Deo quis poteſt habere ſcientiam naturalem, ꝙ eſt vnus ſicut habuit Ariſt. ⁊ fidem ꝙ eſt Trinus, ⁊ opinionem ꝙ non poteſt infinitum producere. ¶ Inde ſequitur ſecunda pars concluſionis, nam cum habitus ſint propter actus, ſi actus ſimul eſſe non poſſunt, fit vt neqꝫ poſſint eſſe habitus. ¶ Et confirmatur hoc. In moralibus habitibus, experientia conſtat, ꝙ nullus poteſt eſſe habituatus ſimul ad duo contraria: ſed prius actus. v. g. temperantię corrumpunt habitum intemperantię, quam generent habitum temperantię. Sed ſcientia ⁊ opinio ſecundum actus contrariantur: ergo nullus poteſt ſimul habere habitus ad huiuſmodi contrarios actus inclinãtes. Hęc tamen ſecunda pars latius patebit in ſolutione ad quintum argumentum. ¶ Hinc ſequitur corollarie, ꝙ fidei eodem modo repugnat eſſe ſimul, ⁊ cum ſcientia, vt ait S. Tho. 12. q. 67. articulo. 3. et cũ opinione. Cum enim ſit aſſenſus obſcurus, repugnat claritati ſcientię: ⁊ cum ſit certus, nõ ſecum patitur opinionis formidinem.

## ¶ Duo igitur argumenta priora

eorumqꝫ confirmationes ſoluta ſunt. Ad tertium principale quod eſt Durandi reſpondetur, ꝙ non ſolum opinio qua iudicamus obiectum eſſe contingens repugnat ſcientię, ſed illa etiam qua cum formidine aſſentimur obiectum eſſe neceſſarium: quod Durandus, alias nobilis author, minus attente conſiderauit, credens Ariſtotelem ſolum ponere repugnantiam opinionis cum ſcientia primo modo: cum tamen hoc quod eſt cum formidine iudicare obiectum eſſe neceſſarium, Ariſtot. cenſeret contingentiam ex parte ſubiecti: vt in ſecunda concluſione ſecundi articuli explicatum eſt. Et quando id Ariſto. non dixiſſet, experientia quiſqꝫ comperiet non poſſe ſimul euidẽter ſcire aliquid eſſe verum ⁊ cum formidine aſſentire illi. Si enim quis per vnum aſſenſum euidenter ſcit vnam partem contradictionis, non poteſt per alium habere formidinem alterius partis. Quinimo nec ſcientia et fides humana ſtant ſimul, quippe cum fides humana non faciat tantam certitudinem eo ꝙ poteſt eſſe falſa. ¶ Unde ad aliam probationem et ſimul ad primam confirmationem conceditur, ꝙ poſſunt ſimul adduci duo media ad eandem concluſionem, vnum demonſtratiuum, ⁊ aliud probabile: non tamen generabunt duos aſſenſus ſed vnum ſcientificum. Ratio enim probabilis adiuncta demonſtrationi confirmat aſſen-

ſum ſciẽtificum. Et hoc eſt quod prętẽdit S. Tho. 3. p. q. 9. ar. 3. ad. 2. Ubi inſinuat ꝙ ratio probabilis cõcurrit cum demonſtratione ad aſſenſum ſcientię. ¶ Eodem modo cum Chriſtianus docetur Theologiam, rationes probabiles quas adducit ad veritates creditas, neq; generãt opinionem, neq; corrumpunt habitum fidei, (vt aliqui neoterici gratis timent) ſed iuuant habitum fidei ad producendum aſſenſum fidei clariorem. ¶ Ad ſecundam confirmationem, in nulla via tenendum eſt ꝙ formido diſtinguatur ab opinione. Nam, vt in prędicabilibus cap. de proprio dictum eſt, non diſtinguitur ſecundum S. Tho. omnis paſſio a ſuo ſubiecto, ſed illa ſolum quę eſt potentia ad procedendum vel recipiendum aliquod accidens: formido vero non eſt potentia: ſed priuatio certitudinis quę eſt de intrinſeca ratione opinionis, et ipſamet opinio. Quare nec rationes probabiles ſi adducerentur infinitę, nec Deus ipſe poteſt ſeparare formidinem a tali aſſenſu, manente in genere aſſenſus, ſicut non poteſt facere equum non carere ratione. Negatur nihilominus, ꝙ ęqualiter dum intenditur opinio, intẽdatur formido: imo hęc eſt natura priuationis, vt quanto plus intenditur in ratione poſitiui, tanto plus remittatur in ratione priuatiui. ¶ Cum dicimus formidinem nõ poſſe ſeparari ab opinione. Intelligitur proportionabiliter vel ad doctrinam Ariſt. vel ad modum loquendi dialecticorum huius temporis. Si enim ponatur diſtinctio eſſentialis inter opinionem ⁊ fidem humanam, tũc non poteſt manere aſſenſus vel habitus opinatiuus ſine formidine. Tamen in doctrina Ariſt. aliter dicendum eſt, videlicet, ꝙ aſſenſus opinatiuus quem ego modo habeo. v. g. ꝙ Cęſar debellauit Heldrenſes, cuius rumorem audiui: ſi fama crebreſcat authoritas dicentium, manebit ipſe ſine formidine certus, quia formido ſecundum Ariſt. non eſt de intrinſeca ratione opinionis: ⁊ ideo idem aſſenſus, qui modo eſt opinio, poteſt effici fides humana cui hoc ſolum erit intrinſecum ꝙ poteſt eſſe falſus. ¶ Dubitant hic autem iuniores quidnam ſit formido: arguẽtes: ꝙ opinio non ſit aſſenſus vnius partis contradictionis cum formidine alterius. Primo, quia ſtat quempiam aſſentire quantitatem diſtingui a re quãta, quando nihil cogitet de parte contradictoria. Item quia ſi quęreretur quid eſt habere formidinem de altera parte, neceſſe eſſet reſpondere, aut ꝙ eſſet aſſenſus alterius partis, quod eſt impoſſibile, nam duo aſſenſus duarum cõtradictoriarum eſſe nõ poſſunt ſimul: aut eſſet reſpondendum, ꝙ formido partis negatiuę eſt ꝙ aſſenſus affirmatiuę ſit formidoloſus, quod eſſet per circulum reſpondere de re.

Formido. ¶ Dicendum eſt autem omiſſis opinionibus, ꝙ formido non poteſt melius explicari quam ſi dicas, ꝙ eſt priuatio certitudinis. Unde hoc eſt aſſentiri vni parti cum formidine alterius, quod eſt intellectum non ita eſſe determinatum ad hanc partem, quin fluctuet quodam modo circa aliã. ¶ Ad quartum principale negatur, ꝙ ſcientia et fides poſſint eſſe ſimul. Et ad primam probationem reſpondet S. Tho. 1. 2. quęſt. 67. articu. 3. ꝙ cum non ſtent ſimul aſſenſus euidens, qualem habent beati, ⁊ aſſenſus ęnigmaticus, qualis eſt aſſenſus fidei, (eſt enim fides argumẽtum non apparentium, ad Hebrę. 11.) nulla eſt cauſa vt habitus fidei maneat in patria. Fides enim data eſt nobis in hac vita, vt ex parte et in ęnigmate cognoſcamus Deum, cum autem aduenerit viſio ceſſabit fides, vt ait Apoſtolus. 1. ad Corinth. 13. Et quãuis ſententia hęc veriſimilior ſit. ¶ Sunt qui dicunt poſſe illic manere habitum fidei non ad producendum aſſenſum obſcurum, qui non ſe compatitur cũ viſione: ſed ad producendum aſſenſus euidentes, ſicut dictum eſt rationem probabilem cum demõſtratione producere ſcientiam. Nihilominus nõ eſt par ratio, quia viſio articulorum fidei producitur in patria, a ſolo Deo cum intellectu, quocirca habitus fidei illic eſſet otioſus ſine actu. ¶ Ad aliud de Paulo in raptu conceditur, ꝙ ſimul dum videbat arcana Dei permanebat in illo habitus fidei, vt ait S. Tho. 22. q. 175. arti. 3. quia viſio illa non erat permanſura ſicut beatifica, ⁊ ideo ſemper durabat in ſtatu merendi: nihilominus tamen non potuit talis habitus elicere ſimul aſſenſum obſcurum eorum quę Paulus videbat. ¶ Ad tertiam vero probationem reſpondetur, ꝙ Philoſophus Chriſtianus non habet aſſenſum obſcurum fidei huius propoſitionis, Deus eſt, aut Deus eſt vnus, ſed habitus fidei ſimul cum rationibus naturalibus producunt vnicum aſſenſum illius qui eſt certiſſimus certitudine fidei, ⁊ clarus propter rationes naturales. Ad quintum principale, Dialectici huius temporis reſpondent, ꝙ demonſtrationes non generabunt habitum ſcientię, quoadusq; corrumpant habitum opinionis, ⁊ tunc dicendum eſt, ꝙ licet actus ſcientię ⁊ actus opinionis repugnent ⁊ ſubſequenter habitus ⁊ habitus: nihilominus actus ſcientię ſtat cum habitu opinionis in illa mora temporis quo corrumpitur, ſicuti in virtutibus moralibus. ¶ Exiſtimo tamen aliter eſſe dicendum vt diximus in prędicamentis cap. de qualitate, videlicet ꝙ vna demonſtratio, quippe quę intellectum conuincit, ſufficit generare habitum: nam ſtatim experitur ſe homo habilem ad aſſentiẽdum quotieſcunq; proponatur concluſio: ⁊ ideo in eodem inſtanti corrumpitur habitus opinionis, non tamen per vltimum ſui eſſe, ſed per primum non eſſe, quod eſt primum eſſe habitus ſcientifici. Dico, ꝙ corrumpitur habitus in genere habitus formidoloſi, nam ſuſtinendo ꝙ formido non ſit de intrinſeca ratione habitus, forſan manebit vt ſimul cum demõſtratione producat ſcientiam: vt dictum de ratione probabili. Et ideo non datur vltimum inſtans rei permanentis, ſed primum inſtans in quo habitus deſinit eſſe, aut in quo deſinit habere formidinem. ¶ Unde ad cõfirmationem reſpondetur: ꝙ non eſt eadẽ ratio de habitu ſcientię ⁊ de habitibus moralibus, nã actio moralis nec vna nec quatuor ſufficiũt generare habitũ: ⁊ ideo ſunt ſimul cũ habitu contrario quoadusq; illũ corrumpãt, demõſtratio vero vnico actu generat habitũ. ¶ Ad ſextũ tandẽ cõceditur, ꝙ prudẽtia ſit virtus. Diſtinguitur tamen, ꝙ ſit indifferẽs ad verum ⁊ falſum. Si conſideretur enim vt eſt habitus intellectualis, conceditur ꝙ poteſt illi ſubeſſe falſum ſpeculatiuũ. Si autẽ cõſideretur in quantũ eſt virtus moralis mouens appetitũ ad agendũ, negatur ꝙ poſſit illi ſubeſſe falſum. Exempli gratia. Dux prudens in bello poſt maturũ conſiliũ elicit hoc iudiciũ, aggrediendum eſt modo, quia coniecturę humanę ita perſuadebãt: dico ꝙ licet forſan iudicia ſpeculatiua fuerint falſa: quia. ſ. putabat dormire hoſtes, aut ſine armis eſſe, nihilominus illud iudiciũ prudentiale, aggrediẽdũ eſt, erat verũ, quia ad eius veritatem ſufficiebant coniecturę, nec requirebatur euidentia ꝙ hoſtes dormirent, ſed hoc altioris eſt negotij. Solertia quia non eſt virtus moralis, ſed eſt habitus mere ſpeculatiuus: quia non facit euidentiam rei ⁊ per conſequens eſt indifferens ad falſum, nõ eſt virtus: nam virtus intellectualis non eſt niſi quę ex intrinſeca ratione eſt determinata ad verũ, quod eſt obiectum intellectus.

Primi Poſteriorum finis.

Reue-



# Reuerendi Patris Dominici Soto Segouienſis, Theologi, ordinis Prædicatorum, in ſecundum librum Poſteriorum Commentarij.

## De quatuor quæſitis. Caput. I.

EA quæ quæruntur totidem numero ſunt, quot ſunt ea quæ ſciuntur. Quærimus autem quatuor, vel an hoc illud, vel cur hoc illud ſit, vel omninóne ſit, vel quidnam quicquã ſit. Nam cùm hoc an hoc ſit quippiam plura complectentes, vt deficiat an non deficiat Sol quærimus, ibi an hoc illud ſit quærimus. Cuius indicium eſt: hoc enim inuẽto, ſolem inquam ipſum deficere, ſtatim quærere ceſſamus. At cùm principio ſolem deficere, ſcimus, non vtiq; vtrum deficiat quærimus. Cùm autem ſcimus hoc illud eſſe, tum propter quid hoc illud ſit quærimus. Deficere nanq; ſolem, terramq; moueri ſcientes, cur deficiat, cur moueatur, quærimus. Atq; hæc quidem hoc pacto, quædam verò aliter quæruntur. Quærimus enim, ſit an nõ ſit Centaurus, ſit an non ſit Deus: ſit autem nécne, ſimpliciter dico: non autem albus ſit, nécne. Hoc igitur percepto: Deum inquam eſſe, item hominẽ eſſe, quid ſit poſteà quærimus: vt quid ſit Deus, quid ſit homo. Hæc igitur, ac tot ſunt, quæ quærere conſueuimus, quæq; iam inuenta ſcimus.

Tex. prim⁹ QVænam fuerit Ariſt. intentio in hoc libro nondũ habent expoſitores pro certo. Alexãder enĩ Aphrodiſęus credidit materiã hui⁹ libri eſſe de definitiõe quę eſt mediũ demõſtrationis, propterea ꝙ bona pars libri in hoc conſumitur, vt oſtendatur quomodo ſit inueſtiganda definitio. Philoponus cenſet intentionem eſſe tractare de medio demonſtrationis quod importat cauſam concluſionis: ⁊ qr inter quatuor genera cauſarum definitio importat cauſam formalẽ, tractatur hic potiſſimũ de definitione. At vero, vt author eſt hic S. Tho. intentio Ariſt. hic eſt tractare de princi-

Intentio. piis: puta de medio, quod eſt principium incomplexum, ⁊ de principiis etiã cõplexis. Enimuero quantum ego coniicere poſſum diſtinguũtur hi libri hoc modo, ꝙ cũ in primo tractatũ ſit quomodo cõcluſio demõſtretur ac cognoſcatur per principia, reſoluendo ea vſque ad immediata, intendit in hoc tractare quomodo principia ipſa immediata cognoſcantur. Uerũ eſt tamẽ, ꝙ latius atq; adeo potiſſimũ tractat hic Ariſt. de medio demõſtrationis. ſ. de, quod quid eſt, expreſſum per definitionẽ quod eſt principium incomplexũ: ⁊ de propter quid. Unde quemadmodũ in libris priorũ, tex. 129. poſtq̃ tractauit de forma ſyllogiſtica, dedit artẽ inueniendi mediũ in vnaquaq; figura, vt ſyllogiſmus haberet formã ſyllogiſticam, ita modo poſtq̃ in ſuperiori libro dictũ eſt de principiis demõſtrationis, quemadmodũ ſint neceſſaria, ⁊ per ſe, nec procedant infinitũ ⁊c. docet in hoc ſecundo libro quomodo ſit inueſtigandũ medium, vt principia ſint propria per ſe ⁊ neceſſaria. ¶ Atqui liber Diuiſio. hic apud Argyropylum diſtribuitur per decem et octo capita, quę in diuiſione Commentatoris continent textus vigintiſeptẽ. Poſſumus autẽ eum, vti ſuperiorem fecimus, in ſex membra partiri. Nempe in duobus primis capitulis continentibus duos textus, cõſtituit Ariſt. hanc cõcluſionẽ, ꝙ oĩs quęſtio de aliqua re eſt de medio ⁊ ⁊ cauſa illius rei, quę eſt velut pręambula ad materiã totius libri. In octo ſequentibus, octo cõplectentibus tex. multis verbis diſputat an definitio, vel quod quid eſt. i. quidditas ſignificata per definitionẽ poſſit per demonſtrationẽ cognoſci. Atq; in tribus ſequentibus, quę continent ſex textus, idem diſputat de, propter quid. In duobus ſequẽtibus qui ſex alios textus attingunt, docet quomodo oporteat venari, quod quid eſt. i. inquirere definitionẽ quidditatiuã. In duobus aliis proximis, quę quatuor textus cõplectuntur, docet quomodo generaliter oporteat inquirere, propter quid, id eſt, cauſam quãcunq; concluſionis. In vltimo tandẽ capite quod eſt vnicus tex. agit breuiter quomodo principia complexa manifeſtentur.

¶ Igitur cùm intentio Ariſt. in hoc libro ſit tractare de medio demõſtrationis, pręmittit in hoc primo membro hanc concluſionem: Concluſio. Quod oĩs quęſtio quę de re aliqua quęritur eſt formaliter, aut virtualiter de medio. Qua de cauſa in hoc primo capite proponit ſtatim numerũ quęſtionum quas de aliqua re percõtamur, dicens: [Ea quę quęruntur totidem numero ſunt quot ſunt ea quę ſciuntur.] Boetius vertit, [quęſtiones ſunt ęquales ⁊c.] Et licet parum referat, exactior tñ eſt ⁊ melior tranſlatio Argyropyli, nõ ſolũ, qr Gręce eſt, zetumena, quod eſt, quęſita: verũetiã, qr quęſtio ſolũ dicitur de cõplexo propoſitionali: vt vtrũ luna eclipſetur: quęſitũ vero, ſeu id quod quęritur, nõ ſolum eſt propoſitio, ſed prędicatum ipſum quod quęritur an cõueniat ſubiecto. v. g. definitio ipſa quęritur an conueniat ſubiecto: ⁊ eſſe, quęritur de Centauro, an Centaurus ſit. Et hoc eſt quod aſſerit Ariſt. videlicet ꝙ tot ſunt ea quę quęruntur, quot ſunt ea quę ſciuntur. ¶ Subiungit ea quę quęruntur eſſe quatuor, videlicet, an hoc ſit illud, cur hoc ſit illud: an hoc ſit, ⁊ quid hoc ſit. Boetius vertit, quia, propter quid ⁊c. Sed illa particula, quia, vt ſępe admonuimus facit ęquiuocationem ⁊ obſcuritatẽ: quare non debet accipi hic cauſaliter, aut ꝙ, quia, ſit quęſtio de effectu, ſed debet accipi vt ſit coniunctio: nam quęſtio, quia, nõ quęrit niſi ſolũ de veritate propoſitionis de, eſt, tertio adiacente, vt vtrũ homo ſit riſibi-

 lis,

his, quod patet in verbis Ariſt. Dicit enim, ꝙ prima queſtio plura cōplectitur: ſcilicet ſubiectū ⁊ prędicatū: vt vtrū ſol eclipſetur, quo inuento ceſſat prima queſtio. Sed poſtquā ſcimus ꝙ ſol eclipſatur, aut ꝙ terra mouetur in terrę motu, ſequitur ſecūda queſtio, cur ſol eclipſetur: cur terra concutitur. ¶ Proportionabiliter ſe habēt alię duę queſtiones. ſ. an ſit ⁊ quid ſit. Percepto nanqꝫ ꝙ res ſit: puta ꝙ Deus ſit, ſequitur ſecunda queſtio, quidnā ſit. ¶ Ponit autē differentiā inter queſtionē, an res eſt, et quia eſt, dicens ꝙ queſtio an res ſit, eſt queſtio ſimplex: nam, eſt, ſecundū adiacens, dicit eſſe ſimpliciter: eſt, vero tertiū adiacēs, dicit eſſe compoſitū ⁊ ſecundū quid vt eſſe riſibile, eſſe album ⁊c. ¶ Notandum eſt in his queſtionibus, ꝙ duę illarū ſunt de re ſimplici, vt, an res ſit, ⁊ quid ſit: duę autē ſunt cōpoſitę. ſ. qꝛ, et propter quid. Neqꝫ tamen proponuntur ab Ariſt. eo ordine quo ſuapte natura interrogantur: nā, vt inquit Boetius in principio prędicabiliū, primū quod de re percōtamur eſt, an res ſit, puta an ſit ſol, mox qd ſit, deinde an ſol eclipſetur, ac poſtremo propter qd eclipſatur. Imo vt viſum eſt in primo capite primi libri tex. 2. duo priora pręrequiruntur ante ſcientiā. Ariſt. vero antepoſuit queſtiones cōpoſitas: qꝛ compoſita ſunt nobis notiora, vel forte qꝛ ſolę propoſitiones ſunt quas ſimpliciter ſcimus.

*Dubium.* ¶ Eſt hic dubiū quomodo ſint tot ea que queruntur, quot ſunt ea que ſciuntur. Querimus enim an res ſit, et quid ſit: hec tamen non ſciuntur proprie, quia nec demonſtratur rem eſſe, nec definitio: ſed vtrunqꝫ pręſupponitur ante ſcientiā, vt modo dicebamus. ¶ Reſpōdetur, Ariſt. accepit ſcire pro hoc quod eſt cognoſcere id quod inueſtigando inuenimus, licet non demonſtretur. Poſuit enim ſupra capite. 8. tex. 25. differentiam inter dignitatem ⁊ poſitionem, qualis eſt definitio, ꝙ dignitas nec interrogaẗ nec ſcitur, ſed per ſe ipſa cognoſcitur, definitio vero interrogatur a diſcipulo, ⁊ a doctore explicatur: ⁊ licet non demōſtretur, inueſtigatur tamen per diuiſionem vt infra videbitur, ⁊ pariter an res ſit interrogatur.

## Quòd omnis quæſtio ſit de medio. Cap. II.

EQVIDEM CVM aut num hoc illud ſit, aut omninò num ſit quærimus, ibi an mediū eius vllum extet quærimus. Cûm verò vel num hoc illud ſit, vel omninò num ſit, idq́; vel ſimpliciter vel ex parte iam quidem ſcimus: at verò vel quare ſit vel quid ſit quærimus, ibi quodnā medium ſit quærimus. Porrò vel hoc illud eſſe, vel omninò hoc eſſe, vel ſimpliciter, vel ex parte dico: ex parte quidem, vt num luna deficiat, augeatúrue: (aut enim ſit hoc illud, aut non ſit, in talibus quæriẗ) ſimpliciter verò, vt eſt luna nécne: eſt nox nécne. Fit igitur, omnibus vt in quæſtionibus, aut num ſit medium, aut quodnam ſit medium quæratur. ¶ Cauſa enim eſt medium, ea verò in omnibus quæritur, deficit luna, éſtne huius aliqua cauſa: poſtea cognito hoc, cauſam inquā aliquam eſſe, quænam illa ſit cauſa quærimus.

¶ Cauſa enim tam vt quicquam ſit ſimpliciter, quàm vt quippiam eorum quæ vel per ſe, vel per accidens cōpetūt ſit, ipſum medium eſt. Ac ſimpliciter quidem eſſe ſubiectum ipſum, vt lunam, aut ſolem, aut terram, aut triāgulum: quippiam verò eſſe, vt defectionem, vt medium obtinere, non obtinere, æqualitatē, inæqualitatē. & huiuſmodi dico. In his enim omnibus idem quid eſt, ac propter quid eſt, eſſe patet: quid eſt lunæ defectio? priuatio lunaris lucis, ob interpoſitionem terræ: propter quid hæc defectio eſt, aut cur luna deficit? quia lux eius obiiciente ſe terræ deſtituitur: quid cōcentus eſt? numerorum inter acutum & graue proportio: cur inter ſe graue atque acutum conſona ſunt? quia numerorum inter ſeſe ſuſcipiunt rationem acutum ipſum & graue: éſtne inter acutum & graue concentus? conſiſtitne ratio ipſorum numeris? quòd ſimul atq; percepimus, quænam ſit illa ratio quærimus.

*Text, ij.* ¶ Equidem nil nos quàm medium ipſum quærere, ſatis ea docent, quorum medium percipi ſenſu poteſt: nam lunæ defectionem exiguam, dum ſenſu non contingimus, ſit lunæ defectio nécne, quærimus: quòd ſi in ipſa luna eſſemus, neque ſi fiat, neque cur fiat defectio, vtiq; quæreremus, ſed ſimul vtrunq; ſe nobis vltrò offerret atque pateſieret. Etenim ex ſenſus perceptione, & vniuerſale ipſum notum nobis fuiſſet: ſenſu nanque terram nunc ſeſe obiicere lunæ, cognoſceremus: pateret enim viſu, nunc lunam deficere: atque ex hoc ipſum emerſiſſet vniuerſale. Vt igitur dicebamus, idem ſcire eſt quid ſit, propter quid ſit quicquam. Et hoc aut ſimpliciter & nō aliquid eorum quæ inſunt, aut aliquid eorum quæ inſunt, veluti duo recti, aut maius vel minus: & huiuſmodi. Patet igitur, omnia quæ quæruntur medij quæſtionem eſſe.

IN hoc ſecundo capite quod tres habet particulas, oſtēdit ꝙ omnes quatuor queſtiones formaliter aut virtualiter ſunt de medio ⁊ cauſa rei. Et in diuiſione Cōmentatoris duę primę particulę cōprehenduẗ ſub primo tex. ⁊ in tertia incipit ſecūdus textus. Probat ergo oēm queſtionē eſſe de medio, tribus rationib⁹. Primo inductiōe. Ubi notandū eſt, ꝙ de ꝓpoſitione immediata ⁊ per ſe nota nulla eſt queſtio: nō eñ querimus vtrū quodlibet ſit vel nō ſit, qꝛ id cadere nō pōt ſub dubio: ergo cū querimus, qꝛ, id eſt, an hoc ſit hoc puta vtrū ſol eclipſetur, licet formaliter non queramus mediū ⁊ cauſam, querimus tñ virtualiter vtrū ſit aliquod mediū ⁊ cauſa cur eclipſeẗ. Cuius ſignū eſt, ꝙ ſtatim poſtq̄ ſcimus ſolē eclipſari querimus propter quid eclipſatur, qđ eſt querere qđ eſt illud mediū ſeu que eſt illa cauſa cur ſol eclipſatur. Eadē rōne ſi eſſet nobis per ſe notū aliquā rem nulli⁹ eſſe quidditatis ⁊ eſſentię, certe nō quererem⁹ an ſit: nā res



res que nullius eſt quidditatis, vt, Chimera eſſe nō poteſt. Igitur cum querimus an res ſit, virtualiter querimus an res ſit alicuius quidditatis ⁊ eſſentię. Cuius ſignū eſt, ꝙ poſtq̄ ſcimus rē eſſe, ſtatim querimus quid ſit, id eſt, que eſt illa eſſentia.

*An res ſit.* ¶ Ubi adnotandū eſt, ꝙ querere an res ſit, nō eſt querere an actu exiſtat, ſed eſt querere an res vera ſit: nam in hyeme ſcimus roſam eſſe, qꝛ eſt in ſuis cauſis naturalibus: ⁊ ideo querere an ſit, eſt querere an ſit alicuius quidditatis. ¶ Et hoc eſt quod ait Ariſt. [cum vero vel num hoc illud ſit.] id eſt, cum ſcimus hoc illud eſſe per queſtionem, qꝛ vel ſimpliciter hoc eſſe, per queſtionē, an eſt, ex parte tunc ſcimus, quia virtualiter in prima queſtione ſcimus aliquā eſt cauſam illius veritatis: ⁊ in ſecunda virtualiter ſcimus aliquā eſſe quidditatē rei. Cum vero poſtea ſcimus, quare, id eſt ꝓpter quid hoc ſit illud, formaliter ſcimus que eſt illa cauſa: ⁊ cū ſcimus quid eſt hoc, formaliter ſcimus que eſt illa quidditas. Sicut enim ſcire propter quid, ſe habet ad ſcire, qꝛ, ita ſcire qd ſe habet ad ſcire, an ſit. Concludit ergo Ariſtot. ꝙ ſi in queſtione, qꝛ, virtualiter querimus an ſit aliqua cauſa propter quā: ⁊ in queſtione, propter quid, formaliter querimus que ſit illa cauſa: et in queſtione, an eſt, virtualiter querimus an ſit aliqua quidditas rei: ⁊ in. q. quidem, formaliter querimus que ſit illa quidditas, colligitur vt oīs queſtio ſit de cauſa, propter quid, aut de medio quod eſt, quid. Per mediū vniuerſaliter intelligit Ariſt. quidditatē que exprimitur per definitionē. Ingenioſe ergo Ariſto. quatuor queſtiones reducit ad duas. ſ. quia, ad propter quid: ⁊, an eſt, ad quid eſt. ¶ In ſecūda particula [cauſa enim eſt mediū ⁊c.] probat eandē concluſionē ratione. Et intendit has duas queſtiones ad q̄s alias reduxerat virtualiter reducere ad vnam que eſt de medio. ſ. quid eſt. Eſt ergo ratio hec: Cauſa ⁊ mediū idē ſunt, ſed in oībus queſtionibus queritur cauſa rei: ergo in oībus queritur mediū. Minor eſt nota ex dictis: probat autē maiorē dicēs, ꝙ cauſa tam vt, quicquā ſit ſimpliciter, tam vt ſit aliquid eorū que per ſe aut per accidēs cōpetunt, eſt mediū. Exponit terminos, quod eſſe ſimpliciter eſt quod exprimitur per, eſt, ſecundū adiacēs pertinens ad queſtionē, an eſt. ſ. lunā eſſe, ſolē eſſe ⁊c. Eſſe autē compoſitum eſt id quod explicatur per, eſt, tertium adiacēs, ſiue prędicatū per ſe prędicetur, ſiue per accidēs, quod pertinet ad queſtionē, qꝛ, vt ſol eclipſatur: triangulus habet tres triangulos ęquales ⁊c. Et ꝙ in his eadem ſit cauſa ⁊ mediū, probatur: qꝛ ſi queratur quid eſt defectio. i. eclipſis lunę (que eſt queſtio de medio) reſpōdebitur ꝙ eſt priuatio lucis propter interpoſitionē terrę. Sed ſi rurſus queratur, propter quid luna eclipſatur (que eſt queſtio de cauſa) itidē reſpōdebitur, ꝙ propter interpoſitionē terrę inter ſolē et lunā. Et ſi queratur quid eſt cōcentus. i. cōſonantia: reſpōdebitur, ꝙ eſt proportio numerorū inter acutū ⁊ graue. Et ſi rurſus queratur, propter quid acutū ⁊ graue bene cōſonant, itidē reſpondebitur, propterea ꝙ eſt inter illa proportio numerorum. Proportio numerorū idem eſt quod proportio rationalis: que ex eo ita vocatur ꝙ inter numeros oīs proportio eſt rationalis: nam ſaltem vnitas eſt pars aliquota omniū numerorū: in quātitate autē continua vt inter diametrū ⁊ coſtam, eſt proportio irrationalis: ⁊ cōſonantia inter voces eſt, quia habent proportionē rationalē: ⁊ diſſonātia, qꝛ habēt proportionem irrationalē. Si ergo ad queſtionē, quid eſt, et ꝓpter quid eſt, idē reſpondetur, ſequitur ꝙ mediū ⁊ cauſa idē ſunt. ¶ Reſtat hic tamē dubiū quod Ariſt. ponit hic exemplū de definitione paſſionis: et tamē paſſio non demonſtratur de ſubiecto niſi per definitionem ſubiecti. Reſpōdetur, ꝙ proxima cauſa per quā paſſio demōſtratur de ſubiecto eſt definitio ipſius paſſionis, ſed illa definitio demōſtratur poſtea de ſubiecto per definitionē ſubiecti. Exempli gratia. Riſibile demonſtrabitur de homine hoc modo, omne animal aptū natū ridere eſt riſibile: oīs homo eſt aptus natus ridere: ergo eſt riſibilis: ſed minor rurſus demonſtraẗ per definitionē ſubiecti hoc modo, omne animal rationale eſt aptū natū ridere: oīs homo eſt animal rationale: ergo eſt aptus natus ridere. ¶ In tertia particula vbi incipit tex. ſecundus, [Equidē nil nos] ꝓbatur tertio cōcluſio a ſigno qđ eſt huiuſmodi: In his quorū mediū ⁊ cauſam ſenſu percipimus nec querimus an res ſit, nec querimus, qꝛ, ſcilicet, an hoc ſit hoc: ergo ſignū eſt ꝙ queſtio an eſt ⁊ queſtio qꝛ, reducātur ad quid eſt. Probatur anſ, vt ſi quis eſſet poſitus in luna ⁊ videret ꝙ dū terra obiicitur illi eclipſaẗ, nec quereret an ſit eclipſis, nec an luna eclipſetur, nec propter quid: quia manifeſta eſt illi cauſa ⁊ quidditas eclipſis. At quia poſſet quis dicere ꝙ ſcientia non eſt ſingulariū, ⁊ ille talis ſolū haberet experientiā ſingulariū: Reſpōdet, ꝙ ex ſingularibus per inductionem haberet ſcientiā vniuerſalē. ſ. ꝙ quotieſcunqꝫ terra interponitur luna eclipſatur. ¶ Et ſic concludit ꝙ queſtio, ꝓpter quid, ⁊ queſtio, quid, virtualiter reducuntur ad vnā queſtionē: ⁊ cum alię duę queſtiones ſuperius reductę ſunt ad has, ſequitur ꝙ omnes reducantur ad vnā, que eſt de medio. ſ. de quidditate que exprimiẗ per definitionē. *Oīs queſtio eſt de medio.* Que eſt cōcluſio in hoc primo membro intenta. Nihilominus in ſubſequentibus, ſeorſum diſputat de quod quid eſt, ⁊ propter quid, et in his duobus fere verſatur tota diſputatio huius libri.

## ¶ Quòd demonſt. & definitio non ſint eiuſdē, diſceptatio. Cap. III.

HIS ITA DETERminatis dicendum eſſe videtur, quonam pacto ipſum quid eſt oſtendatur, quiſq; diſquiſitionis eius modus: quid deniq;, & quorum definitio ſit: atq; dubitandum eſſe videtur antea, idq́; initium faciendū, quod maximè dicendis accommodatum fiet. Dubitauerit itaque quiſpiam, vtrùm fieri poſſit, vt idem rationéque eiuſdem, definitione demonſtrationéque ſciatur: an idipſum fieri nequeat. Etenim definitio ipſius quid eſt, eſſe videtur. Omne autem quid eſt, vniuerſale eſt, atque affirmatiuum At ratiocinationū alias negatiuas, alias non vniuerſales eſſe patet: vniuerſæ nanque ratiocinationes de ſecundo ſchemate negatiuæ ſunt: de tertio verò, vniuerſales nō ſunt. Deinde nec eorum omnium eſt definitio, quæ prima affirmatiuè figura monſtrantur: quare omnem triangulum, tres duobus rectis æquales habere, aliaque ſimilia ſunt. Huius autē ratio eſt, quia id ſcire quod

demonſtrari poteſt, nil aliud eſt quàm demonſtrationem eius habere: quare ſi talium eſt demonſtratio, patet eorundem & definitionẽ non eſſe. Nam ſi ſit, etiam per definitionem ſciret quiſpiam, demonſtrationem non habens: nihil enim vtrunq; ſimul non habere vetat. Inductione etiam idem ſatis oſtendi crediq; poteſt. Nihil enim vnquam eorum quæ vel per ſe, vel per accidens inſunt, definiendo cognouimus. Prætereà ſi definitio ſubſtantiam explicat atque declarat, talia non ſubſtantias eſſe patet: perſpicuum igitur eſt, non omnis eius definitionem eſſe, cuius eſt demonſtratio. ¶Quid ergo, éſtne eius omnis demonſtratio cuius eſt definitio? At videtur non eſſe: vna enim eademq́ue etiam huius erit ratio. Conſtat enim vnius ea ratione, qua vnum eſt, ſcientiam vnam eſſe: quare ſi id ſcire quod demonſtrari poteſt, nihil aliud quàm demonſtranem eius habere, eſt aliqd ſanè impoſſibile eueniet. Is enim, qui definitionem habet, ſine demonſtratione profectò ſciet. Præterea demonſtrationum principia definitiones ſunt, quorũ demonſtrationes non eſſe demonſtratum eſt priùs. Et enim aut principia demonſtrantur, & principiorum ſunt ſemper principia, modusq́ue nullus vnquam occurrit: aut in primis ſtetur neceſſe eſt, quæ quidem & definitiones ſunt, & demonſtrari non poſſunt. ¶At ſi non omnis eiuſdem, alicuius nè ſaltem eiuſdem definitio demonſtratioq́ue eſt? an neque hoc eſſe poteſt? Non eius enim demonſtratio eſt, cuius eſt definitio. Etenim definitio eſt ipſius quid eſt, ſubſtãtiamq́ue declarat: demonſtrationes autem, id ipſum ſubiicere ſumereq́; videntur. Mathematicæ nanque, quid eſt vnitas, quid par, quid impar accipiunt, cæteræq; demonſtrationes ſimiliter. Adde quòd omnis demonſtratio aliquid de aliquo vt eſſe, aut non eſſe demonſtrat: at in definitione nihil de aliquo prædicatur: veluti neque animal de bipede, neque hoc de animali, nec item figura de plano. Non enim planum figura eſt, neque figura planum. Præterea differt, quid & hoc illud eſt oſtendere: at definitio quidem quid eſt patefacit: demonſtratio verò quippiam ineſſe cuipiam, vel non ineſſe monſtrat. Diuerſorum autem diuerſa demonſtratio eſt, niſi hoc pars illius exiſtat. Quod quidem ſic dico, vt ſi triangulum omnem duobus rectis tres æquos habere demonſtratum ſit, etiam æquicrurum tres æquos duobus habere conſtet. Hoc nanque partis, illud totius rationem habet. At quid eſt, & hoc illud eſt, non ità ſeſe habent: quippe cùm alterum ad alterum partis non habeat rationem. Patet igitur, nec eius omnis demonſtrationem eſſe cuius eſt definitio: nec cuius omnis definitionem eſſe, cuius eſt demonſtratio: quibus efficitur, vt omnium cuiuſquam eiuſdem vtrunq; haberi non poſſit: quare perſpicuum eſt neque idem eſſe definitionem demonſtrationemq́ue, neque alterum in altero eſſe. Nam ea quæ ſubiiciuntur, ſimiliter profectò ſeſe haberent. Sed de his hactenus, ſatis enim de hiſce diximus dubitando.

INcipit ſecundũ membrũ principale, in quo poſtquã determinatũ eſt oẽm queſtionẽ eſſe de medio aut de propter quid, oſtendere intendit manifeſte his octo capitulis, ꝙ id quod eſt medium demonſtrationis, demonſtrari non poſſit. At in quinque prioribus procedit arguendo ad partẽ negatiuã, ꝛ in aliis tribus determinando veritatem. In hoc ergo capitulo agit de definitione explicante quod quid eſt, in ſequenti incipit agere de quidditate explicante definitionem, qđ in diuiſione Commentatoris eſt pars text. ſecundi. Proponit ergo tria examinanda in ſubſequẽtibus .ſ. quo pacto quod quid eſt manifeſtetur, et quis ſit modus inquiſitionis illius, et quorum ſit definitio. Subiungit autem accommodatiſſimum eſſe principiũ, ſi primũ diſputetur ſi eadẽ res ſub eadẽ ratione poſſit ꝛ definitione ꝛ demonſtratione ſciri. Eſt enim intentio in hoc capite oſtendere differentiam inter definitionẽ, que explicat quod quid, ꝛ demonſtrationẽ, que explicat propter quid. Atq; adeo in tribus particulis diſputat tria dubia. Primũ eſt vtrũ cuiuſcunq; eſt demonſtratio ſit etiam definitio, id eſt, vtrum quicquid demonſtratur, definiatur: ꝛ arguit ꝙ nõ, quatuor rationibus. Prima eſt quod quid eſt .i. definitio predicatur affirmatiue et vniuerſaliter de definito: ſed nõ omnis ſyllogiſmus cõcludit affirmatiue vt patet in ſecunda figura, neq; omnis vniuerſaliter, vt patet in tertia: ergo nõ cuiuſcunq; eſt demonſtratio eſt definitio. ¶Secunda eſt ibi, [deinde ꝛc.] qua probat, ꝙ nec in prima figura cõcludente vniuerſaliter ꝛ affirmatiue, cuiuſcunq; eſt demonſtratio, ſit definitio. Et ratio eſt, inquit, quia aliquid eſſe demonſtratione ſcibile, eſt ꝙ tunc ſolum ſciatur quando habetur eius demonſtratio: ergo illud non erit definitione ſcibile, alias ſine demonſtratione per definitionem ſciretur. ¶Tertia ratio eſt ibi, [inductionem ꝛc.] et ratio eſt: Ea que ſciuntur ſunt concluſiones in quibus aliquid per ſe aut per accidens predicatur: nam per ſe quarto modo, vt edificator edificat, eſt propoſitio ſcibilis, et nihilominus eſt accidentalis in predicando, licet ſit per ſe in cauſando. Concluſionis (inquit) autem non eſt definitio, ſed ſolum ſubiecti: ergo non cuiuſcunque eſt demonſtratio eſt definitio. ¶Poſtrema ratio eſt ibi, [preterea ſi ꝛc.] et eſt confirmatio precedentis, definitio ſubſtantiam, id eſt, quidditatem ꝛ eſſentiam ſubiecti ſignificat: id autem quod demonſtratur eſt accidens, ſcilicet, paſſio: ergo illius quod demonſtratur non eſt definitio. ¶In ſecunda particula textus, [quid ergo.] diſputat ſecundam queſtiunculam, vtrum econuerſo quicquid definiatur demonſtretur. Et arguit ad partem negatiuam duabus rationibus: quarum prima eſt eadem que ſupra ſecundo loco tacta eſt. Vna res non habet niſi vnũ modũ determinatum quo ſciatur, nam debet procedere demonſtratio ex propoſitionibus per ſe eiuſdem generis, vt ſupra dictum eſt: ſi ergo aliquid eſt ſcibile per demonſtrationem, illud non ſcitur niſi dum demonſtratur: ꝛ tamen ſi haberet definitionem poſſet ſciri per definitionẽ ſine demõſtratione, et ſic ſequeretur vnũ impoſſibile .ſ. ꝙ illud non eſſet ſcibile niſi per demonſtrationẽ, ꝛ ꝙ eſſet ſcibile alia via. ¶Secũda ratio eſt ibi, [preterea] que talis eſt: Definitio eſt principiũ primũ demõſtrationis, vt dictũ eſt capite .8. tex. 25. primorũ autẽ principiorũ nõ eſt demõſtratio, alias eſſet ꝓceſſus in infinitũ: ergo nõ cuiuſcunq; eſt definitio eſt demõſtratio. ¶In tertia particula, [an ſi nõ omnis] diſputat tertiam queſtionẽ .ſ. eſto nõ quicquid demonſtratur definiatur, nec econuerſo vniuerſaliter, an ſaltẽ particulariter detur aliqua res cuius ſit ſimul ꝛ definitio ꝛ demõſtratio. Et arguit ꝙ nõ, tripliciter. Primo, definitio eſt ipſius quod quid eſt, explicans eſſentiã rei: ſed quid eſt, vt primo libro dictũ eſt, ſupponitur ante demonſtrationẽ (ſupponit enim Mathematicus quid eſt vnitas) ergo fieri nequit vt eiuſdẽ ſit definitio ꝛ demonſtratio. ¶Secunda ratio eſt ibi [adde ꝙ.] Demonſtratio aliquid de aliquo demonſtrat, puta concluſionem in qua vnũ predicatur de alio: in definitione autẽ neutra pars predicatur de alio, cũ enim dico animal rationale, neq; aĩal de rationali, neq; econuerſo predico, quia vbi nõ eſt verbũ, nõ eſt predicatio. ¶Tertia eſt ibi, [preterea differt] que talis eſt: Differũt queſtio quia eſt .ſ. an hoc ſit illud, ꝛ queſtio quid eſt: ꝛ definitio oſtendit quid eſt, demonſtratio vero, hoc eſſe illud: diuerſorũ autẽ diuerſa eſt demõſtratio .i. ratio qua manifeſtantur, niſi vnum ſit pars ſubiectiua .i. ſpecies alterius, ſicut iſoſceles eſt ſpecies trianguli, quorum proinde eadem eſt ratio ſcientie: ſed nec definitio eſt ſpecies demonſtrationis: neq; econuerſo, ſed ſunt omnino diuerſe rationis: ergo cuius eſt demonſtratio non eſt definitio, neq; econuerſo.

Primũ dubium.

2. dubium.

3. dubium.

## ¶Quod quid eſt non eſſe demonſtrabile. Cap. IIII.

QVID ERGO, PRORſúsne ipſius quid eſt ratiocinatio demonſtratioq́; nulla exiſtit, qualiter iam dediſſe videbamur? Patet em̃ ratiocinationem quidem aliquid per medium de aliquo ſemper oſtendere: ipſum autem quid eſt eſſe, & hoc ipſo quid eſt prædicari. Hæc autem conuerti neceſſe eſt. Nam ſi .a. ſit proprium ipſius .c, patet .b. quoque ipſius .c, & .a. rurſùs ipſius .b. proprium eſſe. Quo fit vt omnia conuertantur, mutuamq́; predicationem ſuſcipiant. At verò ſi tam .a. cõpetit ipſi .b. vt quid eſt ipſius, quàm .b. competit identidẽ ipſi .c, neceſſe eſt tum .a. de .c. prædicetur, vt quid eſt ipſius: quod ſi non hoc pacto bis illud quiſpiam ſumpſerit, nulla ſanè neceſſitas omninò compellet, vt .a. de .c. vt quid eſt ipſius dicatur: vt ſi .a. quidem vt quid eſt ipſius .b. competere dixeris, .b. verò non eodem modo de quolibet .c. prædicaueris: quare non ſolùm .a. de .b. dicatur oportet, vt quid eſt ipſius, ſed .b. quoque de .c. modo eodem prædicetur neceſſe eſt. Hæc cùm ità ſint, ſi in vtroque ratiocinationis interuallo ipſum quid eſt quidditasq́ue ſumatur, quidditas nimirum anteà quàm concludatur, in ipſo medio ratiocinationis termino collocabitur. ¶Atque omninò ſi fieri poteſt vt oſtendatur quidnam ſit homo, ſit .c. quidem homo, .a. verò quid eſt ipſius, ſiue .d. animal bipes, ſiue aliquid aliud eſt. Siquidem igitur iuſta ratiocinatio fiet, neceſſe eſt, .a. de quolibet .b. prædicetur. Hoc autem vt conſtat, alia media definitione opus eſt, quæ quidem etiam quid eſt ipſius hominis erit. Sumitur igitur id profectò, quòd demonſtrare oportet: .b. nanque definitio ipſius hominis eſt. Id autem ipſum in duabus propoſitionibus primis, immediatisq́; conſiderare oportet. Maximè enim id quod dictum eſt eluceſcit. Qui igitur per ea quæ conuertuntur, quid anima, quidve homo, vel aliarum quiduis ſit conantur oſtendere, ij petunt id ſine dubio, quod initio quærunt, demonſtrareq́; nituntur, vt ſi quid animam eſſe, quod eſt ſibi viuendi cauſa: id verò, numerum eſſe ſeipſum mouentem. Is enim neceſſe eſt poſtulet adeò, animam numerum eſſe ſeipſum motu cientem, vt idem ſit anima numerusq́ue ſeipſum mouens. Non enim ſi .a. quidem ipſum .b, .b. verò .c. ipſum ſequatur, .a. definitio erit ipſius .c: ſed de ipſo tamen verè dicetur, vt patet. Neq; ſi rurſùs .a. ratione ſubſtantię .b. competit, de omniq́; eo prædicatur, .a. continuò definitio erit ipſius .c. Quanquam enim animalis eſſe, de hominis eſſe dicitur: omne enim animal rationis particeps, ſubſtantia veræ eſt animæ particeps, quæ eſt principium ſentiendi, quemadmodùm & omnis homo eſt animal, non tamen hoc dicitur pacto vt vnum ſit. Si igitur quiſpiam non hoc pacto terminos ſumpſerit, nunquam .a. ſanè quidditatem ipſius .c, ſubſtantiamq́ue eſſe concluſerit. Sin autem hoc acceperit modo, tum anteà profectò .b. ipſius .c. definitionem ſumpſeriteſſe. Quare non demonſtrabit: ſumit enim id, quod initio quærebatur.

IN quarto capite quod in diuiſione Commentatoris eſt textus tertiꝰ, habetq; duas particulas, poſtquam in ſuperiori diſputauit, ꝙ non idem cognoſcitur per demõſtrationem et per definitionem, diſputat ꝙ ipſum quod quid eſt, id eſt, quidditas ſignificata per definitionem, non demonſtratur. Neq; vero incidit hec queſtio cũ precedentibus: nam in ſuperiori capite ſolũ eſt poſita differentia inter definitionem ꝛ demõſtrationẽ, ꝙ videlicet ſint diuerſe rationes notificandi aliquod ignotũ, cũ definitio explicet quid, ꝛ demonſtratio propter quid. Hic vero diſputatur vtrum ipſum, quod quid eſt, ſignificatum per definitionem, poſſit de ſuo proprio ſubiecto demonſtrari. Et ſimiliter cap. vndecimo idem percontabitur de propter quid, an ſit demonſtrabile. ¶Arguit vero ad partem negatiuã quatuor preiactis fundamentis, propoſi-

Quatuor ſuppões.

ta tamē prius queſtione, vtrū ipſius, quod quid eſt, ſit demōſtratio.i. vtrū demōſtretur de ſuo ſubiecto. Primū ſuppoſitū eſt, ꝙ ratiocinatio.i. ſyllogiſmus demonſtrat aliquid per medium. Secundū, ꝙ quod quid eſt, predicatur de ſuo ſubiecto in eo quod quid ⁊ conuertibiliter. Ratione primi, paſſio non dicit quod quid eſt, ſubiecti: ⁊ ratione ſecūdi, genus non dicit totū, quod quid eſt, ſpeciei. Tertiū quod inde ſequitur eſt, ꝙ ſi quod quid eſt, demonſtrandū eſſet de ſubiecto, neceſſe eſt vt mediū et extremitates eſſent termini cōuertibiles: nam cū demonſtratio conſtet ex propoſitionibus directis, debent in premiſſis predicata conuerti cū ſubiectis, aut eſſe eis ſuperiora: ſi vero.a. ſcilicet maior extremitas ſit ſuperior ad.b. mediū, a fortiori erit ſuperior ad.c. de quo directe predicatur.b: et ſi.b. medium ſit ſuperius ad.c, a fortiori.a. quod predicatur de.b. erit ſuperius ad.c: quare.a. non conuertetur cum.c. et per conſequens nec erit, quod quid eſt, illius vt patet ex ſecūda ſuppoſitione. Quartū fundamentū eſt quod ad demonſtrandū, quod quid eſt, de ſuo ſubiecto non ſatis eſt demonſtrare, quod quid eſt, vere ⁊ vniuerſaliter predicari de ſubiecto, ſed eſt demonſtrandū ꝙ predicatur quidditatiue: ex quo ſequitur neceſſariū eſſe vt tam maior extremitas predicetur quidditatiue de medio, ꝙ mediū de minori: nam ſi non ſit vtraq; premiſſa quidditatiua, nō neceſſario inferent ꝙ concluſio ſit quidditatiua. Exempli gratia. Quanuis bene ſequatur, omne animal eſt albū: omnis homo eſt animal: ergo omnis homo eſt albus: tamē quia, album, non predicatur quidditatiue de animali, non ſequitur vt quidditatiue predicet de homine: ⁊ quāuis ſequatur, omne albū eſt coloratum, omnis homo eſt albus: ergo omnis homo eſt coloratus: tamen quia albū nō predicatur de hoīe quidditatiue, nō ſequitur vt coloratū predicetur de illo quidditatiue. ¶ Ex his igitur quatuor fundamentis ſcite ſane infert, quod quid eſt, nō demonſtrari de ſuo ſubiecto: nam ſequeretur ex dictis ꝙ in tali demonſtratione peteretur principiū: q2 ſi, quidquid eſt, in maiori quidditatiue debet predicari de medio, et mediū in minori etiam quidditatiue, neceſſe eſt vt mediū ipſum dicat etiā quod quid eſt: vnde in minori predicabitur, quod quid eſt, de ſuo ſubiecto, ⁊ per conſequens ante concluſionem iam ſupponitur id quod demonſtratio intendit concludere ⁊ demōſtrare: que eſt petitio principij. ¶ In ſecunda particula, [Atq; omnino.] Subdit exempla. Sit enim inquit.c. homo, a. vero quod quid eſt, eius, puta, animal bipes, aut alia quidditatiua definitio: neceſſe eſt tunc vt vtraq; premiſſa ſit vera ⁊ directa ⁊ quidditatiua, quod mediū etiam.b. ſit definitio hominis, quare in minori ſcilicet.c. eſt b, predicatur quod quid eſt de ſuo ſubiecto, quod intenditur demonſtrari. ¶ Quod ſi quis arguat: nihil prohibere quin maior extremitas ſit vna definitio, ⁊ mediū ſit alia: ¶ Reſpondetur, ꝙ hic nō eſt queſtio de quod quid eſt, in ordine ad definitionem: nam de definitionibus poſtea dicemus ꝙ vna poteſt demonſtrari de alia, et ita forſan vna definitio poteſt per aliam definitionē demōſtrari de ſubiecto. Sed queſtio eſt de quidditate ipſa ſignificata: que cum in minori iam predicetur de ſubiecto ſignificata per ſuā ſignificationem quidditatiuā, iam ſupponitur id qđ intenditur demōſtrari. Vel ſecundo dicendū, ꝙ definitio quidditatiua nō eſt niſi vna in rigore, que ſi in minori predicatur iam nō demōſtratur. Sed prima ſolutio propius ad mentē Ariſt. accedit. ¶ Et hac de cauſa ſubdit ſecundū exemplum de anima cui attribuit duas definitiones, ſcilicet anima eſt cauſa ſibi ipſi viuendi, corpus enim viuit per animā, ⁊ anima per ſe eo modo quo forma dicitur viuere: ⁊ maxime, quia anima ſeparata viuit vita intellectiua: et item anima eſt numerus ſeipſum mouens: que in re idem prorſus ſignificāt, niſi ꝙ hec datur ſecundum Platonem qui omnes ſubſtantias appellabat numeros. Non eſt locus hic diſputandi an proprie anima moueat ſe, hoc enim ad Philoſophiam pertinet, vbi oſtenditur ꝙ nihil eadem ratione poteſt eſſe mouēs ⁊ motum. Ait ergo: ꝙ ſi quis faciat hanc demonſtrationē, omnis numerus ſe ipſum mouens eſt ſibi ipſe cauſa mouendi: anima eſt numerus ſeipſum mouēs: ergo eſt ſibi ipſa cauſa mouendi: is, inquit, neceſſe eſt vt poſtulet adeo, id eſt, petat certe a reſpondente, et ſupponat ꝙ anima eſt numerus ſe ipſum mouens, ſiquidem definitio petitur ⁊ ſupponitur: ⁊ per conſequens iam in initio petit quidditatem ipſius anime quam intendit demōſtrare. ¶ Colligit tandē per motū epilogi, ꝙ quāuis ſi.a. predicetur de.b, et b. de.c, neceſſe ſit vt.b. predicetur de.c: tamen ſi ambe premiſſe non ſint quidditatiue, ⁊ extremorū conuertibiliū, non inferent, quod quid eſt, de ſuo ſubiecto. Ut quanuis omne animal ſit ſubſtantia ſenſibilis: ⁊ omnis homo ſit animal: ⁊ proinde ſequatur, ꝙ omnis homo eſt ſubſtantia ſenſibilis: non tamen ſequitur, ꝙ illa ſit definitio hominis, quia animal nō predicabitur conuertibiliter de homine.

## Quòd neq; per diuiſionē, quod quid eſt, demonſtretur. Cap. V.

AT NEC DIVISIONE hoc illius definitionem eſſe colligi poteſt, qualiter in reſolutionum figurarum eſt dictum. Nunquam enim in diuiſiōe fit, vt cùm hæc ſint, neceſſariò illa ſequātur, ſed fit perinde atque cum quiſpiam inducit: non enim demonſtrat. Nam nec interrogare concluſionem, nec ſi data ſit, ideo ipſam eſſe oportet, ſed ipſam eſſe cùm illa ſint neceſſe eſt, etiam ſi is qui reſpondet minimè aſſentiatur. Etenim ſi quis hoc roget pacto, homo animatus an inanimatus eſt? deinde animatum eſſe ſumat, ratiocinationem nullam facit. Rurſus animal omne aut greſsibile aut aquaticum eſt? ſi eſſe greſsibile ſumat nullam ratiocinationem profectò facit: nec hominem hoc eſſe totum, animal inquam greſsibile, neceſſariò ex dictis emergit, ſed hoc quoque perinde vt illa ſumit. Atque nihil omninò refert, ſiue in multis ſiue in paucis hoc pacto fiat: eſt enim idē. Fit igitur hiſce qui hoc procedunt modo inutilis hic diuiſionis vſus, etiam ad ea quorum alioqui fieri ratiocinatio poterat. Quid enim prohibet, vt illud totum verò quidem de homine dicatur, minimè tamen quid ſit homo declaret. Quid inſuper obſtat, vt aut addatur ſubſtantiæ quippiā, aut auferatur, aut prætermittatur? Atq; hæc quidē eueniunt: ſed ſoluere contingit, ſi quis Textꝰ.iiij.

vniuerſa



vniuerſa ea quæ hoc ipſo quid eſt prædicantur ſumat, & adhibita diligentia poſt primi diuiſionem, alteriúſue poſtulationem, ipſius rurſus poſtulati diſtributionem deinceps faciat. Atque adeò vt nihil prætermittatur quod quidem eſt neceſſarium. Si omne cadit in diuiſionem, & nihil deeſt: id verò eſt neceſſarium: indiuiduum enim iam eſſe oportet. At quanquàm id fieri poteſt, nulla tamen hoc pacto vnquam efficitur ratiocinatio, ſed ſi noſcere diuiſio facit, alio quodam id facit modo. ¶ Atq; hoc quidem non eſt abſurdum. Neq; enim is qui vtitur inductione, fortaſſe demonſtrat, notum tamen aliquid facit: ratiocinationem autem non dicit, qui definitionem ex diuiſione dicit: nam vt in cōcluſionibus quæ ſine mediis inferuntur, ſi quiſpiam dixerit, hoc neceſſe eſt eſſe, cùm iſta ſint, fit vt interrogetur propter quid, ſic & in definitionibus, cùm per diuiſionem inueſtigantur, fieri poteſt. Nam cùm hæc conficitur definitio hominis, animal mortale, pedes habens, bipes, ac alis vacans: cur hoc in vnaquaq; partium additione ſit nimirùm interrogatio fieri poteſt. Dicet enim atq; oſtendet, per diuiſionē vt putat, omne animal aut immortale eſſe aut mortale. Talis autem oratio tota non per ratiocinationem eſſe oſtenditur. Quare etiā ſi definitio per diuiſionē demonſtraretur, nunquā tamen per ratiocinationem conficitur.

POſtquam in ſuperiori capite oſtenſum eſt, quod quid eſt, demonſtrari non poſſe, in hoc quinto, quod apud Commentatorem eſt vnicus textus quartus, duaſque habet particulas, probatur quod neque via diuiſionis poſſit demonſtrari, quod quid eſt, tribus rationibus. Prima eſt hec. Diuiſio non eſt neceſſaria conſequentia, vt ſcilicet, ex premiſſis ſequatur concluſio, niſi aliquid detur ⁊ admittatur a reſpondēte, ſed demonſtratio debet neceſſario conuincere velit nolit reſpōdens: ergo via diuiſionis, quod quid eſt, non demonſtratur. Minor per ea que dicta ſunt patet. Sed probat maiorem exemplis. Si enim quis inueſtigans genus hominis querat a reſpondente, animatus ne ſit an inanimatus, licet reſpondens concedat eſſe animatum, non neceſſario cōcludit, quod quid eſt. Primo quia concludit eſſe animatum ex conceſſione alterius. Et preterea quia adhuc ſolū habet genus definiti. ſ. q. homo eſt animal. Sed ſi rurſus per diuiſionem inquirat differentiā petēs, ſitne animal greſſibile, an aquaticū, an volatile, ⁊ accipiat eſſe greſſibile, adhuc nō eſt euidēs, aīal greſſibile, eſſe totam definitionē. Nec refert inquā in paucis id fiat aut in multis, nam licet rurſus querat ſitne greſſibile pennatū aut ſine pennis, ⁊ accipiat ꝙ eſt ſine pēnis: nō cōcludit euidenter ꝙ illa ſit tota definitio, propter duo. Primū, [Quid enim, inquit, prohibet?].i. quia licet ſit certū oīa illa cōuenire hoī, non tamē per diuiſionē fit euidēs vt illa predicentur in quid, quod requirit ad, quod quid eſt. Et preterea, [Quid inſuper, inquit, obſtat.].i. neq; eſt euidens talis ne definitio ſuperflua ſit an diminuta. ¶ Argute cōparat viā arguendi per diuiſionē, ad modū arguendi per inductionē. Ut enim ex tribus aut quatuor ſingularibus puta iſte Aethiops eſt niger, ⁊ iſte ⁊ iſte, non infertur omnē Aethiopē eſſe nigrū, niſi reſpōdens admiſerit non eſſe plures ſingulares aut ita eſſe in oībus, ita ⁊ in diuiſione, non ſequitur, hoc eſt greſſibile aut aquatile: nō eſt aquatile, ergo greſſibile, niſi reſpōdens dederit non eſſe plures ſpecies animalis. ¶ In ſecunda particula, [Atq; hec quidē.] reſpōdet obiectioni cuidā. Dicet enim quis poſſe demonſtrari, quod quid eſt, via diuiſionis, ſi diligenter oīa diuidantur que predicātur in, quid: vt ſi inquirens genus hoīs, incipiat a generaliſſimo, ſcilicet, an eſt ſubſtantia vel accidens: et habito quod ſit ſubſtātia querat an ſit corpus vel ſpiritus: et habito tandem quod ſit animal, querat differentiā, puta an ſit greſſibile, aquaticū, vel volatile: ⁊ habito ꝙ ſit greſſibile, an ſit bipes aut quadrupes: ⁊ dato ꝙ ſit bipes, an ſit pennatū an ſine pennis. ¶ Reſpondet Ariſt. cōcedendo per hanc viam poſſe aliquo modo notificari, quod quid eſt, nō tamen erit ratiocinatio, id eſt, euidens demonſtratio, ſed erit aliqualis cognitio qualis fit per inductionē: que non concludit euidenter vniuerſalē, cū nō poſſint omnia ſingulariter demonſtrari: facit tamen aliquā fidē illius. ¶ Et preſertim neq; inductio nec diuiſio demonſtrat propter quid, nam habito per inductionem aut diuiſionem quod homo ſit greſſibilis ⁊c. reſtat interrogatio, cur ſit greſſibilis, quia neutra reddit cauſam.

## Quod quid eſt non demonſtrari ex ſuppoſitione. Cap. VI.

SED FIERI NE POteſt vt ipſum quid eſt accōmodatū ſubſtantię, demonſtretur? Ex ſuppoſitione tamen, hoc pacto, vt ſumatur id quidem propriū, quod ex hiſce conſtat, quæ hoc ipſo quid eſt prædicantur, definitionem eſſe: hęc autem ſola dicto prędicari modo, totumq; quod ex hiſce conſtat, proprium eſſe: id eſt enim illius nimirum ratio. An & hic rurſus ſumitur definitio. Neceſſe eſt enim, per medium ipſum oſtendere. Prætereà quemadmodùm nec in ratiocinatione ſumitur quid eſt ratiocinari. Semper enim tota vel pars eſt propoſitio, ex quibus ratiocinatio conſtat: ſic neque definitionem oportet in ratiocinatione ineſſe, ſed ſeorſum à propoſitionibus eſſe. Atque vt ſi quis ambigat, ſi ratiocinatio ſit confecta nécne, obuiandum eſt aſſerendo ratiocinationem eſſe extructam: id enim ratiocinatio: ſic & ad eum qui dicit non definitionem eſſe cōcluſam, aſſerendum eſt definitionem eſſe concluſam: id enim nobis ſupponebatur eſſe ratio, definitióve. Quare neceſſe eſt & ſine ratiocinationis & ſine definitionis ratione, aliquid per ratiocinationem concluſum eſſe. ¶ At enim neque ſic benè ſeſe habebit ipſius quid eſt probatio, ſi ex ſuppoſitione etiam quiſpiam ipſum

Textus.v.

Textus.vj

 oſten-

oſtendat, hoc pacto, ſi ratio mali eſt diuiſibile eſſe: quibus autem eſt contrarium, eorum & ratio contraria eſt rationi contrarij, atque bonum eſt malo contrarium: & indiuiſibile diuiſibili, ratio boni nimirum eſt indiuiſibile eſſe. Et hic enim ſumens definitionem, oſtendit. Sumit autem definitionem, ad oſtendendam definitionem. At ſit aliquid aliud. Et in demonſtrationibus enim aliquid de alio dici ſumitur: non tamen ipſum: neque id cuius eſt eadem ratio, neq; quod conuertitur. Ad vtroſque autem quorum alter diuiſione, alter tali ratiocinatione oſtendit, eadem eſt dubitatio, cur homo ſimul animal bipes greſſibile, non autem animal ſeorſum, & bipes ſeorſum ſit: nulla nanque neceſsitas cogit, vt ex iis quæ ſumuntur vnum efficiatur quod prædicetur: ſed erit forſitan, perinde atque idem homo & muſicus eſt & grammaticus.

Text.5. CApitulũ hoc apud Cõmentatorem ſecatur in textus duos, qui ſunt quintus ⁊ ſextus. In quo Ariſt. pergit oſtẽdere, quod quid eſt, nõ bene demonſtrari ex ſuppoſitione. Et primo arguit, ꝙ nõ demõſtretur ſuppoſita definitione definitionis. Exẽpli gratia. Si quis ſupponat ꝙ definitio eſt oratio conſtãs ex his quę prędicãtur in eo quod quid, continens totũ quod prędicatur in eo quod quid. ſ. genus ⁊ differentiã, itaq; ſola definitio hoc modo prędicetur, illã vero quę hoc modo prędicat, eſſe propriũ. i. propriã ⁊ adęquatã definitionẽ: Utrum ex hac ſuppoſitione demõſtrabit, quod quid eſt, hoĩs de hoĩe. ¶ Et probat, ꝙ licet ſuppoſitio hęc ſit vera, tamẽ quia hoc ſupponit nõ inde demonſtrare poteſt, quod quid eſt. Primo, q2 iſte videtur aſſumere definitionẽ: cũ tamẽ ſi quod quid eſt, ſit demõſtrabile, deberet etiã hęc definitio definitiõis demõſtrari: ⁊ per cõſequens nõ eſt illud primũ principiũ. Pręterea quemadmodũ in ſyllogiſmo. ſ. omne aĩal eſt ſubſtantia: oĩs homo eſt aĩal: ergo oĩs homo eſt ſubſtantia, nõ ſumitur definitio ſyllogiſmi tanq̃ pręmiſſa, ita ſi definitio hoĩs demonſtranda eſt de hoĩe nõ debet ſumi tanq̃ pręmiſſa definitio explicãs q̃d ſit definitio. Sed debet, inquit, talis definitio eſſe extra demonſtrationẽ, vt ſi quis neget illã conſequentiã eſſe in, barbara, debet illud probari per definitionẽ ſyllogiſmi de barbara, quã quilibet debet habere in mente ſine demonſtratione. Et eodem modo, ſi quis negaret, animal rationale, eſſe definitionẽ hominis, probandũ eſſet: quia conſtat ex genere ⁊ differentia: quę veruntamẽ probatio nõ eſt demõſtratio, ſed eſt examinatio an illa ſit definitio, per regulã et legẽ definitionis. Intendit Ariſto. in ſumma dicere ꝙ huiuſmodi probatio: Huic orationi aĩal rationale conueniunt leges definitionis: ergo eſt definitio, licet ſit bona, tamen non eſt demõſtratio ipſius, quod quid eſt, de hoĩe. ¶ In tex. 6. [Ait enim.] oſtendit, ꝙ

Text 6. neq; definitio quidditatiua vnius poſſit demõſtrari per ſuppoſitionẽ definitionis alterius. Ubi ad intelligentiã exẽpli Ariſt. notandũ eſt, ꝙ cũ oĩa appetãt bonũ, ⁊ videamus oĩa appetere vnitatem, q2 oĩs res quanta reſiſtit ſuę diuiſioni, philoſophabãtur Platonici vnitatẽ et indiuiſibilitatẽ eſſe de genere bonorũ diuiſionẽ vero ⁊ pluralitatem de genere malorum, q2 tendit ad corruptionẽ. Ait ergo Ariſt. ſi ſupponatur, ꝙ ratio. i. definitio mali ſit, eſſe diuiſibile, vtrũ ex hac ſuppoſitione demõſtrari poſſit, ꝙ ratio ⁊ definitio boni ſit eſſe indiuiſibile: ⁊ videtur ꝙ ſic, nã contrariorũ cõtrarię ſunt definitiones: ſed bonũ ⁊ malũ ſunt contraria, ſicut diuiſibile ⁊ indiuiſibile: ergo ſi eſſe diuiſibile, eſt definitio mali, eſſe indiuiſibile eſt definitio boni. ¶ Reſpondet, ꝙ nec iſte modus arguẽdi ſit demõſtratio. Quod probat tripliciter. Primo, q2 tam aſſumitur in antecedenti definitio contrariorũ, ⁊ definitio mali: ⁊ per cõſequens, ſi definitio oĩs poteſt demonſtrari, illa non ſunt prima principia. Secũdo ibi, [At ſit aliquid aliud.] Quaſi dicat, nõ ſolũ iſte nõ demõſtrat, q2 accipit pro primo principio definitionem, ſed quia aſſumit idipſum q̃d debet demõſtrare: nã in demõſtrationibus, licet accipiatur pro medio quod quid erat eſſe, tamen concluditur aliud de alio, vt riſibile de hoĩe tamen in propoſito idẽ vel eiuſdẽ rationis ſupponitur, quod cõcluditur: ſupponitur enim, malũ eſſe diuiſibile, et eiuſdẽ prorſus rationis eſt, ꝙ bonũ ſit indiuiſibile. ¶ Tertio id probat q2, inquit, tam ille qui demõſtrat per diuiſionẽ q̃ ille qui demonſtrat ex ſuppoſitione adhuc tenetur reſpõdere cur aĩal ⁊ bipes ⁊ greſſibile ſint vnũ. Quod eſt dicere: ad hoc ꝙ aliqua faciãt definitionẽ nõ ſufficit ꝙ ſingula prędicentur de definito, ſed ꝙ oĩa faciant per ſe vnũ. i. dicant vnã naturã. Nam album ⁊ muſicũ, licet dicãtur de hoĩe, nõ tamen cõſtituunt definitionẽ: q2 ſunt diuerſa accidentia quę non faciunt vnũ niſi per accidẽs: ergo licet per diuiſionem concludatur ꝙ homo eſt animal, ⁊ ꝙ eſt greſſibile, et ꝙ eſt bipes, nondum demonſtratur an hęc omnia dicant vnã naturã hoĩs: ⁊ pariter cũ ſupponitur malum eſſe diuiſibile, nondum oſtenditur quod diuiſibilitas dicat quidditatiuã naturam mali, an vero accidens.

## Quod quid eſt nõ demonſtrat̃. Cap. VII.

HAEC CVM SINT, quonam pacto is qui definit ſubſtantiam, & ipſum quid eſt oſtendet rei definiendæ. Neq; enim vt is qui demonſtrat, ex hiſce quæ conceduntur notum faciet ipſum: vt cùm illa ſint, neceſſariò aliquid aliud ſit: hoc enim eſt demonſtratio: neque etiam vt is qui per ſingula nota inducit vniuerſa, ex eo ſic ſe habere, quia nihil ſingulorum ſeſe aliter habet: nõ enim quid eſſe, ſed eſſe aut non eſſe oſtendit. Quis igitur alius modus reſtat? nõ enim ſenſu vel digito demonſtrabit. Text.vij

¶ Præterea quonam pacto ipſum quod eſt oſtendet: neceſſe eſt enim eum qui ſcit quid eſt homo, aut aliud quoduis, & eſſe etiam ſcire. Id enim quod non eſt in ratione, nemo ſcit vnq̃ quid eſt, ſed quidnã oratio vel nomẽ ſignificat. Cùm dico hippocentaurus, bene quidem percipimus: fieri verò nequit, vt quid hippocentaurus ſit ſciamus. At verò ſi quis quis eſt oſtenderit, & eſſe quoque oſtendet: & quonam



nam modo, ratione eadem oſtendet: nam vnum quiddam definitio ipſa declarat, & demonſtratio etiam vnum: quid autem eſt homo, & hominem eſſe, diuerſa ſanè, non eadem ſunt. Deinde etiam dicimus vnumquoduis, niſi ſit ſubſtantia, neceſſariò per demonſtrationem eſſe oſtendi: eſſe verò rei nullius eſt, vt patet, ſubſtantia: id enim quod eſt, non eſt genus. Demõſtratio igitur id eſt, quo quippiam oſtenditur eſſe: quod quidem etiam nunc ipſæ ſcientiæ faciunt. Geometra nanque quid ſignificat quidem triangulus ſumpſit, eſſe autem ipſum demonſtrat. Quomodò igitur oſtendet ipſe definiens quid eſt triangulus? ſciens ergo quiſpiam definitione quippiam quid eſt, an ſit illud neſciet? at nunquàm fieri poteſt. Patet autem per ipſos etiam definitionum quę nũc aſsignantur modos, eos qui definiunt non oſtendere eſſe, nam & ſi eſt è medio æquale aliquid, at cur ſit ipſum definitũ, & cur hoc circulus ſit quæretur. Poterit enim illud dicere quiſpiam, definitionem orichalci etiam eſſe. Neque enim id eſſe poſſe quod dicitur, ipſæ definitiones inſuper faciunt manifeſtum: neque illud, & non aliud eſſe cuius inquiunt definitionem eſſe, ſed propter quid ſemper dicere licet. ¶ Si igitur is qui definit, alterutrum aut quid ſit aut quid ipſum nomen ſignificat oſtendit (ſi modò illa ipſius quidem definitio eſt) erit ipſa profectò oratio idem quod nomen ſignificans. At hoc abſurdum eſt ſanè. Primò nanque & non ſùbſtantiarum, & eorũ quę non ſunt in ratione rerum erit vtiq; definitio. Nam & ea quæ non ſunt, ſignificare nomine licet. Deinde omnes orationes definitiones erũt, ſine diſcrimine vllo. Fieri nanque poteſt, vt cuiuis orationi nomen ponatur. Quare definitionibus omnes omnia diſſeremus loquemurque. Et Ilias ipſa definitio erit. Præterea nulla ſcientia nomen hoc indicare ſignificareque demonſtrat: ergo nec definitiones idipſum indicant. Ex his igitur nec idem eſſe definitionem ratiocinationemque videtur. Et inſuper neque definitionem demonſtrare quidnam ſit quicquã fieriq; non poſſe vt ipſum quid eſt demonſtratione definitionéve vnquam percipiatur, aut cognoſcatur.

IN capite hoc ſeptimo poſtquã in ſuperiorib9 per ſingulos modos cognoſcẽdi facta inductione oſtenſum eſt, quod quid eſt, non poſſe demõſtrari, addit adhuc rationes cõmunes ad id manifeſtandũ. Cõtinet hoc caput tres particulas quarũ prima pertinet ad textum ſuperiorem ſextũ, alię duę ad textum ſeptimũ. ¶ Colligit ergo ex dictis in prima particula, ꝙ cum oſtenſum ſit, quod quid eſt, nec demõſtrari per terminos conuertibiles, nec per diuiſionem, nec ex ſuppoſitione: non reſtat niſi vt forte demonſtretur inductione. At vero inductio, inquit, non demonſtrat quid, hoc ſit niſi quod ſit, aut ſit tale. Eſt enim inductio velut ſi quis digito oſtendat, hic Aethiops eſt niger, ⁊ hic ⁊ hic: qui, licet oſtendat rem eſſe talem, non tamen demonſtrat ſitne illud q̃dditas an accidẽs illius. ¶ In text. Text.7.

7. [Pręterea quonam pacto.] probat prius tribus rationib9 cõmunibus, ꝙ quod quid eſt, nõ euidenter oſtendatur demonſtratione, et deinde obiter addit vnum verbum de definitione. Prima ergo ratio eſt hęc: Quicũq; oſtẽdit, quod quid eſt, debet prius ſcire illud eſſe, nam vt. 2. cap. dictum eſt, quęſtio, quid eſt, ſupponit quęſtionem, an eſt, q̃d modo etiam probat: quia id, inquit, quod nõ eſt in ratione. i. quod nõ eſt actu vel ſaltem in cauſis naturalibus, non poteſt ſciri quid ſit, ſed ſolum ſciri poteſt quid nomen ſignificat. Scimus enim ꝙ Hippocentaurus ſignificat mõſtrum pro medietate virũ ⁊ pro medietate equũ: at quia non ſcimus illud eſſe, fit vt nec ſciamus eius quidditatẽ. Hippocentaurus idem eſt q̃d equum ſtimulãs, ab hippos q̃d eſt equus, ⁊ cẽtein, quod eſt ſtimulare: quo nomine dicti ſunt populi Theſſalię, co ꝙ equis velociſſimis vtuntur. Unde Poetę fingunt monſtra eſſe pro medietate viros ⁊ pro medietate equos: Hoc ſuppoſito format Ariſto. primam rationem. Cum tamẽ definitio quã demõſtratio cõſtet ex his quę ſunt per ſe, non poteſt eſſe vna definitio, niſi vnius definibilis: nec vna demonſtratio niſi vnius ſcibilis: ſed eſſe hominem, ⁊ quod quid eſt, hominis, diuerſa ſunt: ergo demonſtratio quę demõſtrat eſſe, puta hominem eſſe riſibilem, non demõſtrabit quid Eſſe ⁊ eſſentia.

eſt hoc. ¶ Notandum eſt hic ſententiam eſſe Ariſto. id quod aliqui putant eſſe inuentum S. Thomę. ſ. quod eſſe ⁊ eſſentia in creaturis diſtinguãtur ad hũc ſaltem ſenſum, ꝙ quidditas hominis eſt perpetua, eſſe autem eſt illi temporale a Deo productũ: in Deo autem ſunt idẽ, vt latius cap. 4. prędicam̃. q. 1. explicuimus. ¶ Secunda ratio eſt ibi, [Deinde etiam dicimus] ⁊ fere eſt confirmatio ſuperioris. Demonſtratio ſolum demonſtrat, quia eſt, id eſt hoc eſſe illud, quia demonſtrat prędicatum conuenire ſubiecto, definitio autem oſtendens, quid, nihil dicit de eſſe aut non eſſe: ergo, quod quid eſt, non oſtenditur per demõſtrationem. Oſtendit autẽ maiorẽ exemplo: quia mathematicus, inquit, ſupponens quid eſt triangulus, demonſtrat illum eſſe. ſ. ſuper datam lineam rectam triangulum collocare. Ait autem in maiori, ꝙ demõſtratio non demõſtrat quid eſt, niſi forſan diceretur ꝙ eſſe ⁊ ſubſtantia. i. quidditas eſſent idẽ, nam tunc quid demonſtraret, eſſe, demonſtraret quidditatem. Sed tamen illud, inquit, eſt falſum: quia, ens, non eſt genus. Sẽſus eſt, ꝙ ſi eſſe ⁊ quidditas eſſent idem, cũ ens ſignificet eſſe, ens prędicaretur in, quid ⁊ per cõſequẽs eſſet genus: quod eſt falſum. Hoc eſt quod S. Tho. ſignificauit. 1. part. q. 3. art. 5. dicens, ꝙ cum in Deo eſſe et eſſentia ſint idem, ſi Deus poneretur in genere, genus eius eſſet ens: ⁊ ideo cũ ens Ens nõ eſt genus.

non ſit genus, Deus nõ ponitur in genere. Quomodo ens non prędicetur inquit, cap. 4. prędicam̃. q. 1. expoſuimus. ¶ Tertia ratio eſt ibi, [Patet autem.] Ait enim ꝙ ex definitionibus ipſis quibus vtimur in ſcientijs conſtat definitionem nõ dicere, eſſe. Cum enim dicitur, circulus eſt figura a cuius cẽtro ad circunferentiam omnes lineę rectę ſunt ęquales, non aſſeritur talem figuram eſſe: ſed reſtat quęrere, an ſit: nam ſimiliter definire poſſumus illud quod non eſt: vt orichalcum. i. mõtem ęneum. Oros enim idem eſt quod mons, ⁊ chalcos, ęs. Cum enim demonſtratio ſolum demonſtret rem eſſe, ſcilicet, eſſe talem, fit vt per demonſtrationem non cõcludatur quod quid eſt. ¶ In tertia particula capituli, [Si igitur his.]

Deſinitio. quia dixerat deſinitionem ſignificare quidditatem & eſſentiam rei, reſpondet cuidã obiectioni. Poſſet enim quis dicere, ꝙ non omnis deſinitio explicat naturam & quidditatem deſiniti: nam aliqua eſt ſolum explicans ſignificationẽ nominis: quę dicitur deſinitio quid nominis. Dicit ergo ꝙ deſinitio quid nominis non eſt proprie deſinitio, nam illa ſolum eſt vna oratio ſignificans idem qđ ſignificat nomen: quę nõ explicat naturam rei, magis quã nomen ipſum, vt ſi quis dicat nomen, Camelus, ſignificare animal gibboſum, coloris bouis, nõ ſignificat magis genus aut quidditatem Cameli, quam nomen Camelus, licet ꝑ accidentia Camelum deſcribat. ¶ Et ꝙ talis oratio ſimpliciter non ſit deſinitio, probat tripliciter. Primo, quia tunc ſequeretur ꝙ accidentium et non entium eſſet deſinitio, nam accidentia et Chimęram ipſam poſſumus hoc modo deſinire: & tamen non entium ſicut nõ eſt ſcientia, vt dictum eſt lib. 1. tex. 5. ita neq; eſt deſinitio: ſed neq; accidentia ſimpliciter deſiniuntur: quia non habent ſimpliciter quidditatem vt habetur. 7. metaph. textu. 15. ¶ Secunda ratio eſt ibi, [Deinde.] ſequeretur enim, inquit, omnes orationes etiam hiſtoriam longam eſſe deſinitionem: nã cuiuis orationi quantuncunq; longę poſſet imponi vnum nomen: vt hiſtoria Troiana quam ſcripſit Homerus dicitur Ilias: Iliam nanq; nomen eſt Troię. ¶ Tertia ratio eſt ibi, [Prętera nulla.] quę talis eſt: Scientia non oſtendit quid nomina concluſionis ſignificent: ſed quę eſt cauſa veritatis concluſionis: ergo nec deſinitio explicat quid nomen ſignificat, ſed quę eſt rei ſignificatę natura: patet conſequẽtia, quia id quod exprimitur per deſinitionẽ, eſt ſubiectum ſciẽtię. Colligitur ergo, vt deſinitio quid nominis non ſit ſimpliciter deſinitio, ſed ſecundũ quid. Facit tandem Ariſtote. epilogum eorum quę dicta ſunt qui eſt clarus.

## Quòd vna definitio per aliam demonſtretur.

## CAP. VIII.

VERVM conſiderandum eſt rurſus, quidnam horum dictũ bene, & quid nõ bene recteq; ſit, & quid ſit definitio: & vtrũ aliquo modo ipſius quid eſt demonſtratio definitio exiſtit, anverò nullo ſit modo. Cùm itâque ſcire quid eſt, & ſcire cauſam ipſius ſi eſt, idem ſit, vti diximus: fieri poteſt, vt quid eſt oſtendatur: cuius quidem hæc ratio eſt. Eſt enim quædam vtique cauſa: & hæc aut eſt eadem aut alia, & ſi ſit alia, aut eſt demonſtrabilis, aut indemonſtrabilis. Si igitur alia ſit, demonſtrariq; poteſt, cùm cauſa ſit medium, & prima figura ratiocinationis oſtendatur neceſſe eſt: nam id quod oſtẽditur vniuerſale eſt, & affirmatiuum, vt patet. Vnus igitur is eſt modus, quem nunc inquiſiuimus, per aliud inquam ipſum quid eſt oſtendi: nam medium ipſorum quid eſt, neceſſe eſt eſſe quid eſt, & propriorum identidem propriũ: quare definitionum eiuſdem rei alia oſtendet, alia nõ oſtendet. Atq; hicce modus demonſtratio ipſius quid eſt. vt anteà diximus, non eſt, ſed ratiocinatio quædam ad diſſerendi modum accõmodata.

POſtquã in quinq; ſuperioribus capitulis diſputatũ eſt, an, qđ qđ eſt, ſit demõſtrabile, in tribꝰ ſubſequẽtibus examinãdo ea q̃ dicta ſunt determinat, quę nã ſit in hac parte rei veritas. In hoc ergo cap. 8. oſtendit, ꝙ quamuis vna deſinitio poteſt ſyllogiſtice concludi per aliam, tamẽ talis ſyllogiſmus non erit demonſtratio. Proponit ergo, ꝙ examinanda ſunt ea quę dicta ſunt & vtrum deſinitio ipſius quod quid eſt, ſit aliquo modo demõſtratio illius. Et ponit hanc cõcluſionem. Quod quid eſt, poteſt oſtendi per aliud, quod quid eſt: ſupponit autem prius, quod ſcire quod quid eſt, eſt ſcire cauſam ipſius, an eſt: oſtenſum enim eſt cap. 2. ꝙ ſcire an res ſit, virtualiter eſt ſcire aliquã eſſe cauſam ſui eſſe, & ſcire quid eſt, eſt ſcire quę ſit illa cauſa: ſicuti ſcire, quia eſt, virtualiter eſt ſcire aliquã eſſe cauſam quare hoc eſt hoc: & ſcire propter quid, eſt ſcire illã cauſam. Secundo ſupponit, ꝙ inter cauſas quędam eſt eadem. i. intrinſeca ipſi rei: vt materia & forma: & quędam eſt alia. i. extrinſeca, vt efficiẽs & finalis. Dicit ergo, ꝙ per deſinitionem importantem cauſam finalem; poſſumus oſtendere deſinitionem importantem cauſam efficientem, vt ſi dicas, omnis habitus ordinans hominem ad fœlicitatem eſt operatiuus ſecundũ rationem: omnis virtus eſt habitus ordinans hominem ad fœlicitatem: ergo omnis virtus eſt habitus operatiuus ſcdm rationem. In quo ſyllogiſmo vna deſinitio quidditatiua eſt medium ad demonſtrãdum aliã. Non tamẽ inquit ex omni cauſa neceſſe eſt procedere per demõſtrationem: quando videlicet nõ eſt cauſa adęquata, vt ex febri non ſemper ſequit̃ agitatio pulſus, puta cum homo prope mortem tenuiſſimum habet pulſum. Subiũgit autem ꝙ modus iſte non eſt demonſtratio, ſed quędam ratiocinatio diſſerendi modo. i. ſyllogiſmus dialecticus. Intellige ꝙ non eſt demonſtratio demõſtrans proprie quod quid eſt: quia licet conſequentia ſit optima & ex pręmiſſis neceſſariis demõſtretur cõcluſionem eſſe neceſſariã, & per conſequens ſit demonſtratio demonſtrans concluſionem eſſe verã, non tamen demonſtratur ꝙ prędicatum dicatur in quid, & ſit deſinitio explicans adęquate, quod quid eſt, ſubiecti. Sed ſolum demonſtratur conditionaliter, ꝙ ſi medium eſt deſinitio finalis ſubiecti, maior extremitas erit etiã deſinitio formalis eius: quod autem mediũ ſit deſinitio non demonſtratur, ſed ſupponitur. Et hęc expoſitio ad intelligẽtiam ſubſequentium eſt adnimaduertenda.

Tex. 8.

Vna deſinitio demonſtrat̃ ꝑ aliã.

## De quid eſt & quod eſt.

## CAP. IX.

QVO autẽ modo fieri poteſt, vt quid eſt ex demonſtratiõe eliciatur, deinceps dicamus oportet, hinc rurſus initio ſumpto. Nam quemadmodùm quęrimus propter quid eſt, prius eſſe habentes, interdum verò & ſimul nota nobis hæc



hæc fiunt, ſed nunquàm fieri poteſt, vt anteà cognoſcamus cur eſt, quàm percipiamus eſſe: ſic pari ratione, neque quid eſt, quærere atque cognoſcere poſſumus ſine perceptione ipſius eſſe. Fieri enim nequit, vt quòd eſt vnquàm ſciamꝰ, ſi ignoremus ſi eſt: habemus autem ſi eſt nonnunquàm per accidens, nonnunquàm aliquid habentes ipſius rei: veluti tonitruum eſſe ſcimus, habentes ſonum quendam nubium eſſe: & defectionem lucis, eſſe quandam priuationem: hominem item quoddam animal eſſe: & animam etiam id eſſe, quod ipſum ſe motu ciet. Quæ igitur per accidens eſſe ſcimus, neceſſe eſt ad eorum quid eſt, percipiendum, nullo modo nos quicquam habere: neque enim illa eſſe ſcimus: atq; quærere quid eſt, non habentes eſſe, perinde eſt ac ſi nihil prorſus quæratur: quorum autem habemus aliquid, eorum, quid eſt faciliùs percipere poſſumus. Quapropter vt habemus ipſum eſſe, ſic & ad ipſum quid eſt percipiendum ſumus diſpoſiti. ¶ Quarum igitur rerum aliquid habemus ipſius quid eſt, earum hæc ſint exempla. Sit defectus pro quo, a. Luna pro quo, c. interpoſitio vel obiectio terræ, pro quo eſt ipſum poſitum. b, Quærere igitur, vtrùm deficiat Luna nécne, nil aliud eſt quã ipſum. b. quærere ſi ſit necne: at idipſum non ſecùs habet, quàm ſi quæras, vel num ratio eius ſit, & vt hoc ſi ſit, & illud dicamus eſſe: vel vtrius partium contradictionis ſit ratio, habendine duobus rectis æquales, an non habendi? quod cum inueniremus, & eſſe ſimul, & propter quin ſit ſcimus, ſi modò ſit medium: ſi verò non ſit, eſſe quidem ſcimus, propter quid autem neſcimus: atque idipſum patefieri hoc exemplo poteſt. Sit nanque. c, Luna. a. defectio. b, non poſſe cùm eſt tota refecta lumine vmbram efficere, intercedente manifeſto corpore nullo. Si igitur. b. quidem ipſi, c. inſit, a. vero competat ipſi. b, Lunam quidem deficere notum ſit nobis: cur autẽ deficit, nondum eſt notum. Atque defectionem quidem eſſe ſcimus, ſed quid eſt defectio neſcimus. At cùm. a. quidem ipſi ineſſe. c. patet, quæritur autem propter quid ineſt, nil aliud tum quã quidnam ipſum. b. obiectióne terræ, an conuerſio Lunę, an lucis eius extinctio ſit quęritur. Hoc autem alterius extremi ratio eſt, vt hoc in exemplo, ipſius. a. Eſt enim defectus obiectio terræ. Prętereà quid tonitruum eſt? extinctio ignis in nube: propter quid tonitat? quia ignis in nube extinguitur: nubes ſit. c, tonitruum. a, ignis extinctio. b. Igitur ipſi. c. nubi inquam. b. ipſum ineſt: extinguitur enim ignis in nube: at huic. a. ipſum ineſt tonitruum, ſeu ſonus: atque. b. ratio ipſius eſt. a. primi inquam extremi. Quòd ſi rurſus huius aliud medium ſit, id eſt hiſce rationibus erit, quæ reſtant. Quo igitur pacto ſumitur ipſum qđ eſt, quoq̃ue notum ſit, ſatis iam diximus. Quare ratiocinatio quidem ipſius quid, demonſtratioq̃ue non ſit, per ratiocinationem tamen & demõſtrationem innoteſcit. Quocircà neque ſine demonſtratione fieri poteſt vt cognaſcatur ipſum quid eſt, cuius quidem alia cauſa eſt: neque rurſus ipſius eſt demonſtratio, vt in dubitationibus etiam diximus.

IN cap. hoc nono quod vt eſt obſcuriſſimum, ſic diuerſiſſime a doctoribus exponitur, Ariſto. intendit adhuc tractare hanc cõcluſionem quã in calce capituli proximi concluſit, ſcilicet, ꝙ contingit quod quid eſt, concludi in demonſtratione, non tñ demonſtrari: quia videlicet demonſtratur vere competere ſubiecto: non tamen demonſtratur eſſe quidditatiuam deſinitionẽ. Et ex inconſideratione huius ſenſus, nunquã ſatis ſunt capitula hęc expoſita. ¶ Atqui ſunt in hoc capite tres particulę: quod tamen apud Cõmentatorem totum eſt ſub textu. 8. In prima particula ſupponit tria. Primum eſt, ꝙ quemadmodum nunquam de aliqua propoſitione quęrimus propter quid, niſi ſciamus quia, id eſt ipſam eſſe veram, aut ſaltem demõſtrantes propter quid homo eſt riſibilis: ſimul demonſtramus ipſum eſſe riſibilem, nunquã tamen ſcimus propter quid non ſcientes illud eſſe verũ, ita nec ſcire poſſumus de aliqua re quid ſit, niſi prius aut ſaltem ſimul ſciamus ipſam eſſe. ¶ Secundum ſuppoſitum eſt ibi, [Habemus autem.] Et eſt hoc, ꝙ rem eſſe aliquando ſcimus ſolum per aliquod accidens ipſius, aliquãdo vero per hoc ꝙ ſcimus aliquã eius partem. Non ponit exemplum primi: eſt tamen ad propoſitum exemplum: vt ſcimus intelligentias eſſe, non in ſe ſed ab effectu per hoc ꝙ mouent orbes. Exemplum ſecundi eſt, inquit, vt ſi quis de tonitruo ſciat ſaltẽ genus, puta eſſe ſonum quem audimus, & de eclipſi ſciat eſſe priuationem lucis, & de homine eſſe animal, licet non ſciat plene differentias deſinitionis. ¶ Tertia ſuppoſitio eſt. Quãdo ſcimus rem eſſe ſolum per accidens, nihil habemus proprium ad inquirẽdum qđ quid eſt illius: hac enim de cauſa ignoramus, quod quid eſt, intelligentiarũ. Veluti ſi homines nunquã ſolem per ſe vidiſſent, puta qui nunquam ſurſum leuaſſent caput, nec aliquã vnquam de illo habuiſſent notitiam, prętérquam ꝙ videntes terram illuminari, coniectaſſent aliquid eſſe ſurſum quod eſt cauſa huius lucis, tunc homines non eſſent diſpoſiti ad ſciendum quid eſt ſol, quia nec proprie tunc ſcirẽt an ſit ſol, ſicut modo naturaliter non proprie per ſe ſcimus eſſe intelligentias. Cum autem ſcimus rem eſſe per aliquid ipſius, vt cum ſcimus ſonum quem audimus eſſe tonitruum, et eclipſim eſſe priuationem lucis diſpoſiti ſumus ad inueſtigandũ quidditatem. ¶ In ſecunda particula, [Quarum igitur rerum. probat hanc concluſionem intẽtam, videlicet ꝙ aliquando, quod quid eſt, demonſtratur quidem competere ſubiecto in illis ſaltem quę cognoſcimus eſſe per aliquid proprium illorum, tamen nunquã demõſtratur hoc eſſe quod quid eſt. Et ponit exemplum de, quod quid eſt, paſſionis. Cum enim propria paſſio ſit accidens ſubiecti, habet etiam ſuam deſinitionem quidditatiuam diſtinctã a deſinitione ſubiecti, licet depẽdentem ab illa. Sit enim, inquit, defectus, id eſt, eclipſis, pro qua. a. id eſt, pro maiori extremitate: luna pro quo. c. id eſt, pro minore extremitate: et

Tria ſuppoſita.

Concluſio.

⁊ interpoſitio terrę ſit pro quo poſitum eſt.b,id eſt, ſit medium:tunc cum querimus an luna eclipſatur (quod eſt querere quia,virtualiter querimus an ſit b, id eſt, an ſit terrę interpoſitio, quod eſt querere quid eſt eclipſis: ergo demonſtrare ꝙ luna eclipſatur eſt virtualiter demonſtrare, quod quid eſt, eclipſis: puta ꝙ eſt terrę interpoſitio. Item querere vtrius partium contradictionis ſit ratio,habendine tres angulos ęquales duobus rectis, an non habendi,eſt querere quę pars cõtradictionis eſt vera, triãgulum habere tres angulos ęquales duobus rectis, an cõtraria:⁊ cum ſcitur illa ratio,ſimul ſcitur pars affirmatiua,cur triangulus habet tres ⁊c.¶ Concludit ergo Ariſto.ꝙ quando propoſitio oſtenditur per verum medium,tunc ſimul ſcitur, propter quid et quia. Si tamen non ſciatur per medium verum ſed per ſignum a poſteriori,tũc ſcitur,quia, id eſt,ſcitur concluſionem eſſe veram,non tamen ſcitur, propter quid. Cuius exemplum vt intelligas notato,ꝙ cum luna eſt plena in oppoſitione ſolis,tũc ſi non eclipſetur ⁊ nulla nebula interponatur inter nos ⁊ ipſam, eſt adeo clara, vt homo cauſet vmbrã poſt ſe ſicut in ſole. Qđ ergo luna nõ impedita per nubem non cauſet vmbrã non eſt cauſa, ſed eſt effectus ⁊ ſignum ꝙ luna eclipſatur. Qui ergo oſtẽdit lunam eclipſari, hoc modo,quotieſcunq; luna non impedita per nubem non cauſat vmbram,aliquo noſtro interpoſito, eclipſatur:modo non cauſat vmbrã:ergo modo eclipſatur,is demonſtrat lunam eclipſari, nõ tamen propter quid. Reſumit igitur,ꝙ cum ſcimus.a. ipſi ineſſe.c,id eſt,hãc eſſe veram luna eclipſatur,querimus autem, propter quid, virtualiter querimus definitionem quidditatiuam eclipſis, puta quid ſit eclipſis:ſitne interpoſitio terrę inter ipſam ⁊ ſolem, vt eſt rei veritas: an ſit conuerſio lunę, vt aliqui falſo putabant,dicentes lunam a ſe intrinſece pro medietate eſſe lucidam et pro alia medietate obſcuram et eclipſim eſſe ꝙ vertebat ad nos partem obſcuram: an ſit extinctio lucis: vt alij decepti opinabantur, videlicet ꝙ ſicut candela modo lucet modo extinguitur,ita luna modo luceret propter copiam exhalationum quibus nutriebatur eius lumẽ,modo extingueretur propter earum defectum. ¶ Subiungit ſecundum exemplum de tonitruo dicens,ꝙ idem virtualiter eſt querere, quid eſt tonitruum, et querere,propter quid tonat. Et quãuis vera definitio tonitrui ſcđm Ariſto.2.Meteo.cap.9.ſit ſonus factus ex repercuſſione exhalatiõis calidę ad latera nubis, quemadmodum caſtanea ſonitu exilit a prunis cum aer internus calefactus mouetur intra caſtaneam, ponit nihilominus exemplum ſecundum opinionem aliorum,vt ſit extinctio ignis in nube, ad modũ quo ferrum candens immerſum aquę ſtrepitũ facit. Unde dicit,ꝙ in hoc ſyllogiſmo,vbicunque extinguitur ignis,eſt tonitruũ: in nube extinguitur ignis, ergo in nube eſt tonitruum:cum formaliter demõſtratur propter quid eſt tonitruum, virtualiter demonſtratur quod quid eſt tonitrui. ¶ In tertia particula, [Quare ratiocinatio.] Colligit tandem concluſionem Ariſto. dicens,ꝙ ipſius quod quid eſt, eſt quidem ratiocinatio,ſed non demõſtratio:innoteſcit tamen per ratiocinationem ⁊ demonſtrationem. Quę verba videntur repugnare,dũ prius aſſerit ꝙ ipſius propter quid,non eſt demonſtratio: ⁊ ſtatim ſubdit, ꝙ innoteſcit tamen non ſolum per ſyllogiſmum, ſed per demõſtrationẽ. Quę proinde verba exponuntur cõmuniter hoc modo. ſ.ꝙ ipſum quod quid eſt, non quidem demonſtratur tanquã concluſio: innoteſcit tamen per demonſtrationem: quia eſt mediũ demonſtrationis. ¶ Non tamen hoc plane videtur ſatiſfacere. Primo,quia medium demõſtrationis nõ innoteſcit per demonſtrationẽ:ſed facit innoteſcere concluſionẽ. Praeterea quia hoc modo quodcunq;,quod quid eſt,⁊ quęcunque definitio,etiam ſi non haberet aliam cauſam, innoteſceret per demonſtrationem: cum tamen ſtatim ſubiũgat Ariſt.ꝙ ſolũ,quod quid eſt,cuius eſt alia cauſa innoteſcit per demonſtrationem. ¶ Senſus ergo manifeſtus eſt, vt ex ſuperioribus colligitur,⁊ ſtatim cap.ſequenti ſubiungitur,ꝙ inter ipſa,quod quid eſt, ⁊ definitiones quidditatiuas eſt aliqua quę nullam habet priorem cauſam, et talis definitio ⁊ quod quid eſt,non innoteſcit per demonſtrationem:ſed ſupponitur tanquam immediatum principium:⁊ talis eſt definitio ſubiecti quę datur per genus ⁊ differẽtiam intrinſecam, vt animal rationale:ſed aliud eſt qđ quid eſt,quod habet aliam cauſam,puta aliam quidditatẽ per quam demonſtretur:vt eſt definitio paſſionis de qua hactenus poſuit Ariſtote. exemplum:ſicut enim demonſtratur paſſio de ſubiecto,ita definitio paſſionis per definitionem ſubiecti:vt omne animal rationale eſt aptum natum ridere:om̃is homo eſt animal rationale:ergo. Et pariter in rebus quę habẽt cauſas finales, efficientes, ⁊ materiales:materialis demõſtratur per formalem, nam talis eſt diſpoſitio materię qualis requiritur ad formam:⁊ formalis demõſtratur per finalem,quę eſt ſicut primum principium indemonſtrabile cum finis ſit prima cauſarum. Et hoc eſt dicere, quod quid eſt, cuius eſt alia cauſa, innoteſcere per demonſtrationem. Nunquam tamen ipſius,quod quid eſt, etiam habentis cauſam, eſt demonſtratio ad hunc ſenſum ꝙ per talem demonſtrationem demonſtretur illud eſſe quod quid eſt,id eſt definitionem quidditatiuã: nam quamuis per definitionem ſubiecti demonſtretur definitio paſſionis de eodẽ ſubiecto,id eſt demõſtretur neceſſarium eſſe,vt homo ſit aptus natus ridere,non tamẽ demõſtratur ꝙ illa ſit definitio quidditatiua:ſed aliunde per leges definitionis id debet conſtare. Et pariter, quemadmodum ſuperiori capite diximus, licet vna definitio demonſtretur per aliam,non tamen demonſtratur ꝙ illa explicet quod quid eſt,⁊ ſit definitio. Sum hic paulũ morat⁹, quia eſt hoc principale punctum huius libri.

Senſus Ariſtote.

## De definitione quid eſt & propter quid.

## CAP. X.

EST autem quorundã quidem alia quædã cauſa, quorundam autem non. Quare patet ipſorum quid eſt, quædam vacare medio, principiaque eſſe, quæ quidem & eſſe, & quid ſunt ſupponere,vel alio modo manifeſta facere oportet qđ Arithmeticus facit:nam & quid ſit vnitas, & vnitatem eſſe ſupponit. Eorum autem quæ medium habent,& quorum aliqua cauſa alia à ſubſtantia eſt,fieri vt per demonſtrationem ipſum quid eſt, vt diximus,declaretur, non demonſtretur. Textus. ix.

Text. x. Cùm autem definitio dicatur eſſe oratio ipſius quid eſt:patet quandam definitionem orationem eſſe quæ id explicat,quod nomen ſignificat, quæque nominis interpretationem complectitur:veluti quid trianguli nomine ſignificetur: quem quidem poſtquàm eſſe tenemus,quærimus deinde propter quid ſit. Difficile autem eſt hoc pacto ſumere ea quæ neſcimus eſſe,cauſamque difficultatis anteà diximus: nam neq; ſi ſint,an non ſint ſcimus, niſi per accidens. At enim oratio eſt vna dupliciter:alia nãque coniunctione vna eſt,vt Ilias:alia quia vnum de vno declarat, non per accidẽs. Vna igitur hæc eſt definitionis,quam diximus,definitio:alia autem eſt definitio,oratio quæ declarat propter quid eſt. Quare prior ſignificat quidem,ſed non oſtendit: poſteriorem autem patet quaſi demonſtrationem eſſe ipſius quid eſt, poſitione tantùm à demonſtratione differentem:intereſt enim propter quid tonitat.,atque quid eſt tonitruum dicitur:quippe cùm ad primum hæc accommodetur redditio, quia in nubibus ignis extinguitur: ad ſecundum hæc competat,ſonus,cùm extinguitur in nubibus ignis. Quare eadem ratio diuerſo dicitur modo. Et illo quidem modo continua eſt demonſtratio, hoc autem eſt definitio. Prętereà eſt tonitrui definitio,ſonus in nubibus, atque hæc demonſtrationis ipſius quid eſt concluſio:eorum autem definitio quæ medijs vacãt. indemonſtrabilis eſt ipſius quid eſt poſitio. Eſt igitur definitio vna quidem oratio ipſius quid eſt indemonſtrabilis: alia verò ratiocinatio ipſius quid eſt,à demonſtratione differens caſu: & tertia, demonſtrationis ipſius quid eſt concluſio. Patet igitur ex hiſce quę diximus,quo pacto eſt, & quo pacto non eſt ipſius quid eſt demonſtratio:& quorum eſt, & quorum non eſt: quotque modis prætereà dicitur definitio, quoque pacto ipſum quid eſt oſtendit,& quo pacto etiam non oſtendit: atque quorum eſt,& quorum non eſt: inſuper quomodò ſeſe ad demonſtrationem habet:quo denique modo fieri poteſt,& quomodo fieri nequit, vt eiuſdem definitio demonſtratióque ſit.



Text.9. CAput hoc decimum in diuiſione Commentatoris continet textus nonum ⁊ decimũ. In tex.9.colligit ex ſuperioribus diſtinctionem quam iam nos modo explicabamus,dicens,ꝙ ipſorum quod quid eſt, aliud eſt medio vacans.i.immediatum quod non innoteſcit per demonſtrationem, aliud vero eſt mediatum, ꝙ per aliud quod quid eſt demonſtratione innoteſcit: non tamen demonſtrari poteſt eſſe quod quid eſt,vt etiã nũc exponebam⁹. Itaq; colligẽda eſt hęc cõcluſio ex dictis,ꝙ quẽadmodum inter principia cõplexa alia ſunt immediata ⁊ indemõſtrabilia, alia vero mediata et demonſtrabilia, ita eſt et inter ipſa, quod quid eſt,ſignificata per definitiones. Cum quo tamen ſtat certa cõcluſio,quod quid eſt,nunquam demonſtrari, ad hunc ſenſum ꝙ demonſtretur ipſum eſſe qđ quid eſt.i.quidditas talis ſubiecti. ¶ In tex.10.[Cum autem definitio.] poſtquã dictũ eſt de quod quid eſt, ſignificato per definitionem, tranſit ad definitionem ipſam ſignificantem quod quid eſt. Ubi intendit diſtinguere quotuplex eſt definitio, ⁊ quę ſit definitio quidditatiua,quę ſimpliciter dicitur definitio. Ait ergo ꝙ definitio definitionis dupliciter poteſt dari, vno modo in genere vt cõprehendat tam definitionẽ quidditatiuam ꝙ quid nominis,et hoc modo dicendum eſt,ꝙ definitio eſt oratio ipſius quod quid.i.eſt oratio ſignificans rem ſignificatam per nomen, ſiue explicet naturam eius,ſiue non. Et talis eſt duplex: alia enim eſt quid nominis.ſ.quę ſolũ declarat ſignificationem nominis: vt ſi dicamus ꝙ triangulus eſt illa figura quę habet tres angulos:qua data adhuc reſtat querere quid eſt triãgulus. Et repetit ꝙ querere definionem quidditatiuam in his quorum eſſe non proprie cognoſcimus,eſt difficile: quaſi dicat ꝙ dare definitionem quid nominis intelligentiarum erit facile:ſed definire quid ſit intelligentiam, eſt difficile:quia naturaliter non proprie per ſe cognoſcimus ipſas eſſe,⁊ per cõſequẽs nec eas habere quidditates. ¶ Atque inſinuando differentiam inter has definitiones dicit, ꝙ definitio quid nominis eſt quidem vna per accidens:nam poteſt interpretatio nominis fieri per plura quę non faciunt vnum: ſicut hiſtoria Homeri poteſt dici interpretatio huius nominis, Ilias, ſed definitio quidditatiua debet eſſe vna per ſe:nã genus ⁊ differentia explicant vnam per ſe naturam. Concludit ergo,ꝙ vna definitio definitionis poteſt eſſe illa generalis data: ſed in particulari alia eſt definitio definitionis quidditatiuę. Eſt enim oratio explicans propter quid eſt.i.explicans naturam rei quę ſumitur pro medio in demonſtratione propter quid. ¶ In ſecũda particula textus, [Quare prior ſignificat.] ponit eſſentialem differẽtiam inter definitionẽ quid nominis ⁊ quid rei. ſ.ꝙ prima ſignificat quidem naturam rei non tamen illam oſtendit, ⁊ ideo nihil conducit ad demonſtrationem. Definitio vero quid rei,quia explicat naturam rei,adeo eſt neceſſaria demonſtrationi,vt ſit ipſamet demonſtratio ſola poſitione differẽs. Nam ſi queratur, inquit, quid eſt tonitruum,reſpondetur ꝙ eſt ſonus cum extinguitur ignis in nube:ſi autem queratur, propter quid tonat, reſpõdebitur, propterea ꝙ extinguitur ignis in nube:vbi apparet idem reſponderi ad queſtionem quid eſt, ⁊ ad queſtionem propter quid eſt, ⁊ per conſequens eadem eſt ⁊ definitio ⁊ demonſtratio:niſi ꝙ definitio datur in recto.ſ.eſt ſonus ⁊c.⁊ demonſtratio fit per modum cauſę. i. propterea ꝙ extinguitur ⁊c. Uel poteſt intelligi, ſola poſitione differens,vt in tex.21.libri.1.dictum eſt,videlicet ꝙ nõ deficit definitioni vt ſit demonſtratio, niſi diſpoſitio in modo ⁊ figura. ¶ At quia dixerat definitionẽ eſſe fere demonſtrationẽ, ſubiungit ꝙ aliquãdo eſt etiã cõcluſio,puta quãdo talis definitio habet aliã priorẽ per quã demonſtretur. Unde colligit triplex genus definitionis. Alia enim eſt definitio quę nullo modo eſt demonſtrabilis, puta illa quę non habet priorem,vt animal rationale. Alia vero eſt definitio quę eſt fere ipſa demonſtratio,vt definitio paſſionis quę eſt proxima cauſa ipſius. Alia vero eſt definitio quę eſt concluſio demonſtrationis. Quod ſi intelligat eſſe aliquã definitionem,quę tantũ poteſt eſſe concluſio ⁊ non principium, inſinuat definitionẽ, quid nominis,de qua iam modo dictũ eſt, ꝙ cum non explicet naturam rei, non eſt medium demonſtrationis, ſed poteſt cõcludi de ſubiecto cuius ſignificationem explicat.

Tex.10.

Definitio qdditatiua

Triplex definitio.

explicat. Deſinitio autem paſſionis ita poteſt eſſe medium, vt poſſit etiam in demonſtratione concludi modo expoſito in calce ſuperioris capituli. In fine tandem Ariſtot. facit epilogum eorum quę dicta ſunt in octo capitulis, quę ſunt ſecũdum membrum huius libri.

## Quòd per omne genus cauſæ demonſtratio fiat.

## CAP. XI.

Textus.xj

CVM autem tum arbitremur ſcire cùm cauſam nouimus, quatuor verò cauſæ ſint: vna quidditas: alia autem, quæ cùm illa ſunt hoc eſſe neceſſe eſt: & tertia quæ primum mouit: & quarta gratia cuius cætera fiunt: omnes hæ per demonſtrationis medium oſtenduntur. Nam hęc cùm quia illud ſit, neceſſe eſt hoc eſſe, non vna propoſitione ſumpta, ſed duabus minimum eſt. Hoc autem eſt, cùm medium vnum habẽt: hoc igitur vno ſumpto concluſionem eſſe neceſſe eſt: patet autem & hoc pacto. Cur rectus is angulus eſt, qui in ſemicirculo deſignatur? quoniã exiſtente rectus eſt ille? ſit itaque rectus. a, dimidium duorum rectorum. b, angulus deniq; qui eſt in ſemicirculo deſignatus. c. Vt igitur. a. id eſt rectus cõpetat ipſi. c, id eſt angulo qui eſt in ſemicirculo deſignatus, cauſa eſt ipſum. b: nam duorum quidem rectorum dimidium æquale eſt ipſi. a. Ipſum autem. c. æquale eſt ipſi. b: angulus enim in ſemicirculo deſignatus, duorum rectorum dimidium eſt: cùm igitur. b. duorum rectorum dimidium ſit, a. competit ipſi. c: quod quidem eſt rectum eum angulum eſſe, qui eſt in ſemicirculo deſignatus. Quidditas autem eſt idem quod hoc, ex eo ſanè, quia hoc ſignificat ipſa ratio. At verò quidditatem etiam cauſam eſſe mediam, anteà demonſtrauimus. ¶ Idem fit cùm quæritur propter quid aduerſus Athenienſes Perſicum bellum exarſit: quæ cauſa fuit, vt Athenienſes bello vexentur? quia contra Sardes ipſi cum Eretrienſibus irruerunt: hoc enim primùm mouit. Sit itaque bellum a, priores irruiſſe. b, Athenienſes. c: b. igitur, priores inquam irruiſſe, ipſi. c. id eſt Athenienſibus ineſt: a quoque. b. ipſi competit. Medi nanque laceſsiti bellum aduerſus eos agitant, qui priores iniuriam intulerunt: a. igitur, id eſt, bellum vexarique bello. b. ipſi ineſt, id eſt hiſce qui priores bellum geſſere: b. verò ipſi. c. id eſt Athenienſibus ineſt: hi nanque tractare bellum cœpêre, Medoſque laceſsiuere: medium igitur & hoc in loco cauſa eſt, eaque quæ primùm mouit. ¶ Ea verò quorum cauſa eſt id quod alicuius eſt gratia, eundem ſubeunt modum. Ceu propter quid deambulat? vt valeat: cur domus eſt? vt conſeruetur ſupellex: nempe valetudinis deambulatio, ſupellectilis conſeruandæ gratia domus eſt. Atque inter hæc propter quid poſt cœnam ambulare oportet, & cuius oportet gratia, nihil intereſſe videtur, ſit itaque deambulatio poſt cœnam, c, non natare cibum cùm occupet locum, pro quo eſt. b, valere ſit. a: competit igitur deambulationi poſt cœnam, id efficere cibum inquam ſumptum in òre ventris non ſupernatare, atque idipſum ſanitatem conſeruet: ſic enim videtur. b: igitur, cibum inquam haud natare, c. ipſi id eſt, deambulationi poſt cœnam ineſt: at. a valetudinem inquam conſeruare. b. ipſi competit. Quæ igitur eſt cauſa, vt, a. gratia cuius cætera fiunt, ipſi competat. c? nempe. b. ipſum eſt, non ſupernatare inquam cibum: atque hoc eſt tanquàm ipſius ratio: nam. a. hoc aſsignabitur pacto. Cur autem. b. competit ipſi, c. quia ſanum eſſe id nimirum eſt, ſic inquam ſeſe habere. ¶ Verùm mutentur ratiocinationes oportet. Magis enim hoc pacto ſingula eluceſcẽt. Ordo autem generationis ac ortus verſo modo ſeſe in his & in mouentibus cauſis habet. In illis enim primò medium fiat oportet, in his autem. c. ipſum extremum primò, deinde id vltimum gratia cuius cætera fiunt.

Text. xij. ¶ Fieri autem poteſt, vt idem & alicuius gratia, & ex neceſsitate ſit: veluti, propter quid per laternam penetrat lumen? etenim id quod minores partes ſubtilioréſve habet, per meatus maiores amplioréſve penetrat neceſſariò: ſiquidem lumen ſit, quia tranſit, & cuiuſnam gratia? vt nè deuiemus, pedeſque etiam offendamus. Num verò vt eſt in hiſce quæ ſunt, ſic etiam eſt in hiſce quę fiunt? vt ſi cùm ignis extinguitur tonitat, neceſſe eſt ſtrepitus ſonuſque fiat: & vt Pythagorici dicunt, terroris gratia: quò pertimeant ij qui in tartaro degunt. ¶ Atque plurima talia ſunt, præſertim in hiſce quæ natura talia fiunt, & conſtat. Alia nanque natura alicuius gratia. alia neceſſitate facit. Neceſsitas autem duplex eſt: alia enim eſt ſecundum naturam & appetitionem: alia violenta, quæ quidem præter appetitionem eſt. Hæ neceſsitates extant, cùm lapis nunc ſurſum, nunc deorſum mouetur: nã tametſi neceſsitate lapis vtroque motu cietur, nõ eadem tamen neceſsitate. In his autem quæ proficiſci à mente ſolent, quędam à caſu nunquàm ſunt: vt domus, vt ſtatua, neque neceſsitate, ſed alicuius gratia ſunt: quædam ſunt etiam à fortuna, vt ſanitas atque ſalus? maximè verò in quibus ſit, vt ſic & aliter ſeſe habeant, cùm generatio à fortuna non eſt. Quare ſi finis ſit bonus, ea quæ ad illum conſequendum efficiuntur, alicuius gratia fiunt: & aut à natura, aut ab arte: à fortuna verò nihil cuiuſquam



cuiuſquam fieri gratia ſolet. ¶ Eadem autem cauſa eſt in his quæ ſunt, & in ijs quæ fiunt, & in ijs quæ fuêre, & in ijs item quæ fient, futuraq; ſunt. Medium enim ipſum cauſam eſſe conſtat, verum differentia quædam eſſe videtur. Eorum enim quæ ſunt, eſt: eorum quæ fiunt, fit: eorum quæ fuere, fuit: eorum deniq; quæ fient, erit: nam vt hæ pateſiant exemplo, cùm interrogamur, cur fuit, vel fit, vel erit, vel eſt Lunæ defectio? quia vel fuit, vel fit, vel erit, vel eſt terra inter Solem & Lunam, accommodatiſsimè reſpõdemus. Quid eſt glacies? & accipiatur aquam congelatam ipſam eſſe atque ſit aqua quidem. c, congelata autem. a, cauſa deinde collocetur in medio quod ipſum occupat, b, abſentia ipſius caloris omnimoda: b. igitur ipſi. c. ineſt, a quoque. b. ipſi competit atq; ſit glacies, cùm ipſum. b. fit, & fuit cùm fuit eritq; cùm erit. Ea igitur quæ hoc pacto eſt cauſa, fit, & eſt, & fuit, & erit, vnà cum eo cuius eſſe cauſa dicitur.

Text. 11.

HOc eſt tertiũ membrũ huius libri in quo poſtquã diſputatum eſt de, quod quid eſt, in tribus ſubſequentibus capitulis diſputatur generaliter de, ꝓpter quid. Enimuero non ſolum, quod quid eſt, quod eſt quidditas ⁊ intrinſeca natura ſubiecti, poteſt eſſe medium demonſtrationis, verum quodcunque aliud genus cauſę. Atqui in diuiſione Commentatoris capitulum hoc vndecimum continet vndecimum textum ⁊ duodecimum: habet nihilominus particulas ſex. Proponit ergo primo, ꝙ cum tunc ſcire arbitremur cum cauſam nouimus, quatuor ſunt genera cauſarum per quas poteſt concluſio demonſtrari. Vna quidem ⁊ digniſſima eſt quidditas, quę importat cauſam formalem. Eſt enim alia forma partis quę dicitur forma Phyſica: vt anima eſt forma materię: ⁊ alia forma totius quę dicitur Metaphyſica: vt quidditas rei quam ſignificat definitio, quam appellamus, humanitatem, equinitatẽ ⁊c. Alia vero eſt cauſa materialis, vt partes reſpectu totius quę cum ſint vnitę, neceſſe eſt totum eſſe. Et tertia eſt cauſa efficiens. Et quarta gratia cuius, id eſt, finalis. Et ſubdit, ꝙ hę omnes per demonſtrationis medium oſtenduntur. Non intelligit ꝙ omnes concludantur in demonſtratione, ſed ꝙ cõſtat has omnes eſſe cauſas, cum ſingulę poſſint eſſe demonſtrationis medium. ¶ Subiungit ſingulorum generum exempla. Et in prima particula ponit exẽplum de cauſa materiali, quę eſt infima. Atqui exemplum facile eſſet hoc, omne materiale eſt corruptibile, omne lignum eſt materiale: ergo omne lignum eſt corruptibile. Ponit tamen exemplum vt ſolet in mathematicis: quod eſt huiuſmodi, omnis angulus qui eſt medietas duorum ęqualium duobus rectis eſt rectus: omnis angulus ſemicirculi eſt medietas duorum ęqualium duobus rectis: ergo omnis angulus ſemicirculi eſt rectus. Boetius, pro angulo recto, vertit, lineam rectam: ſed nec attingit literam Gręcam nec mentem Ariſtote. Triangulus ſemicirculi eſt ille qui deſcribitur intra ſemicirculum, cuius vnum latus eſt diameter ipſe ſemicirculi, ⁊ alia duo procedunt ab extremis eiuſdem diametri vſque ad circunferentiam circuli, ⁊ angulus fit in contractu circunferentię dicitur angulus ſemicirculi. ¶ Et eſt notandum, ꝙ non ſolum vbi illa duo latera quę procedunt ab extremis diametri ſunt ęqualia et hic: Sed etiã ſi ſint inęqualia, vbicunque concurrant in circunferentia circuli vniuerſaliter faciunt angulum rectum vt hic.






¶ Sanctus Thomas claritatis ⁊ breuitatis gratia id probauit particulariter, ⁊ vbi illa duo latera ſunt ęqualia. Si enim ille triangulus diuidatur per lineam a. b. vſque ad. d. in duos triangulos ęquales, patet ꝙ angulus quem talis linea perpendicularis fecerit in centro diametri, ſcilicet in. d. eſt rectus: ⁊ cum ille paruus triangulus ęquiualeat duobus rectis, ſequitur ꝙ alij duo puta. a. ⁊ medietas. b. quę ſunt ęquales, non valeant niſi alium rectum: ex quo ſequitur ꝙ medietas. b. ſit medietas recti, ⁊ per conſequens totus. b. ſit rectus. At vero demonſtratio Ariſtote. procedit vniuerſaliter de quocunq; angulo ſemicirculi, quo ſit rectus, quę eſt trigeſima concluſio Euclidis libr. 3. cuius probatio eſt illic quam hic affert Ariſtote. videlicet ꝙ omnis talis angulus circunferentię circuli, ęquiualet aliis duobus qui fiunt in extremis diametri: quod longum eſſet modo declarare: ⁊ cũ omnes tres ſimul ęquiualeãt duobus rectis, ſequitur vt angulus ſemicirculi ſit medietas duorũ ęquiualẽtiũ duobus rectis, ⁊ per cõſequẽs ſit rect9. ¶ Eſt ergo demonſtratio Ariſto. omnis angulus qui eſt medietas duorũ ęqualium duobus rectis eſt rectus: oĩs triangulus ſemicirculi eſt medietas duorũ ęqualium duobus rectis: ergo omnis angulus ſemicirculi eſt rectus, quę quidem demonſtratio procedit ex cauſa materiali: quia pars eſt cauſa materialis reſpectu totius, ⁊ demonſtratur illum angulum eſſe rectũ, per hoc ꝙ eſt medietas aliorũ. ¶ Vnde ſequitur ſolutio argumẽti quod quis poſſet hic facere ex Ariſtote. 3. metaph. dicente, ꝙ mathematici non demonſtrant per cauſam materialem. Solutio inquam eſt, ꝙ non demonſtrãt per materiam ſenſibilem: ſed bene per partem ⁊ totum. Ait enim. 7. meta. tex. 35. ꝙ continuitas eſt quędam ratio materię intelligibilis vt in. 1. q. 7. adnotauimus. ¶ De demonſtratione per cauſam formalem. i. per definitionem ex genere ⁊ differentia, excuſat ſe Ariſtote. ponere exemplum eo ꝙ ex ſuperioribus ſatis ſuperq; conſtat. ¶ Igitur in ſecunda particula, [Idem fit cum quęritur.] adiungit exemplum demonſtrationis per cauſam efficientem de bello Perſico quod Athenienſibus fuit atrociſſimũ aduerſus Medos: cuius cauſa fuit ꝙ Athenienſes in fauorem ſociorum ſuorum Cretenſium, aggreſſi ſunt Sardenſes qui erant amici Medorum: appellat more ſuo. a. maiorem extremitatem, b. medium, c. minorem, vt fiat hęc demõſtratio: Quicunq; prius Medos bello laceſſiuerint neceſſe eſt vt a Medis viceſſim bello vexẽtur: Athenienſes prius Medos bello laceſſiuerunt: ergo neceſſe eſt Athenienſes a Medis bello vexentur. ¶ In tertia particula, [Ea vero quorũ cauſa.] ſubiungit exemplum de demonſtratione per cauſam finalem. Et enim deãbulare poſt coenam eſt cauſa efficiẽs digeſtionis cibi: ⁊ digeſtio eſt cauſa finalis deambulationis: ſed digeſtionis finis adhuc eſt bona valetudo. Hęc igitur demonſtratio, quicunq; dat operam ne cibus ſtomacho ſupernatet cõſeruat valetudinem: quicunq; deambulat poſt coenam dat operam ne cibus ſtomacho ſupernatet: ergo quicunq; deambulat poſt coenam conſeruat valetudinem.

Forma duplex.

Demõſtratio p materiam.

Demonſt. per cauſam effici.

Demonſt. per finem.

tudinem. Hec demonſtratio dicitur per cauſam finalem, nam medium. ſ. non ſupernatare cibum, eſt ratio cur finis. ſ. cõſeruatio valetudinis cõueniat deambulanti poſt cœnam. ¶ Subiungit autem. Differentiam inter demõſtrationem per cauſam efficientem ⁊ demonſtrationem per cauſam finalem, dicẽs: [Verum mutentur ⁊c.] id eſt, differt inter has demonſtrationes ꝙ in priori prima cauſa efficiens debet accipi pro medio, vt Athenienſes prius agreſſos fuiſſe Medos: ſed hic prima cauſa efficiens debet accipi pro minori extremitate, ⁊ vltimus finis pro maiori, ⁊ prima ratio illius finis pro medio.

Text. 12. ¶ In quarta particula vbi incipit tex. 12. [Fieri autem poteſt.] addit Ariſtote. ꝙ aliquando contingit vt aliquis effectus ⁊ fiat ex neceſſitate cauſe efficientis ⁊ pariter ex neceſſitate finis. Ponit exemplum de lumine tranſparente per laternam ſcd̃m opinionem quam ſupra recitauimus eorum, qui opinabantur lumen eſſe quoddam tenuiſſimum corpus: vitrum vero ⁊ pariter cornu laterne habere paruiſſimos poros per quos penetrat lumen: hoc enim eſt falſum: quia nec lumen eſt corpus, nec cornu habet foramina, ſed ſolet Ariſtot. adducere exẽplum aliorũ. Ait ergo ꝙ lumẽ tranſparere per laternam prouenit ex neceſſitate cauſe efficientis: nam cum lumen ſuapte natura, vt illi dicebant, ſit corpus tenuiſſimum et mobile, neceſſe eſt ipſum per formina tranſmeare. Fit etiam ex neceſſitate finis, nempe vt homines beneficio luminis non errent noctu, nec pedem offendant. Subdit ſecundum exemplum Pythagoricorum qui putabant tonitruum fieri et neceſſitate cauſe efficiẽtis: quia videlicet ignem extinctum in nube neceſſe eſt ſtrepitum facere, ⁊ ſimul ex neceſſitate finis, quia. ſ. Iupiter tonitruis ⁊ fulminibus vtitur ad deterrendum eos, que ſunt in tartaris, prauos homines. ¶ In quinta particula, [atq; plurima.] oſtẽditur adhuc latius quomodo hec contingant frequẽtiſſime, ⁊ in his que ſunt a natura ⁊ in his que fiunt a propoſito. Differẽter tñ: natura enim nũquã agit a caſu ſed ſemper propter finem, vt late probat Ariſtote. 2. Phyſi. Opus nanq; nature eſt opus intelligentie. Licet enim dentes anteriores ſint acuti, ⁊ molares obtuſi ex neceſſitate agentis: tamen agens mouetur a prima cau-

Molares.

ſa propter finem, ſcꝫ vt anterioribus ſcindamus cibum, ⁊ molaribus maſticemus: vnde molares a molendo dicuntur. ¶ At quia dixerat, ea que fiunt ex neceſſitate agentis fieri a natura, ne quis vniuerſaliter de omni neceſſitate intelligeret, ſubiungit duplicem eſſe neceſſitatem: aliam. ſ. que eſt ab intrinſeco, ⁊ illa eſt naturalis: aliam vero que eſt ab extrinſeco: que dicitur violentia. Lapis enim ſi dimittatur, neceſſario deſcendet: ⁊ ſi ſurſum proijciatur neceſſario aſcendit: non tñ eadem neceſſitate: deſcendit em̃ neceſſitate naturali, ⁊ aſcendit neceſſitate violentie ¶ In his autem, inquit. que a mente proficiſcuntur, id eſt, que fiunt a propoſito, aliqua quidem ſemper fiunt ex neceſſitate finis: vt domus ⁊ ſtatua ⁊ vniuerſaliter omnia que fiũt ab arte: alia vero ſunt que fiũt a fortuna, puta preter intentionem agentis, vt ſanitas atque ſalus. Sanitas eſt que fit ab intrinſeco: ⁊ enim quãuis infirmus ſepe ſanetur ab arte, nõnun-

Fortuna.

quam tamẽ ſanatur a fortuna: fiunt nanq; a fortuna illa que fiunt preter intentionem agentis, vt ſi infirmus ad extinguendam ſitim magnum potum aque frigide bibens febrim preter intentionẽ extinguat, ⁊ ita euadat. Salus autem eſt que fit ab extrinſeco: vt ſi quis pluuiam timens ad domum feſtinet, ⁊ ita preter intentionem manus hoſtis fugiat, qui iam prope accedebat ipſum occiſurus. Concludit tandẽ Ariſt. ꝙ quãdo finis eſt bonus, ea que fiunt propter ipſum, fiunt propter finem: nam intẽtio nature ⁊ artis ſemper ſunt ad bonum, ſi enim natura corrumpit aquam, non eſt niſi vt generet ignem. Illa autẽ que fiunt a fortuna, cum fiant preter intentionẽ agẽtis, poſſunt ⁊ bona eſſe ⁊ mala. ¶ In ſexta particula, [eadem autẽ cauſa,] poſtquam exempla poſuit omnium quatuor generum cauſarum, pergit illa applicare ad demonſtrationes. Vbi notãdum eſt, ꝙ inter cauſas alie ſunt que ſunt ſimul cum ſuis effectibus, videlicet quibus poſitis ponuntur effectus, ⁊ dẽptis, demuntur ſcd̃m eãdem differentiã tẽporis: vt interpoſitio terre eſt cauſa eclipſis: alie ſunt que nõ ſunt ſimul neceſſario cum ſuis effectibus: vt pater meus fuit cauſa mei. De iſtis ſecundis dicet ſtatim capitulo ſequenti. De primis vero ponit hic cõcluſionem.

Cõcluſio.

Per cauſas que ſimul ſunt cum ſuis effectibus vniuerſaliter demonſtratur effectus ſcd̃m exigentiam eiuſdem temporis: vt ſi cauſa eſt, effectus eſt: ſi cauſa ſit effectus ſit: ſi cauſa fuit, effectus fuit: ſi cauſa erit, effectus erit. Vt ſi interrogetur, cur nunc eſt eclipſis lune? q2 eſt interpoſitio terre. cur fit eclipſis? quia interponitur terra. Quã diu durat motus quo luna intrat vmbram terre, terra dicitur interponi, ⁊ eclipſis fieri: quando iam tota intrauit, eclipſis eſt, quia interpoſitio eſt: poſtquam vero exiuit vmbrã, ſi queratur cur heri eclipſata fuit luna? quia terra fuit interpoſita: cur cras eclipſabitur? quia cras interponetur: cauſam ergo fieri non eſt potentiam acquirere ad cauſandum vt quando edificator acquirit artem: ſed eſt actu incipere applicari ad opus. ¶ Subiungit aliud exẽplum de glacie quam Boetius tranſfert cryſtallũ, que eſt aqua congelata propter exhaltionem caloris, eſt enim glacies, quia calor eſt prorſus ab aqua exhalatus: eſt autẽ glacies in fieri quando calor eſt in in motu exhalatiõis, fuit glacies quia fuit exhalatio, eritq; glacies quando erit exhalatio, vnde format hunc ſyllogiſmum: Quotieſcunque calor exhalatur ab aqua, congelatur: nunc calor exhalatus eſt ab aqua: ergo nunc aqua congelatur.

## De fieri & facto. CAP. XII.

Textus. xiij.

SED in hiſce quæ ſimul nõ ſunt, an nè continuò in tempore quemadmodum nobis videtur, alia aliorum cauſæ ſunt, ceu factum facti, fiens fientis, futurumq́ue futuri. At conſtat in his ab eo ratiocinationem extruendam eſſe, quod poſteà fuit: principia autem & horum ſunt ea, quæ priùs fuerunt. Quapropter idem & in hiſce quæ fiunt ſeruandus eſt modus. Sed ab eo quod ante fuit, non extruitur ratiocinatio: vt quoniam hoc fuit, hoc quod eſt poſteriùs ortum eſt, ſimiliter & in futuro. Siue nanque determinatum: ſiue indeterminatum fuerit tempus: non erit vnquàm vt cùm hoc fuiſſe verè dicatur, & illud verè fuiſſe dicatur poſterius inquam ipſum: In medio enim tempore falſum erit profectò, hoc ortum fuiſſe dicere altero iam orto. Eadem eſt & in futuro penitùs ratio, neque quoniam hoc fuit, hoc erit, Medium enim ſimul ſemper emergat oportet, vt ſit factum factorum, futurorumq́ue futurum, & cæterorũ ſimiliter. Ad id quod fuit & id quod erit, fieri nequit vt ortum habeant ſimul. Præter eà fieri non poteſt, vt aut indeterminatum, aut determinatum ſit ipſum medium tempus. Falſum enim erit, in medio illud dicere tempore.



Textus. xiiij. ¶ Conſiderandum eſt autem quidnam ſit quod continet, vt in rebus poſt factum eſſe, ſit fieri. An patet facto fiens non hærere? nec enim facto factum etiam hæret: ſunt enim fines ac indiuidua: nam vt punctum puncto non hæret, ſic neq; facto factũ. Ambo nanq; ſunt indiuiſibilia. nec igitur ob idipſum facto fiẽs hærere poteſt: fiens enim diuiſibile, factũ indiuiſibile conſtat eſſe: vt igitur linea ſeſe habet ad punctũ, ſic fiens ad factum: nam in eo quod fit, infinita ſunt facta. Magis autem de his clariùs in vniuerſalibus de motu libris eſt dicendum. ¶ Etenim quomodò ſeſe habeat medium, cùm deinceps ſit generatio, id eò vſque ſumatur: nam & in his ipſis medium, & primum medio vacare neceſſe eſt: velut. a. fuit, cùm ſit factum. c: verùm. c. poſteriùs, a. anteà fuit: atque. c. principium eſt, ex eo quia propinquius eſt eo puncto, quod eſt principium temporis. Item. c. fuit, quoniam. d. fuit: orto igitur. d. neceſſe eſt. c. fuiſſe: c. verò orto, neceſſe eſt. a. priùs ortum fuiſſe. Atque ſi medium hoc acceperis modo, ad id tandem acceſſeris, quod medio vacat. ¶ At verò nũ ſemper ob infinitionem medium incidit? non enim factum facto hæret, vt diximus, attamen à medio incipiendum eſt, & ab eo quod nunc eſt primum. Idem & in futuris ſeruandum eſt: nam ſi verum eſt. d. fore, verum ſit priùs oportet. a. fore. huius autem cauſa eſt ipſum. c: etenim ſi erit. d, priùs. c. ipſum erit: & ſi. c. rurſus erit, a. priùs erit. Similiter autem & in his ipſis infinitio diuiſionis exiſtit: futurum nanque futuro non hæret: atque principium & in iis ſumendum eſt, quod medio vacet. Nec autem in ipſis operibus ita ſeſe habent, vt diximus: nam ſi domus extructa eſt, lapides inciſos fuiſſe neceſſe eſt. At id quã ob rem? quia neceſſe eſt fundamenta fuiſſe, ſi domus eſt facta. Si verò fundamenta iacta fuère, neceſſe eſt lapides antè fuiſſe. Rurſus ſi domus erit, pari ratione muri priùs erunt: quod quidem per medium modo demonſtratur eodem, iacientur enim fundamenta priùs.

IN capite hoc duodecimo quod apud Cõmentatorẽ cõtinet tex. decimũtertiũ ⁊ decimũquartũ, ⁊ a nobis in quatuor particulas diuiſum eſt, proſequitur Ariſt. dicere de cauſis que non ſunt ſimul cum ſuis effectibꝰ, id eſt, inter quas ⁊ effectus non eſt mutua conuertentia. ¶ Capitulũ ab omnibus fere cenſetur difficillimum, cui ſubinde multas ac varias expoſitiones attribuunt. Exiſtimo tñ non eſſe adeo difficile. ¶ Notãdum eſt igitur primo, ꝙ dũ dicit̃ cauſam nõ eſſe ſimul cũ ſuo effectu, nõ accipitur cauſa materialiter ꝓ re illa q̃ eſt cauſa: nullũ enim eſt dubiũ quin inter rem illam, q̃ fuit pater meus, ⁊ me, nulla ſit cõſequẽtia: nõ enim ſequit̃, Paulus eſt ergo Dominicus eſt, aut fuit vel erit, q2 potuit me nõ generare. Sed accipit̃ cauſa formaliter pro eo tẽpore quo cauſat. Et adhuc iſto modo ſunt cauſe, que non ſunt ſimul cũ effectibus. In illo enim tẽporis articulo quo pater generat, filius nondũ eſt vſq; ad tẽpus quo animatur foetus. ¶ Secũdo notandũ eſt, ꝙ inter has cauſas q̃ nõ ſunt ſimul cũ ſuis effectibus, aliq̃ ſunt quas cõſequũtur effectꝰ, nõ ſtatim ſed in tpe determinato a natura, poſita nãquã ſeminatione ſequitur animatio foetus poſt ſexageſimũ diẽ. Et poſita potione debite ſꝫ artem, ſequitur ſanitas in aliquo certo tpe, dum modo ſit potio q̃ poſſit ꝓualere morbo, et nõ impediat̃. Sed alie ſunt cauſe q̃s nõ cõſequunt̃ effectus in tẽpore determinato a natura: vt cum ceduntur lapides, iam quodãmodo incipiunt eſſe cauſa domus: et cum ponũtur in fundamento: ⁊ tñ ſtat domum non fore. ¶ Petit ergo ſtatim Ariſt. queſtionẽ vtrũ in iſtis, vt nobis videtur. ſ. in ſuperioribus, ſint alie aliorum cauſe ſm̃ eandẽ differentiã temporis, vt. ſ. preterita ſit cauſa p̃teriti, ⁊ preſens p̃ſentis, et futura futuri. Vtitur Argyropylus hoc participio, fiens, paſſiue, videlicet, vtrũ id qđ modo fit, ſit cauſa eius qđ etiã modo fit. At vero anteꝙ formaliter reſpondeat premittit Ariſto. hanc cõcluſionẽ, ꝙ videlicet in hm̃oi

Concluſio.

cauſis quanuis rerũ gñatio procedat a cauſis ad effectus, tñ ratiocinatio. i. ſyllogiſmus neceſſe eſt incipiat ab his q̃ poſtea ſunt. i. ꝙ procedat a poſteriori ad prius. ſ. domus eſt, ergo fundamenta ſunt: fundamẽta ſunt, ergo lapides ſciſſi ſunt. Nam a priori, inquit, ad poſterius cõſequẽtia nõ valet. Hanc ſecundam partẽ ꝓbat dupliciter. Primo, q2 ſi effectus ponatur fieri in tpe determinato, puta tali die, vt eſt in naturalibus. ſ. ſeminatio hominis facta eſt: ergo ſexageſima die filius eſt, non ſequit̃: nam in tpe medio. ſ. decimo die, antecedẽs eſt verũ ⁊ cõſequens falſum. ¶ Quod ſi quis arguat contra, ꝙ ſaltẽ in conſequẽtia naturali ſequitur, ſeminatio eſt: ergo foetus ſexageſima die animatus erit: Rñdetur ꝙ Ariſt. hic nõ intendit negare in naturalibus eſſe bonas conſequẽtias de materia ſi cauſe nõ impediantur, ſequit̃ em̃ ſol oritur ergo occidet: ſed ſolum vult dicere, ꝙ quantũ eſt ex natura ordinis tẽporis nõ ſequit̃ ꝓ locum intrinſecũ in hm̃oi cauſis, cauſa actu cauſat: ergo effectus actu fit. Facta ergo ſeminatione, añs eſt verũ. ſ. ꝙ cauſa in gñe cauſe reſpectu filij iam eſt poſita, ⁊ tñ effectus non eſt. ¶ Nec etiã ſequitur in tempore indeterminato. Fundamentum iactum fuit, ergo domus aliqñ erit. Concludit ergo ꝙ hm̃oi conſequentia mutua non eſt, niſi vbi mediũ ⁊ cauſa ſimul emergit. i. conſequitur cum effectu. ſ. vt ſi cauſa ſit preterita, effectus ſit preteritus: ⁊ ſi effectus eſt futurus, cauſa ſit futura: vt dictũ eſt in calce ſuperioris capitis. ¶ Addit ſecundã probationem ibi, [Preterea fieri.] Ait enim quod inter illud inſtãs in quo ponitur cauſa ⁊ illud in quo ſequitur effectus, non poteſt ſignari vnum tempus determinatũ. ſ. vna hora, aut tempus indeterminatum quodcunq; in quo illa conſequentia ſit bona a cauſa ad effectum.

Text. 14.

¶ In ſecunda particula, vbi incipit textus. 14. [conſiderandum eſt autem.] poſtquam oſtendit in iſtis ꝙ a cauſa ad effectum non ſequitur: reuertitur ad explicandum quomodo a poſteriori valeat ſyllogiſmus

ad prius. Et qꝛ demonſtrator ſi demonſtrat a priori debet incipere a cauſa immediata, dubitat hic vtrū in iſtis poſſit dari cauſa immediata effectus. Et dubium oritur ex quadam eius doctrina. 6. phyſi. tex. 4. ⁊ infra: vbi oſtendit, ꝙ in his quę fiunt motu ſucceſſiuo, motus ipſe vt calefactio diuiditur ſicut tempus in quo fit. Et quemadmodum in tempore, quęcunq; pars temporis eſt diuiſibilis, quia tempus eſt ex genere quantitatis, inſtantia vero continuantia partes ſunt indiuiſibilia: ita ⁊ in motu, calefieri, qꝛ dicit, motum eſt quid diuiſibile, ſed calefactum eſſe eſt indiuiſibile: nam in quolibet inſtanti eſt aliquod calefactum eſſe, id eſt, aliquis certus gradus caloris acquiſitus, qui non erat in alio. Unde ſicut duo inſtantia non poſſunt eſſe immediata, ita neque duo calefacta poſſunt eſſe immediata. Non enim poſſunt ſignari duo certi gradus caloris: ſcilicet vt vnum, ⁊ vt duo, qui acquirantur immediate, ſed in medio tempore fuit acquiſitus gradus cum dimidio, ⁊ ante illum gradus cum vna quarta ⁊c. Item ſicut tempus non continuatur inſtanti: nam continua ſunt quorum vltima ſunt vnum: ⁊ inſtans non habet vltimum, cum ſit indiuiſibile, ſed per inſtans continuantur partes tēporis: ita nec fieri ⁊ factū eſſe proprie continuantur, ſed vnum factū eſſe. ſ. gradū ⁊ vnum eſſe acquiſitum, continuat fieri pręteritum cum fieri futuro. ¶ Et hoc eſt quod ait, [An patet facto fiēs non hęrere ⁊c.] id eſt factum eſſe, nō cōtinuari huic quod eſt, fieri, nec vnum factum alteri facto: ſed facta eſſe ſunt indiuidua, id eſt, indiuiſibilia ſicut puncta lineę, fieri autem, ſunt diuiſibilia ſicut eſt linea. ¶ Remittit ſe tamē ad libros Phyſicorum: puta ad ſextum vbi latius hęc patent. ¶ Igitur in tertia particula, [Etenim quomodo.] ex his format dubium, cum in his ſucceſſiuis, fieri, quod eſt cauſa ipſius, factum eſſe, non poſſit eſſe illi immediatum, nec vnum factum alteri facto, quō dabitur in his immediata cauſa vltimi effectus? Et rūſio ſtat in hoc, ꝙ inſtans pręſens eſt ſicut principiū tam tēporis pręteriti ꝙ̄ futuri, qꝛ cōtinuat ambo: et ideo reſpectu pręteriti, cauſa vel effect⁹ ſimpliciter poſterior, cenſet̄ prior: qꝛ eſt propinquior huic inſtanti, quod eſt principiū. Simus ergo nunc inſtanti quo domus iam eſt facta (qui eſt vltimus finis) ⁊ dectur prima cauſa puta lapides fuiſſe deſciſſos, quę ſit. a: et ſecunda puta parietes fuiſſe erectos, quę ſit. c: ⁊ domum eſſe nunc factam, q̄ ſit. d: fiet demonſtratio a poſteriori quod eſt huic inſtanti propinquius ad prius. ſ. ſi domus eſt facta, parietes ſunt erecti: ⁊ ſi parietes ſunt erecti, lapides fuerunt deſciſſi: ergo de primo ad vltimum ſi domus eſt erecta, lapides ſunt exciſſi. Quod ſi ſit aliud mediū inter. c. ⁊. a. ſ. fundamenta eſſe iacta fiat alia demonſtratio: ſi parietes ſunt erecti fundamenta ſunt iacta: ⁊ ſi fundamēta ſunt iacta lapides ſunt deſciſſi: ergo ⁊c. Quoadūſq; inquit Ariſto. veniatur ad id quod medio vacat. i. ad cauſam immediatam. ¶ Sed in quarta particula, [At vero nūm.] mouet dubiū, cū in iſtis vt dictū eſt videatur eſſe proceſſus in infinitū: qꝛ inter duo facta eſſe mediant infinita, ſicut inter quęcūq; duo inſtātia, videtur ꝙ nunquā ſit deuenire ad immediatū. Reſpondet nihilominus ꝙ in ipſis operibus non ita res ſe habet ſicut in ſucceſſione motus: nam incipiendum eſt reſpectu pręteriti ab inſtanti pręſenti, in quo domus eſt extructa, et illa cauſa quę huic eſt proxima eſt immediata. Et proportionabili modo ſe habet res in futuris. Sumendum enim eſt aliquod vltimū ſi inſtans in quo effectus eſt factus, ⁊ a cauſa illi proxima ſyllogizandum eſt verſus inſtans pręſens: nam in futuro ea cauſa quę inſtanti pręſenti eſt proxima, eſt remotior ⁊ mediatior reſpectu vltimi finis, econuerſo ad pręteritum. Ex quo ſequitur concluſio intenta in hoc capite, videlicet, ꝙ in cauſis quę non ſunt ſimul cum ſuis effectibus, demonſtratio debet incipere ab vltimo fine, ⁊ ꝓcedere ad cauſam primā ⁊ immediatam. Concluſio.

## De circulari demonſtratione. Cap. XIII.

Text⁹. xv. SED quoniam in hiſce quæ fiunt, generationem quandam modo circuli conuerti videmus, fieri poteſt vt id ipſum ſit, ſi medium & termini mutuò ſe ſequantur. In iis enim conſiſtit ipſa conuerſio. Atq; idipſum in ſermonibus primis oſtendimus, conuerti inquam ipſas concluſiones. Hoc eſt enim circuli modo ratiocinationem conuerti. In rebus autem ipſis hoc videtur fieri modo: Humida facta pluuia terra, vapor neceſſe eſt oriatur: quo quidem orto, nubem conſtare neceſſe eſt: qua facta, fieri aquā: qua orta, terra pluuia neceſſe eſt humectetur, hoc autem id erat, quod initio ſumpſimus. Quare modo circuli conuerſio fuit: quicquid enim ex hiſce ſumpſeris, aliud ſequitur quidem: & illud cùm ſit, aliud item eſt: quod rurſus cùm ſit, primum ipſum emergit.

Text. xvj. Sunt autem rerum nonnullæ quę fiunt vniuerſaliter: ſemper enim & omnes aut eodem modo ſeſe habent, aut eodem fiunt pacto. Nonnullæ ſunt rurſus quæ ſemper quidem eodem modo non fiunt, fiunt tamen plerunq; nam nō omnis quidem mas homo barbā emittit: fit tamen plerunque, vt homo mas barbam emittat: talium igitur & medium eſſe plerunque neceſſe eſt: nam ſi tam. a. de. b. quàm. b. de. c. vniuerſaliter prædicetur, &. a. de. c. neceſſe eſt & ſemper & de quolibet prædicari. Id enim eſt vniuerſaliter prædicari, de omni ſemperq; dici. At ſupponebatur, a. plerunque de. c. prædicari: neceſſe eſt ergo, medium etiam ipſum. b. conditionem eandem ſubire, ac eſſe plerunque. Erunt igitur & eorum quæ ſunt plerunque, ea mediis vacantia principia, quæ plerunque ſic ſunt, vel fiunt.

HOc capitulū. xiij in diuiſione Commentatoris cōtinet alios duos textus. ſ. 15. ⁊. 16. in tex. 15. poſtꝙ̄ in ſuperiori capite viſum eſt, quomodo in cauſis directe ordinatis demonſtratio incipiat ab illa q̄ eſt proxima effectui, ⁊ procedat vſq; ad primā ⁊ immediatā, determinat q̄ō ſit faciēda demōſtratio circularis in cauſis circularib⁹. Etenim ſecundo de generatione textu. 63. docet, ꝙ ſicut motus coeli qui eſt cauſa oīm inferiorum eſt circularis, ita cōtingit aliqua circulariter generari. Exēpli gratia, ex terra madefacta officio ſolis eleuatur vapor, ex qua condenſata nubes reſoluitur in pluuiam, qua rurſus terra madefacta eleuatur alius vapor, vnde iterū fit nubes: et ita fit circulus. Ait ergo Ariſt. ꝙ poteſt eleuatio vaporis demonſtrari ex deſcenſu pluuię hoc modo: Si vapor eleuatur, madefacta fuit terra: et ſi madefacta fuit terra a pluuia fuit madefacta: et per conſequens de primo ad vltimum, ſi vapor eſt eleuatus cauſa fuit pluuia. Et ecōuerſo deſcenſus pluuię demōſtratur ex eleuatione vaporis. Enimuero ſi deſcēdit pluuia, condēſata fuit nubes: ⁊ ſi condenſata fuit nubes, eleuatus fuit vapor, ⁊ per cōſequens de primo ad vltimum, deſcenſus pluuię factus ex eleuatione vaporis. ¶ Eſt tamē hic duplex dubiū: vnum naturale ex. 2. Metaphyſi. tex. 5. vbi ait Ariſtote. ꝙ in cauſis tam efficientibus ꝙ̄ materialibus q̄3 finalibus eſt deuenire ad primā cauſam, in circulo autem non datur prima. ¶ Alterum dubium eſt dialecticum ex ſupradictis libro. 1. cap. 5. vbi dictum eſt, ꝙ non datur circulus in demōſtrationibus. ¶ Ad primum reſpondetur, ꝙ in cauſis per ſe non contingit circulus: eſt enim cauſa efficiens pluuię calor ſolis, qui producitur a ſole, ⁊ nō econuerſo: et cauſa materialis per ſe pluuię non eſt ſolus vapor, imo ex quocunque elemento poteſt generari aqua mediate vel immediate, neque ex omni vapore generatur ſemper aqua. Sed pręterea reſpondetur, ꝙ illa pluuia numero ex qua generatur vapor non poteſt poſtea generari ex eodem vapore genito: ſed eſt ſolum circulus in eadem ſpecie, vt ex a. aqua generetur. b. vapor, ⁊ ex. b. vapore. c. aqua, et ex. c. aqua. d. vapor ⁊c. ¶ Unde rñdetur ad ſecundū dubium, vt diximus quęſtio. 2. ꝙ ſolum prohibetur circulus in eiſdem cauſis numero, vt. a. demonſtretur per. b, ⁊. b. per. a: tamen in eiſdem ſm ſpeciem nihil vetat dari demonſtrationem circularem: ⁊ maxime qn̄ pręmiſſę ⁊ concluſio conuertuntur: vt dictum eſt cap. 9. tex. 29. quem locum citat hic Ariſ. dicens idipſum in ſermonibus primis oſtēdimus. ¶ In tex. 16. [ſunt autem rerum ⁊c.] oſtendit q̄ō fiat demonſtratio in his quę non fiunt ſemper, ſed frequenter: qualis eſt generatio pluuię ex vapore: nam hac de cauſa annectit hunc textum ſuperiori. Ait enim eſſe res q̄ fiunt vniuerſaliter. ſ. poſterioriſtice, ita vt et ſemper ſint aut fiant, ⁊ in omnibus ſubiectis eiuſdē ſpecie, vt hominem eſſe riſibilem, ſolem quotidie oriri ⁊ occidere. Alia vero ſunt quę fiūt frequenter, licet nōnūquam deficiāt: vt maſculū certo tēpore barbā emittere. Et dicit ꝙ ꝓportionabiliter debet accipi medium, vt videlicet ad concludendum effectus quę ſunt de omni ⁊ ſemper, ſumatur medium quod conueniat omni ⁊ ſemper: ſed ad cōcludendum effectum qui conuenit frequēter, ſumendū eſt medium quod conuenit frequenter. Nam ſi effectus, inquit, conueniat frequenter, et medium omni et ſemper, contingeret pręmiſſas eſſe veras ⁊ concluſionē falſam: vt ſi tam. a. maior extremitas de. b. medio. q̄3. b. de. c. minori neceſſario pędicetur, fit vt neceſſario a. conueniat ipſi. c: ſi vero admittas ſolum illi conuenire vt plurimum, tunc quando non conuenerit, dabuntur pręmiſſę verę ⁊ concluſio falſa.

duplex dubium.

Tex. 16.

## De inueſtigatione quod q̄d eſt. Cap. XIIII.



Text. xvij. AT enim quonā pacto ipſum quid eſt ad ratiocinationis terminos accommodetur: & quomodò vel eſt ipſius, vel non eſt demōſtratio de nitióue, ſatis anteà pertractauimus: nunc dicendum eſſe videtur, quonam pacto venari nos ea oportet, quæ hoc ipſo quid eſt prædicantur. Eorum itaq; quæ ſemper cuiq; competūt, quędam extendunt ſeſe quidem ad plura, non tamen genus egrediuntur ſuum. Atq; ea ſeſe ad plura extendere dico, quæ quāquā vniuerſaliter cuiq; cōpetunt, non tamen ſoli, ſed etiam aliis inſunt. Eſt enim quoddam quod omni cōpetit trinitati, & etiā non trinitati. Eſſe enim ipſum, & trinitati, & etiā non numero cōpetit: at impar eſſe & ipſum cuius Trinitatis, & aliis etiam pluribus, quinario nempe competit: non tamen genus hoc egreditur: quinarius enim numerus eſt, & extra numerum impar nihil eſt. ¶ Talia igitur eouſq; ſumenda ſunt, quouſque tot fuerint ſumpta primò, vt vnumquodque quidem illorum pluribus cōpetat, cuncta autem ſimul non ad plura ſeſe extendant: hanc enim neceſſe eſt ſubſtantiam eſſe rei definienda: Velut omni trinitati competit, vt ſit numerus, vt ſit impar, vt ſit primus, idq́ue vtroque modo, & quia non menſuratur numero & quia non ex numeris conſtat: id igitur iam ipſa trinitas eſt, numerus inquam impar primus: atq; hoc pacto primus. Horum enim prima cæteris etiam vniuerſis imparibus inſunt, vltimum dualitati etiam competit: at vniuerſa ſimul nulli præter trinitatem numero competūt. ¶ Cùm autem neceſſaria quidem ſint, ea quæ hoc ipſo quid eſt prædicantur, vt anteà patefecimus: vniuerſalia nanque neceſſaria ſunt, trinitati verò vel cuius alij ſic competunt ea quæ ſumuntur, hoc modo neceſſariò quidem trinitas ea quæ diximus erit. Subſtantiam autem hæc eius eſſe, rationémve, ex hiſce patere poteſt. Nam ſi id quod aſsignauimus, non ſit ipſius ratio trinitatis, neceſſe eſt ipſum quaſi genus quoddam ipſius eſſe, aut nomine vocitatum, aut nomine carens. Igitur non trinitati modò, ſed præter ipſam aliis etiam competet. Genus enim huiuſcemodi ponatur eſſe naturæ, vt inſit potentia pluribus, atq; ad plura ſeſe extendat: quòd ſi iſtud præter indiuiduas alij nulli competit rei, id erit profectò ipſa ratio trinitatis. Nam & hoc etiam ſupponatur, id cuiuſque ſubſtantiam eſſe, quod vltimum de indiuiduis tali dicitur modo. Quare ſimiliter & in quibuſuis aliis id erit cuiuſque ratio, quod hoc oſtenditur modo.

Textus. xviij. ¶ Oportet autem cùm totum aliquod quiſpiam tractat, genus in ea diuidere quæ ſunt prima atque indiuidua ſpecie, veluti numerum in dualitatem trinitatémve: deinde illorum eniti definitiones accipere, vt rectæ lineæ, & circuli, atque anguli recti, poſt hoc ſumpto quidnam ſit genus, vtrùm quantitas an qualitas, proprios affectus per communes primos

Primū documentū.

contemplari: nam ea quæ iis accidunt quæ componuntur, ex indiuiduis, ex definitionibus innoteſcent: propterea quòd definitio ſimplexq; principium eſt omnium: & ea quæ ſimplicibus accidunt, per ſe quidem ipſis ſolis, per ipſa verò cæteris competunt.

Tex. xix. ¶Atqui diuiſiones quæ per differentias proficiſcuntur, vtiles ad hoc pacto veſtigandas definitiones ſunt: ipſas tamen non oſtendere, dictum eſt priùs: vtiles autem erunt hoc pacto solùm ad ratiocinandum ipſum quid eſt. (2.Docum.)
Atque videbitur ipſa diuiſio nihil facere prorſus, ſed vniuerſa ſtatim ſumere: perinde atque ſi eadem ab initio ſine diuiſiõe quiſpiam ſumeret.
(3.Docum.) ¶Refert autẽ ea quæ prædicãtur, primùm an poſteriùs prædicentur: veluti ſi animal mite, bipes. an bipes animal, mite dicatur. Etenim ſi è duobus omnis definitio conſtet, & vnum quid ſit ipſum animal manſuetum, atque rurſus ex hoc & differẽtia fiat vnũ, homo inquã, vel quicquid tandem id ſit quod vnum efficitur, neceſſe eſt diuidentem petere ſemper. (4.Docu.) ¶Præterea hoc pacto dũtaxat fieri poteſt, vt nihil eorum permutetur quæ ſunt in definitione ponenda. Sumpto nãq; genere primo ſi accipiatur aliqua diuiſionum inferiorũ, non omne cadet in illam: ceu non omne animal aut continuarum aut diuiſarum alarum eſt, ſed volatile animal omne: huius eſt enim hoc differentia. Prima autem animalis ea eſt differentia, in quam omne animal cadit: & cuiusque cæterorum ſimiliter generum, & eorum quæ ſunt extra animal. Et eorum quæ ſub ipſo ſunt collocata. Ceu volucris ea eſt differentia prima, in quam omnis volucris cadit: & piſcis itidem ea, in quam omnis piſcis. Hoc igitur ſi proficiſcatur quiſpiam pacto, ſciat nihil prorſus prætermiſiſſe: quòd ſi nõ hoc modo procedat, & prætermittere eum neceſſe eſt, & id ipſum quoque neſcire.

Textus. xx. ¶Non autem oportet eum qui definit ac diuidit, omnia ſcire quę ſunt: quanquàm nonnulli cenſent fieri non poſſe, vt quiſquam vnquam differentias ad vnumquodque cuiuſq; ſciat, niſi ſcierit vnumquodq;: ſine verò differentiis nunquã fieri poſſe, vt quicquam ſciatur. A quo nanque non differt quippiã idem quod illud inquiunt eſſe: à quo verò differt, ab eo diuerſum eſſe. Primò igitur hoc eſt falſum: nõ enim quauis differẽtia ſunt res diuerſæ. Complures enim inſunt rebus eiſdem ſpecie differentiæ, ſed non per ſubſtantiam, neque per ſe. Deinde cùm quiſpiam acceperit ea quæ opponuntur, & differentiam, & omne, aut in hanc partem, aut in illam cadere dixerit, ſumpſeritque in altera parte rem eam quam quærit eſſe, & id ipſum cognouerit, nihil refert ſi ſciat nécne de quibus aliæ differentiæ prædicantur. Patet enim eum habiturum eſſe rationem ſubſtantiæ, ſi ſic proficiſcens ad ea tandem peruenerit, quorum vlteriùs non eſt differẽtia. ¶Omne autẽ in ipſam diuiſionem cadere, ſi ſint ea oppoſita, quorum non eſt medium quicquam, poſtulatio non eſt. Neceſſe eſt enim omne in altero ipſorum eſſe, ſi illius eſt differentia.

Textus. xxj. ¶Ad extruẽdam autem probandámve per diuiſiones definitionem, hęc tria ſunt obſeruanda. Primũ, vt ea ſumãtur, quæ hoc ipſo quid eſt prædicantur: ſecundum, vt hæc ita diſponantur, vt primum primo, ſecundum ſecundo in loco ponatur: tertium, vt hæc omnia ſint.
Atque primum iſtorum erit, ſi poſſumus quemadmodùm ad accidens ratiocinari, ipſum inquã competere, & per genus probare. ¶Secundum fit, ſi ipſum primum ſumpſerimus: hoc autem erit, ſi id accipiatur quod tale eſt, vt ipſum quidem omnia deinde ſequantur, omnia autem ipſum econtrà non ſequantur: neceſſe eſt enim aliquid eſſe tale: quo ſumpto, idem iam erit & in inferioribus modus. Id enim erit, ſecundum qd' cæterorum eſt primum: & id etiam tertium, qd' eſt hærentium primum: ſupero nanque ſublato, id quod hæret cæterorum erit primum, vt patet. Et in cæteris eodem modo. ¶Patebit autem hæc omnia eſſe, quod erat tertium: ſi ſumpſerimus primum ipſum per diuiſionem, omne aut hoc animal eſſe, eſſe autem hoc: & rurſus totius differentiam, huius verò extremi non vlteriùs differentiam eſſe: vel etiam ſtatim, cùm vltima differentia ab ipſo toto, non differre id ſpecie. Patet enim, neque plus quàm oportet quicquam additum eſſe: omnia nanque ſumpta, hoc ipſo quid eſt prædicantur: neque quicquam deeſſe: nam aut genus aut differentia eſſet. At genus eſt ipſum primum, & hoc cum differentiis ſimul eſt ſumpſum: differentiæ etiam vniuerſæ ſunt ſumptæ, nulla enim prorſus poſterior eſt. Specie nanque differret ipſum extremum. At hoc dictum eſt non differre.

Textus. xxij. ¶Quærere autem oportet, inſpiciendo primum ad ea quæ ſunt ſimilia, & nullam inter ſe differentiam habent, quidnam idem habeant vniuerſa, deinde ad alia quæ ſub eodem cum illis genere collocantur: & ſunt quidem eiuſdem inter ſe ſpeciei, ab illis autem ſpecie ſunt diuerſa. Atque ſi in iis accipiatur aliquid penitùs idem, & in aliis ſimili modo, rurſus conſiderandum eſt, ſi in iis quæ ſunt ſumpta, ſit aliquid idem, quouſque ad vnam rationem fiat acceſſio. Hæc enim erit ipſius definitio rei. Quòd ſi non ad vnam rationem, ſed ad duas vel plures itur, patet id quod quæritur non vnum quid eſſe, ſed plura. ¶Veluti ſi quæratur quidnam ſit magnitudo animi, conſiderandum eſt in aliquibus





quibus quos quidem ſcimus eſſe magnanimos, quidnam habeant vnum omnes, eo pacto quo tales eſſe dicuntur. Ceu ſi Alcibiades fuit magnanimus, & Achilles, ac etiam Aiax, quid vnum omnes habeant. Atque id eſt eos contumeliam non ferre: nam primus, intulit bellum: ſecundus iratus, ſe à ſociis defendendis ſeiunxit: tertius, ſibi mortem conſciuit. Rurſus in aliis conſiderandum eſt, vt Lyſandro ac Socrate, quidnam & iſtis inerat vnum. Atque id eſt, ęquabiliter ſeſe habere in ſecũdis atque aduerſis rebus fortunæ. His ſumptis, conſidero quidnam idem habeant hæc, æquabilitas inquã in rebus fortunæ, & pati cùm illata cõtumelia eſt, nõ poſſe. Quòd ſi nihil habeant idẽ, duæ profectò magnanimitatis ſpecies erunt. Omnis autem definitio vniuerſalis eſt ſemper. Medicus enim ſalubre non cuidam oculo, ſed aut omni, aut ſpecie determinato definit.

## Quòd ſpecies faciliùs quàm genera definiatur.

## Cap. XV.

ATQVE faciliùs definire ſingularia quàm vniuerſale eſt. Quapropter æquiuocationes enim in vniuerſalibus magis latent, quàm in iis quę non differunt. Vt autem in demonſtrationibus ratiocinandi forma, ſic in definitionibus diluciditas inſit oportet: quæ quidem fuerit, ſi ſeorſum id definiat quiſpiam quod in pluribus generibus eſt, per ea quæ in vnoquoque dicuntur: veluti ſimile non omne, ſed id quod in coloribus & figuris eſt: & acutum ſimiliter, quod eſt in voce: & ſic ad ipſum commune proficiſcatur, cauens nè æquiuocationem offendat. Quòd ſi neq; diſſerere tranſlationibus oportet, patet neque definire oportere, aut tranſlationibus, aut hiſce quæ per tranſlationem dicuntur. Erit enim neceſsitas vt tranſlationibus diſſeratur.

HOc eſt quartum membrum atq; adeo potiſſimum huius libri in quo poſtquã in ſecundo viſum eſt non poſſe, quod quid eſt, demonſtrari, tradit in his duobꝰ capitulis Ariſt. modũ quo venari inueſtigareq; poſſumus genus et differentiam quibus conſtituitur quidditatiua definitio. Atqui in diuiſione Commentatoꝛis capitulum hoc decimumquartũ vſque ad ſex textus attingit. In pꝛimo qui eſt numero decimuſſeptimꝰ conſtituit ſtatim qualia debent eſſe illa ex quibus definitio quidditatiua componitur: habetque tres particulas. In pꝛima pꝛopoſita pꝛius intẽtione quę eſt dicere quo pacto nos opoꝛteat venari quod quid eſt pꝛęiacet diſtinctionẽ. Eoꝛũ, inquit, q̃ ſemp ⁊ vniuerſaliter de quolibet ſuppoſito ſubiecti p̃dicãtur, alia ſunt ſuperioꝛa, quę videlicet excedunt ſubiectũ non tamen tranſgrediuntur genus generaliſſimum ſubiecti, alia ſunt quę trãſgrediuntur genus ipſius ſubiecti. Exẽpli gratia de ternario pꝛędicatur ens neceſſario ⁊ vniuerſaliter, trãſgredit̃ tñ generaliſſimũ ternarij, qꝛ nõ ſolũ quãtitati ſed qualitati ⁊ ſubſtantię conuenit: at vero impar numerus ſuperioꝛ quidẽ eſt q̃ȝ ternarius: qꝛ competit quinario ⁊ aliis nõ tñ excedit generaliſſimũ, qꝛ ſolum dicit̃ de numero. Idẽ exẽplũ eſt de his p̃dicatis, animal, coꝛpus, reſpectu hominis. ¶In ſecũda particula, [talia igit̃.] ſubdit quales eſſe debẽt partes definitionis. Eſt ergo cõcluſio. Definitio quidditatiua conſtituitur qñ cõponuntur plures partes quę eſſentialiter pꝛędicantur quarũ ſingulę ſunt ſuperioꝛes ad definitum, collectio tñ omnium conuertitur cum ipſo. Exemplum eſt ſi dicas, ternarius eſt numerus impar vtroque modo pꝛimus: numerꝰ .n. aliis cõuenit ꝙ ternario ⁊ pariter numerus impar ⁊ pariter numerus vtroq; mõ pꝛimus, numerus enim dicit̃ vno mõ pꝛimus, qꝛ nõ mẽſuratur numero .i. cuius numerus nõ eſt pars aliquota ſed ſola vnitas, ⁊ iſto modo non ſolum ternarius ſed quinarius ⁊ ſeptenarius eſt numerus pꝛimus: alio modo dicitur pꝛimus, qꝛ non cõponitur ex pluribus numeris ⁊ iſto mõ inter impares ſolus ternarius eſt pꝛimꝰ: nam quinarius cõponitur ex ternario ⁊ binario, ternarius vero ſolũ ex binario ⁊ vnitate quę non eſt numerus. Sed tamen iſto modo etiam binarius eſt pꝛimus, eſt enim binarius iſto modo pꝛimus inter pares, ⁊ ternarius pꝛimus inter impares. Ait ergo Ariſt. ꝙ ſingulę particulę ſunt ſuperioꝛes ad ternarium, tamen omnes ſimul cõuertãtur cum ternario: qꝛ per hoc ꝙ eſt pꝛimus ſecundo modo ſeparatur ab aliis imparibus ⁊ per hoc eſt ꝙ impar ſeparat̃ a binario. ¶Eſt tamen hic dubium ex Ariſt. 7. meta. tex. 43. vbi ait, ꝙ vltima differẽtia conuertitur cum ſpecie, ex quo ſequitur ꝙ non eſt neceſſe vt quęlibet pars definitionis per ſe ſit ſuperioꝛ ad definitum. ¶Reſpõdetur, vt diximus in pꝛędicabilibus capitulo de differentia, ꝙ inuẽta vltima differẽtia illa quidẽ conuertitur cum ſpecie: ſed quia eſt difficillimũ vltimas differentias ſingularum ſpecierum inuenire, illam ſolet ſemper Ariſto. per plures cõmunes circũſcribere. Sicut q̃ opinantur intelligentias aut coꝛpoꝛa coeleſtia eſſe animalia rationalia (quos foꝛte ſecutus eſt Poꝛphyrius (dicũt hominẽ eſſe animal rõnale moꝛtale, quorũ q̃libet pars excedit definitũ ⁊ oẽs ſimul cõuertũtur cũ illo. ¶In tertia particula, [cũ ait neceſſaria] pꝛobat id qđ intendit in hoc pꝛimo tex. videlicet, ꝙ talis pꝛędicatoꝛum compoſitio ſit definitio quidditatiua. Et ratio eſt hęc: Talis collectio pꝛędicatoꝛũ cõuenit quidditatiue vniuerſaliter ſubiecto .i. omni eius indiuiduo ⁊ ſemper (ſemper enim loquitur de vniuerſali poſterioꝛiſtico) ⁊ cõuenit etiam conuertibiliter: ergo eſt definitio. Antecedens ſupponit ex dictis, ⁊ pꝛobat conſequentiam: nam dato oppoſito ꝙ non eſt definitio, ſequitur ꝙ erit genus poſtquã quidditatiue pꝛędicatur, et per conſequens conueniet aliis a ternario, cuius contrarium ſuppoſitum eſt: ꝙ ſi non eſt genus ſequitur vt ſit definitio, qꝛ nõ eſt aliud quidditatiuum pꝛędicatum. ¶In text. 18. [opoꝛtet autem.] conſtituto qualia debent eſſe ea ex quibus definitio quidditatiua componitur, incipit tradere modum quo ſit inquirenda. Et tradit duos modos ſcilicet via diuiſionis in quatuoꝛ textibus, ⁊ via compoſitionis in text. 22. (Text. 18.) ¶Atqui pꝛimum documentum quod hic raro intelligitur, et eſt nihilominus initium inquirendę definitionis eſt, ꝙ cum (Pꝛimũ documentum.)

quis tractat aliquod totum, id eſt, cum inquirere vult definitionem alicuius ſpeciei ſiue ſpecialiſſimę ſiue ſubalternę, quę dicitur totum eo ꝙ cōponitur ex genere ⁊ differentia, ſtatuere debet primũ omniũ in quo ſit prędicamēto. Quod facturus eſt diuidendo genus, id eſt quodcunq; prędicamentum a generaliſſimo procedendo vſq; ad indiuidua in ſpecie. ſ. ſpecialiſſimas ſpecies videlicet per arborem prędicamentalem: vt quantitatem in continuam ⁊ diſcretam: diſcretam in numerum parem, ⁊ imparē: ⁊ parem in numerũ primũ (qualis eſt dualitas) ⁊ compoſitum ex numeris (qualis eſt quaternarius ⁊ alij) et eodem modo imparem, et ita venietur ad dualitatē ⁊ ternarium quę ſunt duę ſpecies ſpecialiſſimę. Et tunc cuiuſcunque ſpeciei inueſtiganda eſt definitio, id eſt, ꝓprietates, vt dignoſcat illa ſpecies quę proponitur definienda in quo ſit prędicamento, vt puta quid ſit linea recta, quid circularis. Transfert ſe ad ſpecies quantitatis continuę, vt oſtendat eandē eſſe rationem in cōtinuis ⁊ in diſcretis. ¶ Poſt hoc inquit ſumpto per huiuſmodi diuiſiones et proprietates, quidnam ſit genus ſpeciei definiendę, videlicet, ad quod prędicamentum pertineat: ſit ne quantitas an qualitas ⁊c. per effectus communes illius prędicamenti inueſtigandę ſunt proprię differentię illius ſpeciei. Exempli gratia, veſtigare quis intendit definitionem hominis, perpendat primum ſitne ſubſtantia, an quantitas, aut qualitas. id autem cognoſcet per modos intrinſecos ex. per proprietates prędicamentorũ, puta ſit ne per ſe an in alio. [Nam ea, inquit, quę his accidunt quę componuntur ex indiuiduis, id eſt, ſimplicibus.] ex definitionibus innoteſcēt, ſcilicet, ſimplicium: nam definitio ſimplex principium eſt omnium inferiorum, ⁊ quę ſimplicibus per ſe accidunt, ratione ipſorum ſimpliciũ conueniunt compoſitis. Simplicia hic vocat ſuperiora genera, compoſita vero inferiores ſpecies, quippe quę ex ſuperioribus generibus addita ſemper differentia componuntur. Exempli gratia, eſſe per ſe eſt modus intrinſecus qui per ſe primo conuenit ſubſtantię: corpori autem ⁊ animali ⁊ homini conuenit inquantum ſunt ſubſtantię: eſſe ſubiectum diuiſionis ſecundum trinam dimenſionem per ſe conuenit corpori: ſed animali et homini conuenit inquantum ſunt corpora: ⁊ ita deinceps. Habito ergo ꝙ homo eſt ſubſtantia poſtquam eſt per ſe, inquirendum eſt ſitne corpus an ſpiritus: cognoſcetur autem eſſe corpus: quia eſt ſubiectum trinę dimēſionis: quo habito inquirendum eſt ſit ne animatum an inanimatum: cognoſcetur per proprietatem animati quę eſt per ſe moueri: et habito ꝙ ſit animatum, videndum eſt quod, an ſit animal, per ſenſibile, quod per ſe conuenit animali: et deinde videndum ſitne rationale an irrationale, per hoc quod eſt vti ratione aut non vti ratione. Et hoc modo definitio ſimplex. i. ſuperioris eſt cauſa innoteſcendi compoſitę. i. inferioris. ¶ In text. 19. [atqui diuiſiones.] addit ad maiorem explicationem alia tria documenta: poſt primũ

Tex. 19.

ergo iam dictum, ſecundũ documentũ eſt ꝙ diuiſiones generum debent fieri per differētias proximas oppoſitas: vt numerus diuidatur per parem et imparem. Nã ſi fieret diuiſio per ſingulas ſpecies abiret in infinitum, aut ſaltem non poſſemus illas comprehēdere, vt patet in ſpeciebus animalis. At ne videatur ſibi ipſi cōtradicere, quippe qui dixerat cap. 5. quod quid eſt, nō demōſtrari per diuiſionē: reſpondet, ꝙ per diuiſionem nō demonſtrat quod quid eſt, ad ſenſum ſupradictum, ſed inueſtigatur: non enim per diuiſionem concluditur ꝙ animal rationale ſit quidditatiua definitio hominis: q̄ nec demōſtratur illas partes eſſe genus ⁊ differentiam, ſed ſupponit ꝙ propriũ ſubſtantię ſit eſſe per ſe, ⁊ proprium corporis ſit eſſe ſubiectum diuiſionis: ⁊ ita ex ſuppoſitionibus peruenit ad hoc ꝙ hō ſit aīal rationale: an vero illę partes ſignificēt eſſentiã hoīs philoſophꝰ naturalis examinat, aut metaphyſicus.

Documentum.

¶ Tertium documentum eſt, [refert autē ⁊c.] id eſt, differt quo ordine partes definitionis ponãtur, illa enim q̄ contrahitur debet precedere, ⁊ q̄ contrahit debet ſubſequi, vt genus debet p̄cedere differentiã: ⁊ inter differētias, illa q̄ cōtrahitur. Ponit tñ primũ exēplũ de differētiis quarũ vtraq; pōt ꝑ alterã cōtrahi, vt mãſuetũ ⁊ bipes, quorũ vnũquodq; eſt cōmune homini ⁊ aliquibꝰ brutis: nihilominꝰ cũ dicit, hō eſt aīal mãſuetũ bipes, denotatur ꝙ mãſuetũ cōſtituat cũ animali vnũ genus qd cōtrahitur ꝑ bipes, diſtinguens hominē ab equo qui eſt quoq; aīal manſuetũ: ſed cũ dicit, hō eſt aīal bipes mãſuetũ, ecōuerſo manſuetũ contrahit bipes diſtinguens hominem a vulture.

Documentum.

¶ Quartum documentũ eſt ibi, [prętera hoc] vt patet in diuiſione nihil omittatur eorum quę intrant definitionē. Ubi notandũ eſt, ꝙ oēs differentię ſuperiorũ generũ formaliter aut virtualiter pertinēt ad definitionē ſpeciei: nã vt in arbore Porphyriana dictũ eſt, dĩa diuiſiua ſuperioris generis eſt īferioris conſtitutiua. Si ergo q̄s diuideret ſuperius genus ꝑ dĩas remotas diuiſiuas inferioris generis, vt ſi quis diuideret ſubſtantiam per greſſibile, reptile, ⁊ volatile, ⁊ aquaticũ, prętermitteret multas ſpecies ſubſtãtię quibus illę differentię non cōpeterēt: nã illę ſolũ ſunt differētię aīalis: ⁊ ideo cũ illę dĩę non diſtinguerēt totã eſſentiã ſubſtãtię, non ſufficerent ad inueſtigãdum definitionē cuiuſcunq; ſubſtãtię. Ponit exemplum de animali, ꝙ non debet immediate diuidi per animal continuarum alarũ (qualis eſt veſpertilio) ⁊ aīal diuiſarũ alarũ (quales ſunt alię aues) q̄ aīal nō cadit. i. nō cōprehēditur totũ ſub illis ſpeciebꝰ q̄ ſolũ ſunt dĩę animalis volatilis: ſed animal prius diuidendũ eſt ꝑ volatile, greſſibile ⁊c. Et ita concludit procedendum eſſe in diuiſione per dĩas immediatas. ¶ In tex. 20. [non autē oportet.] reſpōdet duabus falſis opinionibus. Prima erat dicentium neminem poſſe cognoſcere differentiã quidditatiuam alicuius ſpeciei, niſi cognoſcat omnia rerũ genera ⁊ ſpecies: nam hoc non differre ab illo, eſt eſſe idem cum illo, ⁊ differre ab illo, eſt eſſe diuerſum: vnde illi inferebant ꝙ nemo poteſt ſcire a quibus homo differat, quin cognoſcat omnia entia a quibus differt. Diluit autem hunc errorem dupliciter. Primo, quia multę ſunt differentię accidentales rerum quę ad earum quidditatem nihil pertinent, quas proinde impertinens eſt cognoſcere ad cognoſcendam quidditatem: vt ad cognoſcendum quid eſt homo, nihil refert ſcire, quid eſt album, aut magnum, aut ſimile ⁊c. Et pręterea cum quiſpiam diuiſerit genus per differentias contrarias, et acceperit illam qua conſtituitur ſpecies, non indiget comprehendere alia omnia quę comprehenduntur ſub contraria differentia: vt diuiſo genere per rationale et irrationale, ⁊ habito ꝙ homo eſt animal rationale: nihil amplius ea oportet ſcire vniuerſa quę continentur ſub irrationali. ¶ Secunda opinio erat dicentium, ꝙ qui vtitur huiuſmodi diuiſione neceſſe eſt vt poſtulet ⁊ petat a reſpondente genus quod diuiditur cōtineri ſub aliquo membro diuiſionis: quo inſinuabant illud non eſſe neceſſarium. Dicit ergo Ariſto. quod qui diuidit genus per immediatas et oppoſitas differētias non neceſſe habet hoc petere, q̄ neceſſariũ eſt vt genus ſub aliqua oppoſitarum differētiarũ cōtineatur: omne eñ aīal aut rationale eſt

Tex. 20.



eſt aut irrationale. Secus ſi diuiſio fieret per poſitiuas differentias: vt animalium, aliud greſſibile, aliud volatile, aliud reptile, aliud aquaticum: non enim eſt euidens non eſſe alias ſpecies animalis nobis forſan ignotas. ¶ In textu. 21. [ad extruendam autem.] excluſis erroribus eorum quę non requirũtur ad diuiſionem qua quęritur quidditatiua definitio ponit tria quę requiruntur. Primum, vt ſumantur ea quę quidditatiue prędicantur. Secundũ, vt diſponantur in definitione ordine iam dicto in tex. 19. Poſtremũ eſt, vt ponantur in definitione omnia quę requiruntur ad explicandũ quidditatē ⁊ eſſentiam definiti. Atque primum inquit obſeruabitur ſi ratiocinemur ad genus quēadmodũ ad accidēs. i. ſi per definitionem generis poſitam in. 1. Topic. cap. 4. examinemus an id quod ponitur loco generis ſit genus, ſicut per definitionem accidentis examinamus: an aliquid ſit accidēs. ¶ [Secundũ autē fiet.] id eſt ſecundum obſeruabitur, ſi inter differentias illa pręcedat quę ſequitur in conſequentia ad oēs alias, non autem alię ſequuntur ad ipſam: nempe ſi fuerit ſuperior ad alias: vt ſi dicas, homo eſt animal greſſibile bipes, ſequitur enim hoc eſt bipes: ergo greſſibile: quare bipes contrahit greſſibile ⁊ non econuerſo, ſicut ſequitur, eſt greſſibile: ergo animal ⁊ non econuerſo. ¶ Patebit autem hęc omnia eſſe ⁊c.] id eſt tunc definitio conſtabit ex omnibus quę pertinent ad eius quidditatem ſi in diuiſione a generaliſſimo incipientes nullum intermedium prętermittamus, ſed vt dictũ eſt per immediatas ſemper differentias diuiſio deſcendat. ¶ Concludit ergo dicens: [manifeſtum enim eſt ⁊c.] concludit inquam, ꝙ iſto modo conſtituetur adęquata ⁊ conuertibilis definitio q̄ nec plus, nec minus continet quã requiritur: nam ſi ſola p̄dicata quidditatiua ſumantur, nō cōtinebit plus: q̄ quicq̄d quidditatiue prędicatur de ſpecie, aut eſt genus aut differētia illius. Ait differentiam prędicari in quid, non ſi ſeorſum accipiatur, nam tunc ſolum prędicatur eſſentialiter: ſed quia pertinet ad quidditatem rei, ⁊ ideo addita generi tota definitio prędicatur in quid: ꝙ autem talis definitio non contineat minus, patet per id quod modo dicebamus ſi in diuiſione nihil prętermittatur: cum enim ventum fuerit ad vltimam differentiam, quę amplius diuidi non poteſt, illa demum adęquate conuertetur cum definito. ¶ In te-

Tex. 21.

xtu. 22. [quęrere autem.] tradit Ariſtoteles aliam ſecundam artem venandi definitionem modo compoſitiuo. Ait enim, ꝙ ad iudicandum rei alicuius aut formę definitionem debent primo ſimilia conſiderari ⁊ diſſimilia: et deinde videre an aliqua ſit vna ratio communis omnibus illis: ꝙ ſi fuerit, ſignum eſt ꝙ conuenit illis vna definitio. Si vero non reducantur niſi ad duas aut plures, non comprehenduntur ſub vna definitione. Exempli gratia: conſidero vnũ hominem eſſe rationalem, ⁊ alium, ⁊ omnes, ⁊ video equum homini diſſimilem, eſſe hinnibilem, et pariter vniuerſos: quę rationes non comprehenduntur ſub vna, ſicut albedo ⁊ nigredo comprehenduntur ſub vna ratione viſibilis: et ideo homo ⁊ equus habent diuerſas definitiones. Exemplum Ariſt. eſt de magnanimitate [ceu ſi Alcibiades fuit magnanimus et Achilles et Aiax,] Boetius vertit Alcides, qui eſt Hercules: tamen in Gręco non eſt niſi, Alcibiades, qui cum Athenis ęgre ferret Niciam ſibi honoribus pręferri, ad Lacedęmonios defecit, cum quibus proprię patrię bellũ intulit. De Achille vero nota eſt hiſtoria, qui cum in expeditione eſſet Gręcorum aduerſus Troiam, ob ereptam ſibi ab Agamemnone Briſeidem bello abſtinuit. Aiax alterfuit Oileius. Hic autem eſt Thelamonius: qui cum petiſſet Achillis arma defuncti ⁊ Ulyſſi potius a iudicibus fuiſſent decreta, iniuriam ferre non potens ſeſe interemit. In rei veritate non fuit vera in his virtus magnanimitatis, cum primus patriam bello petiuit, alter patriam in neceſſitate deſeruit, ⁊ tertius occidit ſe: ſed tamen cum omnes id feciſſent ex animi magnitudine, q̄. ſ. non ferebant alios honoribus ſe anteire, dicit Ariſtote. ꝙ eadem erat ratio magnanimitatis in omnibus: quę eſt ęſtimari ſe magni. Et pariter in Lyſandro ⁊ Socrate: quamuis Socrates longanimis fuit in tolerãdis iniuriis. Lyſander vero, vt eſt apud Plutarchum, acerrimꝰ in illis propulſandis: ex eadem tñ ratione magnanimitatis vtrunq; ꝓcedit. Unde cōcludit Ariſt. ꝙ cũ definitio non ſit particularis ſed vniuerſalis: nã medicus inquit non definit quid eſt ſalubre huic oculo, ſed cuicũq; eodē morbo laboranti, fit vt quamuis magnanimitas in iſtis diuerſa videatur, tñ ꝓpter eandem rationem cōmunem vna eſt omnium definitio.

¶ In capite decimoquĩto quod

Capit. 15.

in diuiſione Cōmentatoris ad eundē textũ. 22. pertinet, docet Ariſt. ꝙ iſto mō compoſitiuo facilius inuenire poſſumus definitionem ſpeciei q̄ generis: et ideo oppoſito mō ad diuiſionem a ſingularibus. i. ab ſpeciebus ſpecialiſſimis ad vniuerſalia aſcendere oportet. ¶ Quod probat dupliciter: primo, q̄ in ſpecie ſpecialiſſima, quippe cum nō ſit per differentias eſſentiales amplius diuiſibiles, minus latent ęquiuocationes: in generibꝰ autē latēt ęquiuocationes, eo ꝙ diuiduntur per differentias inęqualiter perfectas, vt capite de genere expoſitum eſt: ęquiuocatio aũt impedit rei cognitionem. Enimuero rationem ipſam animalis, puta eſſe ſenſibile, non tã perfecte cognoſcimus in cōmuni q̄ cum illam cognoſcimus in qualibet ſpecie. ¶ Secũda ratio eſt, q̄ quēadmodũ in demōſtrationibꝰ neceſſe eſt pręſupponere aliqua per ſe nota ex quibus ad ignotiora procedat demonſtratio, ita in definitionibus a notioribus et facilioribꝰ oportet ꝓcedere: ſed facilius eſt genus vniuerſale per rationes particularium ſpecierum cognoſcere: ergo ab illis incipiendum eſt. Probat minorem exēplis: qui enim inquit vult notificare q̄d eſt ſimile, facilius explicabit ſecundũ rationem ſpecificam, quę eſt in coloribus in quibus eadem dicuntur ſimilia quę eundem habent colorem, aut in figuris quarum ſimilitudo cōſiſtit in hoc ꝙ conſtent ex ęqualibus angulis: ⁊ pariter acutum euidentius cognoſcitur ſi oſtēdatur in vocibus, aut in ſaporibus, aut quantitatibus: alia eſt enim ratio acuti in ſapore, alia in voce, alia in quantitate. ¶ Dubium poſſet hoc eſſe ex dictis Ariſtot. ex. 1. Phyſic. vbi ait, ꝙ ex vniuerſalioribus procedendum eſt ad minus vniuerſalia: hic vero dicit oppoſitum. Facilime tamen hoc diuiditur per cōmunē diſtinctionē. ſ. ꝙ vniuerſaliora ſunt notiora naturę: minus autē vniuerſalia ſunt notiora nobis: ⁊ ideo ordine naturę incipiendũ eſt ab vniuerſalioribus addendo ſemper nouas differentias ⁊ cōponēdo nouas ſpecies, ſicut natura operatur prius producens vitam animalis q̄ vitã hominis: ſed quantũ ad cognitionem noſtram procedimus a compoſitis reſoluendo illa ſimpliciora principia. ¶ Tandem in fine capitis, [quod ſi neq;.] addit Ariſto. vltimum documentum, quod videlicet ſicut de re non eſt differendũ per metaphoras, alias committeretur ęquiuocatio, vt ſi quis arguat, quicq̄d habet caput eſt animal: arbor habet caput: ergo arbor eſt animal (nam caput metaphorice dicitur de radice arboris) ita nec definiendum eſt per metaphoram,

Dubium.

Documēt.

phoram, vt ſi quis deſiniat hominem ꝙ ſit arbor inuerſa, aut ꝙ arbor eſt homo inuerſus: caput enim arboris eſt radix: q̄ cum ſit ſub terra videtur homo cuius caput eſt in terra ⁊ pedes ſurſum eleuati: ⁊ econuerſo homo apparet arbor euulſa cuius radices in altum prominent. ¶ Dubium autem eſt circa doctrinam horum duorum capitum. Cum Ariſt. duas hic vias tradiderit inueſtigandi quod quid eſt. ſ. diuiſionis ⁊ cōpoſitionis, vtram iſtarū recitauerit tanquā propriā. Enimuero Cōmentator in prologo de aīa, cōm. 5. dicit inter antiquos tres fuiſſe in hac parte ſentētias. Hippocratis enim (inquit) opinio fuit, qđ quid eſt, inquirendū eſſe demonſtratione: Plato vero cenſuit veſtigandū eſſe via diuiſionis. Ariſto. autem ſententia fuit inueſtigandū eſſe via compoſitionis. Et idem affirmat illic S. Tho. lectio. 1. hic autē videtur Ariſto. approbaſſe viam diuiſionis, cum dixit tex. 19. diuiſiones nō demonſtrare quidē qđ quid eſt, vtiles tñ eſſe ad illud inueſtigandum. ¶ Ad hoc dubium reſpondentur tria. Primū, ꝙ Ariſto. nō reprobat viam diuiſiōis: imo aſſerit eſſe vtilem ſaltem ad inquirendum genus. Secundum eſt, ꝙ diuiſio ſine compoſitione non ſufficit, ſed ſimul dum ſuperiora diuiduntur cōponuntur inferiora: nā differentia diuiſiua ſuperioris eſt conſtitutiua inferioris. Cum enim inueſtigamus definitionē hominis, ex prima diuiſione ſubſtātię in incorporeā ⁊ corporeā omittimus incorpoream, ⁊ eligimus ſubſtantiā corpoream ⁊ poſtea diuiſo corpore in inanimatum ⁊ animatum colligimus ſubſtātiam corpoream animatā, cui poſt addimus ſenſibilem, ac deniq; rationalem. Et hanc forte Ariſto. appellauit viam compoſitionis. ¶ Sed tertio dicimus, vt iam modo dicebamus, ꝙ in definitionibus ꝓcedendū eſt a notiorib⁹ nobis, puta ex cōpoſitis ſpeciebus ad ſimplicia ⁊ ſuperiora genera.

Dubium.

## Quòd diuiſio & analogia conducunt ad inueſtigandum propter quid. Cap. XVI.

VT autem facultatem mediorum ad ea demonſtranda quæ proponuntur habeamus, perueſtigare oportet & ea quæ animantibus apertis inſpiciuntur, & ipſas quoque diuiſiones. Atque ſic perueſtigare oportet, ſuppoſito genere communi omnium ceu ſi animalia ſint ea quæ conſiderantur, quænam omni competunt animali. Quibus ſumptis rurſus identidem perueſtigare oportet, quęnam cæterorum primo cuilibet inſunt? veluti ſi id ſit auis, quænā omnem auem ſequuntur? & ſic ſemper quænam propinquiſsimo competunt? Patet enim, nos poſſe iam dicere propter quid inſunt ea, quæ competunt hiſce quæ ſub ipſo communi ſunt collocata: vt propter quid homini competunt, aut equo? ſit autem animal quidem b, pro. a. verò ponantur ea quæ animal omne ſequuntur: pro. c. e. d. verò animalia ſingula collocentur. Patet itaque, propter quid. a. competit ipſi. c, propter. b. nanque competit. Et ſimiliter cæteris. Eadem autem eſt ſemper & in aliis ratio, atque nunc ſic dicimus per tradita nobis nomina communia rebus.

Text. xxiij. ℂ Oportet autem non ſolùm in his ipſis dicto modo conſiderare, ſed etiam ſi aliquid aliud videatur commune competens, & ipſum accipere: deinde ſumere & ea quæ ipſum ſequitur, & ea quæ hoc ſequuntur: veluti cornigeris competit omâſum habere, ſuperiusq́ue vacare dentibus. Sumantur igitur hæc, & rurſus accipienda ſunt ea quibus competit, ſequiturq́ue gerere cornua. Patet enim propter quid illis competunt, ea quæ diximus: nam ob id ipſum illis inerunt, quia cornua gerunt. ℂ Et inſuper alius modus perueſtigandi per ſimilitudinem rationis: non enim poteſt vnum quippiam idem ſumi, quod quidem & ſepium & ſpina & os appellare oportet: inerunt autem & his, atque ſequentur aliqua, quaſi talis ſit vna quædam natura.

Textus. xxiiij. ℂ Eadem autem ſunt nonnulla eorum quæ proponuntur multipliciter: quædam enim ex eo ſunt eadem, quia medium idem habent: veluti quia ſunt omnia antiperiſtaſis: atq̀ue horum nonnulla ſunt eadem genere, quæcunque differentias habent ex eo, quia ſunt diuerſorum, vel alio modo: vt propter quid reſonat, aut propter quid apparet, & propter quid Iris exiſtit: vniuerſa enim hæc idem ſunt propoſitum genere: omnia nanque ſunt planè reflexio, ſed ſpecie ſunt diuerſa. ℂ Quædam autem differunt ex eo, quia medium eſt ſub alio medio: veluti propter quid Nilus decreſcente menſe magis affluat aquis, quia menſis decreſcens ſimilis magis hyemis eſt: propter quid mēſis decreſcens ſimilis magis hyemis eſt? quia Luna decreſcit. Hæc enim ſic inter ſe habent, vt patet.

HIc incipit membrum quintum huius libri, in quo poſtquā oſtenſum eſt quomodo ſit inueſtigandū qđ quid eſt, docet in his duob⁹ capitulis quō inueſtigandū eſt, ꝓpter quid. i. quodcunq; mediū ad demonſtrandum quancunq; concluſionem. Atqui in hoc cap. 16. ſunt tres particulę. Prima pertinet ad eundem text. 22. Secunda eſt text. 23. ⁊ 3. eſt tex. 24. ¶ Eſt ergo primum documentum in prima particula, ꝙ ad inueſtigandum propter quid cuiuſcunq; paſſionis oportet habere prę oculis omnes diuiſiones a generaliſſimo vſq; ad ſpecialiſſima, et deinde conſiderare ea quę ſunt propria cuicunq; generi, vt ſcilicet ea quę ſunt propria ſubſtantię inquantum eſt ſubſtantia, et ea quę ſunt propria animali inquantum eſt animal, et ea quę ſunt propria auibus inquantum aues ⁊c. Quo habito facile quācunq; paſſionem generis ſuperioris poſſumus demonſtrare de quacunq; eius ſpecie. His ergo conſideratis facile quicūq; pōt paſſiones ſuperioris generis de ſingulis eius ſpeciebus demōſtrare, ſumpto pro medio illo genere quod eſt proprium ſubiectum illius paſſionis: vt ſi ſenſibile, aut dormire ⁊ vigilare quis velit de homine aut de equo demonſtrare, accipiat, animal, pro medio quod eſt. b, ⁊ dormire ⁊ vigilare pro. a. quod eſt maior extremitas, ⁊ homo aut equus aut bos pro. c. d. e. quę ſunt minores extremitates: ⁊ ita tandem fiet demonſtratio, omne animal dormit viciſſim ⁊ vigilat, omīs homo eſt animal, ergo. Et eodem modo, habere tres angulos ęquales duobus rectis, demonſtrabitur de iſoſcele ⁊ de ęquilatero, ſumpto pro medio triangulo cui primo cōuenit illa paſſio. ¶ In textu. 23. [oportet autem.] qui duas habet particulas, dicit primo, ꝙ non ſolum id oportet obſeruare vbi tale genus eſt nominatum, ſed etiam vbi non eſt ei nomen impoſitum. Exēpli gratia: animal habens cornua, eſt quoddam genus animalium comprehendens multas ſpecies, quod quidē non habet nomen impoſitum quidditatiuum (poſſumus id tamen appellare cornigerum) conſiderare ergo oportet quę ſint propria tali generi animalium: vt puta eſſe omaſum, id eſt, inteſtinum craſſum, habens plures ventriculos propter neceſſitatem ruminationis: item carere dentibus in ſuperiori mandibula, quippe quorum materia conuertitur in cornua. Si ergo de boue aut de ceruo quis voluerit demonſtrare huiuſmodi paſſiones, talis erit tunc demonſtratio, omne animal cornigerū caret dentibus in ſuperiori mandibula: omnis bos eſt animal cornigerum: ergo omnis bos caret dentibus in ſuperiori mandibula. ¶ In ſecūda particula, [et inſuper.] oſtendit pręterea inueſtigare propter quid, reducēdo paſſionem ad aliquod medium quod non eſt ſimpliciter commune ſed analogum: vt animal habens ſepium, aut ſpinam, aut os, non eſt ſimpliciter vniuocum genus, ſed analogum: vt enim os ſe habet ad animal terreſtre, ita ſpina ſe habet ad piſcem, et ſepium ad ſepiam: ſepia genus quoddam piſcis eſt, ⁊ etiam ſeps ſepis eſt genus ſerpentis. Accipitur ergo ſepium pro oſſe ſerpentum quod non eſt omnino ſpina. Si ergo aliquam paſſionem communem his tribus generibus animalium velit quiſpiā demonſtrare, debet ſumere pro medio vnum nomen analogum ad illa tria. ¶ In tex. 24. [eadē autem. ⁊c. qui duas itidem continet particulas, docet inueſtigare propter quid, in rebus ſimpliciter diuerſi generis quibus conuenit aliquo modo vna ratio, quę licet non ſit generica, eſt tamen accidentalis: ſicut per hoc medium ꝙ eſt Antiperiſtaſis, id eſt, reciprocatio ſeu repercuſſio, demonſtrantur multa diuerſorum generum: vt propter quid echo reſonat? propter repercuſſionem motus aeris quo multiplicantur ſpecies ſoni: propter quid apparet imago in ſpeculo? propter reflexionem ſpecierum viſualium: propter quid apparet aeris in nubibus? propter refractionem radiorum ſolarium ad latera nubis. Omnia enim hęc media ſunt reciprocationes quędam, licet ſpecie diuerſa. ¶ In ſecunda particula, [quędam autem. ⁊c.] concludit tandem quomodo in aſſignatione propter quid, media aliquando ordinate procedant vt. a. ſit propter. b, et. b. propter. c. vſque ad cauſam immediatam: vt propter quid Nilus decreſcente menſe, id eſt, properante ad finem, magis affluat aquis, quia menſis decreſcens magis ſimilatur hyemi, id eſt, magis eſt humidus. Sed propter quid finis menſis magis eſt humidus? quia luna decreſcit: quę cum habeat aquarum dominium, ipſa creſcente, decreſcunt aquę: ipſa vero decreſcente, aquę econtrario creſcunt.

Tex. 23.

Text. 24.



## De cauſis & effectibus. CAP. XVII.

AMBIGET AVTEM quiſpiam de cauſa, & de eo cuius eſt cauſa: ſitne tum cauſa, cùm eſt id cuius eſt cauſa, veluti cùm frondes decidunt ſitne tum ipſa defluendi frondes cauſa, latitudo inquam foliorum, ſiquidem id illius ſit cauſa, vel cùm deficit luna, ſitne tum interpoſitio terræ? Nam ſi non eſt, aliqua alia erit ipſorum cauſa: ſin ſimul ſunt cauſa & id cuius eſt cauſa, ceu ſi intercedit terra, deficit luna: aut ſi latitudo eſt foliorum defluunt frondes: tum mutuò profectò demonſtrabuntur. ℂ Sit enim. a. frondes deponit, b. planta cuius ſunt folia lata, c. vitis. Si igitur. a. cuilibet competit. b, omnis enim planta, cuius folia ſunt lata, frondes deponit: b. verò ipſi. c. cōpetit: latas enim frondes quælibet vitis habet: a. etiam ipſi. c. competit: omniſq́ue vitis frondes ſuas deponit. Atque cauſa. b. medium eſt, vt patet. At licet etiam per foliorum defluxum, lata vitem habere folia demonſtrare. Sit enim. d. lata habere folia, abijcere frondes. e, vitis autem. f. Et igitur cuilibet ineſt. f: omnis enim vitis abijcit ſuas frondes, d. verò cuilibet competit. e. omnis nanque planta quæ frondes deponit, habet folia lata: omnis ergo vitis habet folia lata, atque cauſa eſt foliorum defluxus. ℂ Quòd ſi fieri nequit vt ſint ſibi mutuò cauſæ, cauſa nanque prior eſt eo cuius eſt cauſa: & deficiendi quidem cauſa eſt, in medio terram eſſe: huius autem non eſt cauſa deficere lunam: atque demonſtratio quæ fit per cauſam, eſt propter quid: demonſtratio verò quæ non per cauſam fit, eſt ea qua quippiam tantùm eſſe oſtenditur: qui per defectum terram in medio eſſe percepit, is ſcit quidē idipſum eſſe, propter quid autem eſt non cognoſcit: atque deficere lunam non eſſe cauſam vt ſit in medio terra, ſed hoc econtrà cauſam eſſe vt deficiat luna, inde perſpici poteſt: in ratione nāque deficiendi ineſt, in medio terram eſſe. Quare patet, per hoc illud, ſed non per illud hoc innoteſcere. ℂ An fieri poteſt, vt vnius plures ſint cauſæ? nempe etiam fit, vt idem primò de pluribus prædicetur. Sit. a. quod quidem tam. b. quàm. c. competat primò, quorum alterum inſit. d, alterum ipſi competat. e: inerit igitur ipſum. a. illis vtriſq́ue, e. inquam & d. Atque vt inſit quidem ipſi. d, cauſa eſt ipſum. b: vt competat autem ipſi, e, cauſa eſt ipſum. c: quare ſi cauſa eſt, neceſſe eſt & rem eſſe. Si verò res eſt, non eſt neceſſe id eſſe quod eſt cauſa: ſed cauſam quidē eſſe, non tamen omnem.

¶An ſi ſemper id quod proponitur vniuerſale eſt, cauſa quoque tota quædam eſt, & id eſt cuius eſt cauſa, vniuerſale etiam eſt: veluti foliis ſpoliari toti cuidam ineſt determinato, & ſi ſpecies ſunt illius, & his vniuerſaliter aut plantis, aut huiuſce modi plantis competit: quare & medium in his, & id cuius eſt cauſa, æqua ſint oportet, & conuertantur: veluti propter quid arbores folijs ſpoliantur, quid ſi idipſum ob congelationem eſſe oportet? & ſi congelatio non cuiuis ineſt, ſed arbori, foliis arborem ſpoliari oportet. ¶At quæret quiſpiam rurſùs ſi fieri poſſit, vt non eadem eiuſdem ſit vniuerſis cauſa, ſed diuerſa necne. An ſi per ſe quidem eſt demonſtratum, & non per ſignum, aut per accidens id fieri nequit? quippe cùm ipſum medium extremi ſit ratio. Sin verò non hoc pacto eſt demonſtratum, fieri poteſt. ¶Fit autem & id cuius, & id cui eſt cauſa aliqua, per accidens vt conſideretur: non tamen è numero eorum eſſe videntur, quæ proponuntur: quòd ſi ita non eſt, ſimiliter habebunt & medium. Si enim æquiuoca ſint, medium habebunt æquiuocum: ſi ſint vt in genere, medium habebunt ſimiliter: veluti propter quid etiam mutato ordine ſimilitudinem ſubeũt rationum: eſt enim alia cauſa in lineis, & in numeris: atque eadem alia quidem eſt vt linearum rationem ſubit: eadem autem, vt tale habet incrementum, & eodem in omnibus modo. Vt color autem colori, figuraq; figuræ ſit ſimilis, alia erit alia cauſa: ſimile nanque in his eſt æquiuocum: in figuris enim, in ſimilitudine forſitan rationum conſiſtit quæ inter latera ſunt, & angulorum æqualitate: in coloribus autem, in eo quòd vnitas ipſius ſenſus ſit aliqua, aut aliquo tali: ea verò quæ ſimilitudine rationum eadem ſunt, medium idẽtidem ſimilitudine rationum idem habebunt. ¶Cauſa autem, & id cuius eſt cauſa, atque id cui eſt cauſa, itâ ſeſe vt mutuò ſe ſequantur habent: nam ſi hoc ſumas per ſingula, id cuius eſt cauſa ad plura ſeſe extendit: velut externos angulos quatuor rectis æquales habere, ampliùs extendit ſe quàm aut triangulum aut quadratum: quòd ſi omnia ſumas, æquatur: ſunt enim, quæcunque quatuor rectis æquales externos angulos habent. Similiter ſeſe habet & medium. Eſt autem ipſum medium extremi, ratio primi, quocirca ſcientiæ omnes per definitionẽ fiunt: veluti ſpoliati frondibus, ſimul & ſequitur vitem, & excedit: & ficũ item, atque excedit, ſed non omnes ſuperat, ſed æquatur. Si igitur primum medium ſumpſeris, ratio illud erit abiiciendi folia: erit enim primum quidem medium verſùs extremum alterum, tales inquam vniuerſa eſſe, deinde medium huius ſuccum congelari, vel aliquid aliud tale. At ſi quiſpiam interrogauerit quid eſt defluere folia? congelari reſpondebimus eius ſuccum, qui in ſeminis coniunctione conſiſtit. ¶In figuris autem hoc pacto quiſpiam aſsignabit, quærẽtibus quonam pacto ſe ſequuntur cauſa & id cuius eſt cauſa: ponatur. a. cuilibet ineſſe. b, ipſum autem. b. cuiq; competat eorum quæ ſunt. d: a. igitur vniuerſale hiſce fuerit, quæ ſunt. d. Etenim id vniuerſale dico, quod non conuertitur: id autem vniuerſale vocito primum, cum quo vnumquodq; quidem non conuertitur: vniuerſa autem conuertuntur, atq; æquantur: b. igitur cauſa eſt, vt. a. cunctis hiſce competat quæ ſunt. d: oportet ergo ipſum. a. ad plura ſeſe extendere, quàm ipſum b. quod ſi itâ non eſt, cur magis hoc erit illius cauſa? quòd ſi. b. non omnibus competit. e, erunt vniuerſa illa vnum quid aliud ab ipſo. b: alioquin quonam pacto dicere licebit. a, quidem ipſum omni competere. e? ipſum autem. e. non omni competere, a? Cur verò non erit aliqua cauſa? nam ipſum. a. cunctis competit. d, at ipſis etiam c, & ipſa igitur vnum quid erunt: atque id conſiderare oportet: & ſit. c. Fieri igitur poteſt, vt eiuſdem, ſed non eiuſdem ſpecie, plures ſint cauſæ: veluti vt lõgæ ſint vitæ quadrupedes quidem, cauſa eſt, ipſas bili vacare: volucres autem, ipſas eſſe ſiccas, aut aliquid aliud. ¶Quòd ſi non ſtatim accedunt ad indiuiduum, & ſi non ſolùm vnum, ſed plura ſunt media, plures etiam & cauſæ ſunt. Tex.xxvi Vtrùm autem mediorum ſit ſingulis cauſa, idne quod eſt verſùs vniuerſaliter primum, an id quod verſùs ſingula collocatur? Patet igitur, ea eſſe quæ propinquiſſima ſunt vnicuique, cui eſt cauſa. Nam vt primum ſit ſub vniuerſali, hoc eſt cauſa, veluti vt. a. competat ipſi. d, cauſa eſt ipſum c: vt igitur. a. competat ipſi. d, cauſa eſt ipſum. c: vt autem. a. cõpetat ipſi. c, cauſa eſt ipſum. b. at vt huic inſit, idipſum. Atenim de ratiocinatione quidem demonſtrationeve, quidnam vtrunque ſit, & quo ſit modo, ſatis iam patuit: & ſimul etiã demonſtratiua ſcientia: eſt enim idem.

IN capite. xvii. ſecundũ ſectionẽ Commẽtatoris ſunt duo textus, nempe vigeſimuſquintus ⁊ vigeſimuſſextus. Sũt tamẽ in primo particulę nouẽ, ⁊ in ſecundo alia decima. Tex. 25. In hoc cap. poſtquã in ſuperiori oſtendit quomodo, propter quid, ⁊ generaliter quodcũque medium ſit inueſtigandum, mouet vnam queſtionem circa modum ſe habẽdi ipſius propter quid. i. cauſę ad ſuum effectum. Querit nanq; vtrum quotieſcũq; effectus eſt, tunc etiam cauſa ſit. Atqui hinc tandem colligit in octaua particula cõcluſionem huius capitis pręcipuam. ſ. ꝙ inter cauſam primam ⁊ effectum ⁊ eius proprium ſubiectũ eſt mutua conuertentia. ¶Quod ſi quis dubitet hanc queſtionem ſuperius eſſe determinatam textu. 13. et. 14. vbi dictum eſt aliquas eſſe cauſas que ſimul ſunt tempore cum ſuis effectibus, Dubiũ. vt ſunt interpoſitio terrę ⁊ eclipſis: alię vero que tẽpore precedũt effectus, vt ſunt lapides ⁊ fundamenta reſpectu domus, et generatio reſpectu prolis.

¶Ad hoc reſpondetur, ꝙ queſtio que hic mouetur pẽdet ex illa que illic determinata eſt. Dictum enim eſt illic, ꝙ in inueſtigatione cauſarum incipere debet ſyllogiſmus ab effectibus, vt domus eſt, ergo fundamentum eſt: fundamentum eſt, ergo parietes ſunt, ⁊ non econuerſo. Querit ergo modo vtrũ vniuerſaliter hoc ſit verum, ꝙ ex effectu ſemper inferatur cauſa, ⁊ ideo non proponit queſtionem vtrum effectus tunc ſit quando eſt cauſa: ſed ecõuerſo. [Eſtne tunc cauſa cum eſt id cuius eſt cauſa.] Quapropter arguit ad partem affirmatiuam in cauſa que nõ ſemper eſt ſimul tempore cum ſuo effectu, vt habere lata folia eſt cauſa ꝙ folia cadant, ⁊ tamen non quandocunq; eſt latitudo eſt caſus, vt patet in Auguſto. Arguit ergo Ariſt. ad partẽ affirmatiuam, ꝙ etiam in his, vbi eſt minor apparentia, quandocunq; eſt effectus ſit ſimul cauſa. Et arguit dupliciter. Primo cauſa ⁊ id cuius eſt cauſa debent eſſe ſimul, vt patet de eclipſi ⁊ interpoſitione terrę: ſed habere lata folia eſt cauſa huius quod eſt folia cadere: ergo quando cadunt folia ſimul tunc eſt ipſa cauſa puta latitudo foliorum: aut ſi tunc latitudo foliorum non eſt, alia eſt cauſa illius caſus. ¶Secunda ratio eſt ibi, [ſit enim. a.] et eſt hec, cauſa ⁊ effectus alterutrum demonſtrantur, ſcilicet, effectus per cauſam, ⁊ econuerſo: ergo ſunt ſimul. Conſequentia eſt nota et probatur antecedens. Sit. a. maior extremitas, frondes deponere: b. vero medium, lata habere folia: et. c. minor extremitas ſit vitis: ſequitur tunc a cauſa ad effectum, omnis planta lata habẽs folia deponit folia: vitis lata habet folia: ergo deponit folia, Et econuerſo ab effectu ad cauſam etiam ſequitur quecunq; planta deponit folia, lata habet folia: vitis

3. Parti. deponit folia: ergo lata habet folia. ¶In tertia particula, [ꝙ ſi fieri.] ſoluit vnum argumentum quod poſſet fieri contra hoc. Non poteſt ex duobus vnum eſſe cauſa alterius ⁊ econuerſo (intelligito in eodem genere cauſę) quia cauſa eſt prior, natura ſaltẽ, ꝙ effectꝰ: ergo eadem ratione non poteſt vnum demonſtrari per aliud, ⁊ econuerſo. Reſpondet negando conſequentiam: quia quando cauſa demonſtratur per effectum non demonſtratur propter quid concluſionis, ſed ſolum quia. i. ipſam eſſe ueram: vt qui demõſtrat terrã nunc interponi quia luna modo eclipſatur, non demonſtrat cauſam illius interpoſitionis, ſed ſolum ꝙ interpoſitio eſt. Quod autem eclipſis ſit cauſa interpoſitionis et non econuerſo, probat egregie (que probatio eſt notãda) quia inquit in ratione deficiendi. i. in definitione eclipſis ponitur interpoſitio ⁊ non econuerſo: eſt enim eclipſis defectus lunę ex interpoſitione terrę.

4. Partic. ¶In quarta particula, [an fieri poteſt.] ſoluit queſtionem propoſitam premittens prius ꝙ idem effectus poteſt procedere ex pluribus cauſis remotis, licet vnica ſit cauſa proxima: vt eſſe vituperabile procedit ex vtroque extremo vitutis, ſcilicet, ex auaritia et prodigalitate: ſit ergo. a, id eſt, vituperabile quod conuenit. b. ⁊. c. id eſt, auaritię ⁊ prodigalitati: ⁊ per. b. conuenit. d, id eſt, auaro: ⁊ per. c. conuenit. d, id eſt, prodigo. Tunc, inquit, ex quacunque iſtarum cauſarum ſequitur effectus, tamẽ ex effectu non ſequitur quecunq; cauſa. Non enim ſequitur, eſt vituperabilis: ergo auarus: quia poteſt eſſe prodigus.

5. Parti. Concluſio. ¶In quinta particula textus, [an ſi ſemper.] reſpondet formaliter ad queſtionem iſta concluſione: Quando effectus conuenit alicui toti, id eſt, alicui cauſę per ſe primo vniuerſaliter, tunc erit mutua conuertibilitas inter cauſam ⁊ effectũ: vt cauſa proxima huius quod eſt vituperabile, eſt facere contra rationem, quod eſt commune cuicunq; vitioſo: tunc ſequitur, iſte eſt vituperabilis: ergo agit cõtra rationem. Ponit exemplum Ariſt. in cauſa proxima caſus foliorũ arboris, que eſt congelatio humidi foliorum: nam latitudo ſolum eſt cauſa remota, quia videlicet arbores habentes talia folia habent multum humidi: quod dum congelatur deficit virtus ad retinẽdum folium, ⁊ ideo cadit: vnde folia lauri licet ſunt lata, non cadunt: quia propter calorem non congelantur. 6. Parti.

¶In ſexta particula, [At quęreret quiſpiam.] tractat ſecundam hanc queſtionem que pertinet ad maiorem explicationem ſuperioris, an videlicet contingere poſſit ꝙ eiuſdem effectus non ſit ſemper eadem cauſa, ſed diuerſę. Et reſpondet ibi, [an ſi per ſe.] ſuppoſita diſtinctione ꝙ cauſa alicuius effectus alia eſt per ſe et propria, alia vero per ſignum ⁊ per accidens. Concluſio ergo eſt, ꝙ cauſa per ſe ⁊ propria non poteſt eſſe niſi vnica: nam cauſa per ſe debet eſſe definitio ipſius effectus, cauſę vero per ſignum ⁊ per accidens poſſunt eſſe plures. In exemplo ſuperiori concluſio eſt manifeſta: cauſa enim per ſe huius quod eſt eſſe vituperabile, eſt facere contra rationem: que quidem eſt vnica ratio in omni vitioſo: auaritia autem que peccat per defectum, et prodigalitas que peccat per exceſſum, ſunt ſigna et cauſę per accidens, ꝙ fiat contra rationem, per accidens enim eſt ꝙ qui agit contra rationem faciat hoc vel illo modo: nam infinitis modis poteſt quis agere contra rationem.

¶In ſeptima particula, [ſit autem.] exponendo dictam concluſionem docet quo modo medium demonſtrationis debeat proportionari extremitatibus, ſuppoſito prius hoc fundamento, ꝙ tam id cuius eſt cauſa. i. maior extremitas cuius medium eſt cauſa, quam id cui eſt cauſa, id eſt, quã minor extremitas, cui medium eſt cauſa: vt cõueniat illi maior extremitas, per accidens conſiderari poteſt: vt ſi dicamus, muſicus ędificat, tam cauſa quam effectus conſideratur per accidens: eſt enim muſicus cauſa per accidens, domus: et domus, effectus per accidens muſici. Addit vero ꝙ huiuſmodi propoſitiones non ſunt de numero eorum que proponuntur, id eſt, non ſunt problemata que per ſe habent demonſtrari. Parti. 7. ¶Hoc igitur ſuppoſito ſubiungit, ꝙ qualis fuerit habitudo maioris extremitatis ad minorem, tale debet eſſe medium. Hoc eſt, ſi effectus qui eſt maior extremitas ſit equiuocus, id eſt, proueniens ex diuerſis cauſis, medium debet eſſe illa cauſa ratione cuius conuenit tali minori extremitati: ſi vero maior extremitas ſit eiuſdem generis cum minori extremitate. medium debet eſſe eiuſdem generis. Ponit prius exemplum ſecundi: vt ſi iſte effectus qui eſt, commutata proportione ſe habere, demonſtrandus ſit de quatuor lineis, aut de quatuor numeris (vt ſicut duo ad vnum, ita ſex ſe habent ad tria: ergo ſicut ſex ad duo, ita tria ſe habent ad vnum) debet ſumi pro medio hic terminus, quantitates proportionabiles: nam quanuis linea ⁊ numerus ſint diuerſę ſpecies quantitatis, tamen illud medium propter quod illis conuenit permutatim proportionari: eſt vna ratio eiuſdem generis cõmunis illis. Exemplum autem primi eſt in coloribus et figuris: vt ſi ſimilitudo debeat demonſtrari de coloribus, aliud medium debet ſumi quam ſi demonſtretur de figuris: ratio enim ſimilitudinis in coloribus debet ſumi in ordine ad ſenſum: quia, ſcilicet, eodem modo afficiunt ſenſum: vt albedines diſgregant, nigredines congregant viſum: ſed ratio ſimilitudinis in figuris conſiſtit in equalitate angulorum et laterum. ¶In octaua particula [cauſa autem.] Parti. 8.

Concluſio pricipalis.

tem.]ex dictis colligit hanc concluſionem principaliter intentam in hoc capite. Paſſio et proprium eiꝰ ſubiectum a propria ⁊ per ſe cauſa conuertuntur: vt ſi eſt riſibile, eſt animal rationale: ⁊ ſi eſt animal rationale, eſt homo, ⁊ econuerſo. Medium vocat cauſam, paſſionem vero id cuius eſt cauſa, ſed ſubiectum id cui eſt cauſa. Unde ſubiungit, ꝙ ſi pro ſubiecto ſumantur ſingulę ſpecies primi ſubiecti talis paſſionis, tunc paſſio excedit talia ſubiecta: vt ſenſibile cuius proprium ſubiectum eſt animal, ſuperius eſt ad hominem et equum. Ponit autem exemplum vt ſolet in mathematicis, omnes namq; ſimul angulos extrinſecos quatuor rectis ęquiualere, eſt paſſio ſuperior ad triangulum ⁊ quadrangulum, imo ad ſingulas ſpecies figurę rectilineę: non enim ſolum triãgulo et quadrangulo, ſed pentagono et hexagono ⁊ aliis omnibus rectilineis illud conuenit, vt ex. 13. et 32. concluſionibus Euclidis libro primo colligitur. Si tamẽ dicas omnis figurę rectilineę anguli om̃es extrinſeci ęquiualent quatuor rectis, tunc ęquatur: id eſt, talis paſſio conuertitur cum figura rectilinea. Et ſimiliter, inquit, ſe habet mediũ talis paſſionis, ꝙ, ſcilicet, excedit ſingulas ſpecies figurę rectilineę.

Corollariũ

¶ Inde infert corollariũ, ꝙ medium extremi ratio eſt primi, id eſt, medium quo maior extremitas conuenit minori, eſt definitio primi, id eſt, maioris extremitatis: ⁊ ideo omnes ſcientię demonſtrant per talẽ definitionem. Ut verbi gratia, frondibus expoliari, eſt paſſio ſuperior ad vitem ⁊ ficũ ⁊ ad alias plures arbores ⁊ plantas, non tamen omnes ſuperat ſed ęquatur alicui: quia datur aliquod primum ſubiectũ, id eſt, aliquod genus arboris cui primo conuenit illa paſſio, quę poterit demonſtrari de tali ſubiecto per proprium medium: puta per hoc ꝙ eſt, humidum cõgelari. Omnis enim arbor cuius humidum congelatur, ſpoliatur frondibus: ſed illud idem ꝙ eſt humidum congelari eſt definitio huius, quod eſt frondibus ſpoliari, ſiue frondes fluere. Si enim quęratur quid eſt frondes fluere, reſpondebitur, ꝙ eſt ſuccum gelari vbi folium ſemini arboris coniungitur.

9. Parti.

¶ In nona particula, [in figuris autem.] docet quomodo hęc omnia in modo ⁊ figura exerceantur, docet inquam quomodo paſſio communis quę poteſt habere plures cauſas remotas, per illas, tanquã per diuerſa media, demonſtretur de diuerſis ſpeciebus diuerſorum generum, quibus illę cauſę proprie conueniunt. Exempli gratia, longę vitę proxima ⁊ propria cauſa eſt bonitas complexionis: ⁊ ideo proprie demonſtratur hoc modo, Omne animal bonę cõplexionis eſt longę vitę in ſuo genere: Petrus eſt bonę cõplexionis: ergo. At vero cauſa bonę complexionis alia eſt in quadrupedibus, puta parum habere cholerę et fellis, vt eſt in ceruo: in auibus autem, multum habere ſiccitatis: quę ſubinde cauſę ſunt remotę lõgę vitę. Si, ergo. a. i. longam habere vitam, ponatur ineſſe. b. i. huic medio quod eſt, carere cholera, ⁊. b. cuicunq; eorum competat quę ſunt. d. i. om̃ibus ſpeciebus quadrupedis (quadrupes enim ſit. d.) ſit vt a. vniuerſale ſit hiſce, ſcilicet, ſpeciebus. d. Uniuerſale autem, inquit, idem eſt ꝙ ſuperius ad aliud: ſed vniuerſale primum eſt id quod eſt ſuperius ad ſingula, conuertitur tamen cum omnibus ſimul: vt licet vniuerſale hominis ſit quodcunq; ſuperius vſq; ad generaliſſimum, tamẽ vniuerſale primum, ſolum eſt, animal, quod conuertitur cum diſiuncto ex omnibus ſpeciebus animalis. Quare. d. eſt vniuerſale primum omnium ſpecierum quadrupedis: a. vero eſt vniuerſale, quod etiam conuenit auibus. Et hoc eſt quod ait, ꝙ. a. eſt ſuperius quam. b. quod conuertitur cum. d: nam ſi. b. non eſſet inferius non eſſet

Uniuerſale primũ.

cauſa ipſius. a. loquitur enim de cauſis inadęquatis ⁊ remotis. Quod ſi rurſus. b. i. carere cholera non omnibus competit. e. i. ſpeciebus auis (. e. enim eſt auis) conuenit. a. ſpeciebus. e. per aliud mediũ quam b. illud: ergo erit. c. ſcilicet ſiccitatem habere. Quare eiuſdem, ſcilicet, longę vitę ſunt plures cauſę, non quidem primę et proximę, ſed erunt cauſę quibus ille effectus conueniat diſtinctis ſpeciebus et generibus animalis. Et ita de ceruo oſtenditur habere longam vitam hoc modo, omne quadrupes parum habens cholerę eſt longę vitę: ceruus eſt huiuſmodi: ergo. Maior vero demonſtrabitur per proximã cauſam ſic, omne animal bonę complexionis eſt longę vitę: omne quadrupes parum habens cholerę eſt huiuſmodi: ergo. ¶ In decima et poſtrema particula, [Quod ſi non ſtatim.] quę eſt textus. 26. monet et ſoluit dubium circa ea quę dicta ſunt. Dubium autem eſt hoc. Cum dictum ſit vniuerſalem paſſionem non ſtatim accedere ad indiuiduum, id eſt, non primo conuenire ſpeciebus ſpecialiſſimis, ſed per cauſas intermedias, vt modo dicebamus, quęritur vtrũ cauſa proxima, cur illud vniuerſale conueniat illis ſpeciebus ſpecialiſſimis, debeat ſumi ex parte ipſius vniuerſalis primi, id eſt, ipſius paſſionis, an ex parte potius ſingularum ſpecierum quibus ineſt. Et reſpondet, ꝙ debet ſumi ex parte ipſarum ſpecierũ quibus ineſt. Ut cauſa proxima ipſius vniuerſalis, ſcilicet, longam habere vitam, eſt bona cõplexio: ſed cauſa proxima cur longa vita inſit ceruo, eſt carẽtia cholerę. Et hoc eſt quod ait. Quod. a. ſcilicet longa vita competat. d. ſcilicet, ceruo, cauſa eſt. c. ſcilicet, carentia cholerę: ꝙ autem. a. competat ipſi. c. cauſa eſt. b. ſcilicet, bona complexio, quę cauſatur ex carẽtia cholerę. a. vero per ſeipſum competit ipſi: b.

Tex. 26.

## De principiorum cognitione.

## CAP. XVIII.

Textus. xxvij.

DE PRINCIPIIS autem, & quo pacto nota nobis euadant, & quis habitus ea cognoſcendi ſit, hinc patefiet, ſi priùs ea de re dubitauerimus. Fieri itaq; non poſſe, vt demonſtratione quiſquam ſcientiam conſequatur: ſi prima principia medijs vacãtia non noſcat, priùs eſt dictum explicatumq́;. Dubitauerit autem quiſpiam eorum quæ medijs vacant, cognitio eadem ſit necne: & vtrum ſcientia vtriuſque ſit, necne: aut alterius quidem ſciẽtia, alterius autem aliquod aliud genus, & vtrum habitus eorum non inſint, ſed fiant, acquiranturq́ue: an verò inſint quidem, ſed lateant. ¶ Equidem ſi ipſos habemus, abſurdum eſt ſanè. Fiet enim vt nos certiore, quam vlla demonſtratio eſt, cognitione præditos eſſe ignoremus. Sin verò quas priùs non habemus, inde acquirimus, quonam pacto cognoſcimus, diſciműſque, quorum antecedens notitia nulla eſt? Id enim fieri nequit, vt de demonſtratione etiam dicebamus. Conſtat igitur fieri non poſſe, vt hos aut habeamus (non enim ſanè ignoraremus) aut ignari nullumq́ eorum habentes habitum, conſequamur. ¶ Neceſſe eſt itaq́ue vim quidem nos aliquam potentiamq́ue habere, non talem verò quæ his ipſis exactior certitudineq́; præſtabilior ſit. Videtur autem idipſum animalibus cunctis ineſſe: vim enim quandam inſitam diſcernendi habent, quam quidem vniuerſi ſenſum appellant. Inſito autem animalibus ſenſu, in quibuſdam formæ ſenſibilis manſio fit, in quibuſdam non fit. In quibus igitur non fit, hiſce præter ipſum ſentire cognitio aut omninò nulla, aut eorum circa quæ formæ manſio non fit, nulla eſt In quibus autem fit vt cauſa ſentiunt vnum quid in anima habeant, in ijs cùm multa talia fiunt, differentia quædam emergit: ita q́ue quibuſdam è talium viſorum manſione ratio fit, quibuſdam non fit. ¶ Ex ſenſu igitur fit memoria, quemadmodùm dici ſolet: è memoria verò ſæpiùs eiuſdem rei facta, experientia naſcitur. Plures enim memoriæ, numero vna experientia eſt: ab experientia verò illa genita, ex omnibus notitia fit: vniuerſali quidem in anima iam conſecuto, quod eſt vnum præter multa, quodq́ue in omnibus illis vnum ineſt, principium artis atque ſcientiæ: artis quidem, ſi circa generationem ſit: ſcientiæ verò, ſi ſit circa id quod eodem modo ſemper exiſtit. Neque igitur determinati habitus inſunt, neq́ue ab aliis ad cognoſcendum magis aptis habitibus, ſed à ſenſu, vt diximus, fiunt: velut in pręlio facta fuga, cùm conſtitit vnus, conſtitit & alius, & alius deinde, donec ad principiũ eſt ventum. Anima certè talis eſt, id pati vt poſſit.

¶ Quod autem dictum eſt anteà, ſed non dilucidè dictum eſt, id rurſùs dicamus. Nam cùm eorum quæ eandem impromiſcuamq́; in omnibus rationem habent, vnum conſtiterit, principiò vniuerſale quidem in anima eſt, primùm tum in anima naſcitur vniuerſale. Etenim ſentitur ſingulare quidem, ſenſus autem ipſius vniuerſalis vt hominis, non autem Calliæ hominis eſt. Rurſùs in his ipſis ſtat, quouſque & ea quæ partibus vacant, & ipſa ſtent vniuerſalia: veluti tale animal, donec ſtet animal, & in hoc modo eodem.

Neceſſe eſt igitur, vt ex hiſce patet, ipſa prima inductione cognoſcere. Sic enim & ſenſus efficit in nobis ipſum vniuerſale. ¶ Cùm autem mentis habitum, quibus verum perſpicimus, quidam veri perpetuò ſint, vt intellectus atque ſcientia: quidam autem interdum falſum ſuſcipiant, vt opinio, ſubducendæq́ue rationis vis, nullumq́ue aliud genus exactius ſciẽtia ſit quàm intellectus, atque principia notiora ſint demonſtrationibus, ſcientiaque cum ratione ſit omnis: hæc inquam cùm ità ſint, ſcientia quidem principiorum non erit, ſed cùm fieri nequeat, vt aliud quicquam verius ſcientia quàm intellectus ipſe ſit, intellectus profectò principiorum habitus erit. Quòd ex eo quoq; perſpicuum fuerit, quia demonſtrationis principium non eſt demonſtratio. Quare neque ſcientiæ ſcientia. Si igitur præter ſcientiam, nullum aliud genus verum habemus quàm intellectum, intellectus ſanè ſcientiæ principium erit: atque principium quidem eſt ipſius principij: ſcientia autem, ad rem omnem ſeſe habet ſimiliter.



CApitulũ hoc. xviij. atq; adeo poſtremũ, quod apud Commentatorem eſt textus. 27. in ſex q; diuiditur particulas, ſextũ eſt atq; vltimũ membrum huius ſecũdi libri. In quo poſt longam diſputationem qua traditus eſt modus cognoſcendi principia incomplexa, ſcilicet, quod quid, ⁊ propter quid eſt, breuiter oſtendit quomodo cognoſcantur principia complexa, quę prima ſunt ⁊ immediata: nam ſi ſint mediata, in primo libro monſtratum eſt probanda eſſe per reſolutionem ad immediata. Atqui hoc (inquit) cognoſcetur ſi de re ipſa prius dubitauerimus. Supponit ergo primum ex priori libro, ꝙ nulla demonſtratio ſufficit generare ſcientiam, niſi prima ipſa principia, in quę omnes premiſſę reſoluuntur, cognoſcantur. Quo ſuppoſito mouet tres quęſtiones, in hoc capite terminandas. Prima eſt, vtrum eadem ſit cognitio omnium principiorum. i. vtrum idem ſit modus cognoſcendi omnia. Secunda, vtrum vtriuſq; (. ſ. generis principiorum mediatorum et immediatorum) ſit ſcientia, an alterius (ſcʒ mediatorum) ſit ſcientia, aliorum vero (. ſ. immediatorum) ſit aliud genus cognitionis, puta intellectus. Tertia quęſtio eſt. Utrum cognitio primorum principiorum ſit aliquis habitus a natura genitus, qui latet nos antequam ipſo vtamur, an ſit potius habitus vſu et exercitio acquiſitus vti habitus ſcientię. ¶ In ſecunda particula, [Si igitur ipſos.] diſputat tertiam quęſtionẽ pro vtraq; parte. Et ꝙ non ſit habitus naturalis probat, quia ſi eſt a natura genitus, neceſſe eſt vt nos lateat et ſit occultus antequam habeamus rationis vſum: abſurdum autem eſt, inquit, vt habitus intellectus, cum ſit certior illo qui acquiritur per demonſtrationem, lateat nos, et tamen habitus ipſe ſcientię non lateat habentem: dictum enim eſt in primo libro, ꝙ ſciens aliquam concluſionem, ſcit ſe ſcire illam. At ꝙ non ſit acquiſitus per artem arguit: quia tunc habitus primorum principiorum deberet generari ex pręexiſtenti cognitione ſicuti ſcientia ipſa, omnis enim cognitio, id eſt, iudicium propoſitionis ex pręexiſtente fit cognitio: vt in fronte ſtatim primi libri propoſitum ⁊ expoſitum eſt: ſi tamen ſint prima principia, repugnat vt eorũ cognitio ex pręexiſtente fiat cognitione. Et ita concludit dicens, [Conſtat igitur. ⁊c.] id eſt, concluditur vtramque partem eſſe falſam, ſcilicet, et ꝙ talis habitus ſit a natura, quia tunc nullo eum tempore ignoraremus: ⁊ rurſus falſum eſt, vt eum prius non habentes poſtea acquiramus: quia non apparet, ex qua priori cognitione generetur. ¶ In tertia particula, [Neceſſe eſt itaque.] ſoluit eandem tertiam quęſtionem per hanc concluſionem. Cognitionem primorum principiorum precedit in nobis a natura vis aliqua et potentia qua principia cognoſcimus: non tamen pręcedit aliquis habitus

Tres quęſtiones.

Concluſio

habitus qui ſit certior ipſis principijs, ſicut habitum ſcientię pręcedit habitus intellectus. Explicat autem ſtatim quę nam ſit iſta pręcedens virtus et potentia. Eſt enim ſenſus ⁊ intellectus. Unde diſtinguit dupliciter inter animalia. Omnibus enim inquit in vniuerſum animalibus communis eſt potentia ſenſitiua, qua diſcernunt obiecto quibus nutriſitur. Cum enim omne animal alimẽto aliquo nutriatur, datus eſt illi ſenſus quo nutrimẽtum percipiat. Eſt tamen prima differentia, ꝙ in aliquibus animalibus manet aliqua impreſſio ſenſibilis in abſentia obiecti, ſcilicet, in animalibus perfectis memoriam habentibus: in alijs vero aut nulla impreſſio manet, ſicut in his quę non mouẽtur localiter, aut forte non manet: niſi quando obiectum eſt vehementiſſimum, vt in aliquibus animalibus imperfectis. Et in iſtis nulla eſt cognitio ſenſitiua: niſi in pręſentia obiecti. Secunda differẽtia eſt inter animalia habentia memoriam, ꝙ licet omnia reſeruent ſpecies ſenſibiles in abſentia obiecti, bruta quidem quę intellectu carent non conferunt vnum ſingulare ad aliud: quare non poſſunt elicere vniuerſale ex ſingularibus: homines vero qui ſunt virtutis intellectiuę, poſſunt vnum ad aliud ſingulare comparare, non ſolum in

Coro.

intellectu ſed quodam modo etiã per virtutem imaginatiuam, quę altior eſt quam in brutis, vt in. 2. de anima videbitur. ¶ His ergo ſuppoſitis, in quarta particula, [Ex ſenſu igitur.] probat Ariſtote. concluſionem, dicens, ex ſenſu fieri memoriam, quemadmodum dici ſolet, vt habetur. 1. Meta. cap. 1. ex. memoria vero ſit experientia: (quę non eſt aliud quam memoria ſępe eiuſdem rei frequentata:) ab experientia

Abſtractio vniuerſalis.

vero homo per intellectũ abſtrahit vniuerſale, quod eſt vnum pręter multa: vt in prologo prędicabilium quęſtione prima ſatis expoſitum eſt. Illa igitur cognitio vniuerſalis, ſi ſit circa generationẽ, id eſt, circa factibilia contingentia, eſt principium artis: ſi vero ſit circa id quod eodem modo ſemper exiſtit, eſt principium ſcientię. ¶ Cõcludit ergo, [Neq; igitur.] id eſt, habitus principiorum neq; ſunt determinati, id eſt, naturaliter geniti, neq; ex alijs certioribus generantur: ſed a ſenſu hoc modo fiunt. Ueluti in pręlio dum ex his qui victi fugiunt vnus pedem ſiſtit, ⁊ item alter, ⁊ tertius, reparato agmine, fit principiũ integrandi bellum. ¶ In quinta particula, [Quod autem. ⁊c. [explicat amplius hanc rationem. Ubi notandum eſt, ꝙ ſi ſenſus non perciperet niſi ſingularia determinata ſub ratione ſingularium, puta Calliam ⁊ Socratem, non vtique poſſet abſtrahi vniuerſale, quia in illis nulla ratio vniuerſalis lucet: ſed tamen ſenſus percipit ſingularia vaga, ſcilicet, hunc hominem, hoc animal, hanc ſubſtantiam. ⁊c. Et ideo cum illic iam luceat ratio vniuerſalis, intellectus agens ex ſenſu abſtrahit illam rationem vniuerſalem a ſingularibus, ſcilicet, homo, animal. ⁊c. ¶ In ſexta demum et poſtrema particula, [Cum autem.] reſpondet Ariſto. ad priores alias duas quęſtiones Et ſolutio ad ambas ſtat in hoc, ſcilicet, ꝙ omnium primorum principiorum eadem eſt cognitio: non quidem ſcientia, ſed intellectus probat duabus rationibus. Prima, Habitum intellectus alij ſunt quidem perpetuo, id eſt, ſemper veri: vt intellectus et ſcientia (prętermittit ſapientiam, quam. 6. Ethicor. iſtis annumerauit, eo ꝙ cum includat intellectũ ⁊ ſcientiam, per iſtos intelligitur) alij vero ſunt qui poſſunt eſſe falſi: vt opinio ⁊ aſſenſus, quem generat ſyllogiſmus falſigraphus ⁊ dialecticus, (quos vocat vim ſubducendę, id eſt, decipiendę rationis.) Habitus ergo principiorum, cum ſit neceſſarius, non poteſt eſſe opinio: ergo vel eſt intellectus vel ſcientia. Rurſus cum principia ſint notiora quam ſcientia, ⁊ intellectus ſit certior quam ſcientia, ſit vt habitus principior ſi non ſit ſcientis, ſed intellectus. Secunda ratio eſt ibi, [Quod ex eo.] Principiorum primorum demonſtrationis non eſt demonſtratio, alias demonſtrationes irent in infinitum, ſcientia vero generatur per demonſtrationem: ergo habitus principiorũ non eſt ſcientia: cum ergo pręter ſcientiam nullus alius ſit habitus neceſſarius quam intellectus, ſit vt habitus principiorum ſit intellectus. Inter obſcuritatem prolixitatemque huius operis cum nauigauerim, haud ſcio vnde plus damni acceperim: vtcunq; tamen, Deo debetur ꝙ emerſerim, cui laus in ęuum ſit perpetua.

Finis Commentariorum Fratris Dominici Soto Theologi in libros Poſteriorum Ariſto.